BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
16MC
3

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SVMMA
QVAESTIONVM
REGVLARIVM,
Seu
DE CASIBVS CONSCIENTIÆ AD PERSONAS Religioſas vtriuſque ſexus valdè ſpectantibus.

Iuxta noua Decreta, Conſtitutiones, & Declarationes Summorum Pontificum, & Sacrarum Congregationum, ipſorumq; Regularium privilegia.

Ex tota fermè Theologia Morali, quatenus ad ipſos Regulares ſpectat.

AD EMINENTISS. ET REVERENDISS. D.
D. CARD. DE LA CVEVA.

PER P. M. IO: BAPTISTAM DE LEZANA
Hiſpanum, Matritenſem, Socium Generalem Carmelitarum, & S. Congregationis Indicis Conſultorem.

TOMVS TERTIVS.

Coll.ij. Romani Biblioth.

Soc.tis Jesu. Scer.

ROMÆ, Sumptibus Io. Antonij Bertani, ſub ſigno Grypheo.
Typis Vitalis Maſcardi. MDCXLII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Catal. Inscr.

Digitized by Google

Digitized by Google

EMINENTISSIMO PRINCIPI,

Et Reuerendiſſimo Domino,

D. CARDINALI DE LA CVEVA.

SVVS FR. IO. BAPT. DE LEZANA Carmelita.

VALECVMQVE hoc obſeruantiæ tributum qu od maturiùs peculiari voto Tibi, Eminentiſsimè Princeps, nuncupari debuit, prępropero iam paſſu, concito gradu, ſed humili præſtita reuerentia ad Te venit, vt vel publico iſto monumento palam orbi faciam, & affectum æſtuantis animi, & debitum ſeruitutis. Tua namque ſingularis humanitas, beneficiorum munificentia, qua me ſæpius patrocinij, & beneuolẽtiæ Tuæ participem benignè effeciſti (duos præſertim mearum Quæſtionum Regularium priores tomos, etſi immeritos fauſtis laudibus decorando) hunc tertium modò lucem videre fecit. Neque enim poterat fœtus quantumuis informis tanti Principis genua, fœliciſſimè nactus magnis locupletior incrementis non adoleſcere. Tutelarem proinde ſibi Patronum, ſub cuius vmbra altiora faſtigia peteret ambiens, ad quem niſi ad Te confugeret, qui generis claritate, morum probitate, omnigena litterarum notitia ſic præfulges, vt

Digitized by Google

nulli ſecundus, plurimis præſtantior, & cunctis admirabilis exiſtas? Neque enim ſi genus ſpectem, clariſſimę Tuæ gentis latent facinora egregia; bellica, & domeſtica gloria; triumphatæ gentes; æquitas, iuſtitia, pietas erga Deum, & Superos, quibus mortalium animos, annorum omnium hiſtorias, orbem denique vniuerſum in ſui maximam excitarunt admirationem. Tot planè ſunt, ac tam præclara, vt breuis huius pagellæ ambitu haud ſinant ſe circumſcribi, intra mentis aulam glorioſiùs reſeruata. Sed hæc præteream, nam (vt rectè ille) *genus, & proauos, & quæ non fecimus ipſi vix ea noſtra puto*. Ad Tua propria, viua, recentia, & omniũ ob oculos verſantia admiratio mea pergere iubet, niſi Tua me cohiberet modeſtia. Plura ſilentij ſacrario inuoluam, vnum tamen pro mille non tacebo. Difficile certè Tibi erat hæreditarium hoc gloriæ patrimonium acceſſione aliqua dilatare propriarum laudum. Didiciſti tamen verum id eſſe, quod dixerat Plinius: *Cui nihil ad augendum faſtigium ſupereſt, hic vno modo creſcere poteſt, ſi ſe ipſe ſummittat, ſecurus magnitudinis ſuæ. Neque enim ab vllo periculo fortuna Principum longiùs abeſt, quam ab humilitate.* Didiciſti, inquam, quia Tui pene immemor adeo modeſtia, & ſimplicitate delectatus faſtuoſa reſpuis, deſpicis alta, ſuperba contemnis, vt Cardinalitiam pompam (etſi tantæ Dignitati, Tuæque perſonę condignam) animo quandoque, ſi liceret, auerſari videaris. Cum tamen propterea, nec comitas ſeueritati, nec bonitas grauitati, aut humanitas maieſtati iura ſua detrahat. Pios etiam, ac Chriſtiani Principis verè dignos mores in Te præfulgentes inſignis præterea omnigenæ litteraturæ veluti Cornucopia animum tuũ comitatur, tanta cum excel-

lentia,

Digitized by Google

lentia, ac memoriæ fœlicitate, vt ſiue de humanis, ſiue de diuinis hiſtorijs, myſterijs, arcanis; moralibus, aut phyſicis diſciplinis, ſermonem inſtituas, auditorum mentes (teſtis adſum) in Tui admirationem, Orphei inſtar, affatim cõuertas. Egregias quoq; iſtas animi Tui dotes natura ipſa neminem fallere docta, in faciei decore, coloris ſuauitate, corporiſque pulchritudine per ſingulas ætates non obſcurè patefecit. Amat enim pulchra Deus, quòd probitatis inſigne pulchritudo ſit, ac maieſtatis. Hæc ſunt, inter alia, Tuę magnitudinis ornamẽta, quorũ auſpicijs Te, ex Procerum, & Magnatũ Hiſpanię familijs ortum, & Marchionatus nobiliſſimi de *Bedmar* dignitate præcelſum, Oratorem pro Catholico Monarcha apud Venetorum inclytam Rempublicam; in Belgij totius gubernio cum Sereniſſima Heroiſſa Iſabella comitem; in Sacro Collegio Purpuratorum Patrum meritò cooptatum; in Sacris ipſorum Confeſſibus coniudicem, ac ſupremi Regij Senatus à conſilijs Status Senatorem, vniuerſus Orbis veneratur. Hæc quoque ſunt, quæ meum hoc tertium volumen Regularium quæſtionum Tibi, bonarum litterarum, earum præſertim, quæ ad ipſorum œconomiam (quorum negotijs cum Eminentiſſimis alijs Iudex, & Protector præes) propriùs accedunt, Aſylo, ſacrandum coegerunt. Excipe igitur tua, qua ſoles, benignitate, & qui cuncta ingenij præſtantia diſpicis, obſcurum innata comitate non deſpice, ſed Tui nominis ſplẽdore, vt Orbi clareſcat, illuſtrari patiaris. Foue, & protege. Tuus enim ille gentilitius draco tueri inſontes didicit, Tuaq; ſtemmatum lilia candore puritatis, & ſuauitatis odore fauſta cunctis promittere. Vale, & viue, Purpurę decor.

Nos

Nos Fr. Theodorus Stratius Magister, ac humilis Prior Generalis Ord. Carmelitarum antiquæ Obseruantiæ Regularis.

AVctoritate nostra, harum serie Tibi dilecto nobis in Christo Adm. Reu. P. Mag. Ioanni Baptistæ de Lezana nostræ Prouinciæ Castellæ professo Sacerdoti, Prouinciali Saxoniæ, & Socio nostro, licentiam, & facultatem concedimus, vt seruatis seruandis typis mandare possis librum cui titulus est: *Summa Quæstionum Regularium, seu de Casibus Conscientiæ ad Regulares vtriusque sexus spectantibus, Tomus Tertius*, recognitum, & approbatum à viris doctis nostræ Religionis, quibus id commisimus. In quorum fidem &c. Datum Romæ, die 14. Aprilis 1641.

Fr. Theodorus Stratius Generalis Carmelitarum antiquæ Obseruantiæ Regularis.

Fr. Franciscus Montius Secret. Ordin.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sacri Apostolici Palatij.

I. B. Episc. Camerinen. Vicesgerens.

TOmus Tertius Summæ Quæst. Regularium à Reu. Adm. P. Mag. Io. Baptista de Lezana Ordinis nostri Carmelitarum Socio Generali, Prouinciali Saxoniæ, Sacræq; Congregationis Indicis Consultore compositus, & à me iussu Reuerendissimi Patris nostri Generalis Theodori Stratij perlectus egregiam Auctoris pietatem, atque doctrinam iam Vrbi, & Orbi notam luculenter commendat, ac ad formandos Ecclesiasticorum, præsertim Regularium, mores, eorundemq; dirigendas conscientias apprimè accommodatus est. In publicum igitur commodum lucem aspiciet. Hoc veritati debitum testimonium dedi in Carmelo nostro Diuæ Mariæ Transpontinæ de Vrbe die 21. Martij 1641.

Fr. Thomas Boschus Socius Generalis Carmelitarum, Prouincialis Angliæ, & in Romana Sapientia Metaph. professor ordinarius.

Imprimatur,

Fr. Io. Vincentius Morenus, Socius Reuerendiss. P. Fr. Vincentij à Florentiola Mag. Sacri, & Apost. Palatij.

INDEX

Digitized by

INDEX MATERIARVM

De quibus in hoc Tertio Tomo saltem remissiuè agitur.

A

Abbas. pag. 1.
Abbatia. 9
Abbatissa, seu Prioriſſa. 11
Abortus, seu Aborsus. 18
Absolutio. 30
Accusare, & Accusator. 39
Administratio, & Administrator. 49.
Aetas. 54
Affinitas. 57
Agnus Dei cerei. 62
Alienare, seu Alienatio. 65
Altare. 77
Ambitio. 89
Annus. 91
Apostata, & Apostasia à Relig. 95
Appellare, & Appellatio pro Regularibus. 100
Approbatio. 110
Aqua benedicta. 110
Arbiter. 110
Arma. 110

B

Baculus. 117
Balbachinum. 119
Bannitus. 122
Baptismus. 128
Bellum. 133
Benedictio, & Benedicere. 143
Beneficium, & Beneficiati Regulares. 152
Bigamus, & Bigamia. 162
Bona Regularium. 168
Breuiarium. 174
Bulla Cœnæ. 179
Bulla Cruciatæ. 203

C

Calix. 226
Canonica portio. 230
Capella, & Capellanus. 233
Capitulum. 233
Cardinalis. 238
Casus reseruati Regularium. 242
Causa Iudicialis Regularium. 260
Censura Ecclesiastica. 265
Cessatio à diuinis. 274
Clausula. 277
Clausura Regularium. 292
Clericus. 309
Cœmeterium. 329
Commissio, Commissarius Regularium. 331
Concionari, & Concionator Regularis. 335

Con-

Confessarius Regularis. 341
Confessio. 352
Confraternitas, Confratres. 361
Sacra Congregatio. 361
Consecratio pro Regularibus. 366
Conseruatores. 367
Constitutiones. 367
Conuersi, & Conuersæ. 368
Credo 368
Crux quoad Regulares. 368

D

Dare, seu Donare quoad Regulares. 369
Decima quoad Regulares. 391
Defunctus. 398
Degradatio. 404
Delinquens Regularis. 406
Denunciatio, & Denunciare pro Regularibus. 409
Depositio. 415
Dictio. 417
Dimissoriæ. 423
Dispensare, & Dispensatio inter Regulares. 427
Dos Monialium. 430
Dubia Regularium. 433
Duellum. 440

E

Ecclesia, seu Templum. 450
Electi Regulares ab Ord. 459
Electio inter Regulares. 463
Episcopus quoad Regulares. 470
Eremitæ. 480
Eucharistia quoad Regulares. 481
Examen, Examinatores 492
Excommunicatio quoad Regul. 494
Exemptio Regularium. 528
Extrema Vnctio. 539

F

Fisarius. 547
Famuli, seu Familiares Regularium. 552
Festi dies quoad Regulares. 552
Fidei professio. 558
Funeralia. 558
Furtum. 558

G

Gabella quoad Regulares. 563
Generales Regularium. 576
Gradus, & Graduati Regulares. 577
Gratia concessa Regularibus. 580

H

Habitus Regularis. 585
Hæreditas quoad Regul. 591
Hæresis, & Hæreticus. 591
Homicidium. 599
Horæ Canonicæ. 605
Hospitalarij Regulares. 605

I

Ieiunium. 605
Illegitimi Regulares. 613
Immunitas Ecclesiarum. 622
Immunitas Ecclesiast. Regular. 640
Incestus. 644
Indulgentia quoad Regulares. 644
Infamia. 661
Interdictum quoad Regulares. 671
Interstitia. 697
Irregularitas. 700
Iubilæum. 743
Iudex, & Iudicium Regularium. 756
Iuramentum pro Regularibus. 768
Ius patronatus. 784

Reliquas materias morales ad Regulares propriùs spectantes in 4. Tomo sequenti, quem præ manibus habemus, Deo dante, discutiemus.

SVM-

SVMMA QVAESTIONVM REGVLARIVM, SEV DE CASIBVS CONSCIENTIAE ad Regulares vtriusque sexus spectantibus.

TOMVS TERTIVS.

ABBAS.

SVMMARIVM.

ABBATIS nomen quid importet. num.1.
Abbates in multiplici differentia sunt. num.2.
Abbatis nomen dignitatem importat. num.3.
Abbates Regulares sunt verè Prælati. num.4.
An nomine Ordinarij Abbates comprehendantur.nu.5.
An in Iubileis, seù Bullis nomine Ordinarij Abbates veniant. ibid.
Nomine Monachi in fauorabilibus venit Abbas, secus in odiosis.nu.6.
An etiam nomine Monialis veniat Abbatissa. ibid.
De Abbatibus prouidendis in Consistorio formandus est processus. n.7.
Sic prouisi debent habere litteras Apostolicas. num.8.
Quinam dicantur Abbates benedicti, & qui non benedicti. num.9.
Qualiter teneantur Abbates, & alij Prælati Regulares ad residendum in suis Ecclesijs. num.10.
Quas pœnas incurrant non residentes. num.11.
An Abbates vtantur Pontificalibus insignijs. num.12.
Quæ sint talia insignia. ibid.
An aliqui vti possint habitu Prælatorum sæcularium. num.13.
In quibus locis permittitur Abbatibus vsus Pontificalium. num.14.

Altare, & mensa quomodo paranda pro Abbate celebraturo. num. 15.
Qui Abbates vocandi ad Concilia. num. 16.
Idem de Generalibus Mendicantium. ibid.
Ad Synodos Diœcesanas, qui Abbates, aut Prælati Regulares cogendi. num. 17.
An possint deponi ab officijs, aut ipsis renunciare, & quomodo. nu. 18.
An, & quomodo possint fieri permutationes Prælatiarum. num. 19.
An fieri possint renunciationes in alterius gratiam. ibid.
Abbatum cadauera, quibus ceremonijs sepelienda. num. 20.
Alia de Abbatibus remissiuè. num. 21.

1 ABBAS idem est, quod Pater vt notant S. Hieron. *in cap.* 4. *epist. ad Galat.* Augustin. *epist.* 177. & *sup. psal.* 78. D. Thom. *in epist. ad Galat. cap.* 4. *lect.* 4. Iyranus *ibid.* & alij. Vnde aliquoties coniunguntur, vt Marc. 14. *vers.* 36. ibi: *Abba pater omnia tibi possibilia sunt.* & ad Rom. 8. *vers.* 15. ibi *In quo clamamus Abba pater,* & ad Galat. 4. *vers.* 6. ibi *Clamantem Abba pater.*

2 Abbates propriè dicti alij sæculares, alij Regulares, sæculares illi qui non sunt alicui Regulæ religiosæ astricti, Regulares vero ij qui tali Regulæ sunt addicti, de quibus maximè in præsenti, cum Summa hæc præsertim sit de Regularibus. Nihilominus pro plena ipsorum intelligentia de vtrisque agendum est. Abbates ergo sæculares sunt in quadruplici differentia, alij qui non solum iurisdictionem habent in subditos, sed etiam Pontificalia insignia gestant quasi Episcopi, alij qui etsi Abbatialem dignitatem teneant, non tamen Pontificalibus insignijs vtuntur, alij qui in quibusdam Cathedralibus Ecclesijs in choro, & comitijs alijs præsunt, & alij vocati commendatarij, qui solum habent Abbatias in commendam, non in titulum. Abbates etiam Regulares sunt in duplici differentia, alij enim sunt reales, alij titulares, reales sunt illi qui habent subditos Regulares, quibus præsunt, quales sunt Abbates Religionum S. Basilij, Sancti Benedicti, &c. titulares vero sunt ij qui actu subditos Regulares non habent, vel quia fortassis Monachi locum reliquerunt, vel quia Monasterium est aliò translatum, vel alicui sæculari clerico in commendam traditum. Siluester, & Angelus *verbo Prælatus,* Tamburinus *de iure Abbatum to.* 1. *disput.* 3. *quæst.* 1. In præsenti ergo vt dixi de Abbatibus Regularibus sermo erit.

3 Abbatis nomen dignitatem importat, quia vt dixi *tom.* 2. *summæ cap.* 13. *num.* 2. dignitas propriè *est administratio cum iurisdictione,*

quod

Digitized by Google

quod totum competit Abbati, habet enim iuriſdictionem in ſubditos tam internam, quàm externam, & adminiſtrat bona ſpectantia ad Abbatiam. Gloſſa *in cap. tuam de ætat. & qualit.* Gloſſa *in cap. expoſuiſti de corpor. vitiat.* Extenditur hoc ad Abbates temporales, qui ad tempus ſolum, v.g biennij, vel triennij eliguntur. Etſi enim iſtorum munus beneficium Eccleſiaſticum propriè & ſimpliciter non ſit, ob defectum perpetuitatis, *cap. de multa de præbend.* & in *cap. 1. de conſuetud. in 6.* & in Extrauag. *Execrabilis de præbend.* nihil tamen illis deeſt ad dignitatis eſſentiam, quæ ſolum conſiſtit in iuriſdictione cum adminiſtratione. Vnde Vicarij Epiſcoporum etiam ſi ammouibiles ſint dicuntur habere dignitatem, Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 13. nu. 78.* Tamburinus *de Iure Abbatum tom. 1. diſput. 1. quæſt. 2. num. 8.* poſt alios.

4 Abbates Regulares ſunt verè Prælati, & appellatione Prælatorum in ſacris canonibus veniunt. Ita enim colligitur ex *cap decernimus de iudicijs*, & *cap. præſenti de Offic. ordin. in 6.* & *cap. vt Apoſtolicæ de priuilegijs etiam in 6.* & *ca. quia nos 32. de appellat.* & *cap. 1. de ætat. & qualit.* & ratio eſt, quia in Monaſterijs præſunt alijs, & habent iuriſdictionem in illos etiam ordinariam, quod eſt de ratione Prælati. Azor *to. 1. inſtit. moral. lib. 12. cap. 29.* & *to. 2. lib. 3. cap. 25. quæſt. 1.* Suarez *de Relig. to. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 2. nu. 2.* & alij paſſim. Omnia ergo, quæ tomo primo Summæ *cap. 18.* de Prælatis dixi, & to. 4. Deo dante dicetur, Abbatibus applicari poſſunt reſpectiuè.

5 Quamuis nomine Ordinarij Abbates comprehendi poſſint cum habeant iuriſdictionem ordinariam id eſt ex vi ſui officij, iuxta dicta *tom. 1. cap. 2. num. 41.* (Panormitanus *cap. vt famæ num. 6. de ſentent. excommunicat.* Nauar. *conſil. 9. de priuileg.*) ita vt cum in aliquo Iuris decreto aliquid Ordinarijs committitur, vel de Ordinarijs mentio fit, niſi ſubiecta materia aliud expoſcat, non ad Epiſcopos tantum, ſed etiam ad Abbates, & alios Prælatos Iuriſdictionem Ordinariam habentes id extendatur. (Silueſter *verbo excommunicatio 9. caſu 47. num. 92.* Nauarrus *lib. 4. conſil. in 2. edit. tit. de ſponſal. conſ. 5. num. 2.* Sanchez *de matrimon. lib. 3. diſp. 29. nu. 2.*) Nihilominus iuxta dicta *tom. 1. ſumm. cap. 19. num. 19.* nomine Ordinarij cum in Iubilæis, ſeu Bullis dicitur, quod aliquis confeſſor ſit approbatus ab Ordinario, intelligi debet reſpectu ſæcularium Ordinarius loci, ſeu Diœceſis, vel Epiſcopus, propter declarationem Sacræ Congregationis illic adductam. Reſpectu vero Regularium intelligi poteſt Abbas, vel Superior illorum, vt ibi dictum eſt, niſi fortè exprimatur *Ordinarius loci*, vel *locorum*, quia tunc non poterit interpretari Abbas, aut Prælatus Regularis, vt ibi etiam dixi. Illi autem Abbates, qui ſunt locorum Or-

dinarij, non ſolum intelligi tunc poſſent, ſed etiam ad illos ſpectabit facere omnia, quæ alij Ordinarij faciunt, quantum ad poteſtatem iuriſdictionis, ac proinde etiam poterunt Synodum congregare ſicuti faciunt Epiſcopi, cum etiam hoc ſpectet ad poteſtatem iuriſdictionis, & non ordinis. Tamburinus *de Iure Abbatum tom.* 1. *diſp.*24. *quæſit.*7.

6 Nomine Monachi in fauorabilibus etiam venit Abbas, ſecus in odioſis. Ratio primæ partis eſt, quia Monachus per aſſumptionem ad Abbatiam non definit eſſe Monachus, vt patet *de Simon. cap.vlt.* & *cap. ex ore de priuileg.* ſicut Rector per rectoratum ſcholarium non definit eſſe ſcholaris. Ergo in fauorabilibus comprehenditur nomine Monachi. Ratio ſecundæ partis eſt, quia Monachus per aſſumptionem ad Abbatiam habet qualitatem Superioris, & Prælati ſuper alios Monachos, ergo in odioſis non comprehenditur nomine Monachi, per text. in ſimili *in cap. ſtatutum* iuncto *cap. licet canon. de elect. in 6.* vbi habetur, quod appellatione Eccleſiæ parrochialis in materia odioſa non venit Eccleſia parrochialis collegiata, quia licet ſit etiam parrochialis, habet tamen illam qualitatem collegij. Nauarrus *lib.*3. *conſil. tit de Regular. conſ.*75.*dub.*15. Portellus *in dub. Regular. verbo Abbas num.* 4. Naldus *in Summa verb. Abbas num.* 1. Benè animaduertens hanc doctrinam vtilem eſſe ad quæſtionem in praxi frequentem, an ſcilicet excommunicatio lata in Monachos aliquid facientes afficiat etiam Abbatem contrauenientem. Reſpondendum enim eſt negatiuè cum Nauarro *conſ.* 75. *dub.*15. *de Regularib. in* 1. *edit.* niſi ex verbis conſtet intentionem Superioris eam ferentis fuiſſe etiam comprehendere Abbatem. Hinc etiam aliqui volunt loquentem cum Abbatiſſis Monialium non incidere in cenſuram latam contra loquentes cum Monialibus, quia ſicut nomine Monachi in odioſis non venit Abbas, ſic nec nomine Monialis veniet Abbatiſſa. Tamburinus *de Iure Abbatiſſarum diſp.* 25. *quæſit.* 8. *num.* 5. Quod limita, iuxta dicta, niſi ex verbis imponentis cenſuram oppoſitum conſtet.

7 De Abbatibus, ſeu Prælatis Regularibus prouidendis in conſiſtorio facienda eſt inquiſitio, & formandus proceſſus, prout præcipit Gregorius XIV. per Bullam *Onus Apoſtolicæ* anno 1590. editam apud Quarantam *in ſumm. Bullar. verbo electio.* Forma vero faciendi proceſſus, & inquiſitionem traditur à SS. D.N. Vrbano VIII. apud Tamburinum *de Iure Abbatum tom.*1 .*diſp.*8.*quæſit.*2.

8 Sic prouiſi in Curia antequam accipiant poſſeſſionem Abbatiæ, vel Monaſterij debent habere à Papa litteras Apoſtolicas, alias poſſeſſio non eſt valida. Ratio eſt, quia eſto iure communi ſufficeret *fiat*,

vel

vel *placet* Summi Pontificis, itaut poſt hanc nominationem ſint verè Abbates, & Prælati quoad poteſtatem iuriſdictionis, vſu tamen curiæ ex regula 5. Cancellariæ, & decretis Summorum Pontificum Bonifacij VI.. Iulij II. Pauli III. Iulij III. & Pij IV. id eſt neceſſarium. Quaranta *verb. Beneficiorum poſſeſſio.* Tamburinus *de Iure Abbatum tom.* 1 *diſp.* 9. *quæſit.* 1.

9 Abbates alij benedicti, alij non benedicti. De quibus, præter dicta *tom.* 2. *ſummæ cap.* 2. *num.* 36. addenda aliqua hic ſunt. Primo, quod etſi appellari poſſint conſecrati, nihilominus proprius, & rigoroſius dicendos eſſe benedictos quam conſecratos. Conſecratio enim propriè dicta eſt Sacra Chriſmatis vnctio, benedictio autem eſt ſacramentale quodam quo à Deo fælicia poſtulantur. Abbates autem iſti benedicti non chriſmate, ſed quadam precatione ab Eccleſia inſtituta fiunt, vt videre eſt in Pontifical. Roman. Clemen. VIII. Azor *tom.* 1. *inſtitut. moral. lib.* 12. *cap.* 20. *quæſt.* 2. Deinde hanc benedictionem non eſſe eſſentialiter requiſitam pro Abbatibus, non ſolum quia conſtat Abbates non perpetuos non benedici, & tamen gaudent omnibus priuilegijs aliorum, ſed etiam quia *cap.* 1. *de ſuppleend. negligend. Prælator.* Abbatibus non benedictis conceditur facultas faciendi ea, quæ ſpectant ad eorum officium. Tamburinus *de Iure Abbat. tom.* 1 *diſp.* 11 *quæſit.* 3.

10 Tenentur Abbates, & alij Prælati Regulares ad reſidendum in ſuis Eccleſijs, & Monaſterijs, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 12. ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 6 *cap.* 1 *&* 2. *&* *ſeſſ.* 23 *cap.* 1. & iure antiquo ex *cap. ad hæc*, & *cap. extirpandæ* §. *qui vero de præbend. cap. quia nonnulli de Cleric. non reſident. & cap. licet de elect. in* 6. Quod intelligendum eſt reſpectiuè, ita vt Generalis in locis totius ſui Generalatus, Prouincialis in locis Prouinciæ, & Abbas, ſeu Prior conuentualis in ſuo conuentu reſidere debeant. Quia tamen ex Conc. Trid. *d. ſeſſ.* 23. *cap.* 1. permittitur Prælatorum abſentia intra duos, vel tres menſes in anno, dummodo id fiat æqua cauſa, & abſque vllo gregis detrimento, ideo intra hoc ſpatium, & cum prædictis conditionibus permitti poſſe videtur ſtando in iure communi Prælatis Regularibus abſentia à locis ſuæ reſidentiæ. Vltra hoc vero tempus, non niſi de licentia Papæ, niſi forſan in caſu raro, & magna ex cauſa. Azor *tom.* 2. *inſtit. moral. lib.* 7. *quæſt.* 9. Tamburinus *de Iure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 14. *quæſit.* 1. *nu.* 9. *&* *quæſit.* 3. Vbi alia ad intentum.

11 Eſto autem Epiſcopi, Abbates, & alij Prælati etiam Epiſcopo inferiores non reſidentes incurrant in pœnas deſignatas à Cõcilio loco relato, & à Pio IV. in Bulla *In ſuprema*, & in alia, *De ſalute gregis*, de quo Quaranta *verbo Reſidentia*. Abbates tamen, & Prælati Regu-

lares quamuis peccent mortaliter non residentes ob transgressionem præcepti diuini de residentia in materia graui, non incurrunt tales pœnas, nisi habeant curam personarum sæcularium, sed relinquuntur puniendi iuxta statuta Religionum. Sic enim, vt credo, vsus obtinuit, & pro eo extat declaratio Sacræ Congregationis apud Lessium *de Iustit. lib.2.cap.34.dub.29.num.161.* & Tamburinum *de Iure Abbat.tom.1. disp. 14. quæsit. 7.* Qualiter etiam Abbates Abbatiæ carentis cura, & conuentu non sint cogendi residere, ex declaratione S. Congreg. dixi *tom.2.cap.2.num.45.* quod idem dicendum de Prouincialibus titularibus tam in nostra, quàm in alijs Religionibus, & de Abbatibus, seu Prioribus etiam titularibus, si qui fuerint.

12 Possunt aliqui Abbates Regulares, vti Pontificalibus insignijs, iuxta dicta *tom.2.cap.2.num.39.* & 40. Sunt autem huiusmodi Pontificalia insignia *Mitra, Baculus pastoralis, Annulus, Sandalia, Tunicella, Dalmatica, Chirotheca, & Crux pectoralis*, vt habet Isidorus Moscon. *in Tract.de magnitud.militant.Eccles.par.1.lib.1.cap.8. vers.ornamenta.* *Mitra* significat Spineam Christi coronam, vel secundum quosdam, propter duo cornua, quæ habet, vtrumque testamẽtum, cuius scientiam debet habere Prælatus. *Baculus pastoralis* denotat potestatem Sacerdotalem in subditos. *Annulus* signum est matrimonij spiritualis Prælati cum sua Ecclesia. *Sandalia* præparationem ad ambulandum pro prædicando Euangelio significare videntur. *Tunicella* perseuerantiam in bene operãdo, vel animæ virtutes designat. *Dalmatica* ob extensas manicas, quas habet, liberalitatem. *Chirotheca* exempla Sanctorum, quæ in manibus, idest operibus demonstrari debent, adumbrant. *Crux* vero *pectoralis* Christi passionem indigitat. De quibus Guilielmus Durandus *in Ration.diuin.offic.lib.3. à cap.13.*

13 Aliqui etiam Abbates quorumdam Ordinum Monachorum, vt puta Generales Celestinorum, deferunt ex priuilegijs Summorum Pontificum habitum Prælatorum, videlicet Mozzetam, Mantelletum, Biretum Clericalem, & pileum, ita respondente Sacra Rituum Congregat. die 17. Iunij ann. 1606. & Paulo Quinto in Bulla *Ex iniuncto nobis* eodem anno data. Quidam apud Tamburinum *de Iure Abbatum tom.1. disp.20. quæsit.2. num.2. 3. & 11.* Alij autem Prælati Regulares etiam supremi non priuilegiati à Sede Apostolica, non ita. Michael Leo Estensis *in specul. Sacror. Rituum verb. Abbatis vestes, & insignia.*

14 Abbati in Ecclesijs, & beneficijs suæ Abbatiæ vnitis permittitur vsus Pontificalium, iuxta dicta de benedictione *tom.2.cap.2.num.36.* Similiter in alijs Ecclesijs, quæ illi pleno iure subditæ non sunt, si adsit priuilegium, prout aliquibus concessum refertur. Nequaquam vero

in

in Eccleſijs extraneis, niſi de licentia Ordinarij. Ex declaratione Sacræ Congregationis Rituum apud Barboſam *in compend. Bullarij verbo Abbas*. Qui aliam fermè ſimilem refert ibidem verbo *Priuilegium*. Similiter deferre mitram & inſignia Pontificalia non licet Abbatibus, præterquam in locis ſuæ iuriſdictionis, niſi adſit priuilegium de hac re. Tamburinus *de Iure Abbatum tom.1.diſp.21.quæſit.3.*

15 Altare & menſa ita paranda eſt pro Abbate, & Priore habente vſum Mitræ, & Baculi, quando ſolemniter celebrat, vt ſcilicet in eo tantum ſex candelabra, cum totidem candelis, & ſua Cruce collocentur, nec abacus alius, præterquam parua menſa in cornu Epiſtolæ, ſuper qua duo poſſint locari candelabra, Mitra qua vtetur, Calix, Miſſale, Thuribulum, cum Nauicula, & alia neceſſaria pro actu celebrationis. Sic enim declarauit Sacra Rituum Congregatio, teſtantibus Barboſa *in Collectan. Bullar. verb. Altare*, & Ioanne Maria Nouario *in Lucern. Regular. verb. Altare num.1*. Pro his autem, & alijs ſimilibus cæremonijs obſeruandis ab Abbatibus dum ſolemniter celebrant, vide decretum eiuſdem Sacræ Congregat. apud eundem Barboſam *de offic. & poteſt. Epiſcopi Allegat.80.num.18.* & pro vſu baldachini, vide infra verb. *Baldachinum*. An vero poſſint indui in Altari, vide dicenda infra verbo *Altare num.17.*

16 Abbates etiam Regulares ſaltem ex conſuetudine vocari debent ad Concilia Generalia Eccleſiæ, illi præſertim, qui iuriſdictionem Epiſcopalem, ſeu quaſi Epiſcopalem habent. Ita enim Eccleſiæ vſus obtinuit etiam antiquitus à ſeptima Synodo generali, & infra. Vnde in Concilijs Lateranenſibus, Florentino, Tridentino reperiuntur. Iacobatius *de Concil. lib.2.art.2.* Azor *tom.2. inſtitut. moral. lib.5.cap.11. quæſt. vlt.* Habentque votum deciſiuum ſicut Epiſcopi, ex *cap. conuenientibus 1. quæſt.7. & cap. Adrianus el 2. diſt.63.* Panormitan. *in quæſt. 1. quæ incipit Epiſcopus, & quidam Rector.* Idem dicendum de Generalibus Religionum Mendicantium, propter eamdem rationem, & Eccleſiæ vſum, Iacobatius *ſupra*, Bellarminus *de Concil. & Eccleſ. lib.1.cap.15. verſ. ad Catholicorum.* Sedent autem poſt Epiſcopos, & ante Epiſcoporum abſentium procuratores. Flauius Cherub. *in comp. Bullar. tom.2. in Conſtit.24. Pij IV.* Franciſcus Leo *in Theſaur. For. Eccleſiaſt. par.1.cap.9.num.5.*

17 Ad Synodos autem Diœceſanas accedere compelli non poſſunt Abbates, aut alij Prælati Regulares, niſi curam animarum in Eccleſijs teneant, iuxta dicta *tom.1.cap.11.num.20.* Concilium enim Trident. *ſeſſ.24.cap.2.* vbi de hac re agit, ſolum obligat adhoc illos, qui Capitulis generalibus non ſubduntur, hi autem Prælati ſubduntur Capitulis generalibus, vt de ſe conſtat. Præterea accedere ad ſynodos iſtas

eſt ſignum ſubiectionis ad Epiſcopos, *cap. fin. de cauſa poſſeſſ. & proprietat.* & habet Eraſmus Cokhier *de iuriſdict. Ordinar. in exempt. par. 4. quæſt. 19. nu. 1.* hi vero Prælati, vt ſupponimus, non ſunt ſubiecti Epiſcopis, ſed ab illorum iuriſdictione exempti. Franciſcus Leo *in Theſaur. For. Eccleſiaſt. par. 1. cap. 9. num. 13.* Tamburinus *de Iure Abbatum tom. 1. diſp. 24 quæſit. 4.* Quando etiam hi Prælati curam animarum exercent per Vicarium ſæcularem ab Epiſcopo approbatum, ſufficit, quod mittant dictum Vicarium, ex declarat. Sacræ Congregationis, teſtante Sellio *in ſelect. Canon. cap. 25. nu. 15.* & Barboſa *in Collectan. Bullar. verb. Synodus*. In his tamen omnibus tum conſuetudo, tum priuilegia, ſi quæ fuerint, attendenda ſunt.

18 Abbates, & alij Prælati Regulares non ſolum poſſunt deponi ab officijs propter demerita, iuxta ſacros canones, & ſtatuta Religionum, ſed ipſis in iure communi ſtando poſſunt ſponte renunciare. Regulariter enim quilibet poteſt renunciare iuri, & beneficio ſibi competenti, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus. *l. ſi quis in conſcribendo C. de pactis.* Huiuſmodi autem renunciatio fieri debet in manibus illius Superioris, qui habet poteſtatem inſtituendi, & deſtituendi ſimul illos, Generalis videlicet, vel Prouincialis, non in manibus Monachorum, vel Fratrum, etiam ſi ad eos ſpectet electio illorum. Videtur enim hoc ſolum ſpectare ad eum Superiorem, qui habet plenum ius in dictas Prælatias, quale ſolum competit ei Superiori, qui habet auctoritatem inſtituendi, & deſtituendi. Gloſſa *in Clem. 1. in verbo in manibus de renunciat.* Eraſmus Cokhier *de iuriſdict. Ordin. in exempt. par. 4. quæſt. 67. & 68.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopor. Allegat. 69. num. 4.* Alias renunciatio eſt nulla, & irrita. Rota *in Nolana Abbatia* Iunij 1578. Cauſæ autem legitimæ renunciationis ſunt cenſura, vel irregularitas impediens officij executionem, infirmitas corporis, ſenectus, vel aliud impedimentum ſimile. De quibus Vincentius Filliucius *Tract. 41. de benefic. cap. 10. num. 12.* Proſper Auguſtinus *in Additionibus ad Quarantam verbo reſignationes beneficiorum in princip.* Barboſa relatus à *num. 31.* Vide infra verbo *Beneficium num. 6.*

19 Commutationes autem, ſeu permutationes Prælatiarum fieri non poſſunt, niſi auctoritate Superiorum, iuxta dicta *tom. 1. cap. 15. num. 32.* De quo vide Nauarr. *conſ. 42. num. 1. tit. de Simon.* Leſſium *de Iuſt. lib. 2. cap. 34. num. 196.* An autem ſimiliter fieri poſſint harum Prælatiarum renunciationes in alterius gratiam in manibus Superiorum, ſicut Abbatiæ commendatæ, & alia beneficia reſignantur hoc modo coram Summo Pontifice (vt habent Azor *tom. 2. inſtitut. moral. lib. 7. cap. 21. quæſt. 1.* & Tamburinus *de Iure Abbatum tom. 1. diſp. 13.*

qua-

Digitized by Google

quæsit. 5.) dubium est magis speculatiuum quam practicum, quia vt credo, vix est talis vsus in aliqua Religione; nihilominus casu quod esset, cum huiusmodi Prælatiæ, esto non sint beneficia Ecclesiastica, quia non habent adiunctam vtilitatem reddituum Ecclesiasticorum, quia nihilominus aliqua forsan illam habebunt, & saltem ea omnia, sunt veluti beneficia, ideo de illis philosophandum est, sicut de beneficijs Regularibus, de quibus an possint resignari in fauorem tertij dicetur infra verbo *Beneficium, & Beneficiati num.6.* Vide ibi dicenda.

20 Abbatum cadauera induuntur eisdem vestibus, & insignijs Pontificalibus quibus viuentes induebantur, dum solemniter celebrant. Deferuntur à dignioribus Monasterij, officium aliquo Abbate viciniori, vel saltem digniori Monasterij faciēte, cum oratione funebri in fine Missæ facienda. Andreas Piscat. *in Praxi Ceremon. lib. 1. sect. 9. cap. 9.*

21 Quæ possint benedicere Abbates habes verbo *Benedictio, & benedicere*, quæ possint consecrare verbo *Consecratio, & consecrare*. An Indulgentias concedere verbo *Indulgentiæ num.* 4. An cessationem à diuinis ponere, verbo *Cessatio à diuinis num.* 2. An interdictum, verbo *Interdictum quoad Regulares num.* 7. Quid circa matrimonij Sacramentum efficere, in 4. tom. verbo *Matrimonium*. Quando Ordines conferre ibi verbo *Ordines*, quando vti Baculo, verbo *Baculus*, & quando Baldachino, in verbo *Baldachinum*. Alia vero, quæ ipsis communia sunt cum alijs Prælatis Regularibus, vide 4. tom. verbo *Prælatus*, vbi etiam notata videbis alia.

ABBATIA.

SVMMARIVM.

Abbatia quid sit. num. 1.
Quibus concedi possit in titulum, vel in commendam. ibid.
A quo id fieri potest. ibid.
Prouideri debet per electionem. num. 2.
Non possunt eidem Abbatiæ præfici duo Prælati. num. 3.
Nec è contra vnus Prælatus duabus Abbatijs. num. 4.
Quis conferre potest Sacramentum Confirmationis, & exercere Pontificalia in Abbatia nullius Diœcesis. num. 5.
Alia remissiuè. num. 6.

1 ABBATIA, idest Ecclesia, seu Monasterium cui præficitur Abbas, licet in titulum concedi non possit, nisi Regulari expressè professo in eadem Religione, iuxta dicta

tom.1.cap.15.num.25.& cap.18.num.5. Ita enim habetur ex *cap.nullus de elect.in 6.* & *Clement.1.* §.*caterum Prioratus verſ.ſanè de ſtat. Monachor.& cap.cum cauſam de elect.* Firmante Sacr.Congregation. apud Gonzalez *ad Regul.8. Cancellar.gloſ.8. num.78.* & docentibus communiter Doctoribus, ſpecialiter Rodriguez *tom.2. quæſt.Regul. quæſt.52.art.8.* Suarez *tom.4.de Relig. tract.8. lib.2. cap.3. num.11.* in commendam tamen concedi poteſt Clerico Sæculari,non ſolum ad tempus, quando videlicet mortuo Abbate, alicui commitur veluti cuſtodi, curatori, & tutori, ſed etiam in perpetuum,ſcilicet per totam vitam,cum facultate diſponendi de fructibus ipſius. Ita enim conſtat ex vſu antiquiſſimo Eccleſiæ,& Summorum Pontificum. Rebuffus *in praxi benefic.tit.de commend.* Gonzalez *ad Regul.8.de mẽſibus gloſ.5.* §.8. Barboſa *de offic. & poteſt.Epiſcop. par.3. Allegat.68.* Huiuſmodi autem commendatio ſolum à Summo Pontifice fit,propter eius ſummam poteſtatem, pro vt colligitur ex Leon. X. *in conſtit.7.*§.9. apud Laertium *in tom.1.Bullar.pag.475.* Azor *tom.2. Inſtit. moral. lib.6. cap.31.quæſt.15.* Tamburin.*de Iure Abbatum tom.1.diſp.4.quæſit.3.* Apud quem *quæſit.6.* an Abbatia commendata vacans poſſit impetrari,& *quæſit.8.* an Monachus obtinens vnum beneficium poſſit Abbatiam in commendam obtinere.

2 Abbatiæ omnes, Præfecturæ, ſiue Prioratus Regulares prouideri debent per electionem ab ipſis Regularibus,iuxta dicta *tom.1.Summ. cap.15. num.1.* Quod etiam tenet etiam ſi tales Abbatiæ, ſeu Monaſteria excedãt annuũ valorem 200.Florenor.auri.Etſi enim Iulius III. inter Regulas Cancellariæ ſibi reſeruauerit Eccleſias omnes,& Monaſteria talem valorem excedentia, communis tamen vſus obtinuit, vt non intelligatur hæc reſeruatio, niſi de Monaſterijs, aut Eccleſijs in commendam concedi ſolitis,vel forſan derelictis, aut de Regularibus ad ſæculares redactis,& merito quidem,cum odia *de Reg.iur.in 6.* ſint reſtringẽda,& Summus Pontifex non cenſeatur reſcribere aliter quam ſit conſuetum,per *text.in l.fin. C.de fideiuſſor.in fine.* Mandoſus ſuper *Regul.2.Cancell.quæſt.3.* Azor *tom.2.inſtit.moral. lib.7.cap.2.q.10. verſ.ſed hæc Regula.* Rodriguez *tom.2.quæſt.53.art.8.* De modo autem electionis Abbatum, & aliorum Prælatorum Regularium,& alijs requiſitis tam pro electionibus, quàm pro electoribus, & eligendis. Vide dicta *tom.1.cap.15.* & *tom.2.cap.12.& 13.*& dicenda infra verbo *Electio*.

3 Non poſſunt eidem Abbatiæ, vel Monaſterio præfici duo Abbates,vel Prælati Regulares. Non enim poſſunt plures beneficiati,vel intitulati eidem Eccleſiæ, vel titulo præfici, ſicut nec plures viri eidem ſponſæ fœminæ, *cap.cum non ignores de præbend.* nec plura capita eidem

Digitized by Google

dem corpori, alias esset monstrum, *cap. quoniam de offic. ordin.* Tamburin. *de Iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 5. *quæst.* 23. post alios quos refert.

4 Nec è contra potest vnus Abbas, vel Prælatus Regularis duabus præfici Abbatijs, seu Monasterijs, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 97. Vnde eo ipso, quod aliquis nouæ Abbatiæ, seu Monasterio præficitur, & dignitatem acceptat, desinit esse Abbas, aut Prælatus primæ Abbatiæ, seu Monasterij. *Can. Clericus, & can. seq. can. vnum Abbatem* 21. *quæst.* 1. Concilium Cabilonen. *cap.* 1. §. 12. Quod intellige, nisi vnum Monasterium ab alio dependeat, pro vt colligitur ex *can. fin.* 25 *q.* 2. & Tridentino *sess.* 25. *cap.* 8. Lælius Zechus *de Republ. Ecclesiast. c.* 25. *num.* 3. *vers.* 7. & alij communiter.

5 In Abbatia nullius Diœcesis non potest Episcopus vicinior conferre Sacramentum Confirmationis, & exercere Pontificalia absque Abbatis expressa licentia, sed est in facultate ipsius Abbatis conuocare quem maluerit Catholicum Antistitem, saluo tamē maiori iure Episcopi vicinioris, si aliunde id sibi competat. Episcopus autem vicinior dicitur ille cuius Cathedralis Ecclesia est Abbatiæ proximior, non autem locis dictæ Abbatiæ subiectis. Ita ex Sacra Congregatione referente Sellio *in select. canon. cap.* 18. *num.* 31. Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Abbatia.*

6 Vide alia supra verbo *Abbas*, & infra verbo *Abbatissa*, verbo *Administrator*, verbo *Alienatio, seu alienare*, verbo *Bona*, verbo *Clausura*, verbo *Ecclesia*, verbo *Immunitas Ecclesiarum*, verbo *Interdictum*, & 4. tom. verbo *Monasterium*.

ABBATISSA, SEV PRIORISSA.

SVMMARIVM.

Abbatissarum, seu Priorissarum electio pertinet ad Moniales. num. 1.
Quas conditiones habere debent. ibid.
In ætate Abbatissarum quis dispenset. num. 2.
An sine illa electio Abbatissæ sit nulla. ibid.
Ipsarum electio fieri debet per vota secreta. num. 3.
An aliter facta per ignorantiam decreti Concilij sit inualida. ibid.
An Episcopus in hoc dispenset. ibid.
Quid de Præside electionis Abbatissarum. num. 4.
An debeat habere votum in electione ipsarum. ibid.
Scrutatores an habeant vocem in tali electione. num. 5.
Quot partes Monialium concurrere debent ad illam. num. 6.

Quid

Quid de electionibus Superiorum Regularium. ibid.
Qui vocantur ad earum electiones à quibus abſtinere debeant. num.7.
Poſſunt Moniales Iure communi compromittere electionem. num.8.
An Moniales deſcendentes ex maculato genere eligi poſsint in Abbatiſſas. num.9.
Electæ in Abbatiſſas qualiter, aut à quibus confirmandæ. num.10.
A quibus benedicendæ. num.11.
Qualis ſit hæc benedictio, & quo loco facienda. ibid.
Bulla Gregorij XIII. de Abbatiſsis ſolum per triennium duraturis, eſt in viridi obſeruantia. num 12.
An poſt triennium vacationis iterum eligi poſsint. num.13.
An ſoror antecedentis Abbatiſſæ eligi poſsit. ibid.
An Abbatiſſæ poſsint diſpenſare cum Monialibus. num 14.
An poſsint benedicere illas. num.15.
An Beneficia, vel Capellas conferre. num,16.
Quomodo dicantur ſuſpendere Clericos. ibid.
An, & quomodo habeant adminiſtrationem bonorum ſui Monaſterij. num.17.
Vbi, aut quomodo ſepeliendæ. num.18.
Alia remiſsiuè. num.19.

1 ABBATISSARVM, Prioriſſarum, ſeu Monialium Præfectarum electio pertinet ad Moniales ipſas, iuxta dicta *tom.1. cap.26. num.2.* Quamuis autem eligenda ad tale munus debeat eſſe expreſsè profeſſa, iuxta ibi *num.3.* dicta ex Concil. Trident. *ſeſſ.25.cap.7.* ad hoc tamen quod Monialis eligere poſſit, ſufficit quod ſit tacitè profeſſa, cum profeſſio tacita vera profeſſio ſit, & ſufficiens ad hoc, quod Religioſus eligere poſſit ſuum Prælatum, iuxta dicta *tom.1.cap.15.num.2.* Nec à Iure, aut Concilio quoadhæc excluſa. Suarez *tom.4.de Relig.Tract.8.lib.2.cap.4.num.2 & 8.* & ratio diſcriminis aſſignari poteſt, quia Abbatiſſa eſt veluti Præſidens, & vocatur Presbytera à Sacris Canonibus *can. mulieres 23. diſt.* (vt ait Lauretus de Franchis *in controu. inter Epiſcop. & Regular. quæſt. de Abbatiſſa quæſt. 2.num.9.*) ideo videtur requiſita qualitas illa profeſſionis expreſſæ pro ipſa, non autem pro Monialibus eligentibus.

2 In ætate porrò eligendæ in Abbatiſſam, quæ iuxta Concil. loco relato debet eſſe 40. annorum, vel ſaltem ſupra 30. & tempore à profeſſione expreſſa facta, quod debet eſſe octo annorum, vel ſaltem quinque, non poteſt Epiſcopus, vel alius Superior diſpenſare. Eſt enim lex Pontificia ſuper qua Pontifice inferiores nihil poſſunt, niſi illis concedatur. Armendariz *in ad lit. ad recopilat. leg. Nauarr. lib.1. tit.18. lib.7.*

de

de Epiſcop. num. 101. referens declarationem Sacræ Congregationis quoad hoc, quod etiam facit Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Abbatiſſa*. Aloyſius Riccius *in deciſ. Cur. Archiepiſcopal. Neapol.* 309. *part.* 4. *num.* 9. Quare Regula Fratrum Minimorum, quæ ſolum petit 25. annos ætatis, & duos profeſſionis abrogata cenſenda eſt. Quamuis autem *tom.* 1. *cap.* 27. *num.* 3. dixerim defectum ætatis non reddere electionem nullam, quia Concilium non appoſuit clauſulam irritatiuam, nihilominus ſi conſtet de quadam alia declaratione Sacræ Congregationis quam refert Barboſa *de iure Eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 45. & *in Collectan. Bullar. verbo Abbatiſſa* in qua dicitur: *Abbatiſſæ electio, quæ ætatem quadraginta annorum requiſitam non habebat, ſi in Monaſterio non deſunt aliæ Moniales quadragenariæ, atque habiles, licet non adeo idoneæ ſicut electa, eſt nulla*, illi ſtandum eſt, & credendum Sacram Congregationem exiſtimaſſe Concilium voluiſſe in deſignatione talis ætatis dare formam electioni; ac per conſequens ſine illa actum eſſe nullum. Bartol. *in l. Gallus ff. de liber. & poſthum.* Similiter quamuis loco relato dixerim defectum talis temporis profeſſionis non irritare electionem, nihilominus ſi pariter conſtet de quadam alia declaratione Sacræ Congregationis, quam referunt Iulius Lauorius *variar. lucubrat. tit.* 4. *cap.* 23. *num.* 6. & Tamburinus *de Iure Abbatiſſarum diſp.* 28. *quæſit.* 2. *num.* 8. in qua decidit vel vnum menſem minus non ſufficere ad validitatem talis electionis, illi etiam parendum eſt, propter dicta.

3 Ipſarũ electio debet fieri per vota ſecreta, iuxta dicta *to.* 1 *cap.* 15. *num.* 17. ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 6. ibi enim ſermo eſt tam de Prælatorum, quàm de Abbatiſſarum electione. Vnde aliter facta etiam per ignorantiam decreti Concilij inualida eſt, nec Epiſcopus in ea poteſt diſpenſare, iuxta declarationem S. Congregat. referente Riccio *in deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapolit. part.* 4. *deciſ.* 197. *num.* 7. Electio autem Abbatiſſæ per vota, ſeu ſuffragia voce tenus expreſſa coram Epiſcopo cum ſuo Vicario, Secretario, vel alio ab ipſo aſſumpto valida eſt, ex declaratione etiam Sacræ Congregationis apud Naſdum *in Summ. verb. Moniales num.* 1. & Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Abbatiſſa*. Quod tamen intelligo dummodo ſecretè id fiat, alias menti Concilij contrarium eſſet, & ex eo puto à Sacra Congregatione ſic determinatum, quod aliquæ Moniales ſcribere neſciãt, ac per conſequens, nec votum dare poſſint, niſi ore tenus.

4 De Præſide autem in electione Abbatiſſarum philoſophandum eſt proportionaliter ad ea, quæ de Præſide in electionibus Regularium dixi *tom.* 1. *cap.* 15. *num.* 34. & *tom.* 2. *cap.* 12. *à num.* 31. ijs exceptis in quibus ſtatuta particularium Religionum ſtatuunt oppoſitum, aut Sa-

cræ

ræ Congregationis declarationes non obuiant. Hinc ipſi Præſidentes in electione Abbatiſſarum, aut Prioriſſarum non poſſunt dare ſuffragium etiam in caſu quo Moniales diſcordes extiterint in ea. Ita enim decreuit Sacra Congregatio apud Iulium Lauorium *variar. lucubrat. tit.4. cap.24.num.42.* & Tamburinum *de Iure Abbatiſſarum diſp.28. quæſit.6.* vbi etiam additur electionem aliter factam nullam eſſe. Nihilominus quia oppoſitum eſt ſatis conſentaneum rationi cum Præſes electionis ſit caput illius communitatis, ita vt ipſe cum Monialibus faciat vnum Collegium, ideo vbi fuerit legitima conſuetudine introductum, prout de Luſitania teſtatur Portellus *in dub. Regular. verbo Abbatiſſa num.9.* obſeruari poterit, maximè cum non videam quoad hoc derogatam eſſe à Sacra Congregatione conſuetudinem legitimam.

5 Illud eſt certius, ſcrutatores non habere vocem in tali electione, ita enim habetur tum ex declaratione Sacræ Congregationis relata, tum ex alia, quam referunt Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Abbatiſſa*, & Tamburinus *loco relato*. Quod credo intelligendum de ſcrutatoribus extraneis ipſis Monialibus, non de ſcrutatricibus ex ipſarum numero aſſumendis, iuxta *cap. Quia propter*, & dicta *tom.2. cap.12. num.26.27.& 28.*

6 In electione Abbatiſſæ ex tripartito numero Monialium duæ partes concurrere debent, niſi alia fuerit loci conſuetudo, & ſi fuerint diſcordes poteſt Epiſcopus nominare vnam quam magis idoneam iudicauerit. Ita Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium apud Piaſecum *in prax. Epiſcoporum part.2. cap.3. num.57.* & Barboſam *ſupra*. Circa quod notandum primo, idem videtur dici poſſe de alijs Superioribus Regularium Præſidentibus electioni Abbatiſſæ, poſſe videlicet facere idem, quod Epiſcopus in prædicto caſu diſcordiæ, propter eandem rationem. Secundò, verba illa, *niſi alia fuerit loci conſuetudo* denotare hanc conditionem de non eligenda Abbatiſſa, niſi habeat duas partes ſuffragiorum (quæ etiam eſt conformis iuri communi, *cap. indemnitatibus de elect. & electi poteſt. in 6.*) ſolum obſeruari debere, quando aliud non fuerit conſuetudine receptum. Idem dico ſi lege, vel ſtatuto approbatis non fuerit ordinatum, propter eandem rationem. Tertiò, ad hoc, quod Epiſcopus, vel alius Superior Præſes electionis vtatur prædicta facultate nominandi vnam magis idoneam debere prius præbere Monialibus tempus competens ad ſe concordandum. Ita enim declarauit eadem Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium, vt referunt prædicti Piaſecus, & Barboſa.

7 Maximè aduertendum, eos, qui ad Moniales in huiuſmodi electionibus dirigendas vocati fuerint, abſtinere debere ab ijs per quæ inter

eas

eas ſuper faciendis ipſis electionibus oriri poſſit diſcordia, vel exorta nutriri, alias eo ipſo excommunicationis ſententiæ ſe nouerint ſubiacere. Ita enim habetur expreſsè in dicto *cap. indemnitatibus de elect. & electi poteſt. in 6.* Nauarrus *cap.27. num.* 124. Sairus *lib.3. cap.*37. Vnde Præſides electionum Monialium, imò quicunque alij, ſiue Religioſi, ſiue Sæculares, ſiue Clerici, ſiue Laici incurrent prædictam cenſuram, dum tamen vocati fuerint ad dirigendas Moniales, prout dicitur in textu. Sairus *ſupra*. Tamburinus *de Iure Abbatiſſarum diſp.*28.*quæſit.*7. Qui ergo alio titulo dictæ electioni ſe intromiſerint, non videntur comprehendi hac lege.

8 Poſſunt Moniales iuri communi inhærentes vnanimi conſenſu compromittere electionem Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ idoneæ in Epiſcopum, vel alium Prælatum. Ita enim colligitur ex *cap.cauſam de elect.* Panormitanus *ibid.num.*3. Tamburinus *de Iure Abbatiſſarum diſp.*28. *quæſit.* 8. qui etiam cum Lauorio *in variar. lucubrat. tit.* 4. *cap.*24 *num.*60. ait, quod ſi tunc Epiſcopus malam elegerit, non poterit reuocare electionem, quia cum iam functus eſſet ſuo officio, ſiue benè, ſiue malè, non poteſt amplius ſe intromittere. *cap.in cauſis.cap. innotuit de elect.*

9 Moniales deſcendentes ex maculato genere, puta Hebræorum, vel Sarracenorum iure communi eligi poſſunt in Abbatiſſas, ſeu Prioriſſas, cum ius commune non reſiſtat, & Conſtitutiones aliquæ Summorum Pōtificum, quæ pro aliquibus Religionibus emanarunt ſolum loquantur de viris, & non de fœminis, ac per conſequens ad illas extendi non debeant. Miranda *de Sanctimonialibus quæſt.6. art.* 2. Portellus *in dub.Regularib.verbo Abbatiſſa num.6.* An vero expediat ſic maculatas perſonas ad hæc officia, vel ſimilia admittere viderint ij ad quos id ſpectat.

10 Electa in Abbatiſſam debet cōfirmationem accipere. Nam præter dicta de electionibus in communi *to.*1.*cap.*15.*num.*36. & *tom.*2. *cap.*12.*à num.*39. ita ſupponitur *in Clement.attendentes de Stat. Monachor.* Azor *tom.*1. *inſtitut. moral. lib.*13. *cap.*10. *quæſt.*3. Confirmanda porrò eſt ab immediato Superiore, iuxta dicta *d.cap.*15.*nu.*36. ſiue ille Papa ſit, ſiue Epiſcopus, ſiue Prælatus Regularis. Azor *ſupra*. Layman. *in quæſt. Canon. de Prælat. elect. quæſt.* 233. Declarauit autem Sacra Congregatio, iuxta dicta *to* 1.*cap.*25.*num.*6. quod quamuis per Conſtitutionem Gregorij XV. de qua ibi, concedatur Epiſcopo quod poſſit aſſiſtere per ſe, vel per alium vnà cum Superioribus Regularibus quarumcunque Abbatiſſarum electionibus, nihilominus non propterea ius illas confirmandi illi attributum cenſeri debere. Quid autem agendum ſi Confirmator confirmare nollit, vel

alle-

allegetur ſuſpectus, tractat Lauorius *in variar. lucubrat. tit.4. cap.24.* De cauſis etiam propter quas electio confirmari non debeat, & qualiter in ea ſe gerere debeat Confirmator, vide dicta locis relatis ex *to.1. & 2. Summæ.*

11 Abbatiſſæ, quæ iuxta dicta *tom.1. cap.26. num.1.* benedicuntur, intra annum à ſuæ confirmationis tempore computandum, munus benedictionis ſuſcipere debent, alioquin (niſi ſubſit cauſa rationabilis) à iure ſuo cadunt. *Clement. Attendentes §. ſtatuimus de Stat. Monachor.* Theſaurus *in praxi par.2. cap.* 1. vbi alia circa hoc. Eius vero benedictio non reiteratur, ſicut diximus de benedictione Abbatum *tom.2. cap.2. num.36.* & propter rationem ibi aſſignatam. Nauar. *conſil.2. de Sacramen. non iterand.* Rodriguez *tom.1. quæſt.* 11. *art.3.* Non tamen debet deferri in Eccleſiam Epiſcopalem, vt benedictionem accipiat. Ita enim declarauit Sacra Congregatio apud Ioannem Mariam Nouarium *in Lucerna Regular. verbo Abbatiſſa num.* 12. Pro forma autem talis benedictionis vide Tamburinum *de Iure Abbatiſſarum diſp.29. quæſit.5.*

12 Bulla illa Gregorij XIII. quam retuli *tom.1. cap.26. num.4.* quam etiam affert Naldus *in Summa verbo Abbatiſſa num.5.* in qua decernitur, quod Abbatiſſæ in Italia, & præſertim in vtriuſque Siciliæ regnis, ſolum per triennium durare debeant, eſt in viridi obſeruantia reſpectu omnium Monialium etiam Ieroſolymitanarum, vt declarauit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium apud Ioannem Mariam Nouarium *in Lucerna Regular. verbo Abbatiſſa num.8.* Vnde electio aliter facta, ſcilicet vltra triennium, vel ad beneplacitum Monialium, valida non eſt, etiam pro triennio. Conſtitutio enim illa dat formam electioni, ac per conſequens ea non ſeruata redditur actus nullus. Tamburinus *de Iure Abbatiſſarum diſp.30. quæſit.1.* Nec poſſunt confirmari poſt triennium, quia Pontifex præcipit, vt omnino præeſſe deſinant, & careant regimine. Licet pro paruo tempore donec alia Abbatiſſa eligatur, Vicariæ officium exercere poſſint. Miranda *de Monialib. quæſt.7. art.9. concluſ.2.* Lauorius *ſupra cap.25. num.68.*

13 Poſtquam autem per triennium vacauerint iterum eligi poſſint, ſeruatis ſeruandis, prout habetur in dicta Conſtitutione Gregorij. Credo autem huiuſmodi vacationem per triennium intelligi debere de tribus annis completis, iuxta dicenda infra verbo *Annus num.5.* Immo ſingulis annis mutari poſſe Abbatiſſas declarauit Sacra Congregatio apud Lauorium *in lucubrat. tit.4. cap.24. num.65.* Poſſe etiam promoueri ſororem antecedentis Abbatiſſæ, in contrarium non exiſtente Ordinis conſtitutione, haberi videtur ex alia declaratione eiuſ-

dem

dem Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium apud Notarium relatum. Similiter posse alias Moniales electas in Officiales pro bonis Monasterij administrandis durare ad arbitrium Superiorum Monasterij, declaratum etiam dicitur à Sacra Congregatione apud Lauret. de Franch. *in Controuers. inter Episcop. & Regular. quæst. de Abbatiss. pag.* 160. §. 12. Et sanè id non videtur prohiberi prædicta Constitutione Gregorij XIII. Extra Italiam verò iura & Constitutiones Religionum obseruari debent, sicut in Ordine Minorum pro Abbatissis S. Claræ decreta Sixti V. & Pauli V. De quibus Portellus *verbo Abbatissa num.* 4.

14 Quamuis Abbatissæ ob defectum iurisdictionis, seu potestatis spiritualis, quam fœminæ habere non possunt, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 26. *num.* 8. non possint propriè dispensare cum Monialibus in ieiunijs, & obseruantijs Religionum, impropriè tamen id facere possunt, quando videlicet causa dispensandi vrget, & vel ex præcepto Superiorum, vel consuetudine Religionis Abbatissarum prudentiæ hoc remittitur. Tunc enim etsi propriè non dispensent propter dicta, dispensant tamen impropriè quatenus de causa, & necessitate iudicant, Superiore, vel Religione ipsa dispensante. Quo sensu accipiendus Enriquez *lib.* 6. *de pœnit. cap.* 2. *num.* 3. & 4. Quære concessionem Pauli III. pro Abbatiss. Monial. S. Claræ apud Rodriguez *in Bullario* ab aliquibus relatam, quam tamen ego reperire non potui.

15 Similiter quamuis Abbatissæ nō possint publicè benedicere suas Moniales, quia benedictionis publicæ munus supponit clauium, & iurisdictionis potestatem, quæ fœminis conuenire non potest, ac per consequens, nec possint aquam, aut res similes benedicere, propter eandem rationem, possunt tamen illas priuatim benedicere, ad modum quo parentes filios benedicunt. Siluester *verbo Abbatissa* 3. *nu.* 8. Miranda *de Monialibus quæst.* 6. *art.* 5. *concl.* 2.

16 Possunt præterea Abbatissæ si Monasteria quibus præsunt habeāt beneficium curatum vnitum Clericos instituere, & beneficia, ac capellas cōferre adinstar aliorum Prælatorum. Rodriguez *to.* 1. *quæst.* 17. *art.* 12. Miranda *d. quæst.* 6. *art.* 5. *concl.* 1. Hoc tamen fit designando materiam, vel personam, non exercendo actus iurisdictionis, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 26. *num.* 12. ex Suarez *tom.* 4. *de Relig. Tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 13. Pro quo vide duas Rotæ decisiones coram Durano in nouiter impressis. Et nota, quod cum Abbatissæ dicuntur suspendisse aliquos Clericos, illa suspensio non est censuta, ob cuius transgressionem incurratur irregularitas, illæ enim cum non sint capaces iurisdictionis iuxta dicta, non possunt hoc modo suspendere. Dicuntur ergo suspendisse impropriè, quatenus prohibent ne exerceatur aliquod

officium, vel beneficium. Bonacina *de Cenſur. diſp.* 1. *qu æſt.* 1. *punct.* 2. *num.* 4. Laymanus *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 3.

17 Habẽt prædictæ Abbatiſſæ liberam bonorum ſui Monaſterij adminiſtrationem, ad modum quo idem dixi de Prælatis Regularium *tom.* 1. *cap.* 18 *num.* 13. Limitatam tamen iuxta Conſtitutiones, & Statuta Religionum. Sanchez *lib.* 7. *de præcept. Decalog. cap.* 19. *num.* 44. Et (iuxta dicenda infra verbo *Adminiſtratio, & Adminiſtrator*) pro ſuis Monaſterijs poſſunt eſſe Procuratrices. Cordnba *in ſumm. q.* 54. Petrus de Nauarra *de Reſtit. cap.* 1. *num.* 169. Ideo etiam poſſunt Monialibus eam licentiam dandi, & recipiendi concedere, quam etiam Prælati ſuis ſubditis, niſi hoc illis ſit prohibitum iure, vel conſuetudine Religionis, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 26. *num.* 14. Quod idem dico de determinatione materiæ voti paupertatis, deſignatione bonorum ad vſum, & ſimilibus. Sunt enim diſpenſatrices, & moderatrices bonorum temporalium Monaſterij. Sanchez *ſupra*. Bartholomeus à Ledeſma *in ſumm Sacrament. tract. de pœnit.* vbi de clauibus *diff.* 4.

18 Abbatiſſæ ſicut & cæteræ Moniales decedentes ſepeliri debẽt intra clauſtra Monaſteriorum, vel in earum Eccleſia exteriori, pro vt declaratum dicitur à Sacra Congregatione apud Tamburinum *de Iure Abbatiſſarum diſp.* 34. *quæſit.* 1. In earum autem ſepulchris tumulari non debent corpora laicorum, etiam mulierum nobilium, propter declarationem etiam Sacræ Congregationis apud Lauorium *in var. elucubrationib. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 97. Caſu autem dato, quod illæ extra Monaſteria moriantur, ſepeliendæ ſunt, vel in Monaſterio ſui Ordinis, ſi ibi adſit, vel in Eccleſia parrochiali. Tamburinus *ibi num.* 3. apud quem etiam de cæremonia, & pompa qua ſepeliri debent.

19 An nomine Monialis comprehendatur Abbatiſſa vide verbo *Abbas num.* 6. Vide & verbo *Clauſura*, & 4. tom. verbo *Monaſterium.*

ABORTVS, SEV ABORSVS.

SVMMARIVM.

Abortus, ſeu aborſus quid ſit. num. 1.
Quid contra procurantes abortum ſtatuerit Sixtus V. num. 2.
Qualiter id moderatus fuerit Gregorius XIV. num. 3.
An hoc tempore procurans, vel conſulens abortum incurrat excommunicationem, Irregularitatem, &c. num. 4.
Qualiter peccet mortaliter. ibid.
An in aliquo caſu id liceat. ibid.

Quid

Quid de præbente remedium fœminæ ne concipiat. num.5.
Quid de fœmina illud accipiente. ibid.
Hodie procurantes abortum, quas pœnas incurrant. num.6.
An excommunicatio, quæ incurritur reseruata sit. num.7.
A quo absolui possit. ibid.
A quo absolui possint Regulares circa id peccantes. num.8.
An hæc excommunicatio non incurratur, nisi effectu sequuto. num.9.
Animatio fœtus quo die contingat. num.10.
Quas pœnas incurrat mulier ipsa prægnans abortum proprium procurans. num.11.
An aliquando liceat ipsi abortum procurare. num.12.
Quando viri abortum procurantes incurrant Irregularitatem.nu.13.
Quid de dubio de homicidio sequuto. ibid.
An Prælati Regulares super hac Irregularitate dispensent. num.14.
An sic delinquentes incurrant infamiam. num.15.
An saltans, vel coiens cum fœmina prægnante sit irregularis. nu.16.
De approbante, seu ratum habente abortum quid dicendum. num.17.
Quid de patre fœtus animati tacente. num.18.
Quas pœnas incurrunt Clerici, vel Regulares, qui sunt causa abortus. num.19.
A quibus dispensentur in illis. ibid.
Quando tradendi brachio sæculari. num.20.
Quid quando fœtus longo tempore viuere non potest. num.21.
Quid significet vox Apochas. *num.22.*

1 ABORTVS, seu Aborsus (qui est intempestiuus, & immaturus humani fœtus ortus) materia, quamuis extranea Religiosis videatur, ad illos tamen spectat, non solum quoad Confessarios propter absolutionem à peccato, & dispensationem in pœnis ipsius, sed etiam specialiter, quia Sixtus V. in Constitutione *Effrenatam* infra referendam bis nominat expresè cuiuscunque *Ordinis Regulares*, & semel mulieres *quemcunque Ordinem professas*. Portellus *in dub. Regularib. verbo Abortus in princ.*

2 Ergo Sixtus V. in Constitutione *Effrenatam* anno 1588. edita contra procurantes abortum hæc post alia habet: *Omnes & quoscunque tam viros, quàm mulieres cuiuscunque status, gradus, Ordinis, & conditionis etiam Clericos sæculares, vel cuiuscuis Ordinis Regulares quauis dignitate, & præeminentia Ecclesiastica, vel mundana fulgentes, qui de cætero per se, aut interpositas personas, abortus, seu fœtus imaturi, tam animati, quàm etiam inanimati formati, vel informis eiectionem procurauerint, percussionibus, venenis, medica-*

mentis, potionibus, oneribus, laboribuſq. mulieri prægnanti impoſitis, ac alijs etiam incognitis, vel maximè exquiſitis rationibus, inde vt re ipſa aborſus ſequutus fuerit, ac etiam prægnantes ipſas mulieres, quæ ſcienter præmiſſa fecerint, pœnas tam diuino, quàm humano iure, ac tam per Canonicas Sanctiones, & Apoſtolicas Conſtitutiones, quàm ciuilia iura aduerſus veros homicidas, qui homicidium voluntarium actu, & re ipſa patrauerint, propoſitas, & inflictas (quorum omnium tenores his noſtris litteris pro expreſſis, & ad verbum inſertis habemus) eo ipſo incurrere, hac noſtra perpetuo valitura Conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, ipſasq. pœnas, leges, & Conſtitutiones ad caſus præfatos extendimus. Eos verò, qui Clerici fuerint, omni priuilegio Clericali, officijs, dignitatibus, & beneficijs Eccleſiaſticis, quæ ſic vacatura noſtræ, & Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni perpetuò reſeruamus, ipſo facto priuamus, & in futurum inhabiles ad ea ſuſcipienda decernimus, adeò vt illi, qui hoc delictum commiſerint non ſecus atque ij, qui ſua voluntate homicidium perpetrauerint, iuxta Concilij Tridentini decreta, etiam ſi crimen id, nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum fuerit ad Sacros Ordines promoueri, aut in ſuſceptis Ordinibus miniſtrare nullo modo poſſint, nec illis aliqua Eccleſiaſtica beneficia, etiamſi curam non habeant animarum, conferri liceat, ſed omni ordine, ac beneficio, & officio perpetuo careant. Nec non etiam illos, qui Clerici non fuerint, & talia perpetrauerint, non ſolum pœnas incurrere ſupra narratas, ſed etiam inhabiles ad Ordines, & alia prædicta decernimus, & declaramus. Volentes quod hi, qui foro Eccleſiaſtico ſubiecti, vt præfertur, deliquiſſe comperti fuerint, per Iudicem Eccleſiaſticum depoſiti, & degradati, Curiæ, & poteſtati ſæculari tradantur, quæ de eis illud capiat ſupplicium, quod contra laicos verè homicidas per diuinas leges, ac ciuilia iura eſt diſpoſitum. Præterea eiſdem pœnis teneri omnino ſtatuimus eos, qui ſterilitatis potiones, ac venena mulieribus propinauerint, & quominus fœtum concipiant impedimentum præſtiterint, ac ea facienda, & exequenda curauerint, ſiue quocunque modo in his conſuluerint, ac mulieres ipſas, quæ eadem pocula ſponte, ac ſcienter ſumpſerint. Quo circa mandamus vniuerſis, & ſingulis Iudicibus Ordinarijs, & delegatis tam Eccleſiaſticis, quàm Sæcularibus, quibus contra criminum reos etiam quoad cauſas huiuſmodi de iure, vel ratione delicti, aut perſonarum legitimè competet iuriſdictio, ita tamen, vt inter eos præuentioni locus ſit, vt in his delictis, quæ vt plurimum in occulto perpetrantur, contra quoſcunque non ſolum per accuſationem, & declarationem, verum etiam per inquiſitionem, ac ſimplicem denunciationem procedant, ac ad illa probanda teſtes alias de iure inhabiles eorumdem tamen

Iudi-

Hymen, the Bridegroom.

Hymen, the Bridegroom.

Hymen, the Bridegroom.

nes audiendas, & ad hos caſus ſpecialiter per loci Ordinarium deputatu:, plenam, & liberam in foro conſcientiæ tantum abſoluendi habeat facultatem. Eandem prorſus quam idem Sixtus prædeceſſor, ſibi, ac ſuis ſucceſſoribus reſeruauit. Quo verò ad pœnas procurantium abortum fœtus inanimis, aut exibentium mulieribus, vel ſumentium venena ſterilitatis, aut quocunque modo auxilium, vel conſilium eis dantium, in prædicta Conſtitutione contentas, Conſtitutionem præfatam in ea parte vbi de his agit, ad terminos iuris communis, ac ſacrorum Canonum, & Concilij Tridentini diſpoſitionem, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium, tam quoad præterita, quàm quoad futura perpetuo reducimus, perinde ac ſi eadem Conſtitutio in huiuſmodi parte numquam emanaſſet. Non obſtantibus eadem prædeceſſoris noſtri Conſtitutione, quam quoad reliqua omnia præter contenta in hac noſtra Conſtitutione in ſuo robore omnino permanere volumus, cæteriſq. contrarijs quibuſcunque. Vide Bullam *in 2. tom. Bullar.* inter Conſtitutiones Gregorij XIV. num. 8.

4 Ex his autem duabus Conſtitutionibus aliqua ſequũtur. Primum, quod hoc tempore poſt Gregorij Conſtitutionem procurans, vel conſulens abortum fœtus inanimati, neque incurrit excõmunicationem, irregularitatem, aut aliquas pœnas, cum ius commune illas huic crimini non infligat, & quæ de excommunicatione quoad hoc ſtatuerat Sixtus à Gregorio moderatum ſit, vt patet ex prædicta Conſtitutione. Toletus *in Summa lib. 1. cap. 76. num. 16.* Portellus *in dub. Regular. verbo Abortus num. 3.* Peirinis *to. 2. de Prælato quæſt. 3. cap. 2. nu. 49.* Peccabit tamen grauiter mortaliter id faciens, quia data opera impedit ſemen iam effuſum, & fœtum, à ſuo naturali fine, qui eſt generatio hominis. Azor *tom. 3. lib. 2. cap. 4.* Sanchez *lib. 9. de Matrimon. diſp. 20. num. 2.* Non tamen erit propriè homicida, ſed veluti homicida. Sumitur ex *cap. ſi aliquis, & cap. ſicut ex litterarum de homicidio,* iuncta *ea. quod vero 32. quæſt. 2.* Leſſius *lib. 2. cap. 9. dub. 10.* Layman. *lib. 3. de iuſt. Tract. 3. part. 3. cap. 4. quæſt. 2.* Imò in caſu quo certum fuerit fœtum non eſſe animatum, & Medicorum iudicio ſi in lucem prodeat matri mortem allaturum permitti poteſt ipſius abortus. Tunc enim ius naturale conſeruandi matrem præponderare debet bono prolis futuræ, præſertim cum fœtus ille ſit pars matris, & bonum totius anteponi debeat bono partis. Sanchez *num. 9.* Layman. *ſupra §. ſecundo ſi certum ſit.* Eſt etiam abortus caſus reſeruabilis à Prælatis Regularibus reſpectu ſuorum ſubditorum, vt dicetur inferius ex Clemen. VIII. imò de facto reſeruatus in aliquibus Cõcilijs Prouincialibus, vt habet Bonacina *de reſtit. diſp. 2. quæſt. vlt. ſect. 1. punct. 7. num. 6.*

5 Similiter poſt prædictam Conſtitutionem Gregorij dans remedium

[illegible] [illegible] [illegible] [

diendas Confessiones non possunt ab his casibus absoluere, quia Pontifex Gregorius specialem deputationem requirit. Portellus *supra*. Quod notandum duxi contra Dianam *par.5.Tract 9.Resol.40.§.Verum his*, vbi non satis id explicat. Addit Portellus, nullum Confessorem etiam Regularem posse etiam propter priuilegia Religionum absoluere ab hac excommunicatione, eo quod Pontifex requirit specialem deputationem Confessarij ab Ordinario. E contra vero Peirinis *tom.1.Priuileg.Minimor. in Constit.1.Iulij II. num.65.* credit posse Confessarios Regulares id facere, eo quod iste casus iam est Episcopalis, & non Papalis, Confessarij autem Regulares habent auctoritatem absoluendi ab omnibus casibus, à quibus absoluere possunt Episcopi. Verumtamen, quia, vt dixi *tom.1.cap.19.nu.17.* ex nouo decreto Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium sub Sanctiss.D.N. Vrbano VIII. nullatenus possunt Confessarij Regulares quorumcunque priuilegiorum virtute absoluere ab vllo ex casibus Ordinario reseruatis, cum iste sit casus Ordinarijs reseruatus, seu Episcopalis, vt admittit ipse Peirinis ex Scortia *in Select.Bullar.Theoremat.388.* ideo ab illo absoluere non possunt. Nisi dicatur, quod cum iste casus non sit reseruatus ab ipsis Ordinarijs, sed solum à iure Pontificio censeri debeat inter casus à iure Episcopis reseruatos, ac proinde non comprehendi dicto decreto (iuxta dicenda infra verbo *Casus reseruati nu.3.& 4.*) nisi quando expressè Ordinarij ipsum reseruabunt, prout frequenter fit. Thesaurus *in prax. part.2. verb. Abortus procuratio cap.1.§.1.* Quod an probabile sit, alij viderint.

8 Regulares autem vtriusque sexus prædicta crimina perpetrantes absolui possunt ab hac excommunicatione à suis Prælatis. Primo quidem quasi iure communi ex doctrina tradita *tom.1. cap.18. num.30.* quam etiam affert Suarez *4.tom. de Relig. tract.8. lib.2. cap.8. & 9.* quòd scilicet Prælati Regulares eo quod habeant iurisdictionem quasi Episcopalem possint absoluere suos subditos à censuris Papæ reseruatis, quæ in iure sunt commissæ Episcopis. Hæc enim censura huiusce modi esse videtur, reseruata enim erat Papæ à Sixto V. sed commissa Episcopis à Gregorio XV. eo ipso, quod absolutionem ipsius permittit Confessario ab ipsis ad hos casus specialiter deputato. Secundo, ex mente ipsius Gregorij cum enim in Constitutione Sixti sæpius mentio facta fuisset specialiter de Regularibus cum postea Gregorius committit absolutionem huius censuræ Confessario ab Ordinario loci per Ordinarium loci benignè interpretandus venit Superior Regularis. Etsi enim Ordinarij loci nomine regulariter nō veniat Prælatus Regularis, iuxta dicta *tom.1.cap.19.num.19.* in casu tamen præsenti oppositum dici debere videtur, eò præsertim quod mens Summorum

Ponti-

Plinius Traiano Imperatori.

Quæsturam petiturus, Imperator Domine, ius Latii a te peto, non quia desunt mihi ciuitates, quæ me ambitiosissime cupiant, sed quia ex ea parte maxime petitur, ex qua facilissime impetratur. Rogo ergo, Domine, des mihi, des cunctis, quibus hoc beneficium tribuere dignaberis, quod tribuis omnibus, quibus dederis. Nam ut ceteros omittam, quos ad hoc fortuna prouexit, ego ipse, qui tibi pro hac petitione gratias ago, ius Latii a patre meo impetraui. Quod ideo commemoro, ut scias, quam multis, quamque magnis beneficiis ad hoc ius peruenerit, cui tu nunc primum addis. Vale.

Traianus Plinio.

Ius Latii petituris non temere dandum existimo, quia plerique non ad usum eius, sed ad honorem petunt. Tu tamen, quia ita desideras, quibus dignitatem ciuitatis tribuere possum, ius Latii impetrabis.

Plinius Traiano Imperatori.

Ciuitatem Romanam Domine, petituris, quibus ius Latii dederis, quæ ratio sit, rogo me docere digneris. Nam quibusdam ex his, qui ius Latii petierunt, ciuitatem Romanam dedisti.

Traianus Plinio.

Ius Latii petituris, quibus dignitatem ciuitatis tribuere possum, ita demum dandum existimo, si decurionatum, aut aliquem honorem gesserint, quo ciuitatem Romanam consequantur. Quibusdam tamen ex his, qui ius Latii petierunt, ciuitatem Romanam dedi, quia ita desiderabant, qui ius Latii petierunt, ut ciuitatem Romanam consequerentur.

Plinius Traiano Imperatori.

Ius Latii petituris, Domine, quibus dignitatem ciuitatis tribuere possum, ita demum dandum existimo, si decurionatum, aut aliquem honorem gesserint, quo ciuitatem Romanam consequantur. Quibusdam tamen ex his, qui ius Latii petierunt, ciuitatem Romanam dedi, quia ita desiderabant, qui ius Latii petierunt, ut ciuitatem Romanam consequerentur

setur masculus, quia in dubijs tutior pars est eligenda, & ita practicatur in pœnitentiaria. Naldus *in Summa verbo Abortus num.*2. Barbosa *de offic.& potestat. Episcop. allegat.*51. *num.*138.

11 Quod mulier ipsa prægnans abortum proprium procuret, probabile est non idcirco incurrere prædictam excõmunicationem, etiamsi incurrat alias pœnas in Constitutione Sixti designatas. Ratio est, quia licet ipse Sixtus in prædicta Constitutione in prima parte ipsius varias pœnas temporales inflixerit contra huiusmodi scelus perpetrantes, in secunda verò, quæ incipit ab illis verbis *Insuper vt immanissimi*, vbi pœnam excommunicationis infligit, nullam prorsus mentionem facit mulieris prægnantis proprium procurantis abortum, in hoc forsan compatiendo eius sexus fragilitati, cum tamen in prædicta prima eius parte semel, ac iterum expresè meminerit eiusdem fœminæ, vt legenti constabit, quo denotari videtur hanc pœnam excommunicationis non imposuisse ipsi, sed alias temporales. Nec obstat, quod in dicta secunda parte loquatur de fœmina siue principali, siue socia, quia illa vox principalis intelligi debet de principali in dando medicamenta, seu pocula pro abortu. Naldus *in Summa verbo Abortus num.*1. Hoc tamen intelligi debet ex vi ipsius Cõstitutionis Sixti præcisè sumptæ, nam vt Bonacina *de legib. disp.*2. *quæst.*1. *punct.*4. *num.*6. dicit oppositum est vsu receptum.

12 Similiter licet fœmina prægnans cui ex iudicio medicorum necessarius est abortus fœtus iam animati ad effugiendam mortem, non possit adhibere medicinas, Pharmaca, aut venena directè tendentia ad occisionem fœtus, cum innocentem per se, & directè occidere semper sit illicitum, medicinas autẽ quæ per se, & directè ordinatæ sũt ad sanitatem ipsi conferendam licet per accidens ex illis timeatur fœtus occisio, adhibere non est illicitum. Ratio est, quia cum talis fœmina habeat ius ex lege naturali ad propriam vitam conseruandam per media licita, & ordinata ad talem finem, non est ratio cur negetur id posse facere etiam si per accidens sequatur mors fœtus, sicut licitum est innocentem per accidẽs ad defensionem sui occidere, & sicut posset eadem fœmina si ab aliqua fera inuaderetur fugere cum periculo occisionis fœtus. Sanchez *lib.*9. *de Matrimonio disp.*20. *num.*14. Laymanus *lib.*3. *de Iustitia tract.*3. *par.*3. *cap.*4. §. *si autem.* Veruntamen si casus esset, quod crederetur, non adhibito tali medicamento, etiam si moreretur mater, fœtum viuum in lucem edendum, & baptizandum, non posset adhiberi etiam stante tali periculo mortis matris. Ordo enim charitatis postulat, vt vita spiritualis animati fœtus præferatur vitæ corporali ipsius matris. Laymanus *ibidem*. Quid verò dicendum sit in casu quo medicamenta æquè directè tendant in mortem fœtus,

& in

quod refero infra verbo *Irregularitas num.*72. Sed notandum, quod cum Sixtus V. in sæpius relata Constitutione huius irregularitatis dispensationem soli Summo Pontifici reseruauerit, sublatis omnibus, & quibuscunque priuilegijs Religionum, & quo ad hoc punctum de abortu non sit moderata prædicta Constitutio à Gregorio XIV. ideo attendere debent Regulares si habent aliquod priuilegium quo ad hoc à posterioribus Pontificibus post Sixtum concessum.

15 Incurrunt etiam prædicti irregularitatem infamiæ iuris quandocunque fuerint condemnati, vel quando crimen fuerit notorium de iure, vel de facto, vt tradit Thesaurus *supra* §. *Quinto irregularitatem.* Qui etiam animaduertit §. *Tandem*, quod supplicans in Pœnitentiaria pro dispensatione super irregularitate in hoc delicto debet exprimere si erat fœtus à se genitus, quia est casus difficilior ad dispensandum. Pro dispensatione etiam in his irregularitatibus consule dicenda infra verbo *Infamia*, & verbo *Irregularitas*.

16 Casu quo aliquis saltans cum fœmina prægnante saltatione consueta ipsa fœtum animatum eijceret non esset irregularis, secus si vsus esset saltatione immoderata. Quia in hoc casu, non in priori censeretur causa abortus. Similiter ipsam percutiens, aut cum illa coiens absque debita cautione ne mors fœtus animati sequatur, erit irregularis abortu sequuto, propter eamdem rationem. De his casibus Suarez *de censuris disp.*45.*sect.*2.*num.*5. *& sect.*6.*num.*11. Bonacina etiam *de censuris disp.*7.*quæst.*4.*punct.*7.*num.*22.

17 Qui approbauit, seu ratum habuit suo nomine iam factum abortum fœtus etiam animati, etsi peccauerit mortaliter, quia complacet de crimine graui, non tamen incurrit irregularitatem, aut alias pœnas, illæ enim solum statuuntur pro illo, qui cooperatus est ad abortum, iste autem nullo modo cooperatus fuit. Portellus *in dubijs Regular. verbo Abortus in Addit. num.* 3. Addens oppositum debere dici de eo, qui approbauit abortum antequam fieret, aut dum fieret, quia iam esset causa illius tali approbatione, & de illo, qui dixit fœminæ antequam fœtus esset animatus, quod procuraret abortum illius, ipsa vero id fecit postquam animatus erat. Quod intellige, si hoc fuit ipso sciente, nec repugnante, aut non reuocante suum mandatum. Pro quo vide dicenda verbo *Irregularitas num.*71.

18 Plures etiam volunt, quod si pater fœtus animati cui mater prægnans dicit se velle procurare abortum taceat, nihil aliud faciendo, incurrat omnes pœnas designatas à Sixto V. quod est satis probabile, quia ex iustitia tenebatur impedire abortum cum sit pater illius fœtus. Naldus *in Summ. verb. Abortus num.* 5. Portellus *in dub. Regular. verb. Abortus num.*14. referens Rodriguez.

19 Præ-

Digitized by Google

19 Prædicti etiam, qui aliquo ex modis assignatis sunt causa abortus fœtus animati, si Clerici fuerint etiam Regulares incurrunt pœnas priuationis, & inhabilitatis, quas Sixtus V. in prædicta Constitutione superius adducta designauit, & quas Gregorius in sua alia Constitutione etiam relata in suo vigore manere decreuit. Rodriguez *in addit. ad summ. tom. 3. cap. 3. num. 4.* Portellus *supra num* 8. Nec video aliquod priuilegium per quod Regulares à suis Prælatis in istis pœnis dispensari possint, cum Sixtus omnia priuilegia Religionum quo ad id abstulerit, nec Gregorius in sua Constitutione aliquid circa hoc innouauerit. Ex vi tamen priuilegij Gregorij XIV. de quo supra *num.* 8. dixi, videtur posse aliquas earum tolli, concedit enim Pontifex ibi Præfecto Generali Clericorum Regularium Ministrātium infirmis, vt per se, vel per alios ad id munus deputatos possint absoluere suos subditos à quibuscunque pœnis à iure, vel ab homine, non tamen nominatim quomodolibet latis in foro conscientiæ tantum. Quo priuilegio etiam potientur alij Regulares habentes communicationem priuilegiorum cum ipsis. Quia tamen in illo non includuntur pœnæ illæ, quæ sunt reseruatæ Sedi Apostolicæ, ideo cautè procedendum. In dubio autem animationis fœtus non incurruntur istæ pœnæ, quia hoc est speciale irregularitati, quod in dubio facti homicidij incurratur, iuxta dicta supra *num.* 13. propter iura ibi relata, quod non procedit in huiusmodi pœnis: præsertim cum pœna ordinaria statuta delicto certo non sit imponenda delicto dubio. Vasquez *1. 2. quæst. 19. art. 6. disp. 66. cap. 1. num.* 5 Sanchez *de præcept. decalog. lib. 1. cap. 10. num. 45.*

20 Similiter prædicti Clerici, & Regulares delinquentes, qui causa fuerint abortus fœtus animati tradendi sunt in foro externo curiæ, & brachio sæculari depositi, & degradati, puniendi pœna homicidarum, & tanquam veri homicidæ. Ita enim habet Sixti Constitutio relata, nec in hoc moderata à Gregorio. Quaranta *verbo Abortus num. 6.* Rodriguez *tom. 2. quæst. 33. art. 4. in fine*. Imò procurans abortum malis medicamentis, non gaudet immunitate Ecclesiastica, prout ex declaratione Sacræ Congregationis refert Barbosa *in Collect. Bullar. verbo Abortus*. Vide, quæ dixi *tom. 1. cap. 18 num. 83.* & quæ dicam infra circa immunitatem Ecclesiam verbo *Immunitas Ecclesiarum num. 12.*

21 Qui fuerint causa partus etiam viui tam intempestiui tamen, vt nullo modo longo tempore viuere possit, abortum causare dicentur, quia idem est non nasci viuum, ac tam immaturè nasci, vt diu viuere non possit. Flauius Cherubinus *in compend. Bullar. in constitut. 87. Sixti V. Schol. 2.* referens Tiraquellum, & Gutierrez. Quare tales, vt credo, abortus pœnas incurrent, quia sunt veri homicidæ.

22 De-

22 Demum pro explicatione illius vocis *Apochas*, quæ est in Constitutione Sixti V. nota eam significare scripturam in qua creditor se pecuniam accepisse testatur, vulgo Quitantiam vocant. Ita enim habent Calepinus, & Thesaurus linguæ latinæ. Ex eo autem apposita videtur à Pontifice in ea Constitutione inter ea quibus procurantes abortum ad illum concurrere solent, quia tales scelerati aliqnãdo mittunt istas apochas, seu quitantias suis debitoribus significantes se pecuniam illis debitam ab ipsis accepisse, eos hoc prætio ad simile facinus abortus procurandi allicientes.

ABSOLVTIO.

SVMMARIVM.

Nulla absolutio dari potest sola mente, aut animo. num.1.
Quæ sit forma absolutionis à peccatis. ibid.
Quæ sit forma absolutionis à Censuris. ibid.
An solis illis verbis Absoluo te *absoluantur peccata, & Censuræ. n.2.*
An requiratur expressio nominis Censuræ à qua quis absoluitur. n.3.
An requiratur expressio causæ propter quam incursa fuit Censura. num.4.
Vna Censura auferri potest sine alia. num.5.
Secus dicendum de peccatis mortalibus. ibid.
Quando possit dari absolutio Censuræ extra confessionem. num.6.
Quid importet verbum illud in foro conscientiæ. *ibid.*
Quid illud in foro pœnitentiæ. *ibid.*
Quid illud iuncta, seu peracta pœnitentia. *ibid.*
Absolutus à Censura solum in foro conscientiæ qualiter se gerere debeat. num.7.
Qualiter absolutio publica impendenda. num.8.
An satisfactio partis læsæ præcedere debeat. num.9.
An ea sit de substantia absolutionis. ibid.
Quid de absolutione in foro conscientiæ. ibid.
An absolutionem ab excommunicatione præcedere debeat iuramentum. num.10.
Quale sit hoc iuramentum, & à quibus petendum. ibid.
An absolutio à peccatis, vel Censuris dari possit sub conditione. nu.11.
Absolutio Censuræ debet esse voluntaria, non coacta. num.12.
Quid requiratur ex parte absoluentis ad valorem absolutionis. nu.13.
An non Sacerdos absoluere possit. ibid.

Absol-

Digitized by Google

Abſoluens, & abſoluendus diſtincti eſſe debent. num. 14.
Inuitus an poſſit abſolui à peccatis, vel Cenſuris. num. 15.
Abſens abſolui poteſt à Cenſuris, non à peccatis. num. 16.
Alia remiſſiuè. num. 17.

1 NVLLA abſolutio dari poteſt ſola mente, aut animo, à quocunque Prælato, aut Confeſſario Regulari. Ratio eſt, quia vel eſt Sacramentalis, & à peccatis, vel ſolum à cenſuris, ſi primum, cum ſit pars Sacramenti, ſcilicet forma pœnitentiæ debet eſſe ſenſibilis, ſicut & ipſum Sacramentum. Si ſecundum, cum ſit actus iuriſdictionis humanæ debet humano modo exerceri, ac per conſequens non ſola mente, aut animo. S. Tho. 3. *par. quæſt.* 84. *art.* 3. & expoſitores *ibid.* Suarez *de cenſuris diſp.* 7 *ſect.* 9. Vnde ad abſolutionem à peccatis, ſeu Sacramentalem requiruntur verba illa ſcilicet *Abſoluo te.* Concilium enim Floren. in litteris vnionis dicit Sacramenta conſtare rebus, & verbis, & in ſpecie loquens de pœnitentia dicit formam illius eſſe verba abſolutionis. Expoſitores S. Thom. relati. Quare parum probabilitatis habet ſententia exiſtimantium, abſolutionem Sacramentalem poſſe dare ſignis, vel in ſcriptis, apud Enrriquez *lib.* 4. *de pœnitentia cap.* 11. *in comment. littera M.* Abſolutio verò à cenſuris non requirit verba, ſed in ſcriptis, aut per ſigna dari poteſt, vt ſic enim ſufficienter exercetur humano modo poteſtas iuriſdictionis, nec aliud eſt à iure requiſitum. Cornexo *de cenſuris diſp.* 11. *dub.* 3. De Papa vero quidam dicunt poſſe abſoluere à cenſura ſolo animo. Ita Naldus *in Summ. verbo Abſolutio à cenſuris nu.* 1. Hoc tamen videtur difficile. Etſi enim Papa propter ſupremam poteſtatem, & quia ipſe non ſubijcitur formæ iuris communis poſſit abſoluere à cenſuris abſque nutibus, ſignis, aut ſcriptura exprimentibus dictam abſolutionem, in quo ſuperat omnes alios Prælatos ipſo inferiores, quia tamen eius etiam poteſtas humano modo exerceri debet, ideo ad abſolutionem hanc præſtandam præter voluntatem, & intentionem ipſius requiri videtur aliquod opus externum, puta locutionē, ſalutationem, vel quid ſimile, ex quo colligi poſſit ipſius intentio, vel ſaltem quo ipſe declaret ſe habere illam. Clement. vltima *de ſentent. excommunicat.* Cornexo *ſupra.* Bonacina *de Cenſuris diſp.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 5. *num.* 6.

2 Poſſunt prædicti ijs ſolis verbis *Abſoluo te* abſoluere à peccatis, & cenſuris ſimul, modo intendant vtrumque facere. Illis enim verbis ſufficienter ſignificatur ſenſus formæ Sacramentalis, & relaxatio vinculi cenſuræ. Nauarrus *de pœnitent. dub.* 6. *cap.* 1. Henrriquez *lib.* 4 *cap.* 11. *num.* 3. In quo caſu abſolutio ab excommunicatione erit prior natu-

ra absolutione à peccatis. Quia tamen modus absoluendi prius à censuris,& postea à peccatis certior est, & secundum vsum Ecclesiæ, ideo ipso vti debent Confessarij,nisi in casu quo pœnitens esset tam proximus morti,vt non esset tempus ad id faciendum.Bonacina *de censuris disp.* 1.*quæst.* 3.*punct.* 5.

3 Similiter licet ex vsu Ecclesiæ requiratur expressio nominis censuræ à qua quis absoluitur, excommunicationis videlicet, suspensionis, &c. quantum ad validitatem tamen absolutionis non videtur necessaria. Primo,si absoluens vteretur nomine communi censuræ, non autem speciali excommunicationis,suspensionis,&c. vt si diceret,absoluo talem à censura,vel censuris. Secundo,quando præcessit aliquid quo determinetur ipsa censura, vt si præcessit confessio, vel probatio illius, tunc enim ratione illius quod præcessit, sufficienter determinaretur intentio absoluentis, & significatio verbi *Absoluo*, sicut propter eamdem rationem in Sacramento pœnitentiæ, quia præcessit confessio peccatorum, sufficit dicere *absoluo te*,nulla facta peccatorum mentione. Suarez *de censuris disp.*7. *sect.*9 *num.*4. Cornexo *de Censur. disp.*11.*dub.* 3. Addunt ij Doctores,quod si non præcessit aliquid quo determinentur intentio, & verba absoluentis, vt si absolutio detur inuito, absolutionem non esse validam, quia non esset tale determinatiuum. Sed dicerem, etiam tunc eam esse validam ex parte sua, licet propter Ecclesiam, & eum qui absolueretur necessaria esset maior expressio.

4 Multo minus requiritur ad validitatem absolutionis à censura expressio causæ propter quam fuit incursa, v. g. percussio Clerici, &c. Ratio est, tum quia expressio causæ nullo iure communi præscribitur in absolutione, tum quia intentio absoluentis sufficienter exprimitur sine expressione causæ censuræ. Cornexo *supra*. Bonacina *de Censuris disp.*1. *quæst.* 3. *punct.*5. *num.* 7. Per accidens tamen (dicunt illi) requiritur expressio causæ, quando scilicet aliquis est irretitus pluribus censuris,& absoluens solum intenderet absoluere ab vna. Sed tũc, iuxta superius dicta, solum id videtur necessarium propter Ecclesiam, & eum qui absoluitur,non propter absolutionem ipsam. Quoad praxim tamen obseruanda sunt iura particularia Ecclesiarum, & Religionum.

5 Licet vnum peccatum mortale auferri non possit sine alio, eo quod mortale non auferrur nisi per gratiam sanctificantem,quæ æquè opponitur cunctis peccatis mortalibus, nihilominus vna censura auferri potest,alia remanente. Ratio est, quia non est necessaria connexio inter illas, non solum loquendo de ijs, quæ sunt diuersæ rationis, v. g. excommunicatione, & suspensione, sed & de ijs etiam,quæ sunt

eiusd-

Spikes, Ears, Tufts, Umbels, Globes, Heads, Cones, Pyramids, Cylinders, Fascicles, Panicles, Racemes, Corymbs, Thyrses, Verticils, Whorles, Glomerules, Capitula, Amenta, Cymes, Cymules, Cymelets, Fascicules, Panicules, Racemules, Corymbules, Thyrsules, Verticilets, Whorlets, Glomerets, Capitulets, Amentets.

Spike, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it.

Ear, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Chaffy Scales between them.

Tuft, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Umbel, is a Flower-stalk, with Foot-stalks to the Flowers, all round it, and Leaves between them.

Globe, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Head, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Cone, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Pyramid, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Cylinder, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Fascicle, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Panicle, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Raceme, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Corymb, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Thyrse, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Verticil, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Whorle, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Glomerule, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Capitulum, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Amentum, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Cyme, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Cymule, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Cymelet, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Fascicule, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Panicule, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Racemule, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Corymbule, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Thyrsule, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Verticilet, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Whorlet, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Glomeret, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Capitulet, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

Amentet, is a Flower-stalk, with Flowers sessile, or without Foot-stalks, all round it, and Leaves between them.

foro pœnitentiæ, vel *Sacramentaliter* tantum, licet quo ad illos, qui nesciunt esse absolutum, se gerere debeat, ac si adhuc irretitus maneret censura, propter scandalum vitandum, absolutè tamen, & quoad alios, vel coram alijs, qui vel ignorant eum incurrisse censuram, vel sciunt esse absolutum, potest actus per cẽsuram prohibitos exercere, v.g. si fuerit excommunicatus celebrare, communicare, &c. Ratio est, quia tali modo absolutionis liberatus est quoad Deum, quoad conscientiam, & quoad illos homines ab illa censura, nihil ergo est, quod illum prohibeat exercere, quæ alias sine censura posset. Poterit tamen à Iudice, vel Superiore si denuncietur, pro illa puniri, obligari ad satisfaciendum parti læsæ, si quæ fuit, & iterum absolui, seu declarari absolutus, adhibito etiam testimonio illius, qui eum absoluit in foro conscientiæ, &c. vel etiam confessarij id testificãtis de licentia pœnitentis. Absolui enim aliquem *in foro conscientiæ tantum* est absolui saluo iure Iudicis, vel Superioris ad faciendũ ea, quæ debet. Suarez *de Censuris disp. 7. sect. 5.* Bonacina *de Censuris disp. 1. quæst. 3. punct.* 10. Poterit quoque Iudex, vel Superior, huiusmodi absolutionem acceptare pro foro externo etiam. Laymanus *lib. 1. tract. 5. par. 1. cap. 7. num. 7.*

8 Quamuis absolutio censuræ in foro interno, pœnitentiali, seu Sacramentali, communi, & ordinario modo fieri debeat, prout constat non solum ex vsu Ecclesiæ, sed ex viuæ vocis oraculo Leonis X. pro Minoribus, quod refert Cassarrubius *in Compend. priuilegior. Mendicant. verbo Absolutio quoad saculares 1. num.* 13. de quo inter alios Ioannes Sancius *in select. disp. 6.* absolutio tamen publica solemnis impendenda est iuxta formam præscriptam in *cap. à nobis de sentent. excommunicat.* nisi oppositum communi vsu receptum fuerit. Absoluendus ergo ab excommunicatione super nudatos humeros, si fuerit vir, leuiter cedi debet virga, aut flagello, dum recitatur Psalmus *Miserere*, aut alius pœnitentialis. Postmodum dicto *Gloria Patri*, *Kyrie eleison, &c. Pater noster, &c.* Vers. *Saluum fac seruum tuum, &c. Domine exaudi, &c. Dominus vobiscum, &c.* dicat Orationem *Deus cui proprium est misereri semper & parcere, &c.* deinde subiungat, *Auctoritate qua fungor absoluo te à vinculo excommunicationis, quod incurristi propter hanc vel illam causam, & restituo te Sacramentis Ecclesiæ, & communioni fidelium in nomine Patris, &c.* Tolet. *in summ. lib. 1. cap. 14. num.* 10. Quæ forma, etiamsi non sit de essentia absolutionis, ex vsu tamen Ecclesiæ obseruari debet, itaut sine aliqua culpa non prætermittatur, nisi adsit necessitas, aut alia rationabilis causa. Suarez *tom. 5. disp. 19 sect. 2.*

9 Præcedere tamen debet absolutionem à censura, quæ incursa est cũ damno tertij satisfactio partis læsæ, in totũ si fieri potest, vel saltem

secun-

ſecundum eam partem, quæ poſſit præſtari, vel caſu, quod nec integra ſatisfactio, nec in parte præſtari tunc poſſit, ad minus adhibenda eſt cautio pignoratitia, ſi fieri poteſt, ſin autem ſaltem fideiuſſoria: quod ſi nec hæc præſtari poſſit, ſaltem dari debet cautio iuratoria de prædicta ſatisfactione præſtanda, hoc enim totum neceſſarium eſt pro conſeruando illæſo iure tertiæ perſonæ, cui facta eſt iniuria, iuxta doctrinam Nauarri *in Man. cap. 26. num. 7.* Ita enim colligitur ex *cap. Parrochian. de ſentent. excommunic.* & ex vſu Eccleſiæ. Nomine vero ſatisfactionis partis læſæ intelligitur honoris, vel famæ, vel aliorum bonorum, vel ſaltem petitio veniæ pro iniuria. Sotus *in 4. diſt. 22. q. 5. art. 3.* Enrriquez *in ſumm. lib. 13. cap. 28.* Hæc porro ſatisfactio licet non ſit de ſubſtantia, ſeu eſſentia abſolutionis, itaut ſine illa nō valeat, cum nullo iure id caueatur, & expreſsè id teneant Doctores, ſpecialiter Silueſter *verbo Abſolutio 3. num. 3.* & Nauarrus *cap. 27. num. 37.* nihilominus abſoluens à cenſura non præmiſſa ſatisfactione peccat contra charitatem, non procurando reſtitutionem damni illati proximo. Imò etiam contra iuſtitiam, ſi ex officio id illi incumbat. Enrriquez *lib. 13. cap. 28.* Bonacina *de cenſuris diſp. 1. quæſt. 3. punct. 9. num. 1.* Imò habens facultatem limitatam ad abſoluendum, ſcilicet ſatisfacta parte, non ſolum illicitè, ſed inualidè abſoluit. Iuriſdictio enim limitata non extēditur vltra limites præſcriptos, tantum enim valet quantum ſonat. Naldus *in ſumm. verbo Abſolutio à cenſuris nu. 15.* Bonacina *ſupra.* Licet de abſolutione lata vi Bullæ Cruciatæ oppoſitum ſit probabile, vt dicam verbo *Bulla Cruciatæ num. 32.* Habens autem facultatem delegatam, ſeu priuilegium ſine limitatione ſatisfactæ partis validè abſoluit ſine illa. Quia priuilegium accipiendum eſt prout verba ſonant. Hoc autem priuilegium nullam limitationem includit. Nauarrus *loco relato.* Suarez *diſp. 7. ſect. 5. nu. 42.* Hæc vero omnia procedunt in abſolutione quoad forum externum. In Sacramētali enim, ſeu foro conſcientiæ ſufficit quòd pœnitens proponat facere eam ſatisfactionem quam primum potuerit, creditur enim pœnitenti in hoc foro. Naldus *ſupra*, ex Rituali Romano iuſſu Pauli V. edito. Hic nota, quod ſi quis poſt præſtitam cautionem, ſeu iuramentum de ſatisfaciendo, poſtea ſatisfacere negligat non recidit in cenſuram à qua fuit abſolutus, cum id iure expreſſum non ſit, poterit tamen à Iudice iterum excommunicari, *cap. ad reprimendam de Offic. Ordinar.* Laymanus *lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 6. num. 8.*

10 Præcedere etiam debet abſolutionem ab excommunicatione in foro externo iuramentum de non committendo amplius illud delictum. Ita enim habetur *cap. ex tenore*, & *cap. de cætero de ſentent. excommunicat.* & *ca. peſſimam 23. quæſt. 8.* & tradunt communiter Doctores.

Quorum aliqui dicunt hoc iuramentum debere esse de parendo mandatis Ecclesiæ, alij verò de parendo mandatis Superioris absoluentis. Sed in idem recidit vtrumque. Nam non debet hoc intelligi de iuramento generali obediendi omnibus Ecclesiæ præceptis, cum ex nullo iure hoc constet, sed de obediendo illi præcepto, quod absoluens imponere debet excommunicato, quod tantum debet esse de illo crimine non amplius perpetrando, prout habetur in iuribus relatis. Suarez *tom.5. de censuris disp.19. sect.2. num.10.* Sanchez *in præcept. Decalog. lib.2. cap.13. nu.22.* Conueniunt autem ferè omnes, hoc iuramentum petendum non esse, nisi in absolutione ab excommunicatione ob magna crimina. Quia ex iure nihil aliud colligi potest: dum enim id petit, loquitur solum de incẽdiarijs, & manifestis Clericorum percussoribus. Caietanus *in summ. verbo Absolutio cap. penult.* Suarez, & Sanchez relati. Nec hoc iuramentum est de substantia absolutionis, licet non debeat prætermitti. Siluester *verbo Absolutio 3. num.3.* Petitur vero etiam à fœminis. An vero etiam à pueris, relinquitur arbitrio Superioris, vt penset an eo rationis vsu gaudeant, vt iuramentum æstiment. Siluester *supra.* Sanchez *nu.19.* Vide dicenda verbo *Bulla Cœnæ nu.53.*

11 Absolutio quæcunque siue à peccatis, siue à censuris, dari potest validè sub conditione de præsenti, siue de præterito, vt si dicatur *Absoluo te, si hoc egisti, aut si indiges, &c.* huiusmodi enim conditiones non suspendunt actum, & absolutiones datæ sub illis æquiualent absolutis. Si enim conditiones subsistunt, absolutiones tenent, si non subsistunt, nihil operantur, quia conditio nihil ponit in esse. Illicitè tamen abhibentur, quando sine causa rationabili ponuntur, quia impertinẽter, & aliquo modo irreuerẽter. Causa tamen rationabili posita, licitè id fieri potest. Primo, in absolutione à peccatis, quando v.g. Confessarius dubitat an pœnitens habeat peccata, vel an ipsum absoluerit. Vasquez *de pœnitent. quæst.84. art.3. dub.5.* Reginaldus *lib.8. num.6.* Deinde, in absolutione à censuris, vt si dicat absoluens absoluo te ab excommunicatione, *si eam incurristi*, aut *si teneris vinculo illius, &c.* Idque constat in absolutione, quæ ex vsu Ecclesiæ datur ad cautelam, quando scilicet dubitatur an contracta fuerit censura, datur enim tunc absolutio sub conditione si pœnitens indiget, vel si contraxit, &c. Cornexo *de censuris disp.11. dub. vlt.* Absolutio vero à peccatis, seu Sacramentalis nullo modo potest dari sub conditione de futuro, ita vt hoc modo data non solum illicita, sed etiam inualida sit. Ratio est, nam vel illa valet quando datur, vel quando adimpletur conditio, non primum, cum absoluens non intendat quod tunc habeat effectum, & intentio Ministri necessaria sit ad Sacramẽti effectum: neque secundum, quia tunc non adest materia, & forma, ergo. Vasquez, & Reginaldus relati.

relati. Abſolutio tamen à cenſuris ſub prædicta conditione de futuro valida eſt & licita, ſi conditio illa ſit rationabilis, vt ſi dicatur abſoluo te ab excommunicatione *ſi ſatisfeceris, reſtitueris, &c.* cum enim cenſura ferri poſſit ſub conditione de futuro, non eſt ratio cur & abſolutio non poſſit dari eodem modo. Sairus *lib.2.cap.16.nu.7.* Cornexo *ſupra.* Abſolutio vero data ſub conditione de futuro impertinenti, & irrationabili, vt ſi dicat abſoluens, ego te abſoluo ab excommunicatione *ſi cras pluerit*, licet illicita ſit, & imprudens, quia eſt abuſus poteſtatis ſpiritualis, cum per illam fiat, quod actus illius pendeat à re impertinenti, valida tamen videtur, cum ſimili modo valida ſit abſolutio ſub conditione de præſenti, aut de præterito etiam impertinenti. Ægidius Coninch *de Sacramēt. diſp.13.dub.2.nu.17. & diſp.14.dub.16. num.213.* Bonacina *de Cenſuris diſp 1.queſt.3.punct.7.*

12 Abſolutio cenſuræ debet eſſe voluntaria, libera, & non coacta, ſeu extorta per dolum, vim, aut metum cadentem in virum conſtantem, ita vt aliter data non ſolum illicita ſit ex parte extorquentis, propter grauem iniuriam, quæ irrogatur Superiori à quo extorquetur, ſed etiam ſit irrita, & inualida. Ita enim habetur ex *cap.vnico de ijs quæ vi, metuſue cauſa fiunt in 6.* vbi Eccleſia in fauorem Eccleſiaſticæ poteſtatis id diſponit. Caietanus *verb. Excommunicatio caſu* 41. Nauarrus *cap.27.num.125.* Cornexo *de Cenſuris diſp.11. dub.4.* Vbi etiam decernitur, quod qui per vim, vel metum abſolutionem extorquet, nouam excommunicationem incurrit. Sairus *lib.2.cap.*41. Cornexo *ſupra*. Ea tamen non eſt reſeruata. Theſaurus *in prax.par.2.verbo Abſolutionem à cenſuris extorquens cap.9.*

13 Ex parte abſoluentis requiritur ad valorem abſolutionis Sacramentalis, ſeu à peccatis, poteſtas ordinis, & iuriſdictionis, iuxta dicta *tom.1.Summæ cap.19* ex Concil. Trident. *ſeſſ.23.cap.15.* Ad valorem tamen abſolutionis à cenſuris, licet requiratur, quod abſoluens ſit clericus, quia ille ſolus eſt capax iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, cuius actus eſt abſolutio à cenſuris, quemadmodum propter eamdem rationem idem requiritur ad ferendum cenſuras. Nihilominus quemadmodum ad ferendum cenſuras non eſt neceſſarius Ordo Sacerdotalis, ſed ſufficit inferior, imò & prima tonſura, ſic etiam ſufficiet ad abſoluendum ab illis. Suarez *diſp.7.ſect.6.num.2.* Naldus *in Summ.verb. Abſolutio à cenſuris num.3.* Quare ſi caſus eſſet, quòd in aliqua Religione conuerſi eſſent Prælati, ſicut illi non ſunt capaces iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, ac proinde nec poſſent ferre cenſuras, iuxta dicta *tom.2.cap.8. nu.18.* ſic nec ab illis abſoluere. Secus vero ſi tales Prælati eſſent clerici ſaltem in minoribus, aut in prima tonſura conſtituti, quia tales ſunt capaces iuriſdictionis in foro externo, & iudiciali. In mortis etiã

articulo licet quilibet Sacerdos etiam aliàs non habẽs iurisdictionem siue Ordinariam, siue delegatam possit absoluere à quibuscunque peccatis, & censuris quantumuis reseruatis, ex doctrina Concilij *sess.* 14. *cap.* 7. probabilius tamen est hoc non posse competere alijs Sacerdote inferioribus, siue laicis, siue etiam Diaconis, aut Subdiaconis. Concilium enim solum hoc tribuit Sacerdotibus, nec est aliquod ius quo id concedatur inferioribus. Suarez *supra num.* 6. Sayrus *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 3. Lugo *de Sacramen. Pœnit. disp.* 18. *sect.* 1. *num.* 4. *&* 7. Quamuis Cornexo *supra*, quod attinet ad absolutionem à censuris, oppositum existimet probabile cum Siluestro *verb. Absolutio* 1. *nu.* 8. & alijs. De censuris porro siue reseruatis, siue non reseruatis à quibus absoluere possunt Prælati Regulares suos subditos, dixi *to.* 1. *cap.* 18. *nu.* 28. & sequentibus.

14 Ex parte absoluendi requiritur ad absolutionem, quòd ille sit distinctus ab absoluente, ita vt nullus possit se ipsum siue à peccatis, siue à censuris absoluere. Absolutio enim actus iurisdictionis est, quæ non exercetur nisi in subditos, ac per consequens in alios. Suarez *de censuris disp.* 7 *sect.* 7 Bonacina *de censuris disp.* 1. *quæst.* 3 *punct.* 4. Vnde casu quo Prælatus Regularis in censuram aliquam incidisset non posset seipsum absoluere, sed ab alio absoluendus est. Quid verò agendum in casu quo in vno Monasterio Prælatus, & subditi essent excommunicati ob violentam manuum iniectionẽ adinuicem, nec sit alius, qui eos possit absoluere, dicam infra verbo *Clericus num.* 17. de absolutione excommunicationis ob Clerici percussionem loquens.

15 Quamuis ad absolutionis Sacramentalis valorem requiratur voluntas illius, qui absoluendus est, cum nullus adultus possit inuitus recipere Sacramenta. (S. Th. 2. *par. quæst.* 68. *art.* 7. & Expositores *ibid.*) Ad absolutionis tamen à censuris valorem non est id necessarium, sed potest ab illis absolui ignorãs, aut non consentiẽs. Ratio est, quia sicut censura potest ferri in inuitum, ita absolutio censuræ inuito dari potest. S. Thom. *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 2. *art.* 5. Sayrus *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 5. Hoc tamen intellige de absoluente per potestatem ordinariam, absolutam, & independentem à voluntate, & consensu illius, qui absoluendus est, nam qui absolueret aliquem solum ex vi priuilegij cõcessi pœnitenti, vt contingit per Bullam Cruciatæ, vel Iubilæum, si inuitum illum absolueret, nihil faceret, nam vsus talis priuilegij pendet ex voluntate ipsius priuilegiati. Cornexo *tract. de censuris disp.* 11. *dub.* 5. An verò positiuè repugnans possit absolui ab habente auctoritatem, dubium est, & partem affirmatiuam tenet ipse Cornexo, estq. id satis probabile, saltem si non adest contumacia ex parte illius.

16 Absens, seu non localiter præsens licet non possit absolui Sacramen-

Digitized by Google

mentaliter propter declarationem quamdam Clementis VIII. quam refert Naldus *verbo Confessio, & Confessarius in fine*, vbi oppositum damnauit vt falsum, temerariũ, & scandalosum, & contra illius asserto-res grauissimas pœnas posuit, nihilominus à cẽsuris absolui potest quis quantumuis absens, & distans. Ita enim constat ex vsu Ecclesiæ, præ-sertim in Diplomatibus Summorum Pontificum. Estq. satis conforme naturæ ipsius censuræ, vt quemadmodum absenti infligi potest, multo magis ipsius absolutio dari. Reginaldus *lib. 9. num. 39.* Auila *de Cen-suris par. 2. cap. 7. disp. 2. dub. 1.* Ex quo infertur rectè facere Prælatos Regulares habentes facultatem ex vi suorum priuilegiorum absoluen-di suos subditos à cẽsuris in Capitulis aut visitationibus, aut certis Fe-stiuitatibus, iuxta dicta *tom. 1. cap. 18. num. 93.* absoluendo etiam ab-sentes, si priuilegia ipsorum generalia sint, nec tantum extendantur ad præsentes. Auila *supra*. Layman. *lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 6. num. 9.* Similiter, si Confessarius facultate absoluendi præditus oblitus sit ali-quem à censura absoluere, vel si aliquem absoluit à censura, à qua non poterat, quia erat Superiori reseruata, postea impetrata facultate po-terit, imò debet absolutionem absenti conferre, si ipsum ad se accersi-re non possit. Layman. relatus ex Nauarro, Henrriquez, & Auila.

17 De casibus, & censuris reseruatis à quibus absoluere possunt Præ-lati, & Confessarij Regulares, vide verbo *Bulla Cœnæ*, verbo *Bulla Cruciatæ*, verbo *Casus reseruatus*, verbo *Censura*, verbo *Confessarius*, verbo *Degradatio*, verbo *Depositio*, verbo *Excommunicatio*, verbo *In-terdictum*, verbo *Irregularitas*, & 4. tom. verbo *Suspensio*.

ACCVSARE, ET ACCVSATOR.

SVMMARIVM.

Quando Religiosus accusare possit. num. 1.
Quãdo accusat sine licẽtia Prælati, an iudicium illud sit validũ. nu. 2.
Quid si Religiosus velit agere contra suum Prælatum. num. 3.
An tunc concedi debeant illi expensæ. num. 4.
An etiam Prælato accusato. ibid.
Religiosus obedire debet suo Superiori durante lite. num. 5.
An cum potest esse actor possit constituere procuratorem. num. 6.
In casu Hæresis, vel suspicionis Hæresis tenentur Religiosi denunciare quascumque personas. num. 7.
Quid in casu, quo Monialis, seu Religiosus iuuenis ad inhonesta soli-citaretur in Confessione. num. 8.

Digitized by Google

Quæ crimina teneantur denunciare tempore viſitationis . num.9.
Nullus tenetur denunciare ſe ipſum . num.10.
An, & quando teneantur denunciare complices . num.11.
An excuſentur aliqui à denunciatione, propterea quod non poſſint probare delictum . num.12.
An Religioſus teneatur denunciare delinquentem iam emẽdatum.n.13.
Quid quando illud delictum ſolus vnus nouit . num.14.
Quid ſi Religioſus haberet apud ſe rem furto ſublatam . num.15.
Quid quando præceptum Superioris fundatur in ſola præſumptione . num.16.
Delicta ſecreta proximi, an, & quando denuncianda . num.17.
Eccleſiaſtici prohibentur accuſare in cauſa ſanguinis . num.18.
Quando, & quomodo id liceat . ibid.
Proteſtatio quando, quomodo, & coram quibus ſit facienda . num.19.
An illa profit laicis . ibid.
An teſtibus, Fiſcalibus, Aduocatis, &c. ibid.
An ſine illa excuſentur aliquado Eccleſiaſtici ab Irregularitate. n.20.
Quid quando accuſant aliquem ex obligatione Charitatis, vel Iuſtitiæ . num.21.
Alia remiſſiuè . num.22.

1 RELIGIOSVS, iuxta dicta *to.1.Summ.cap.9.nu.11.* non poteſt comparere in iudicio forenſi tanquam accuſator, ſeu actor etiam pro iniuria ſibi illata, contra quamcunque perſonam ſine licentia Prælati, niſi quando eſt extra Monaſterium, aut quando Prælatus ita eſt abſens, vt commodè non poſſit expectare eius reſponſum, aut ſi velit agere contra Religionem ipſam. Cum enim omne ius ſuum in Monaſterium trãſtulerit, ac veluti mortuus ſit, non poteſt prædicta munera exercere. Poteſt tamen in iudicio Regulari, ſeu coram ſuo Prælato accuſator eſſe, ſeu actor contra alios Regulares ſui Ordinis cum conditionibus tamen aſſignatis eodem *1.tom.cap.27.num.22.* vbi etiam *num.20.23.& 24.* & ſequentibus alia, quæ ad hoc ſpectant, præſertim de differentia, quæ eſt inter accuſatorem, & denunciatorem. De quo etiam noſter Thomas à Ieſu *in lib. de Regular. viſitat. tract.1. cap.4.* Sumimus autem in præſenti pro eodem actorem, & accuſatorem, quia qui in ciuilibus cauſis actor dicitur *l.qui prior ff.de iudicijs*, is in criminalibus appellatur accuſator *ff.de accuſat.& inſcript.* nunc ergo alia addenda.

2 Primum eſt, quod iudicium agitatum cum Monacho abſque Superioris licentia in quibus nequit agere, aut eſſe actor, vel accuſator, eſt nullius momenti. Nam iudicium, vt ſit legitimum debet conſtare

iudi-

Digitized by Google

iudice, actore, & reo legitimis, ex *cap. forus de verbor. ſignificationib.* & communiter ex Doctoribus, illud autem iudicium caret actore legitimo. Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 12. num. 12.* Qui etiam *num. 13.* addit poſſe Superiorem ſi voluerit ratum habere illud iudicium in quo Religioſus actor fuit, ſeu accuſator ſine licentia ipſius.

3 Secundum, quod ſi Religioſus velit agere contra ſuum Prælatum, prout poteſt, illum accuſando, vel denunciando crimen illius, non tenetur expectare illius conſenſum, vtitur enim iure ſuo, maximè ſi id cedat in vtilitatem Monaſterij, *cap. ex parte de accuſat.* Gloſſa *ibi verbo alia.* Felinus *paulo poſt principium.* Sanchez *ſupra num. 18.*

4 Quando autem Religioſus accuſat ſuum Prælatum nō ſunt ei denegandæ expenſæ tam victus, quàm aliæ neceſſariæ ad litē proſequendam. Sic enim habetur ex dicto *cap. ex parte de accuſat.* & ſequuntur Gloſſa finalis *ibi*, Ioannes Andreas *ibi*, Abbas *num. 9.* & alij. Limitat id Sanchez relatus *num. 21.* niſi Religioſus accuſans habeat aliquod peculium, tunc enim inquit non tenetur Monaſterium litis expenſas miniſtrare, quia ceſſat ratio reddita ex *cap. ex parte.* Similiter ipſe Prælatus accuſatus debet habere expenſas ſibi neceſſarias vſque ad finem litis, cum etiàm ipſe Superior ſit pars Monaſterij, & Monaſterio interſit, quod Prælatus ſe defendat. Gloſſa *eo cap. ex parte verbo alia*, Abbas *num. 15.* Tapia *Autentica ingreſſi verbo ſua.*

5 Religioſus etiam ſuum Superiorem accuſans durante lite tenetur ei obedire ſicut antea. Adhuc enim Superior officio ſuo fungi debet, cum illo non ſit priuatus. Abbas *cap. ex parte nu. 4.* Felinus *ibid.* Non tamen tenetur illi obedire in deſiſtendo à lite, vel accuſatione, quia in hoc non ſubditur Superiori, *ca. nonne 8. quæſt. 4* Sanchez *ſupra num. 31.*

6 Quoties autem Religioſus poteſt eſſe actor in iudicio abſque Superioris licentia, poteſt etiam abſque illa conſtituere procuratorem, quia cum poſſet id per ſe ipſum agere poterit ſimiliter per alium. *Regul. poteſt. de Regul. iuris in 6.* Nauarrus *Comment. 2. de Regular. nu. 27. verſ. addo 11.* Sanchez *ſupra num. 32.* Apud quem alia circa hæc numeris ſequentibus.

7 In caſu hæreſis, vel ſuſpicionis hæreſis, tenentur Religioſi accuſare, ſeu denunciare omnes, & quaſcunque perſonas tam ſui Ordinis, quàm alterius, & etiam fæculares DD. Inquiſitoribus, nulla expectata licentia, aut conſenſu ſuorum Superiorum. Colligo id primo ex Conſtitutione Pauli V. quæ incipit *Romanus Pontifex*, vbi inter alia hæc: *Volentes, & expreſsè mandantes, vt ipſi Religioſi poſſint, & debeant omnes etiam Ordinum huiuſmodi Profeſſores de hæreſi ſuſpectos Inquiſitoribus, & Ordinarijs locorum vicinioribus liberè denunciare,*

abſque

abſque eo, quod Superiores prædicti perſonas denunciandas, & cauſas perquirere, vel quoquomodo id impedire, vel retardare audeant, vel præſumant. Secundo, ex decreto DD. Cardinalium Inquiſitorum Generalium Sanctæ Romanæ Vniuerſalis Inquiſitionis, quod refert Peirinis *tom. 2. priuilegiorum Minimorum in Conſtitutione 9. Pauli V. num. 25.* quod hic apponere libet, quia continet aliquot circumſtantias ſcitu dignas. *Vniuerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus tam Eccleſiaſticis, quàm ſæcularibus vtriuſque ſexus, cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtentibus, & quacunque dignitate, & auctoritate, etiam maxima, fulgentibus, harum ſerie, ac tenore, auctoritate noſtra, & huiuſmodi noſtri officij qua fungimur, præcipimus, & mandamus, quatenus infra duodecim dies proxime computandos, quorum primos quatuor pro primo, & reliquos quatuor primis quatuor immediatos pro ſecundo, & vltimos quatuor pro tertio termino, & peremptorio, ac trina monitione Canonica aſſignamus, omnes & ſingulos hæreticos, ſeu de hæreſi quomodolibet ſuſpectos, de quibus notitiam habuerint, debeant nobis, vel Reu. Commiſſario noſtro, quo ad habitantes in Vrbe, quo vero ad habitantes extra Vrbem, & vbiuis locorum degentes, Inquiſitoribus, vel locorum Ordinarijs, vel eorum Vicarijs Generalibus, ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ pœna, quam in contrarium facientes ipſo facto incurrant, iudicialiter propalare, cuius excommunicationis maioris abſolutionem S.D.N. Papæ, & nobis reſeruamus.* Qui autem ſint cenſendi hæretici, vel de hæreſi ſuſpecti dicetur verbo *Hæreſis*, & an ſint prius fraternè corrigendi verbo *Denunciatio*.

8 Si caſus eſſet, quod Monialis, ſeu etiam Religioſus iuuenis ad inhoneſta ſolicitarentur à Confeſſarijs, tenerentur eos denunciare Sancto Officio Inquiſitionis, vel locorum Ordinarijs, iuxta dicta ex Conſtitutione Gregorij XV. *tom. 1. cap. 19. à num. 33. in tertia editione Veneta*. Conſtitutio enim Gregorij XV. qua id præcipitur, loquitur generaliter de Confeſſoribus ſolicitantibus omnes perſonas *quæcunque illæ ſint* (inquit Pontifex) ac per conſequens de ſolicitantibus perſonas Religioſas, cum illarum ſolicitatio maius, & grauius crimen ſit quam aliarum. Vide alia eo loco dicta, & dicenda verbo *Denunciatio, & Denunciare*. Nota etiam, quod in hoc caſu non tenentur tales perſonæ Religioſæ ſolicitatæ poſtulare licentiam à ſuis Prælatis ad propalandum Sancto Officio Confeſſarios ſolicitantes, cum enim de hoc extet mandatum Pontificium, nihil aliud eſt neceſſarium.

9 Tenentur Regulares in viſitationibus Conuentuum, ſeu Monaſteriorum, ſeu etiam extra illas, accuſare, vel ſaltem denunciare crimina, quæ graviter, & directè ſunt contraria bono communi Reipublicæ,

vel

vel communitatis Religioſæ, vt proditio, &c. etiam ſi ex accuſatione, vel denunciatione nocumentum aliquod quantumuis grauè oriatur, accuſato, vel denunciato. Bonum enim commune anteponi debet bono priuato cuiuſcunque. Similiter ſi viderint aliquem Religioſum inſidiantem vitæ, vel famæ alterius iniuſtè, tenentur illum denunciare, ſeu accuſare. Vnicuique enim Deus mandauit de proximo ſuo. Naldus *in Summa verbo Accuſare num* 3. Generaliter etiam loquendo, de crimine pernicioſo cuiuſuis, cum alia ratione impediri nequit, obligatio eſt accuſandi, vel denunciandi. S. Tho. 2. 2. *quæſt.* 68. *art.* 1. Silueſter *verbo Accuſatio quæſt.* 2.

10 Nullus tamen tenetur denũciare, aut accuſare ſeipſum quantumuis graue crimen commiſerit. Intellige, extra confeſſionem Sacramentalem. Nemo enim tenetur ſeipſum prodere in iudicio externo, prout habetur in *cap. ſi quis aliquando de pœnitentia diſtinct.* 1. Sanctarellus *Tract. de hæreſi cap.* 9. *dub. vnic. num.* 18. Diana *in Tract. de denunciationibus reſolut.* 8.

11 Similiter regulariter loquendo non tenetur aliquis denunciare, ſeu accuſare complices, ſeu ſocios ſui delicti. Moraliter enim loquendo non poteſt quis manifeſtare ſocios quin manifeſtet ſeipſum. Nam ſi Petrus v. g. denunciat Paulum complicem furti, aut homicidij, Paulus poſtea interrogatus vt reus denunciabit Petrum. Sanctarellus *ſupra num.* 16. Suarez *Tract. de fide diſp.* 20. *ſect.* 4. *nu.* 18. Diana *Tract. de denunc. reſolut.* 9. Dixi *regulariter loquendo*, quia caſu dato, quod poſſet manifeſtari delictum complicis ſine detrimento illius, qui denunciat, denunciare tenebitur, ſicut dicunt multi de fœmina ſolicitata à Confeſſario, quæ ſolicitationi conſenſit, ea enim denunciare tenetur Confeſſarium, occultando tamen proprium conſenſum. Sanctarellus *Tract. de hæreſi cap.* 44. *dub. vnic. num.* 12. Diana *ſupra*, cum alijs quos citat. Similiter, qui alicui hæretico dogmatizanti aſſenſum præbuerunt, cum hoc delictum ſit in magnum detrimentum Eccleſiæ, tenebuntur denunciare dogmatizantem accuſando ſeipſos apud Inquiſitores, ſic enim conſultum erit bono communi, & proprio, cum accuſatores ſui ipſius à Sancto Officio benigniſſimè tractentur. Ita aliqui Theologi apud relatum Dianam *reſolut.* 8.

12 In caſibus in quibus aliqui denunciare tenentur, non excuſantur à denunciatione, propterea quod non poſſint probare delictum. Etenim iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 27. *num.* 20. & 24. hæc eſt differentia inter denunciatorem, & accuſatorem; quod accuſator tenetur probare delictum, quod defert ad Iudicem, non tamen denunciator. Eſto enim denunciator de iure teneatur probare ſuam denunciationem, vt colligitur ex *l. Diuus, & l. ab accuſatore ff. ad Senatus conſult. Turpiliani,*

piliani, ex consuetudine tamen oppositum seruatur. Farinac. *Tract. de hæresi quæst.* 185. §. 5. *num.* 71. Quod maximè tenet verum in casibus pertinentibus ad Tribunal Sanctæ Inquisitionis. Barbosa *de potestat. Episcop. par.* 3. *allegat.* 96. *num.* 51. Diana *Tract. de denunc. resolut.* 1. Quare quod dixi *tom.* 1. *cap.* 27. *num.* 3. & 20. Nullum teneri denunciare delictum, quod probare non potest, intelligēdum est, quando consuetudine receptum fuerit, quod denunciator teneatur probare. Sed, vt dixi, dicto *nu.* 20. solus accusator est, qui suscipit onus probandi, non autem denunciator, quia tantum præparat viam Iudici, vt ipse inquirat, & probet.

13 Si Superior Regularis iubeat etiam per censuram denunciare aliquem Religiosum delinquentem ad emendam ipsius, ad impediendum peccatum aliquod eiusdem, aut vt non inferatur malum proximo, vel vt damnum illatum restituatur, in his casibus, Religiosus, qui scit proximum esse emendatum, neque amplius velle peccare, vel scit iam esse restitutum damnum, vel proximè paratum esse ad restituendum, non tenetur parere edicto Superioris, quia iam cessauit finis illius, qui solum erat emendatio proximi, & restitutio damni. Corduba *in Summa quæst.* 64. Sayrus *in claui regia lib.* 12. *cap.* 14. *num.* 27. Portellus *in dub. Regular. verbo Denunciatio num.* 7. Secus videtur dicendum, quando Prælatus inquireret de aliquo delicto non ob prædictam motiua, sed ad punitionem, & exemplum aliorum, quia illud fuit publicum, seu scādaloſum; tunc enim bonum commune Religionis postulat, vt denuncietur, & puniatur, etiam in casibus assignatis. Fauet Rodriguez 2. *to quæst.* 6. *art.* 4. Vide dicta *tom.* 1. *cap.* 27. *num.* 3.

14 Similiter si Prælatus præcipiat, vt denuncietur aliquod delictum, & illud nouit vnus solus, & scit quod delinquens scit eum solum nouisse, illud non tenetur denunciare, nisi crimen illud sit contra bonum commune, vel in graue damnum tertij. Ratio est, quia in tali casu exponeret se denuncians periculo magnæ inimicitiæ, & iræ oriundæ inter ipsum, & delinquentem, cui tamen damno solum cedere debet pro bono communi, vel graui damno tertij. Sayrus *lib.* 12. *clauis regiæ cap.* 14. *num.* 26. Portellus *in dub. Regular. verbo Denunciatio num.* 26.

15 Similiter si casus esset, quod Religiosus haberet apud se rem furto sublatam à fure acceptam, & Prælatus præciperet, vt denunciaretur, non tenetur denunciare. Exinde enim magnum damnum denuncianti sequeretur, siue enim bona, vel mala fide rem acceperit à fure, semper ipse erit suspectus de furto; ac proinde denunciare non tenebitur ne seipsum prodat. Iulius Clarus *lib.* 5. *receptarum sententiarum pract. crimin. quæst.* 16. Sayrus relatus *num.* 25. Portellus relatus *num.* 11.

Vnde

Digitized by Google

Vnde infer, quod ſi aliquo modo potuerit propalare rem furto ſublatam ſine manifeſtatione ſui, tenebitur id facere.

16 Præterea, quando præceptum Superioris præcipiẽtis aliquid ſibi reuelari fundatur in ſola præſumptione, ſi alicui conſtat talem præſumptionem eo caſu deficere, probabile eſt non teneri propalare fratrem. Exempli gratia, Superior ex ſuſpicione, quod quidam Religioſus commiſit peccatum contra caſtitatem, præcipit ſubditis, vt dicant, ſi aliquis exiuit è Conuentu ſine ſocio, ſcit aliquis quemdam exijſſe ſine ſocio, conſtat tamen illi non commiſiſſe tale peccatum, probabile eſt, vt dixi, non teneri propalare illum, qui ſine ſocio exijt. Ceſſat enim in illo præſumptio, & finis talis præcepti. Sic in ſimili Ioannes Valerius *in different. vtriuſque fori verbo hæreſ. differ.* 1 *num.* 4. Riccius *par.* 3. *deciſ.* 278. *num.* 6. Fagundez *de 2. Eccleſ. præcept. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 7. An verò in caſu hæreſis etiam id procedat, tractat Diana *in Tract. de denunciationibus reſolut.* 10.

17 Delicta ſecreta proximi quorum non præcedit infamia, ſemiplena probatio, vel aliquod ſaltem indicium, non debent reuelari, quando Iudex, vel Prælatus intendunt procedere ad pœnam, etiam ſi ſub cenſura id præcipiatur. Ius enim naturæ, quod iuri poſitiuo anteponi debet, præſcribit, vt ſecreta proximi non propalentur cum damno ipſius. Corduba *quæſt.* 64. Sayrus *in Claui Regia cap.* 14. *num.* 28. Si verò talia delicta ſint cõtra bonum commune procul dubio reuelari debent, etiam cum diſpendio delinquentis, quia bonum commune bono priuato anteponi debet, iuxta dicta ſupra. Similiter etſi talia non ſint, poterunt manifeſtari Prælato, vt Patri, & ſecreto ad fratris emendationem, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 27. *num* 2. ex Suarez 4. *tom. de Relig. lib.* 10. *de Regim. ſociet. cap.* 11. *num.* 8.

18 Religioſi omnes ſicut & alij Eccleſiaſtici prohibẽtur accuſare aliquem apud Iudices ſæculares in cauſa ſanguinis. Colligitur ex *cap. ſententiam ſanguinis in titul. ne Clerici, vel Monachi*, vbi cum multa prohibeantur Clericis, Gloſſa habet, *Clericis prohibentur omnia illa ex quibus ſequitur, vel ſequi poteſt vitæ amiſsio, vel ſanguinis effuſio.* Id quoque colligitur ex *cap. poſtulaſti de homicidio*, & *cap. Prælatis etiam de homicidio in 6.* In vtroque enim capite excipiuntur caſus in quibus id fieri permittitur, ſcilicet *in cap. poſtulaſti* in caſu quo non accuſatur aliquis criminaliter, ſed tantum ciuiliter, nihilominus Iudex exercuit vindictam ſanguinis. In *cap.* vero *Prælatis*, quando petitur emenda delinquentis cum proteſtatione, de qua infra, nihilominus etiam Iudex pœnam mortis illi intulit. Ex hoc enim infertur in alijs caſibus id eſſe illis prohibitum. Vnde etiam infertur, quod licet tam Clerici, quàm laici accuſantes aliquem in cauſa ſanguinis, ſecuta mor-

morte, vel mutilatione, ſint Irregulares, *cap penult. de homicidio in 6.* Couarruuias *Clement. 1. de homicidio 2. par. §. 5.* & alij. Tamen irregularitas, quæ incurritur à laicis ſolum eſt ex defectu lenitatis, quia alios accuſando non faciũt contra aliquam Eccleſiæ prohibitionem. Irregularitas verò, quæ incurritur à Clericis (idem dico de Religioſis) poteſt dici ex delicto, cum illis ſit prohibitum accuſare. Bonacina *diſp. 7. de Irregularit. quæſt. 4. punct. 1. num. 35.* Cornexo *Tract. 5. de Irregularit. diſp. 11. dub. 1.* Nihilominus Clericis, & per conſequens etiam Religioſis, permiſſum eſt accuſare non ſolum ſine peccato, ſed etiam ſine aliqua irregularitate etiam apud Iudices ſæculares ſuos malefactores in defenſionem ſui, & rerum ſuarum, etiam ſuper criminibus quibus pœna ſanguinis debetur, dummodo proteſtentur ſe non intendere dictam pœnam ſanguinis. Colligitur ex dicto *cap. poſtulaſti*, & maximè ex dicto *cap. Prælatis*, cuius hæc ſunt verba. *Prælatis, vel Clericis quibuſcunque, qui de laicis ſuis malefactoribus quærelam penes ſæcularem Iudicem deponẽtes, petunt emendam ſibi fieri, & prouideri ne contra eos talia de cætero præſumantur, proteſtando expreſsè quòd ad vindictam, ſeu pœnam ſanguinis non intendunt, imputari non debet, quamuis aliàs in tali caſu de iure debeat pœna ſanguinis irrogari, ſi Iudex mortem illis inferat, iuſtitia exigente. Alioquin, ſi Prælati, aut Clerici propter metum huiuſmodi (quia Iudex ad pœnam ſanguinis poſſet procedere) de ſuis malefactoribus taliter conqueri non auderent, daretur pleriſque materia trucidandi eoſdem, & ipſorum bona liberè deprædandi.* Bacconius noſter *in 4. diſt. 25. quæſt. 7. art. 2.* Couarruuias relatus, Caietanus *2. 2. quæſt. 33. art. 7.* Nauarrus *cap. 27. num. 213.* & alij communiter.

19 Circa quæ aliqua notanda ſunt ex quibus plurium caſuum conſcientiæ deciſio haberi poterit. Primum, hanc proteſtationem non eſſe neceſſariam, quando accuſatio eſt coram Iudice Eccleſiaſtico, vt ſi Religioſus accuſaret aliquem apud ſuum Prælatum de crimine aliquo pœna mortis digno: ſed quando eſt coram Iudice ſæculari. Ratio eſt, quia textus dicti *cap. Prælatis* id exprimit, dum dicit *penes ſæcularem Iudicem.* Tum quia Iudex Eccleſiaſticus nõ poteſt inferre pœnam ſanguinis, & quamuis tradat reum brachio ſæculari, ſicut ipſe Iudex Eccleſiaſticus, non propterea cenſetur concurrere ad mortem, ſic neque accuſator. Suarez *de Cenſuris diſp. 47. ſect. 2. num. 18.* Naldus *in Summa verbo Irregularitas num. 11.* Cornexo *ſupra.* Secundum, non iuuare huiuſmodi proteſtationem, niſi quando accuſatio fit à Clerico, vel Religioſo in defenſionem ſuarum perſonarum, vel bonorum ipſorum. Sic enim dicitur in textu prædicti *cap. Prælatis, eoſdem, & ipſorum bona.* Vnde ſi in foro ſæculari Clericus, vel Religioſus accuſet alterum

terum de iniuria illata perſonis extraneis, erunt Irregulares, morte ſecuta, etiam ſi præmiſerint dictam proteſtationem. Nauarrus *cap.*27. *num.*217 Molina *Tract.*3.*diſp.*44.*num.*8. Extendi hoc poteſt ad accuſantes pro damno illato ſuis domeſticis, aut ita coniunctis, vt iniuria illorum per conſequentiam aliquo modo ipſorum accuſantium cenſeatur. Cornexo *ſupra*. Laymanus *lib.*3.*de Iuſtitia Tract.*3.*par.*3. *cap.*7. *aſſert.*5.*num.*6. Extendunt hoc etiam aliqui ad accuſatores eorum, qui damnum intulerunt propinquis. Sed conſiderandum eſt, ſi damnum illorum redundet in accuſantes, ſi enim tale fuerit, admitti poterit iſtorum placitum. Suarez *ſupra num.*17. Bonacina *diſp.*7. *de Irregularitate queſt.*4. *punct.*2. *num.*4. Tertium, poſſe etiam vti ea proteſtatione Clericos, & Regulares accuſando iniuſtum damnificatorem bonorum ſuæ Eccleſiæ. Nam bona ſuæ Eccleſiæ pro ſuis reputantur. Bonacina *ſupra num.*5. poſt alios quos refert. Imò poteſt tunc Eccleſiaſticus, vel Regularis capere, detinere, & tradere Iudici talem malefactorem, præmiſſa tamen dicta proteſtatione. Quia cui finis eſt permiſſus, etiam media neceſſaria permiſſa cenſentur. Cum ergo illis permittatur accuſatio, ita etiam hæc, quæ ad accuſationem ordinãtur, permiſſa erunt. Laymanus, & Bonacina relati. Quartum, probabile eſſe hanc proteſtationem etiam ſi non ex animo, ſed fictè, fiat, prodeſſe accuſatori Eccleſiaſtico, ſeu Religioſo. Quia in illo textu nulla fit mẽtio alicuius intentionis interioris, ſed ſolum exterioris proteſtationis. Suarez *ſupra num.* 4. Cornexo etiam *ſupra*. Dixi ſolum probabile id eſſe, quia plures ſunt, qui cenſent oppoſitum, & ad minus id conſulendum in praxi eſt pro maiori ſecuritate, vt habet Naldus *in loco iam relato*. Quintum, quod etiam ſi deciſio illius textus ſolum loquatur de Clericis, nihilominus etiam extendi ad laicos, ita vt etiam illi vtendo hoc remedio iuris propter indemnitatem innocentium inuento, poſſint in accuſando vti ea proteſtatione ad euitandam irregularitatem, quam aliàs contraherent, ſecuta morte ex accuſatione. Suarez *ſupra num.*5. & 6. Cornexo etiam *ſupra*. Sextum, eam proteſtationem non iuuare teſtes, Fiſcales, Aduocatos, vel alios miniſtros Iuſtitiæ. Textus enim dicti *cap. Prælatis* tantum loquitur de accuſatore. Cornexo, & Laymanus *ſupra*. Niſi fortè in caſu neceſſitatis ipſius accuſatoris, præcepti, vel grauis metus, aliqui illorum excuſentur, iuxta dicenda infra verbo *Irregularitas num.* 30. Septimum, proteſtationem faciendam eſſe coram Iudice, apud quem deponitur querela, ijs, vel ſimilibus verbis: *Domine, peto cures mihi ſatisfactionem, vel reſtitutionem exhiberi ab iſto, qui mihi damnum intulit, proteſtatorq; me nulla ratione intendere mortem, pœnam ſanguinis, vel mutilationem illius*. Non eſt tamen neceſſe fieri in ſcriptis, quia nullo iure probatur

ſcriptu-

scripturam requiri. Vgolinus *de Irregularitate cap.6.§.7.& 8.* Bonacina relatus *num.9.*

20 Sunt etiam alij casus in quibus Clerici, vel Religiosi etiam si accusent aliqnem coram Iudice sæculari, & ipse damnet illum ad pœnam mortis non sint Irregulares, etiam non præmissa protestatione. Primus est, quando crimen de quo accusant est adeo leue, vt reus non sit dignus morte, vel mutilatione, nihilominus Iudex pro sua malitia, vel ignorantia illum condemnet ad mortem: tunc enim non accusator, sed Iudex censetur causa efficax mortis. Cornexo *supra*. Bonacina *num.7*. Secundus est, quando ipsi accusabant de re leui aliquem, & postea in carcere constitutus, propter aliorum accusationes damnatus est morti. Cornexo, & Bonacina relati. Quod saltem est verum, quando non præuiderunt illud periculum. Cornexo, & Sayrus ab eo relatus.

21 Specialiter non videtur incurri irregularitatem quoties accusant Ecclesiastici, & Religiosi alios apud Iudicem quemcunque, propter obligationem, quam habent ex Charitate, vel Iustitia sic faciendi. V.g. si accusent aliquem volentem prodere Rempublicam, aut occidere innocentem. Canones enim nunquam infligunt irregularitatis notam propter officium debitum ex præcepto naturali, vel diuino Charitatis, Iustitiæ, vel alterius virtutis, quod saltem est verum, quando non possint damnum imminens alio modo impedire. Cornexo *supra*. Laymanus etiam *supra num.6*. Nec obstat si dicatur Iudicem fieri irregularem occidendo malefactorem quem in conscientia occidere tenetur. Ergo similiter accusans, quando tenetur. Est enim dispar ratio, nam ista obligatio accusandi in casibus prædictis est omnino antecedens voluntatem accusatoris, orta ex ipsa rei natura, vel præcepto diuino, obligatio autem Iudicis ad occidendum malefactorem est subsequens voluntatem liberam acceptandi tale officium, atque ita iste incidet in irregularitatem, non autem ille. Suarez relatus *sect. 3. à num.4.* Cornexo *supra*. Addit Sanchez *tom. 2. Consil. Moralium lib. 6. cap. 2. dub. 10.* ex alijs, quos refert, præmittere deberi protestationem supra assignatam, nam quamuis iura solum dicant in causa propria illam esse præmittendam, nihilominus iure naturali extenditur hæc facultas ad casus dictos. Sed credo non esse necessariam tunc, prout Cornexo, & Laymanus relati rectè docent ex Molina, & Auila. Opus enim ipsum ab irregularitate exemptum est, ac proinde non indiget protestatione aliqua ne incurratur.

22 Vide alia verbo *Denunciatio, & denunciare*, verbo *Hæresis, & Hæreticus*, verbo *Iudicium Regulare*.

ADMI-

ADMINISTRATIO, ET ADMINISTATOR.

SVMMARIVM.

Administratio bonorum Monasterij ad quos spectat. num.1.
Quid ex Decretis Summorum Pontificum. ibid.
Quos Regulares obligent. num.2.
Qualiter intelligenda. ibid.
Quæ Administratio bonorum Monasterij competat Abbatissis. num.3.
An aliqui Administratores designari pro illis possint. ibid.
An Fratres Minores possint hoc munus exercere. num.4.
Quid si Administratores in suo munere deliquerint. num.5.
Quæ conditiones pro illis requirantur. num.6.
Quanto tempore durent. num.7.
An bona, quæ recipiunt apud alios conseruare possint. num.8.
Alia ad Administratores spectantia. num.9.
Quæ Administratio prohibita Regularibus. num.10.
In quibus casibus liceat. num.11.
Alia remissiuè. num.12.

1 QVAMVIS iure antiquo ex *ca. nullam* 18. *quæst.* 2. tota bonorum Monasterij administratio ad Abbatem, seu Prælatum spectaret, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 13. *& tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 52. Nunc vero attendendum est ad leges, vel cõstitutiones Religionum, quibus hæc authoritas Prælatorum limitatur, vel declaratur. Maximè obseruanda sunt decreta à Clemente VIII. primum edita, & postea à SS. D. N. Vrbano, & Sacra Congregatione inter alia spectantia, ad Regularium reformationem, quæ habentur *tom.* 4. *Bullar.* inter Constitutiones Vrbani *num.* 26. vbi sic. *Nullus ex Superioribus locorum administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemq. pecuniarum, & redditnum sui Conuentus, etiam nomine Conuentus per se ipsum habere, siue exercere possit, sed vniuersum id onus tribus Fratribus eiusdem Conuentus à Generali ita demandetur, vt vnus rerum, & bonorum, reddituumq. colligendorum, & exigendorum curam habeat, alter tanquam depositarius pecunias, ac cætera ab illo collecta, & exacta fideliter asseruet, alius de pecunijs, & rebus à depositario acceptis, Priori, & Fratribus, ac Conuentui vniuersa de necessarijs, mãdante tamen ipso Priore, non secundum proprium affectum, sed iuxta Charitatis regulam,*

veluti bonus dispensator, prouideat, officiorum huiusmodi confusione penitus interdicta. Cæterum hi tres tam impensi, quam accepti singulis mensibus Superiori locali, adhibitis etiam duobus, vel tribus Fratribus eiusdem Conuentus probatioribus, rerumq. vsu peritis, rationem reddant. Deinde ipsimet rursus, præsentibus Priore, & peritis prædictis, Generali, vel Visitatoribus, cum aduenerint, denique ipse Generalis, vel Visitatores in quolibet proximo Capitulo Generali saltem coram tribus Iudicibus ab ipso Capitulo adhoc constitutis, illorum omnium, vniuersæq. suæ administrationis tam publicæ, quàm priuatæ rationem reddere teneantur, cuius etiam exemplum authenticum ex actis Capituli extrahatur, adhoc vt ad omne mandatum nostrum, vel Sedis Apostolicæ Romam transmitti possit.

2 Circa quæ decreta primo aduertendum, quod licet ea primitus edita videantur à Clemente VIII. tantum pro Mendicantibus, & Monachalibus Ordinibus, vt patet in titulo illis præfixo, scilicet *pro reformatione Regularium tam Monachorum, quàm Mendicantium.* Quia tamen in decretis Sacræ Congregationis Concilij de Apostatis, & eiectis à SS.D.N. Vrbano approbatis, præcipitur omnibus Regularibus quorumcunque Ordinum obseruantia ipsorum, vt patet in illis *nu.* 1. & 12. ideo videtur omnes, & singulos Regulares Ordines ad illorum obseruantiam obligari, ac per consequens teneri ad hunc modum administrationis bonorum obseruandum. Secundò, id esse intelligendum, nisi (quod vix continget) legitima, & approbata consuetudine post ipsorum decretorum promulgationem introductam oppositum fuerit receptum. Tertiò, hunc modum administrationis bonorum Monasterij per tres assignatos, quorum vnus colligat, alter conseruet, alter expendat, solum esse pro Monasterijs virorum, non pro Monialibus, vt de se patet. Quartò, prædictos administratores bonorum Monasteriorum nullatenus teneri reddere rationem suæ administrationis quibuscunque Ordinarijs, pro vt ex declaratione Sacræ Congregationis dixi dicto *tom. 2. cap. 19. num. 52.* & referunt Armendariz *in Addit. ad recopilat. leg. Nauarræ lib. 1. tit. 18. & lib. 7. num. 78.* & Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Administratores nu. 2.* Quintò, præfatos Administratores amouibiles esse ad nutum Superioris, pro vt dixi *eo cap. 19.* ex Concil. Trident. & alia declarat. Sacr. Congregat. apud Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Officiales.*

3 Similiter quamuis Abbatissæ, seu Priorissæ habeant aliquam administrationem bonorum Monasteriorum quibus præsunt, iuxta dicta supra verbo *Abbatissa num. 17.* Nihilominus dicta administratio non est absoluta, sed fere in omnibus Monasterijs habet relationē ad alias Moniales, & in rebus magni momenti ad Episcopos, vel Superiores.

Tam-

Digitized by Google

Tamburinus *de Iure Abbatissarum disp.* 32. *quæsit.* 13. Vnde sicut Episcopi respectu Monialium sibi subiectarum possunt ponere Administratores pro bonis Monasteriorum ipsarum administrandis, sic & Superiores Regularium respectu Monialium ipsis subiectarum. Ita enim supponitur in Constitut. Gregorij XV. *de exemptor. priuileg.* quæ incipit *Inscrutabili* in 4. tom. Bullar. inter Constit. huius Pont. *num.* 18. de qua postea illis verbis §. 5. *Administrãtes bona ad eiusmodi Monasteria Sanctimonialium etiam Regularibus subiectarum pertinentia, siue Regulares extiterint, siue sæculares.* Et vt ait relatus Tamburinus *de Iure Abbatissar. disp.* 14. *quæsit.* 2 *num.* 1. compertum est Generales, & Prouinciales Religionum, propter facultatem illis à Sede Apostolica attributã erga Moniales eorumdem curę creditas deputare posse Regulares sibi subditos pro administratione rerum temporalium in Monasterijs Monialium, vt de facto, & ab immemorabili multæ Congregationes consueuerunt. Quare declaratio quædam Sacræ Congregationis, qua dicitur: Administratores bonorum temporalium Monialium particulares Religiosos cuiuscunque gradus, aut præeminentiæ, etiamsi Superiores Monasteriorum fuerint, non possunt deputare Ordinarij, nec Regulares etiam in Capitulis eorum Generalibus, quam (etsi diuersis verbis) referunt Sellus *in select. Canonic. cap.* 20. *nu.* 3. Barbosa *in Collect. Bullar. verbo Administratores.* Gauantus *in Manual. Episcopor. verbo Monialium cura in temporalibus,* & Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Administratores nu.* 1. intelligi debet, vel specialiter de Fratribus Minoribus de Obseruantia, quibus id est prohibitum, vt infra dicam, vel de alijs quibus etiam ex Regula, seu Constitutionibus id fuerit interdictum, vel si generaliter de omnibus, solum de ijs, quibus nec ex priuilegio, nec ex legitima consuetudine id competit. Verba enim Constitutionis Gregorij XV. clarè supponunt posse Regularibus hoc munus competere, pro vt de facto competit in pluribus locis.

4 Fratribus autẽ Minoribus de Obseruantia permissum non est hoc genus temporalium bonorum administrationis etiam erga Moniales sibi subiectas. Tum propter rigorosam paupertatem quam profitentur, qua & pecunias tangere est illis interdictum, tum ex Innocentio IV. & decreto Cardinalis Mathæi à Clemente VIII. confirmato, pro vt refert Tamburinus *de Iure Abbatissar. disp.* 14. *quæsit.* 2. *num.* 5.

5 Porrò huiusmodi Administratores bonorum Monialium tam Regulares, quàm sæculares, nullis priuilegijs, aut exemptionibus tueri se possunt, quo minus si deliquerint circa bonorum administrationem Monialium etiam Regularibus subiectarum, ab Episcopo loci tãquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri,

niri,& corrigi valeant. Ita enim habetur in dicta Constitutione Gregorij XV. *de exemptor.priuilegijs*. Similiter administrantes bona ad eiusmodi Monasteria Sanctimonialium, vt præfertur,etiam Regularibus subiectarum pertinentia, siue Regulares extiterint, siue sæculares quomodolibet exempti, Episcopo loci, adhibitis etiam Superioribus Regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idq. iuris remedijs cogi, & compelli queant. Ita idem Gregorius in præfata Constitutione. Subiungitq. licere Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, vt eiusmodi Administratores amoueant, ijsq. detrectantibus, aut negligentibus possit Episcopus eos amouere quoties,& quando opus esse iudicauerit. Tamburinus *supra num.*2.3.*&* 4. Cum autem à Sacra Congregatione Cõcilij interrogatum fuerit an eiusmodi causam Episcopus Superioribus Regularibus significare teneretur,respondit non teneri,sed hoc relinqui arbitrio, & prudentiæ Episcoporum. Habetur autem eiusmodi declaratio cum alijs spectantibus ad hanc Constitutionem simul cum ipsa. Et nota, quod pro Regnis Hispaniarum suspensa est,pro vt dixi *tom.*1.*cap.*19.*num.*35.

6 Nulla ætas determinata requiritur pro prædictis Administratoribus,sed qui morum grauitate, virtutumq. ornamentis,cæterisq. honestis qualitatibus sunt imbuti eligi debent. Ita Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium apud Ioannem Mariam Nouarium *in Lucerna Regularium verbo Aetas*. Spectat etiam eorum electio ad Superiores Monasteriorum. Sacra Congregatio apud Armendariz *in additionib.ad recopilat.leg.Nauarræ lib.*2.*tit.*18.*lib.*7.*de relig.num.*85. Lauretus de Franchis *in Controuers.Episcopor.& Regular.sup. dict. Constitut.Gregorij XV.quæst.*1.

7 Quolibet triennio mutari debent, pro vt ex Sacra Congregatione Episcoporum,& Regularium refert Gauantus *in Manual.Episcopor. verb.Monialium cura in temporalibus num.*13. Quia tamen Armendarius, & Barbosa inferius referendi afferunt aliam Sacræ Congregationis declarationem in qua dicitur,Officiales,qui distributionem bonorum Monasterij habent esse ad nutum amouibiles, idq. conforme sit Concil. Trident. *sess.*25. *cap.*2. Ideo ne dicatur vnam Sacræ Congregationis declarationem alteri esse contrariam,affirmandum videtur prædictos administratores esse ad nutum amouibiles,pro vt ex Concilio,& posteriori declaratione colligitur, ita tamen, vt non vltra triennium in prædicto munere permaneant.

8 Officiales electi pro administratione bonorum Monasterij à Superioribus eiusdem,possunt pro vt ipsis magis expedire videbitur,reddere ipsorum Monasteriorum in loco conuenienti, etiam extra Monaste-

nasterium conseruare,& ab eisdem subministrare pro tempore necessaria ipsis Monialibus. Ita Sacra Congregatio apud Armendariz *in additionib. ad recopilat. leg. Nauarræ lib.7. de relig. num* 88. & Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Officiales*.

9 Alia de huiusmodi administratoribus,scilicet an si tempore administrationis efficiantur pauperes teneantur satisfacere, & an si efficiantur diuites præsumantur surripuisse bona Monasteriorum, & an qui non exegerunt à debitoribus teneantur de suis,& quid si incidant in latrones,ac similia,tractat Lauretus de Franchis *in Controuers. Episcoporum, & Regularium super dicta Constitutione Gregorij XV*. quæ tamen omitto,quia magis spectare videntur ad administratores sæculares, quam ad Regulares,& quia pro istis particulares leges in omnibus Religionibus erunt, quæ obseruari debent.

10 Nullus particularis Religiosus, nullaue Monialis habere potest aliqua bona stabilia sibi designata ad proprium vsum in administrationem, ac per consequens, nec munus administratoris respectu illorum exercere. Ratio est,quia ita exprimitur clarè tum in Concil. Trident. *sess.25.cap.2.* tum in decretis adductis Clementis VIII. & Sanctissimi Domini Nostri Vrbani. Loquor autem de administratione non solum, aut ea ratione qua est aliquid iuris, quia hoc modo sumpta omnino repugnat voto paupertatis,cum importet facultatem vtēdi aliqua re independenter à voluntate alterius,iuxta dicta *to.1.cap.6. num.3.* de quo Sanchez *lib.7. in Decalog.cap.18.num.25.* Sed etiam prout importat aliquid facti, scilicet rei gubernationem, & distributionem, iuxta leges, & conditiones determinatas ab ipsius domino. Ratio est,quia licet administratio hoc modo sumpta non repugnet essentiæ,aut substantiæ voti paupertatis,repugnat tamen modo paupertatis, seu vitæ communi præscriptis à Concilio, & Summis Pontificibus,iuxta dicta eo *cap.6.num.18.*& sequentibus.

11 Sunt tamen aliqui casus in quibus Religioso licitè cõceditur administratio bonorum,etiam stabilium. Primus si adsit Papæ dispensatio.Cum enim Summus Pontifex in voto etiam paupertatis dispensare possit, prout communior Doctorum sententia tenet, multo magis dispensare poterit, vt salua substantia voti, Religiosus aliqua bona stabilia administret amobiliter à voluntate ipsius, vel alterius Superioris.Secundus est,quando Religiosus assumitur extra suum Ordinem ad aliquam dignitatem,cui annexa sit talium bonorum administratio, vt puta Episcopatum, iuxta dicta *tom.1. cap.17. num.5.& 6.* Tertius est,quando etiam intra Ordinem ipsum conceditur alicui Religioso aliquod beneficium Regulare extra Monasterium, cui etiam adiuncta sit prædicta bonorum stabilium administratio. Pro quo vi-

de dicta *tom.2.cap.18.num.2.& 33.* Quartus est,quod in illis Monasterijs in quibus, vel ob nimiam paupertatem qua præmuntur, vel ob malitiam, incuriam, aut negligentiam Superiorum non potest obseruari vita communis dando singulis, & omnibus Religiosis ea, quæ sunt simpliciter necessaria secundum decẽtiam status,vel de facto non dantur,quemadmodum iuxta dicta *tom.1.cap.6.à num.21.* potest permitti Religiosis aliquod peculium etiam rei stabilis, annui redditus, vel census, &c. in ordine tantum ad vsus simpliciter necessarios,& amobiliter à voluntate Superiorum, si aliter commodè viuere non possunt,ita etiam possit illis permitti alicuius boni stabilis administratio,propter eamdem rationem,cum eisdem conditionibus,& alijs dicto *cap.6.* assignatis. Quo sensu,& non alio accipiendus est Tamburinus *de Iure Abbat.tom.2.disp.21.quæst.5.& 6.*

12 Vide & alia verbo *Bona*.

ÆTAS.

SVMMARIVM.

Aetas Prælatorum Generalium, vel Prouincialium qualis. num.1.
Aliorum Prælatorum inferiorum. num.2.
Abbatissarum, seu Prioriſſarum. num.3.
Diffinitorum. num.4.
Pro Professione emittenda. num.5.
Pro recepturis Sacros Ordines. num.6.
Quæ ætas sufficiat ad peccatum mortale, & incurrendas Censuras. num.7.
Quando Regulares obligentur ad ieiunia suæ Regulæ. num.8.
Quæ ætas requiritur ad Beneficia, vel similia. num.9.
Alia remissiuè. num.10.

1 AETAS Prælatorum Generalium, vel Prouincialium debet esse triginta annorum,iuxta dicta *tom.1.cap.18.* Consentit declaratio Sacræ Congregationis, quam referunt Riccius *in praxi fori Ecclesiastici resolut.56.par.4.* & Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Aetas num.5.* vbi etiam dicitur debere esse triginta annorum completorum.

2 Ætas verò aliorum Prælatorum inferiorum, quales sunt Priores, Guardiani, Præpositi, Rectores, & similes debet esse ad minus viginti quinque annorum,iuxta dicta *loco relato*, consentiente Sacra Congre-

gre-

Digitized by Google

gregatione à prædictis Riccio, & Nouario relata. Consonat etiam alia Sacræ Cõgregationis declaratio, qua dicitur ætatem viginti quinque annorum requiri ad obtinendam dignitatem, cui subest animarum cura. Illam refert Barbosa *in Collectaneis Bullarij verbo Aetas*. Cum enim tales Prælatiæ dignitates sint, iuxta dicta *tom. 2. cap. 13. num.4.* merito ea ætas, quæ requiritur pro habenda dignitate necessaria etiam erit pro Prælatis etiam inferioribus Religionum. Dicitur etiam in eadem Declaratione hãc ætatem viginti quinque annorum debere esse viginti quinque annorum inceptorum, quo denotatur eam ætatem sufficere, & esse necessariam pro huiusmodi Prælatis, quæ sufficit, & est necessaria pro Sacerdotio.

3 Abbatissarum, seu Priorissarum ætas debet esse quadraginta annorum, vel saltẽ triginta, iuxta ea, quæ diximus supra verbo *Abbatissa n.2.*

4 Ad diffinitoriatum requiritur ætas viginti duorum annorum. Ita habet Sacra Congregatio à Riccio, & Nouario supra relata, & conformiter ad ea, quæ dixi de socijs, seu discretis *to.2.cap.12.num.17.* ex Concil. Trident. *sess.24.cap.12.* Non obstante tamen hac ætate iure communi requisita in omni Religione seruari debent propria statuta maiorem ætatem exigentia, quemadmodum in Ordine nostro ætas triginta annorum, iuxta Constitutiones nostras *par.4.cap.13.num.3.* An verò requirantur completi dicam verbo *Annus num.2.*

5 Ætas, quæ requiritur ad professionem emittendam tam pro viris, quàm pro fœminis est sexdecim annorum completorum, iuxta dicta *tom. 1.cap.2.num.10.* ex Concil. Trident. *sess.25.cap.15.* Estq. huiusmodi ætas pro professione necessaria à die natiuitatis extra vterum, non à die Baptismi computanda, pro vt ibi dictum est, & declaratum referunt à Sacra Congregatione Barbosa, & Nouarius relati. Casu autem quo quis ex secto matris vtero editus esset, ex tunc eius ætas computaretur, vt probat Mandosius *de ætat. min. cap.15. num.25.* & approbat Sanchez *de præcept. Decalog. lib.4.cap.35.num.4.* Ad receptionem autem Nouitiorum non est aliqua ætas iure communi requisita, quin potius ex *cap. Nullus de temp. Ordin. in 6.* colligitur etiam in infantili ætate posse Nouitios ad habitum admitti. Seruanda tamen sunt iura Religionum, sicut in nostra id, quod *1.part. constit. cap.13. num.5.* statuitur, scilicet, quod nullus in Fratrem Clericum recipiatur, nisi sit in ætate quatuordecim annorum. Audio etiam Sacr. Congreg. decidisse non recipiendos Nouitios Clericos, nisi habuerint prædictos quatuordecim annos. Pro conuersis autem, iuxta dicta *tom. 2. cap.8.num.24.* ex decretis Clemen. VIII. & Sacr. Congreg. approbatis à Sanctiss. D.N. Vrbano statutum est non debere recipi ante vigesimum ætatis suæ annum.

6 Pro recepturis Sacros Ordines modo poſt Concil. Trident. requiritur ad Subdiaconatum ætas viginti duorum annorum, ad Diaconatum viginti trium, ad Presbyteratum viginti quinque, iuxta dicta *tom. 1. cap. 14. nu. 1.* Primæ autem tonſuræ ſuſcipiendæ ſufficit ſeptennarij tempus, hoc enim eſt tempus infantiæ, vt dicit Gloſſa *cap. Nullus de temp. Ordin. in 6.* vbi cauetur ne vllus Epiſcopus ante hoc tempus tonſuram primam vlli conferat, niſi ei, qui Religionem fuerit ingreſſus. Quo ſupponitur etiam illo tempore, vt dixi, poſſe pueros ad habitum admitti, & illis primam tonſuram conferri. Legitimum porrò tempus recipiendi Minores Ordines, eſt poſt ſeptenniū vſque ad duodecimum annum, quo completo Accolitatus ſuſcipitur, *can. in ſingulis diſt. 77.* Toletus *in Summa lib. 1. cap. 61. nu. 1. & 2.* Gauantus *in Manual. Epiſcop. verbo Ordines Minores num. 6. & 10.* Quare caſu quo pueri ad habitum Religionis ea ætate reciperentur, poſſent dicto tempore tonſuram, & Minores Ordines recipere, maximè quia iuxta dicta *tom. 1. cap. 14. num. 20. & cap. 24. num. 6.* non repugnat iuri communi, quod Nouitij Ordines ſuſcipiant.

7 Ætas ſufficiens ad peccatum mortale regulariter eſt ſeptennium, ita vt tunc pueri abſolui poſſint abſolutè, & ſine conditione, quia iam ſupponuntur regulariter habere vſum rationis, cuius ſignum eſt, quod ſponſalia illius temporis admittuntur. Naldus *in Summ. verbo Aetas num. 2.* Ad incurrendam autem cenſuram, licet aliqui credant requiri ætatem duodecim annorum, immeritò tamen cum *cap. vlt. de ſentent. excommunicat.* clarè ſupponatur pueros ante annos pubertatis incidere poſſe in excommunicationem. Ita etiam ſupponunt Suarez *de Cenſuris diſp. 5. ſect. 1. num. 19.* Cornexo *de Cenſuris diſp. 9. dub. 3.* clarius Naldus *in Summa verbo Annus num. 1.* Quod intelligendum de cenſura à iure, nam de cenſura ab homine, eſto in rigore iuris infligi poſſit pueris doli capacibus ante pubertatem, cum nullo iure id prohibeatur (Suarez *ſupra*) propter ignorantiam tamen, quæ in illis præſumitur, præſertim quia non cenſentur cognoſcere ordinem iudiciarium, mitius cum illis agendum. Nec ita facilè ferenda in illos ſententia. Suarez, & Naldus relati. Fauet Vgolinus *de Cenſuris tabul. 1. cap. 17. §. 3. num. 5.*

8 Quamuis Regulares omnes ex vi, & à tempore profeſſionis emiſſæ teneantur ad ieiunia Regulæ, & Cōſtitutionum, iuxta modum obligationis, quo ipſæ obligant, iuxta dicta *tom. 1. cap. 7. num. 26.* ad ieiunium tamen Eccleſiaſticum non tenētur, niſi viginti vno anno completo, vt ex communi ſentētia omnium eo loco dixi. Nec obſtat, quod in Regulis Religionum etiam ponatur obſeruantia præceptorum Eccleſiæ. Ex hoc enim ſolum infertur Regulares ante prædictū vigeſimū

vnum

vnum annum expletum teneri ad ieiunia Eccleſiaſtica, non ex vi præcepti Eccleſiaſtici, ſed ex vi Regulæ. Caſu autem, quod quis expleat vigeſimũ primum annũ ipſo die ieiunij, tũc tenebitur ieiunare ab illa hora in qua prædictum tempus expleuit, non autem antea, cum ſolùm ab eo tempore præcepto adſtringatur, & non antea. Quod ſi ante illud tempus plures refectiones ſumpſerit, ieiunare non tenebitur reliqua parte diei, quia per plures illas refectiones reditus fuit impotens ad ieiunandum illa die. Sanchez *lib.* 2. *de Matrimon. diſp.* 24 *num.* 23. Bonacina *de ieiunio diſp. vlt. quæſt.* 1. *punct. vlt. nu.* 7. Prædicti etiam Regulares pro conſequendis Iubilæis tenentur obſeruare ieiunia in illis præſcripta, etiam ſi tempus viginti vnius annorum non expleuerint.

9 Si contingat Religioſos ex diſpenſatione Papæ Canonicatum, portionem beneficium ſimplex, vel quid ſimile obtinere, aduertendæ ſunt aliquæ declarationes Sacræ Congregationis pro ætate ad illa obtinenda. Prima eſt, ætas quatuordecim annorum ſufficit ad obtinendum Canonicatum in Eccleſia Collegiata. Gonzalez *ad Regulam* 8. *Cancellariæ. Gloſſa* 5 *num.* 91. & 92. Armendariz *in additionib. ad recopilationem legum Nauarræ lib.* 1. *tit.* 20. *lib.* 1. *de ætate num.* 8. Secunda eſt, ætas quatuordecim annorum ſufficit ad obtinendam dimidiam portionem in Eccleſia Cathedrali. Gonzalez *dict. Gloſſ.* 5. *nu.* 93. Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Aetas*. Tertia eſt, ætas quatuordecim annorum poſt Concilium ad beneficium ſimplex obtinendum non exigitur expleta, ſed ſufficit cepta. Armendar. *ſupra num.* 5. Gonzalez *ſupra num.* 90. Quarta eſt, ætas quatuordecim annorum requiſita in beneficijs non requiritur in penſione, ſed ſufficit ſeptem annorum. Gonzalez *ſupra num.* 26. Barboſa etiam *ſupra*.

10 Vide alia verbo *Annus*, verbo *Dimiſſoriæ*, verbo *Interſtitia*, & 4. tom. verbo *Ordo*.

AFFINITAS.

SVMMARIVM.

Affinitas quid ſit. num. 1.
Quando dirimat matrimonium. ibid
Quid ſi adueniat poſt matrimonium contractum. num. 2.
Qualis copula ad eam requiratur. ibid.
Solus Pontifex diſpenſat in illa ante contractum matrimonium. nu. 3.
Poſt contractum etiam Epiſcopus, & cui ipſe commiſerit. ibid.

Quid

Quid de Confeſſarijs Regularium propter ***eorum priuilegia. num.4.***
Qualiter illa intelligenda. num.5.
Pro quo loco. num.6.
An ſine deputatione Superiorum. num.7.
Alia remiſſiui. num.8.

1 AFFINITAS eſt propinquitas quarumdum perſonarum orta ex copula carnali licita, vel illicita, vnius cum conſanguineo alterius. Si enim Petrus carnaliter cognoſcit Ioannam, cum fiant duo in carne vna, Petrus eſt affinis conſanguineis Ioannæ in eodem gradu in quo ipſa eſt ipſis conſanguinea, & Ioanna fit affinis conſanguineis Petri etiam in eodem gradu quo illi ſunt conſanguinei ipſi Petro. Non tamen conſanguinei ipſius Petri fiunt affines conſanguineis Ioannæ, nec è contra. Cornexo *tom.2.in 3.par. tract.6. de Matrimon. diſp.7. dub.31.* Bonacina *de Matrimon. q.3. punct.12.* Eſt impedimentum dirimens matrimonium, vſque ad quartum gradum, ſi oritur ex copula licita, & vſque ad ſecundum ſi ex illicita. Ex Concil. Trident. *ſeſſ.24.cap.4.* Oritur ex copula completa, quæ eſt cum ſeminis virilis emiſſione intra vas naturale fœminæ, quia hæc dumtaxat apta eſt ad generationem, ſeu vt vir, & fœmina efficiantur vna caro. Cornexo *ſupra dub.32.* Bonacina *ſupra*.

2 Non ſolum incurritur hoc impedimentum affinitatis ante matrimonium contractum, ſed poſt contractum, ita vt coniux, qui commiſit inceſtum cum conſanguineo, vel conſanguinea ſui coniugis non poſſit à coniuge petere debitum, etſi teneatur reddere. Quod nequeat petere conſtat ex *cap.1. de eo, qui cognouit conſanguineam*. Quod teneatur reddere ex *cap.diſcretionem eodem tit.& cap.penult.& fin.eiuſdem tit.* Henrriquez *lib.11. de Matrimon. cap.15. num.11.* Sanchez *lib.9.de Matrimon.diſp.27.num.1.* Hoc intellige, quando fuit copula completa modo dicto *ſupra* cum conſanguineo, vel conſanguinea coniugis, ſola enim ea copula ſufficiens eſt ad inducendum hoc impedimentum. Sanchez *ſupra*. Amplia, etiam ſi copula ſit occulta, quia textus indiſtinctè loquitur, nec innititur ſcandalo. Sotus *in 4.diſt.37. quæſt.vnic.art.2. verſ.2.concluſ.* Gutierrez *in quæſt. Canonic. 1.tom. cap.23.num.8.* Vnde peccat lethaliter coniux, qui affectus hoc impedimento petit debitum, quia contrauenit præcepto Eccleſiæ in re graui, & petitio ipſa inceſtuoſa eſt. Nauarrus *in Summ. cap.16.num.35.* Sanchez *ſupra nu.9.* Oritur autem hoc impedimentum ſolum ex copula habita cum conſanguineis coniugis intra ſecundum gradum, ita vt, qui cognouit conſanguineam ſuæ vxoris in tertio, vel quarto gradu non priuetur tali iure petendi debitum. Ratio eſt, quia Concilium Triden-

dentinum *ſeſſ* 24.*cap.*4. decreuit, quod affinitas orta ex copula illicita, non extendatur vltra ſecundum gradum. Et ita declaratum eſt à Pio V. & Sacra Congregatione. Sanchez *ſupra num.* 14. Bonacina *ſupra.* Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Affinitas, & verbo Impedimentum affinitatis.*

3 Quamuis in impedimento affinitatis, quod eſt ante contractum matrimonium ſolus Pontifex diſpenſare poſſit, in illis gradibus in quibus dirimit illud ſolum iure Eccleſiaſtico, etſi non in illis in quibus dirimit etiam iure naturæ (ſi forſan aliqui tales ſunt de quo alias) quando tamen ſuperuenit matrimonio cõtracto, & impedit debiti exactionem, poteſt Epiſcopus diſpenſare. Valentia *tom.*4. *diſp.* 10. *quæſt.*5. *punct.*5. Cornexo *tom.*2.*in* 3.*par. de Matrimon. diſp.*7.*dub. vlt.* Hinc ipſe Epiſcopus poteſt committere Confeſſario facultatem id faciendi. Miranda *in Manual. Prælat. tom.*1.*quæſt.*47.*art.*1. Tunc autem cenſebitur id concedere, non quando dederit facultatem abſoluendi à caſibus ipſi reſeruatis, hoc enim impedimentum nec eſt propriè caſus, nec propriè loquendo tollitur per abſolutionem, ſed eſt impedimentum quoddam ad petendum debitum, & tollitur per diſpenſationem. Tunc ergo cenſebitur conceſſa huiuſmodi facultas, quando ex verbis concedentis, vel alijs circumſtantijs colligatur mentem ipſius eſſe illam concedere. Miranda *ibidem.* An verò Commiſſarius Cruciatæ habeat aliquod priuilegium circa hoc pro illis partibus, in quibus Bulla Cruciatæ promulgatur, vide Rodriguez *in expoſit. Bull. Cruciat.* §. 13. *num.*7. Ludouicum à Cruce *in expoſit. Bullæ Cruciatæ diſp.* 1. *cap.*9. *dub.*8.

4 De Confeſſarijs autem Regularibus, quod virtute priuilegiorum quarumdam Religionum poſſint etiam id facere, communiter tenent auctores, qui de hoc ſcripſerunt, ſpecialiter Caſarubius *in compend. priuileg. Mendicant. verbo Diſpenſatio num.* 17. Rodriguez *tom.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.*61.*art.*1. Miranda *in Manual. Prælator. tom.* 1 *quæſt.*47. *art.*1. Portellus *in dub. Regular. verbo Confeſſor Regularis erga ſæculares num.*23. Sanchez *lib.*8. *de Matrimon. diſp.*16.*num.*8. Ioannes de Cruce *de priuilegijs lib.*2.*cap.*6.*dub.* 9. *concluſ.* 1. Et ſanè, ita erat tempore quo ipſi ſcripſerunt, modo tamen poſt annum 1631. quo à Sanctiſs. D.N. Vrbano reuocatæ ſunt omnes conceſſiones per viuæ vocis oracula factæ, prout dixi *tom.* 1.*cap.*3.*num.*21. diligentius res expendi debet, iuxta dicta eo *tom.* 1.*cap.*19.*num.*25. Et in primis conceſſio Innocentij VIII. pro Minoribus quam Caſarubius refert, viuæ vocis oraculum fuit, vt ipſe fatetur, imò incertum & dubium, vt Corduba ibi notat, & propterea inutilis hoc tempore, niſi innouetur, aut confirmetur. Idem dico de conceſſione Pij V. etiam pro Minoribus,

ribus, quam circa hoc referunt Rodriguez Miranda, Sanchez. & Portellus relati. Fuit enim etiam viuæ vocis oraculum. De conceſſione autem Martini V. quam aliqui illorum referunt, idem credo affirmandum quamuis eam, vſque modo videre non potuerim. Conceſſio verò Iulij II. quam etiam refert Ioannes de Cruce, quamuis ſolum fuerit reſcriptum quoddam Cardinalis cuiuſdam Summi Pœnitentiarij eiuſdem Iulij II. vt patet ex Bullario Rodriguez inter Bullas Iulij II. *num.* 23. quo de mandato ipſius viuæ vocis oraculo ſibi facto declarauit indultum quoddam Sedis Apoſtolicæ datum Prioribus, Præſidentibus, & tribus, aut quatuor Monachis Monaſterij S. Benedicti Congregationis Valliſoletanæ ab ipſis pro tempore deputandis, & ad nutum reuocandis, extendi etiam ad hoc, vt poſſent diſpenſare cum prædictis coniugatis inceſtuoſis in petitione debiti, nihilominus credo non includi in reuocatione illa generali oraculorum viuæ vocis. Ratio eſt, quia eſto huiuſmodi declaratio facta fuerit à prædicto Cardinali ex mandato ſibi facto à Papa viuæ vocis oraculo, imò etiam dato, quod illud indultum de quo ibi fit mentio fuerit etiam viuæ vocis oraculum, nihilominus ipſa in ſe formaliter, vt ita dicam non eſt viuæ vocis oraculum; ſed reſcriptum quoddam, vel Breue Summi Pœnitentiarij auctoritate Apoſtolica editum. Manet ergo in ſua vi, & ipſo vti poterunt tam prædicti Monachi, quàm quicunque alij Regulares, qui habuerint communicationem priuilegiorum cum illis.

5 Sunt tamen aliqua animaduertenda pro recto vſu huius priuilegij. Primum, hos Confeſſarios deputandos eſſe ad hoc munus diſpenſandi cum prædictis inceſtuoſis per Superiorem Monaſterij, ita quod non ſufficiat generalis facultas audiendi Confeſſiones fidelium, ſed requiratur iſta deputatio ad hoc munus ſpecialiter, pro vt colligitur ex dictis Litteris. Quare non debet committi indiſcriminatim cunctis, ſed ſpecialiter doctis, & prudentibus, quia ſolum illi apti ſunt ad id munus. Numerus autem trium, aut quatuor deſignatus à prædicto Cardinali intelligi debet reſpectiuè ad Monaſteria, ita vt in magnis, & celebrioribus Monaſterijs, quale eſt illud S. Benedicti Valliſoletani, cui principaliter facta eſt hæc conceſſio, poſſint deſignari tres, aut quatuor. In minoribus autem conuentibus non niſi vnus, vel duo. Ita enim recta ratio dictat intelligi debere priuilegium. Similiter quamuis ex vi viuæ vocis oraculi Pij V. pro Minoribus, quod retuli dicto *tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 25. requiratur, quod prædicti Confeſſarij habeant ad hoc munus commiſſionem à Prouinciali, ac per conſequẽs, ita obſeruari deberet ſi illud non eſſet reuocatum, aut ſi de nouo confirmaretur à Sede Apoſtolica, ex vi tamen huius priuilegij, de quo in præſenti, non requiritur commiſſio Prouincialis, ſed ſufficit deſignatio facta à Superiore immediato

diato Monaſterij, prout colligitur ex prædictis Litteris. Item licet ex vi prædicti oraculi Pij V. ſi ſubſiſteret, aut ſi de nouo confirmaretur, facultas conceſſa viro docto Confeſſario non expiret amoto Prouinciali ab officio, vt habet Portellus relatus, & Villalobos *in Summ. tom.* 1. *tract.* 13. *diff.* 5 *num.* 5. *& diff* 52. *num.* 10. quia non ipſe, ſed Papa eſt, qui concedit talem facultatem. Tamen in vſu priuilegij de quo in præſenti aliter dicendum videtur, ſcilicet, quod mortuo, vel amoto Superiore, qui talem deſignationem fecit, ceſſet deſignatio ab illo facta, eo quod illa eſt ad nutum concedentis reuocabilis, prout habetur in prædictis Litteris. Gratia enim, quæ datur ad nutum concedentis expirat cum ipſo, iuxta dicenda infra verbo *Gratia nu.* 9. Pariter, quamuis prædicta facultate diſpenſandi cum inceſtuoſis quantum eſt ex vi præfati oraculi Pij V. ſi ſubſiſteret, aut de nouo confirmaretur, vti poſſent Confeſſarij etiam extra Sacramentum Confeſſionis, quia verbum illud *in foro conſcientiæ* non reſtringitur ad Sacramentum Confeſſionis, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 45. & ſupra verbo *Abſolutio nu.* 6. ex vi tamen priuilegij de quo in præſenti neceſſe eſt, quod Confeſſarij vtantur dicta facultate in Sacramento Confeſſionis. Ita enim ſupponitur in prædictis Litteris illis verbis *Confeſſiones diligenter audire*, & illis *pœnitentiam ſalutarem iniungere*.

6 Quod autem prædicti Confeſſarij non poſſint vti hoc priuilegio extra ſuas domos, aut Eccleſias, conſtat ex dictis Litteris, vbi ſolum conceditur pro Chriſti fidelibus confluentibus ad illas, ſeu in illis commorantibus, aut exiſtentibus. Denique, quod talis diſpenſatio ſine cauſa exhiberi non debeat, certum eſt, & commune omnibus diſpenſationibus. Videtur autem ſufficiens eſſe ſi coniux ille, cum quo facienda eſt diſpenſatio, iuuenis ſit, nec poſſit ſe abſtinere à petitione debiti.

7 Cæterum nullo pacto audiendos eſſe Peregrinum *in compend. priuileg. ſui Ordinis part.* 1. *tit. diſpenſatio* §. 8. & Sayrum *in claui regia lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 98. quatenus aſſerere videntur (etſi id expreſsè non aſſerant) poſſe Confeſſarios Regulares vti hac facultate diſpenſandi cum prædictis inceſtuoſis ſine ſpeciali deputatione ſuorum Superiorum, rectè docet Diana *par.* 3. *tract.* 2. *de dub Regul. reſolut.* 14. & ſupponunt communiter authores, qui de priuilegijs Regularium ſcripſerunt, quos idem Diana refert. Aut oſtendant, qui oppoſitum dicunt aliquod priuilegium ſine prædicta limitatione.

8 Vide alia 4. tom. verbo *Matrimonium*.

AGNVS

AGNVS DEI CEREI.

SVMMARIVM.

Quid ſtatuerit Gregorius XIII. circa Agnus Dei. num. 1.
Eam Conſtitutionem eſſe receptam. ibid.
Quæ actiones prohibitæ ſint circa illos. num 2.
An poſſint venales proponi. num. 3.
Quando ſimonia in hoc committeretur. ibid.
Emere illos ratione benedictionis ſimoniacum eſt. num. 4.
An retineri poſſint miniati, vel depicti. num. 5.
Excommunicatio à Gregorio impoſita an ſit reſeruata. num. 6.
Quis poſſit ab illa abſoluere. ibid.
Tangere, ſeu contrectare Agnus Dei, quibus licet, vel quibus non: num. 7.
Pro reuerentia circa illos, quid ſtatuerit S. Carolus Borromeus. nu. 8.
De vtilitate quam fideles capere poſſunt ex ipſis. num. 9.
Qualiter ſignificata ſit ab Vrbano V. ibid.

1 PRO reuerentia habenda erga *Agnus Dei* à Summo Pontifice benedictos, ex veteri Eccleſiæ inſtituto, ſolemni precationum ritu, multisq. ceremonijs tum primo, tum ſeptimo Pontificatus anno, vt ait Azor *tom. 1. Inſtitut. Moral. lib. 9. cap. 9.* hæc ſtatuit Gregorius XIII. in Conſtitutione *Omni certè* anno 1572. edita inter Conſtitutiones ipſius *in 2. tom. Bullar. num. 2.* quæ id circo diſcutienda erunt, quia Regulares etiam tangunt. *Statuimus, & ordinamus, ac ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda prohibemus, & interdicimus, ne quiſquam ſiue vir, ſiue mulier, ſæcularis, aut Eccleſiaſtici, etiam Regularis Ordinis, ille ſit, & quocunque gradu, conditione, ſtatu, nomine, dignitate, & honore præcellat, poſthac in perpetuum Agnus Dei per Romanum Pontificem pro tempore exiſtentem benedictos, depingere, inficere, minio notare, vel aurum, aut colorem aliquem illis imponere, aut quidquam aliud ſuperinducere, neque depingi, aut miniari facere, nec illos venales proponere, ſeu tenere, quouis prætextu, qualibetue de cauſa audeat. Verum eos albos, & mũdos Agnum illum purum, & innocentem repræſentantes, qui occiſus prætioſiſſimo ſanguine ſuo nos redemit, decenter, ac reuerenter à cunctis haberi, deferri, & cuſtodiri præcipimus, & ita ab omnibus fieri, & cenſeri debere decernimus. Mandantes omnibus, & ſingulis locorum*

rum Ordinarijs per vniuersum Christianum Orbem constitutis, eorumq. Vicarijs in Spiritualibus Generalibus, vt præsentem nostram Constitutionem, & probibitionem in suis quisque Ciuitatibus, & Diœcesibus statim publicare procurent, itaut ad omnium notitiam quam primum peruenire possit. Quicunque verò inobedientes fuerint, præter excommunicationis pœnam, quam vt præfertur incurrent, etiam alijs pœnis ipsorum Ordinariorum, seu Vicariorum plecti, & mulctari volumus, & iubemus. Hæc in dicta Constitutione, quam aliqui extra Vrbem non esse receptam dicunt (Filiucius *tract.* 14. *num.* 95.) sed alij contra testantur, vt Fagundez *part.* 1 *lib.* 1. *cap.* 4. *num* 25.

2 Hæc ergo cunctis etiam Regularibus viris, aut fœminis prohibentur à Gregorio XIII. sub pœna excommunicationis latæ sententiæ; scilicet præfatos Agnus Dei cereos *depingere, inficere, minio notare, aut colorem aliquem illis imponere, aut quidquam aliud superinducere.* Vnde non prohibetur eos circulis, aut thecis aureis, argenteis, sericis, christallinis, aut vitreis in gitum circumornare, aut coronare. Sic enim Romæ obseruari video, & Pontifex solum interdicit ea quibus albedo, & munditia illorum veluti intrinsecè inficitur. Prohibetur etiam eos depingi, aut miniari facere, intellige auro, minio, vel colore, aut aliqua re illis imposita, vel superinducta, iuxta superius dicta, vt credatur eadem, quæ facere per se circa illos cuncti prohibetur, neque per alios facere posse, esto id non exprimatur in Constitutione.

3 Pariter etiam interdicitur omnibus eos *venales proponere, aut tenere.* Quod intellige de venditione simoniaca, qualis est si ratione benedictionis vendantur, aut carius ratione illius; secus si ratione solius materiæ, ceræ videlicet, ex qua conficiuntur, & impensarum in eis conficiendis, & de vno loco in alium portandis vendantur. Constat enim calices, & patenas consecrata eodem modo vendi posse. Ita Sanchez *de præcept. decalog. lib* 2. *cap* 43. *nu.* 29. Bonacina *disp.* 3. *de primo præcepto decalogi quæst.* 1. *punct.* 4. *num.* 12. Qui autem particulam aliquam Agnus Dei venderet, aut carius anulum, seu thecam in qua inclusa est, proculdubio conuinceretur eam vendidisse simoniacè, cum illa materia parua alias nullius fermè prætij sit. Sic intelligendus Azor *supra quæst.* 4.

4 Emere etiam Agnus Dei ratione benedictionis, seu consecrationis simoniacum est, quia est emere rem sacram. Emere autem illos ratione materiæ, aut expensarum, quæ fiunt in apparandis, & poliendis non est intrinsecè malum. Azor *supra*. Cui non assentior, dum ait in prædicta Constitutione videri prohibitum, nullum enim verbum ibi est de emptione, sed de venditione, nisi forsan credatur, eo ipso quo prohibentur vendi prohiberi etiam emi.

5 Etsi

5 Etsi Agnus Dei pingere, miniare, &c. aut facere pingere, seu miniare prohibitum sit sub præfata excommunicatione, vt dictum est, illos tamen sic peccaminosè depictos, seu miniatos tenere, aut conseruare, probabile est non esse prohibitum dicta Constitutione. Quia non videtur credibile voluisse Pontificem, vt semel iam miniati, seu depicti comburantur, rumpantur, aut destruantur. Vnde dum interdicitur in ea Constitutione Agnus Dei *tenere*, illud infinitiuum *tenere* coniungitur cum dictione *venales*, vt constat ex contextu. Pariter dum concludit Pontifex illos habendos, deferendos, & custodiendos albos, & mundos, tantum est dicere non esse depingendos, sed vt benedicuntur à Pontifice custodiendos, at vbi peccando depicti sunt, non interdicit eos teneri. Sanchez *supra num.* 28. Bonacina etiam *supra*.

6 Excommunicatio prædicta nulli reseruata est, vt constat ex ipsa Constitutione, & notat Gauantus *in Manual. Episcopor. verbo Agnus Dei*. Vnde ab illa possunt Prælati Regulares absoluere suos subditos, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 18. *nu.* 18. & Confessarij suos pœnitentes, iuxta dicta *ibi cap.* 19. *num.* 14. ex Cornexo *ibi* relato.

7 Tangere, seu contrectare Agnus Dei per se, & absolutè non licet, nisi Clericis, saltem in Subdiaconatu constitutis. Sunt enim non solum sacri, & benedicti, sed etiam Oleo Sacro, & Chrismate consecrati. Ita etiam elicitur ex *ca. Sacratas dist.* 23. Azor *supra quæst.* 3. Sanchez *supra num* 27. Non tamen propterea Clerici inferiores, aut laici eos tangentes peccant mortaliter, secluso scandalo, aut contemptu, sed tantum venialiter, quia pro leui irreuerentia communiter hoc æstimatur, vt in simili dixi de Conuersis tangentibus sacra vasa, *to.* 2. *cap.* 8. *nu.* 34. Azor, & Sanchez relati. Imò, vt credo, quando adsit moralis necessitas, pietas, & deuotio, nullum erit peccatum eos decenter contrectare, quia ita videtur vsu receptum. Sanchez *supra*.

8 Pro reuerentia tamen illis exhibenda in Concilio Mediolanensi sub S. Carolo Borromeo Cardinali celebrato quędam statuta sunt, quæ mihi digna videntur, quod hic inserantur, vel in exemplum aliarum Ecclesiarum. Primo, vt cum Agnus Dei domi asseruãtur, sicut piæ consuetudinis est, loculo decenti includantur. Cum autem collo dependentes gestantur, in thecam auream, argenteam, eburneam, christallinam, aut alterius generis decentis rectè inclusi sint, itaut tactu violari nequeant, nec ad ornatum habeant quidquam, quod profanum sit, quodq. minimè deceat. Thecarum fabri ne vllo modo eos tangant, attrectentue, ne chirothecis quidem, forcipe, aut vllo alio instrumento, sed ad eos in thecis reponendos Clericus in sacris constitutus adhibeatur. Ne item minimam particulam sacræ illius cæræ è qua agni figura

gura effecta est in eis includant, quo pluris opus suum vendant, sed ab eo accipiant, qui thecam Agni causa faciendam locarint. Ne item quisquam sacrũ aguum annulo gestet, cum ita patum religiosè gestetur, vt aliqua fœditate turpiue tactu violari facilè queat. Præterea, qui sacros agnos gestant, hoc Religiosius caueant, ne quid impurè turpiterue agant, aut à sacra huiusmodi re alienum. Nec præterea in agri campum benedicti agni proijciantur, nec cuiquam arbori affigantur, neque in ramis arborum suspendantur. Sed quod antiqui est instituti eorum cera adoleatur ad suffumigationem in agris, vineis, ob imminentem tempestatem, fulgura, fulmina, incendia, & grandinis vim, aliasue diabolicas illusiones depellendas. Hæc in eo Concilio Prouinciali referente Azorio *supra quæst.*2. & aliqua ex eis Gauanto *in Manuali Episcopor. verbo Agnus Dei.*

9 De vtilitate quam fideles caperc possunt ex illis testatur Durandus *in Rationali diuinorum officiorum lib.6.cap.*79. agros cereos auctoritate Pontificia sacros vim habere contra fulgura, fulmina, grandinem, incendia, & tempestates ventorum, vel imbrium. Hos etiam vertius ab Vrbano V. ad Gregorium Imperatorem cum tribus *Agnus Dei* missos fuisse habet Quaranta *verbo Agnus Dei.*

Balsamus, & munda cera cum chrysmatis vnda
Conficiunt agnum, quod munus do tibi magnum.
Fonte velut natum per mystica sanctificatum.
Fulgura desursum pellit, & omne malignum:
Peccatum frangit, vt Christi sanguis. Et angit
Pragnans seruatur, simul & partus liberatur.
Munera defert dignis, virtutem destruit ignis
Portatus mundè de fluctibus eripit vndæ.
Morte repentina seruat, Satanæq. ruina.
Si quis honoret eum, retinet super hostes trophæum.
Parsq. minor tantum tota valet integra quantum.
Agnus Dei miserere mei.
Qui crimina tollis miserere nobis.

ALIENARE, SEV ALIENATIO.

SVMMARIVM.

*Vbi de hac materia actum sit. num.*1.
*Alienatio propriè quid importet. num.*2.
Quid largè sumpta. ibid.

Actus per quos dominium transfertur. ibid.
Actus per quos vtile transfertur ibid.
Omnes alienationes bonorum Ecclesiasticorum modò prohibitæ à Paulo II. num.3.
Item à Sacra Congregatione Concilij. num.4.
Etiam impositio censuum. num.5.
Item acceptio pecuniæ ad cambium. ibid.
An possint Ecclesiastici emere bonum stabile imposito censu super illud. ibid.
Quid dicendum de annuis redditibus, & creditis Montium. num.6.
Venditio immobilium, seu mobilium prætiosorum omnino interdicta. num.7.
Quid cum res est modici valoris iuxta Ca. Tertulas. ibid.
Qualiter est intelligendum. ibid.
An serui fugitiui alienari possint. num.8.
An bona difficilis recuperationis. num.9.
An bona hæreditaria obnoxia oneri soluendi æris alieni. num.10.
Donatio etiam prohibita Regularibus de rebus immobilibus, aut mobilibus prætiosis. num.11.
An etiam inter ipsos Regulares. ibid.
Quid de permutatione talium bonorum. num.12.
Quid de alijs speciebus contractuum. num.13.
Quid de Reliquijs Sanctorum. num.14.
Vnio Ecclesiarum, an etiam prohibita. num.15.
De arboribus cæsis ex aliquo prædio quid sentiendum. num.16.
De bonis immobilibus habentibus perpetuum Missarum onus, quomodo alienanda. num.17.
Pœnæ impositæ in Extrauaganti Pauli II. quæ sint. num.18.
Quæ in Decreto Sacræ Congregationis Concilij. num.19.
In quas pœnas incidant Regulares alienantes. num.20.
Qualiter id intelligendum. ibid.
Quid de Episcopis, & de Abbatibus. num.21.
Quid de alijs Prælatis inferioribus. num.22.
Quis possit in illis dispensare. ibid.
An ex priuilegijs Religionum. num.23.
Quid de pœnis aliarum Constitutionum Apostolicarum. num.24.
Maximè de Clementina 1. de reb. Eccles. non alienand. num.25.
An suspensio per illam posita maneat modò in sua vi. ibid.
Alia remissiuè. num.26.

1 PLVRA de hac materia, quatenus spectat ad bona Regularium dicta sunt *tom.1.cap.10.num.1.2.3.& 4.& tom.2. cap. 19. à num.* 54. quia tamen circa eam nouæ quotidie exurgunt difficultates, in Italia præsertim, vbi Extrauagans *Ambitiosæ* Pauli II.& decretum Sacræ Congregationis,de quo infra,sunt in viridi obseruantia,ideo alia addenda sunt,vel pro maiori explicatione.

2 Quamuis alienatio propriè, & in rigore sumpta solum importet actum per quem dominium directum transfertur. *C. de fund. dotal. l.* 1. *&* 2. Glossa *in cap. cum nulli liceat de reb. Eccles. non alienand.* Latgè tamen, vt in dicta Extrauagãti Pauli II.& decreto Sacræ Congregationis, sumitur etiam pro actu per quem dominium vtile transfertur. Siluester *verbo Alienatio num.*1. Quaranta *in Summa Bullar. verbo Alienatio num.6.*

2 Actus per quos dominium directum transfertur sunt venditio,donatio,permutatio,&c. Molina *de contractibus tract.2. disp.464.nu.*1. Actus verò per quos dominium vtile transfertur sunt sex (iuxta Quarantam *in Summa Bullar.verbo Alienatio num.*16.) Videlicet superficiarius,locatio,Emphyteosis,libellarius,feudus,& præcaria. His iunge illos actus,quibus etsi res non tradatur alteri, neque ad dominium directum, neque vtile, manet tamen obnoxia periculo alienationis, vt pignus,& hypotheca. Molina *supra*.

3 Hi ergo omnes alienationis bonorũ Ecclesiasticorum modi prohibiti sunt Ecclesiasticis omnibus. Primo,à Paulo II.in Extrauaganti *Ambitiosæ* sub excommunicationis sententia, & alijs pœnis prout dixi dicto *tom.*1. *cap.* 10. *num.* 1. illis præsertim verbis: *Omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum alienationem,omneq. pactum per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem,hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphiteuticum, præterquam in casibus iure permissis, ac de rebus, & bonis in Emphiteusim ab antiquo concedi solitis,& tunc cum Ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ seruando seruari non possunt,pro instanti temporis exigentia, hac perpetuò valitura Constitutione fieri prohibemus.*

4 Deinde secundò, expressius, & clarius prædicti modi alienationis bonorum Regularium, abrogatis omnibus priuilegijs ipsis concessis, (quorum plura referunt Cassarubius, & Sorbus *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Alienatio*) prohibiti sunt à Sacra Congregatione Concilij in decreto Sãctissimi Domini Nostri Vrbani iussu edito anno 1624.absque licentia ipsius Sacræ Congregationis, illis verbis dicto *cap.*10. *num.*2. relatis. *Omnium rerum, & bonorum immobi-*

lium, ac prætiosorum mobilium alienationem, omneq. pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, census perpetuos, seu vitalitios, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, concessionem in feudum, vel Emphiteusim, præterquam in casibus à iure permissis, fieri perpetuo prohibet, atque interdicit, absque ipsius Congregationis Concilij expressa licentia in scriptis, & gratis concedenda, sub pœna priuationis omnium Officiorum, quæ tunc obtinebunt, vocisq. actiuæ, & passiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, quam ipso facto absque alia declaratione incurrant. Sublata etiam Generali, & Protectori illam moderandi, aut relaxandi facultate; pœnis nihilominus Apostolicarum Constitutionem, & præsertim fœlicis recordationis Pauli II. quæ incipit: Ambitiosæ *in suo robore permansuris.* Prohibentur etiam bonorum Ecclesiasticorum alienationes in Concilio Tridentino *sess.* 22. *de reformation. cap.* 11. & *sess.* 25. *etiam de reformat. cap.* 11. item ab alijs Pontificibus de quibus infra.

5 Meritò autem in hoc Sacræ Congregationis decreto fit specifica mentio censuum, siue perpetuorum, siue vitalitiorum, quamuis in dicta Paulina expressè nominati non fuerint, quia census impositio est quædam alienatio *l. fin. C. de reb. Eccles. non alienand.* Naldus *in Summa verbo Census nu.* 3. ex decisione Rotæ. Impositio enim census venditio quædam veluti est libertatis bonorum. Vnde in dicto *cap.* 10. *num.* 3. dixi, pecunias ad cambium, vel mutuo accipere cum solutione lucri cessantis, vel damni emergentis (quod multo minus est quam cēsus impositio) prohibitum esse Regularibus, declarasse Sacram Congregationem eodem Sanctissimo approbāte, vt refert etiam Gauantus *in Manual. Episcopor. verbo Alienatio nu.* 35. Multo ergo magis impositio, seu venditio census, siue perpetui, siue vitalitij prohibita erit. Hinc etiam declaratum est à Sacra Congregatione Regularium alienationem, seu venditionem census Regularium pro solutione æris alieni minimè fieri posse. Gauantus *in Manual. Episcopor. verbo Alienatio num.* 40. Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Alienatio num.* 3. An autem possint Regulares, aut alij Ecclesiastici emere v.g. vineam, vel domum mille v.g. scutis impositis ad censum super ipsam vineam, vel domum. Dicendum videtur, quod sic. In eo enim casu Ecclesia non tam alienat, quàm adquirit bonum illud stabile tali onere affectum, quod nullo iure est prohibitum. Secus esset si ille census imponeretur hypotheca speciali etiam super alia bona Monasterij, vel super illa solum, hoc enim esset alienatio quædam libertatis bonorum Monasterij, ac per consequens prohibitum. Dixi autem hypotheca speciali, quia si id fieret per hypothecam generalem,

licitè

lcitè fieret, quia iuxta dicta *tom.2.cap.19.num.55.* probabile est hypothecam generalem bonorum Ecclesiæ non esse prohibitam Ecclesiasticis, aut Regularibus. Restat ergo solum aliquid dicere de singulis modis alienationis supra assignatis, & prohibitis Regularibus sine Sacræ Congregationis licentia.

6 Sed præmittendum, quod licet Naldus *in Summa verbo Annus num.7.& verbo Bona num.16.* putet annuos redditus, si sint citra decennium, & credita Montium, vulgò *loca Montium*, esse bona mobilia, nihilominus dicendum censeri immobilia. Ita enim habet vsus Curiæ, & est conforme naturæ ipsorum, cum possint perpetuo durare. Esto autem immobilia non essent, quia tamen sine dubio sunt prętiosa, ideo quantum ad alienationem iudicandum de illis est, ac si essent immobilia, iuxta dicta *tom.2.cap.19.num.54.55.& 56.* Quod maximè roboratur ex eo quod sint bona fructifera.

7 Et primo loquendo de venditione rerum immobilium, & mobilium prætiosorum, etsi omnino sit interdicta Regularibus sine Sacræ Congregationis licentia, iuxta dicta locis relatis ex Paulina, & decreto relato eiusdem Sacræ Congregationis, nihilominus res modici valoris etiam si sit immobilis, vendi potest, & alienari sine tali licentia. Ratio est, quia in *ca.Terrulas 12.quæst.2.* id permittitur. Declaratum autem est à Sacra Cõgregatione, neque Constitutione Pauli II. neque Concilij Tridentini decreto derogatum esse dispositioni dicti *ca.Terrulas 12.quæst.2.* Quaranta *in summ.Bullar.verb.Alienatio num.41.* Gauantus *in Manual.Episcopor. verbo Alienatio num.22.* Est autem eadem ratio de decreto Sacræ Cõgregationis adducto, quia illud conforme est Constitutioni Pauli, illius explicatio, & confirmatio pro Regularibus, sublatis eorum priuilegijs. Sed notandum, in eo *ca.Terrulas* tria requiri, vt possint alienari, scilicet quod sint exiguæ, minus vtiles, aut longè positæ, & adsit necessitas. Quanti porrò valoris debeant esse prædictæ Terrulæ, vt exiguæ censeantur Naldus *in Summa verbo Prælatus num.7.* & Gauantus *supra num.24.* referunt declaratum esse à Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium debere esse viginti quinque scutorum aureorum. Idem verò Naldus *in Summ.verbo Alienare num.5.* dicit ex stylo Curiæ, & prout à pluribus fide dignis ipsi pluries scriptum fuit, intelligi debere de ijs, quæ communiter non excedunt valorem viginti ducatorum. Sed quamuis declarationi Sacræ Congregationis pro eo casu quo facta est standum sit, & stylus ille Curiæ de pretio viginti scutorum mihi satis rationi consonare videatur, nihilominus melius videtur dicendum hoc relinqui debere arbitrio Iudicis, vel prudentis viri. Ita Filiucius *tract.44.cap.4.nu.4. tom.3.* Quaranta *supra.* Peirinis *to.1.Priuileg.Minim.in Constitut 9.*

*Iulij II.nu.*15. Barbosa *de offic.& potest.Episcop.Allegat.*95.*nu.*52. Cum autem res modici valoris alienari possit per venditionem, idem videtur dicendum de alijs modis alienationis, cum non sit in eis maior ratio. Vnde locari posse vltra triennium colligitur ex Riccio *in praxi fori Ecclesiastici decis.* 113. *num.* 5. *in* 1. *edit. & resolut.*98. *num.*5.*in* 2. & Barbosa relato. Nota tamen prædiola hæc,seu terrulas modici prætij, quæ alienari posse dixi sine licentia prædicta, debere esse separata, seu disiuncta ab alijs prædijs, seu terris Ecclesiæ, si enim fuerint coniuncta cum illis, itaut sint illorum partes sapiunt naturam illorum, cuius partes sunt, & ita alienari non poterunt, sicut nec illa. Aliàs daretur occasio, vt totum ipsum prædium paulatim, & diuisim per partes modicas distrahi, & alienari posset.

8 Quia tamen *dict.ca.Terrulas*, & *ca.Fugitiui* 12.*quæst.*2. conceditur Episcopis posse distrahere seruos fugitiuos, qui reuocati retineri non possunt, ideo videtur mancipia fugitiua,quæ similiter reuocata retineri non possunt, vendi posse sine licentia Sacræ Congregationis, etiam in casu quo aliàs alienari non possent,iuxta dicta *tom.*2.*cap.*19. *num.* 57. quia essent annexa,vel affixa prædijs, aut domibus tanquam illorum partes. Portellus *in dub. Regular. verbo Alienatio in Addit. num.* 3. Addit eamdem esse rationem si serui sint ebriosi, latrones, & inhonesti, est enim eadem ratio, ac per consequens curret eadem dispositio iuris. Si verò seruus esset relictus Monasterio hac conditione ne vendatur, quod si vendatur pertineatad hæredes donatoris, vel testatoris, tunc vendi non potest, &, si vendatur pertinet ad hæredes illius.Lex enim Canonica non derogare debet legi naturali,quæ præscribit obseruantiam illius conditionis aliàs rationabilis. Quod tamen intellige, nisi obtenta fit dispensatio in tali conditione. Portellus *ibidem*.

9 Similiter vendi possunt sine prædicta licentia bona, quæ sunt difficilis recuperationis, seu incerta, vel incognita,eo pacto, quod laicus emptor suis expensis,& periculo ea recuperet. Naldus *in Summa verbo Bona num.*9.ex Rotæ decisione,& alijs,Gauantus *in Manual.Episcopor.verbo Alienatio num.*42.

10 Non tamen vendi,aut alienari.possunt bona hæreditaria accepta à Regularibus de manu laici,si ex necessitate soluendi æris alieni essent alienanda. Nam per aditionem hæreditatis iam sunt facta bona Ecclesiastica,ac proinde ad alienationem ipsorum requiritur licentia Sedis Apostolicæ. Naldus *in Summ.verbo Bona num.*7. ex Rotæ decisione.

11 Loquendo verò de donatione, cum sit species quædam alienationis etiam est prohibita Regularibus in prædicta Paulina,& decreto

Sacræ

Sacræ Congregationis ſine licentia ipſius, quando eſt de rebus immobilibus, ſeu mobilibus prætioſis, vt patet illo verbo *Conceſſionem*, quod eſt in Paulina, & verbo *Alienationem*, quod eſt in dicto decreto. Donatio autem inter Regulares eiuſdem Monaſterij, etiam ſi (caſu dato) eſſet rei immobilis, aut mobilis prætioſæ (quidquid ſit de tranſgreſſione Conſtitutionis Clementis VIII. *de largitione munerum*, de qua alibi) non eſt prohibita in dicta Paulina, neque in decreto relato. Ratio eſt, quia ibi ſolum prohibetur ea donatio, quæ eſt alienatio, donatio autem illa inter Regulares eiuſdem Monaſterij, non eſt alienatio, cum dominium illius rei non transferatur, ſed maneat ſicut antea in Monaſterio. Vide Naldum *in Summa verbo Alienatio num.* 4. An verò id etiam procedat in donatione facta à Regulari vnius Monaſterij alteri Regulari alterius Monaſterij, vel Prouinciæ, eiuſdem tamen Religionis, dubiæ quæſtionis eſt. Et conſequenter ad dicta *to.* 2. *cap.* 19. *num.* 56. reſpondendum eſt negatiuè. Illa enim eſt vera alienatio ab vna Eccleſia ad aliam, quæ prohibita eſt etiam de licentia Prælati. Bonacina *in tract. de alienat. bonorum Eccleſiaſtic. diſp.* 2. *quæſt. vnic. punct.* 2. *num.* 14. & 17. & *de contractibus diſp.* 3. *quæſt.* 8. *punct.* 4. *num.* 24. Credo tamen in praxi non obſeruari hoc, ſed ex ſola facultate Prælatorum ſine licentia Sacræ Congregationis fieri huiuſmodi donationes. Et fauet Riccius à Bonacina relatus *deciſ.* 38. & 74. Poſſe etiam in remunerationem beneficiorum Eccleſiæ collatorum donari aliquid ſine Sedis Apoſtolicæ conſenſu, tradit Barboſa *in Allegat.* 95. *num.* 62. ex *cap. Conſenſus de rebus Eccleſ.* Sed quia ibi, præter alias circumſtantias quæ notantur, tantum conceditur tali beneficiorum collatori, quod poſſit manumittere ſeruos aliquos Eccleſiæ, qui tamen inter bona mobilia recenſentur, niſi ſint annexi, vel affixi ipſis, iuxta dicta *tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 57. ideo ſolum intelligendus eſt textus de bonis mobilibus, & inter metas, & limites honeſtæ remunerationis.

12 De permutatione etiam bonorum immobilium, vel mobilium prætioſorum Eccleſiæ, ſi talis permutatio fiat cum ſæcularibus, certum eſt prohibitam eſſe Eccleſiaſticis, & Regularibus ſine conſenſu Sacræ Congregationis. Ita enim habetur ex Paulina *Ambitioſæ*, & decreto Sacræ Congregationis relatis, iuxta dicta *tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 56. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 95. *num.* 57. Si tamen fiat inter ipſas Eccleſias, ſeu Monaſteria; non eſt tam certum eſſe prohibitam, potius inter caſus, in quibus licita eſt alienatio bonorum Eccleſiæ inconſulta Sede Apoſtolica hunc ponit Barboſa allatus *num.* 55. & 56. ex *cap. hoc Iuſ porrectum* §. *ſibi inuicem* 10. *quæſt.* 2. *cap.* 1. *de reb. Eccleſ. non alienand. cap. ad quæſtionem de rerum permut.* & ita videtur

dicendum speculatiuè, & stando in iure communi. Praxis tamen est in contrarium, vt tenent Riccius *in praxi resol 60. in fine, & resol. 35. etiam in fine.* Naldus *in Summa verbo Permutare num.2* & ipse Barbosa relatus, & ita illi standum. De permutatione verò prædictorum bonorum inter Clericos, vel Regulares eiusdem Ecclesiæ, vel Monasterij, seu Religionis dic vt supra numero præcedenti.

13 De alijs verò speciebus contractuum, per quos solum transfertur dominium vtile, aliqua dixi locis relatis, & ex dictis etiam colligi potest quid de illis dicendum. Circa emphiteosim animaduertit Franciscus Leo *in Thesaur. for. Ecclesiast. cap.15. num.8.* posse terram sterilem in Emphiteosim illi concedi, cuius studio reducatur ad culturam, affertq. aliquot iura, quæ rem non plenè probant. Standum ergo est Paulinæ Constitutioni, & decreto Sacræ Congregationis relatis.

14 De reliquijs Sanctorum dicendum est, sicut de mobilibus prætiosis, quæ seruando seruari possunt, quòd scilicet alienari nequeant sine consensu Sedis Apostolicæ. Sunt enim res argento, & auro prætiosiores, & stylus Curiæ ita obseruat. Riccius *in praxi decis.63.* Bonacina *de alienat. bonor. Eccles. disp.2. quæst.vnic.punct.2.num.31.* Vnde earum alienatio veluti irrita rescindenda est. Flauius Cherubinus *in compend. Bullar. in Constit.98. Pij V.* Hoc tamen intellige de reliquijs muro clausis, vel insignibus, aut ipsarum partibus notabilibus, vel perpetuæ traditis sepulturæ. Exiguarum enim particularum alienatio non videtur petere Sedis Apostolicæ consensum. Declaratum proinde est à Sacra Congregatione, teste Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Reliquiæ*, reliquiam modicam iam factam alienabilem posse donari alicui Ecclesiæ, vel Oratorio. De pœnis furantium reliquias dicam 4.tom. verbo *Reliquiæ Sanctorum*.

15 Quamuis vnio Ecclesiarum, quia etiam est quædam alienatio, prohibita sit prædicta Extrauaganti, & decreto Sacræ Congregationis (Quaranta *in Summ. Bullar. verbo Alienatio num.35.* ex Abbate, & Rebuffo) facta tamen Ecclesiæ Regulari, seu Religioso loco non potest impugnari. Vt patet ex Clement. *si vna Ecclesia de rebus Ecclesiæ non alienand.* vt dixi *tom.1. cap.10. num.4.* & supponit Glossa *ibi verbo Donetur*. Consule tamen Concil. Trident. *sess.21. cap.5. & sess.24. cap.13. & 15. & sess.23. cap.18.* & dicta *tom.2. cap.1. num.41.* ac Thesaurum *in prax. par.2. verbo Alienatio bonorum Ecclesiasticorum iuris forma non seruata cap.1. §. Quintus casus*.

16 Quamuis etiam venditio, seu alienatio arborum cæsarum ex aliquo prædio, eo quod essent inutiles, aut nociuæ non videatur prohibita in dicta Extrauaganti, & decreto Sacræ Congregationis (quod intelligo, quando illæ ob densitatem, & vicinitatem impedimento erant

ipsa-

ipſarum augmento vel fructui, vel quando loco earum reponerentur arbores fructiferæ, ſeu magis fructiferæ, hæc enim omnia vtilia fundo ſunt, & ſecundum regulas agriculturæ. Quaranta *in ſumma Bullar. verbo Alienatio num.* 33. Peirinis *to.* 1. *priuilegior. Minimor. in Conſtit.* 9. *Iulij II. num.* 18. 19. & 20.) arbores tamen fructiferas, ſeu infructiferas in magna quantitate incidere, & alienare, prohibitum eſt in dicta Extrauaganti, & Decreto, quia reuera ſunt bona prætioſa. Quaranta *ſupra*. Peirinis etiam *ſupra num.* 23. Vide Farinacium *part.* 2. *deciſ.* 553. referentem notabilem Rotæ deciſionem circa hoc.

17 Caſu quo bona immobilia, quæ onus habent perpetuum Miſſarum, auctoritate Apoſtolica alienentur, eorumdem pretium ſub pœna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ ipſo facto incurrenda, in alijs bonis ſtabilibus fructiferis cum eiuſdem oneris repetitione, atque annexione conuerti debent. Ita enim decernitur à Sacra Congregatione *in decretis de celebratione Miſſarum.* Gauantus *in Manual. Epiſcopor. verbo Alienatio num* 36. De hoc, & alijs ad id ſpectantibus iterum erit ſermo 4. tom. verbo *Miſſa*.

18 Pœnæ impoſitæ in Extrauaganti Pauli II. contra tranſgreſſores, præter reſciſſionem alienationum, de qua *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 2. dixi, ſunt iſtæ. *Tam qui alienat, tam is qui alienatas res, & bona prædicta receperit, ſententiam excommunicationis incurrat. Alienanti verò bona Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorumq. piorum quorumlibet in conſulto Romano Pontifice, aut contra præſentis Conſtitutionis tenorem, ſi Pontificali, vel Abbatiali præfulgeat dignitate, ingreſſus Eccleſiæ ſit penitus interdictus, &, ſi per ſex menſes immediatè ſequentes ſub interdicto huiuſmodi, animo, quod abſit, perſeuerauerit indurato, lapſis menſibus eiſdem à regimine, vel adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, vel Monaſterij, cui præſidet in ſpiritualibus, & temporalibus, ſit eo ipſo ſuſpenſus. Inferiores verò Prælati, Commendatarij, & alij Eccleſiarum Rectores, beneficiati, vel adminiſtrationem quomodolibet obtinentes, Prioratibus, & Præpoſituris, Præpoſitatibus, Dignitatibus, Perſonatibus, Adminiſtrationibus, Officijs, Canonicatibus, præbendis, alijsq. Eccleſiaſticis cum cura, & ſine, ſæcularibus, & Regularibus beneficijs, quorum res, & bona alienarunt dumtaxat ipſo facto priuati exiſtant, illaq. abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur, poſſintq. per locorum Ordinarios, vel alios ad quos eorum collatio pertinet, perſonis idoneis (illis exceptis, quæ propterea priuatæ fuerint) liberè de iure conferri, niſi aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ Sedis ſint ſpecialiter, aut generaliter reſeruata, & nihilominus alienatæ res, & bona huiuſmodi ad Eccleſias, Monaſteria, & loca pia ad quæ ante alienationem huiuſmodi pertinebant liberè reuertantur.*

19 In

19 In decreto autem Sacræ Congregationis relato confirmantur pœnæ Apostolicarum Constitutionum, & præsertim in Pauli Extrauaganti positæ, & vlterius contra Capitula, seu Superiores omnes Regulares alienantes imponitur *pœna priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebunt, vocisq. actiuæ, & passiuæ, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, quam ipso facto absque alia declaratione incurrant, sublata etiam Generali, & Protectori illam moderandi, aut relaxandi facultate.* Hæc ibi.

20 Hoc igitur tempore Regulares omnes alienantes bona immobilia, seu mobilia prætiosa Ecclesiarum, Conuentuum, seu Monasteriorum, non solum committunt sacrilegium, quia irreuerenter se habent erga res Deo sacras (Caietanus *in Summa verbo Excommunicatio cap.* 75. Quaranta *in Summ. Bullar. verbo Alienatio nu.* 49.) sed etiam incidunt primò in excommunicationis sententiam ipso facto designatam à Paulo II. verbis relatis. Quia tamen Pontifex in antecedentibus vsus fuit verbo *Præsumpserint*, ideo non incident in ipsam, nisi illi, qui alienationem fecerint ex dolo, malitia, vel præsumptione, non tamen illi, qui vel ex probabili, vel etiam culpabili ignorantia illâ fecerint. Verbum enim *Præsumere* significat temeritatem, vel malitiam excludentem omnem ignorantiam, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 10. *nu.* 33. Quaranta *supra num.* 50. Hæc autem excommunicatio nulli est reseruata, vt patet ex contextu. Gauantus *in Manual. Episcopor. verbo Alienatio num.* 28. Vnde Prælati omnes Regularos possunt in foro conscientiæ ab illa absoluere suos subditos, sicut & Confessarij suos pœnitentes, propter dicta dicto *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 34. *& cap.* 19. *num.* 14. Nec obstat, quod, vt Quaranta relatus *num.* 49. dicit, aliquando per Breuia Pœnitentiariæ, vel Signaturæ obtineatur ista absolutio: id enim est, vel pro foro exteriori ad obuiandum molestijs, quæ oriri possent, vel etiam in foro interiori ad maiorem securitatem. Adde aliquos id facere ex ignorantia auctoritatis suorum Superiorum. Addit Thesaurus *supra* §. *Nota circa*, quod quamuis ea excommunicatio non sit reseruata in Extrauaganti ista, est tamen reseruata in Concil. Trident. *sess.* 22. *cap.* 11. Sed quia Concilium solum loquitur de vsurpantibus, seu in proprios vsus conuertentibus bona Ecclesiarum, non video cur eius doctrina extendatur ad simpliciter alienantes. Vide Filiucium *tract.* 44. *cap.* 6. *num.* 3. *in fin.* & dicenda infra verbo *Bona num.* 9.

21 Deinde Episcopi, vel Abbates tales alienationes facientes incidunt in censuram Interdicti, & post sex menses Suspensionis à regimine Ecclesiæ, vel Monasterij, designatas in dicta Extrauaganti Paulina. A quibus similiter, cum non sint reseruatæ, absolui poterunt à quocunque habente iurisdictionem ordinariam, vel delegatam ad absoluendum

dum à censuris. Vide dicenda verbo *Censuræ*, verbo *Interdictum*, & 4.*tom.* verbo *Suspensio*.

22 Tertio, alij Prælati inferiores prædictas alienationes facientes incidũt etiam in pœnas illas priuationis, & inhabilitatis quas Pontifex in dicta Cõstitutione posuit,& Sacra Congregatio in dicto decreto approbauit. An autem non obstante,quod ibi dicantur incurrendæ *absque aliqua declaratione* incurrantur in foro conscientiæ ante quãcunque declarationem, siue pœnæ, siue delicti,aut criminis commissi,dixi *cap.*10.relato *num.*31. Vide etiam Qurarantam relatum *num.*49.Quis verò possit in illis dispensare, casu quod vera sit sententia illorum, qui dicunt eas incurri in foro conscientiæ antequamcunque declarationem etiam delicti commissi valdè dubitatur.Et quidem pœnæ in Cõstitutione Paulina designatæ, licet quantum est ex vi ipsius Paulinæ, cum nulli reseruentur,videntũr iure communi dispensabiles à Superioribus illorum,qui tales alienationes fecerunt, cum ipsi sint,qui habent auctoritatem Ordinariam in subditos ad illa,quæ non sunt aliàs reseruata,iuxta dicta *cap.*10.relato *num.*35. & *cap.*18. eiusdem primi tomi *num.*46.Pœnæ tamen illæ impositæ à Sacra Congregatione in decreto relato Capitulis, & Superioribus Regularium alienantibus, imò etiam illæ,quæ ex Constitutione Paulina in dicto decreto repetuntur, cum ibi auferatur facultas Protectori, & Generali illas moderandi, & relaxandi,proculdubio Sedi Apostolicæ reseruatæ censendæ sunt.

23 Quamuis etiam aliàs ex priuilegijs aliquarum Religionum, quæ retuli *tom.*1.*cap.*18.*num.*46. adiunctis etiam *num.*33. & 35. possent aliqui Prælati Regulares cum suis subditis in illis dispensare. Quia tamen in prædicto decreto reuocantur omnia priuilegia Regularibus concessa, ideo nisi ipsi post diem septimum Septembris anni 1624. quo editum est, aliquod priuilegium ad id faciendum à Sede Apostolica obtinuerint,in posterum id facere non poterũt.Nota etiam,quod ad incurrendum pœnas dicti decreti Sacræ Congregationis non requiritur dolus, malitia, vel præsumptio, quia non est ibi verbum præsumere, sicut in Extrauaganti Paulina. Quare qui ex ignorantia vincibili illud transgressi fuerint illas incurrent, iuxta dicta *tom.*1.*cap.*10. *num.* 33. Denique notandum prædictum decretum solum obligare intra fines Europæ, vt in eo dicitur.

24 Ex ijs autem iudicari potest quid dicendum de alijs pœnis designatis ab alijs Summis Pontificibus quatenus spectare possent ad Regulares bona Ecclesiastica alienantes.Eas enim manere in sua vi constat ex decreto Sacræ Congregationis relato. Hi porrò sunt post Paulum II.Paulus IV. in Constitutione *Iniunctum nobis* inter Constitutiones huius Pontificis *in* 1.*tom.Bullar.num.*2.Pius IV.in Constitutione

tione *Apostolicæ in 2.tom.Bullar.*inter Constitutiones ipsius *nu.*104. Pius V.in Constitutione *Admonet* inter Constitutiones ipsius *in 2.to. Bullar.num.*35. Gregorius XIII.in Constitutione *Inter cætera* inter Constitutiones ipsius eodem *2.tom.Bullar.num.*3. Sixtus V.in Constitutione *Solicitudo* eodem *2.tom.num.*3.& in Constitutione *Quanta num.*26. Gregorius XIV. in Constitutione *Romanus Pontifex* eodem *2.tom.num.*1. Innocentius IX.in Constitutione *Quæ ab hac* eodem *2.tom. Bullar. num.*1. Clemens VIII. in Constitutione *Ad Romani in 3.tom.Bullar.nu.*1.& Constitutione *Romanum decet nu.*78. Paulus V. in Constitutione *Pastorale tom.*4.*Bullar. num.*10.& Sanctiss. D. N. Vrbanus VIII.in Constitutione *Humanæ salutis* inter Constitutiones ipsius *num.*51. & Constitutione *Decens num.*65. Ante ipsum etiam Paulum II.aliæ Constitutiones editæ fuerunt,quas notat Laertius Cherubinus Bullarij compilator, *in Constitut.*1.*Leonis I. in Constitut.2.Pauli IV. & in Constitut.3.Clementis 6. & in Constitutionibus prædictorum Pontificum Pauli II.successorum.*

25 Maximè notandum,quod ex Clement.1.*de reb.Eccles.non alienand.* Regulares administrationem habentes bonorum Religionis,si alienent iura,redditus,aut possessiones ad vitam recipientis, aut ad aliud certum tempus,nisi ob necessitatem,aut vtilitatem Monasterij,seu Religionis cum consensu Capituli, aut si Capitulum non habent,cum consensu sui Prælati incurrunt suspensionem ab officio, & alienatio est nulla. Thesaurus *in prax.part.2.cap.*5.Notans primo ex Imola, & Ancharano hanc suspensionem non esse reseruatam, secundo,ex Suarez *tom.*5.*in 3.part.disp.26.sect.1.num* 4. *& disp* 31.*sect.6. num.*8. hanc suspensionem esse ab officio Ordinis, & iurisdictionis, & administrationis,tertio,ex eodem Suarez loco relato ex dicta *disp.*31.quod certum tempus non continet modicum, id est, triennium, quarto, ex Rodriguez *tom.*1. *quæst.Regular.quæst.*27.*art.*13. & alijs, quod hæc suspensio non cessetur sublata per Extrauagantem *Ambitiosæ*, quia lex posterior generaliter loquens non derogat legi antiquæ loquenti in casu particulari,Clementina autem loquitur in casu particulari Regularium, & Extrauagans generaliter. Adde, esto quod per Extrauagantem esset derogata, nihilominus,quia in decreto Sacræ Congregationis relato dicitur *pœnis nihilominus Apostolicarum Constitutionum, in suo robore permansuris*, ideo censetur innouata.

26 Vide etiam pro hac materia alienationum bonorum Regularium dicenda verbo *Bona*,

ALTA-

Digitized by Google

ALTARE.

SVMMARIVM.

Altare quid importet. num.1.
Quotuplex sit Altare. ibid.
Quod Altare debet esse consecratum. num.2.
Ex qua materia debet esse. ibid.
Altaris Consecratio pertinet ad Episcopum. num.3.
An etiam ad Abbates. ibid.
Eorum priuilegia reuocata an sint. ibid.
An communicentur Prælatis Regularibus. ibid.
Quid quando non adest copia Episcoporum. num.4.
An per Concilium reuocata sint priuilegia aliqua Regularium quoad hoc. ibid.
Quid si Ordinarij requisiti Altaria consecrare nolint. num.5.
De modo consecrandi Altaria. num.6.
An Reliquiæ in illis ponendæ. ibid.
Num particula hostiæ consecratæ. num.7.
An Altare fieri possit ex duobus lapidibus inuicem colligatis. num.8.
Num Altare maius debeat respicere Orientalem plagam. num.9.
In Altari non consecrato nullus celebrare potest. num.10.
Quale peccatum sit oppositum facere. ibid.
An in Altari in quo Episcopus Missam celebrauit aliquis eo die celebrare possit. num.11.
Erigere Altaria in Ecclesijs consecratis, vel non consecratis, seu ipsa destruere quibus liceat. num.12.
An priuilegia quorumdam Regularium celebrandi cum solo Altari portatili subsistant modo post Concilium Tridentinum. num.13.
Quid importent illa verba sine præiudicio Ecclesiæ Parrochialis. *ibid.*
An in grangijs, seu prædijs Monasteriorum celebrari possit. num.14.
An in cameris particularium Religiosorum. num.15.
Nullatenus verò in cameris sæcularium. num.16.
Quæ declarata sint à Sacra Congregatione circa reuerentiam Altaribus debitam. num.17.
An Altaria in Ecclesijs Regularium sita ab Episcopis visitari possint. num.18.
Altaria priuilegiata, quæ dicantur. num.19.
An Missa in illis celebranda pro defunctis debeat esse de Requiem. *ibi.*

An

An hæc priuilegia alijs communicentur. ibid.
Quando ſuſpendantur. ibid.
Altaria fixa, quando execrentur. num.20.
An quando execratur Eccleſia. num.21.
Quot modis execretur Altare portatile. num.22.
An per celebrationem excommunicati, interdicti, ſeu degradati, in ipſo. num.23.
Lapis Altaris prophanati an vendi poſſit. num.24.
Quomodo ornandum pro Abbate, vel Priore habente vſum Mitræ. num.25.
Alia de Altari remiſſiuè. ibid.

1 ALTARE, quod eſt veluti *alta ara*, dictum enim eſt ab altitudine: nam Ethnici in ædificijs à terra eleuatis Sacra faciebant Dijs ſuperis; in terra Dijs terreſtribus; in effoſſa Dijs Infernalibus. Eſt duplex: vnum quod *portatile* vocatur, eo quod à loco in locum mutari, & transferri queat. Vnde propter eamdem rationem *cap. vlt. de priuileg. in 6.* vocatur *viaticum*. At verò *de conſecrat. d. 1. can. concedimus* appellatur *tabula conſecrata*. Alicubi etiam vocatur *ara ſacra*. Definitur autem à Panormit. *in cap. 1. de conſecrat. Eccleſ. vel Alt.* ſic: *Paruus lapis continens in ſe foramen cum conſecratione, & ſigno ſuperpoſito*. Debet autem eſſe capax pedis Calicis, & hoſtiæ conſecratæ. Barboſa *de offic. & poteſtat. Epiſcop. Allegat. 27. num. 21.* Alterum eſt *fixum*, & *ſtabile*, altum, & magnum, quod à loco non mouetur, qualia ſunt illa, quæ communiter in Eccleſijs cernuntur, definiriq. poteſt, vt ſit *tota illa menſa in qua integrum ſacrificium, ſeu tota Miſſa celebratur*. Silueſter *in Summa verbo Altare num. 1.* Azor *tom. 1. inſtitut. moral. lib. 10 cap. 27. quæſt. 1.* Tamburinus *de Iure Abbatum tom. 1. diſp. 23. quæſt. 4.*

2 Altare *ſtabile* aliquando eſt conſecratum, aliquando non. Altare verò *portatile* ſemper ſolet eſſe conſecratum. Quando autem Altare *ſtabile* eſt conſecratum, poteſt in illo celebrari ſine Altari portatili ſuperpoſito, ſecus verò quando non eſt conſecratum. Azor *ſupra*. Altare conſecratum debet eſſe iure communi lapideum, non terreum, aut ligneum. Ex *ca. Altare de conſecrat d. 1.* Eſt enim ſignum Chriſti, qui vocatur *Petra. 1. Corinth. 10. verſ. 4* Si verò conſecratum non ſit, poterit eſſe ligneum, vel terreum. Vnde, quia Altare *portatile* ſemper eſt conſecratum, ideo neceſſariò eſt lapideum. Azor *ſupra quæſt. 2.* Declaratum autem eſt à Sacra Congregatione, Altare ligneum cum ara lapidea permitti debere non obſtante Conſtitutione Synodali. Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Altare*.

3 Alta-

Digitized by Google

3 Altarium conſecratio de iure communi ſpectat ad Epiſcopum. *can. nullus Presbyter* 2. *& can. concedimus de conſecrat. diſt.* 1. Azor *ſupra quæſt.*3.Suarez *tom.*3.*in* 3.*part.diſp.*81.*ſect.*5.Ex priuilegio tamen Summorum Pōtificum id competit aliquibus Abbatibus, vt habet Tamburinus *de Iure Abbat.to.*1.*diſp.*23.*quæſit.*4.Hoc verò priuilegium reuocatum videtur à Sacra Congregatione, propter decretum editum ab ipſa de anno 1632. die 13. Martij, quod referunt Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Abbas*, & Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Benedicere*, his verbis: *Abbates, Priores, Guardiani, & alij Religionum Prælati, etiam ex Societate Ieſu habentes priuilegia benedicendi veſtes ſacras, cæmeteria, & ſimilia, dicto priuilegio vti non poſſunt, niſi in ijs rebus, in quibus ſacra vnctio non adhibetur, & pro ſeruitio dumtaxat Monaſteriorum, & Eccleſiarum propriarum*. Ex illis enim verbis *Cæmeteria, & ſimilia*, & ex illis *in quibus ſacra vnctio non adhibetur*, denotari videtur comprehendi etiam Altarium conſecrationem, cum Chriſmate fiat, & ipſa conſecratio appelletur etiam benedictio. Similiter cum hoc decretum editum ſit ann. 1632. parum iuuare videtur declaratio Sacræ Congregationis multo anterior de anno ſcilicet 1614. quam refert idem Tamburinus *dicta diſp.*23.*quæſit.* 1.in qua Abbatibus conceditur poſſe vti ſuis priuilegijs, quoad benedictionem illorum, etiam *in quibus vnctio requiritur*. Hæc enim declaratio reuocata eſt per illam poſteriorem, quam retuli, ſicut generaliter lex poſterior derogat priori non è contra. Caſu autem, quod hoc Abbatum priuilegium modo ſubſiſteret, illud non communicatur alijs Superioribus Regularium, eſto generalem omnium priuilegiorum alijs Ordinibus etiam Monachalibus conceſſorum habeant. Nam, vt dixi in ſimili de priuilegio quorumdam Abbatum ad conferendum tonſuram, aut Minores Ordines ſuis ſubditis *tom.*1.*cap.*18.*num.*64. nunquam fuerunt iſta priuilegia hoc modo intellecta inter Regulares, & meritò quidem, quia in generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus, vt dicitur *in Regul iuris in 6. num.*81. Hæc autem priuilegia ex eo videntur conceſſa Abbatibus, quia ipſi habent vſum Pontificalium, veluti Epiſcopi, quod non competit alijs Superioribus Regularium. Miranda *in Manual. Prælator. tom.*2. *quæſt.*40. *art.*4. Diana *tract.*2. *de dub. Regular. reſolut.*15. Poteſt etiam ex commiſſione Summi Pontificis hæc facultas concedi ſimplici Sacerdoti, prout de facto conceſſa eſt pro locis remotiſſimis infidelium in Bulla Pauli III. anno 1549. Presbyteris Societatis Ieſu. Suarez *dicta ſect.*5. Non autem ex commiſſione Epiſcopi, cum ipſe, nec ſit ſupra Ius Canonicum, nec poſſit ea, quæ ad poteſtatem Ordinis Epiſcopalis ſpectant,

ſimpli-

ſimplici Sacerdoti delegare. Azor *ſupra queſt.4.* Addens *queſt 5* nec conſuetudine, aut præſcriptione poſſe ſimplicem Sacerdotem hanc poteſtatem obtinere, quia ſpectat ad Ordinem proprium Epiſcoporũ.

4 Quamuis autem munus hoc conſecrandi Altaria ſolum ad Epiſcopum Dioceſanum, vel ad alium de eiuſdem licẽtia expreſſa iure communi ſpectet, vt habetur ex Trident. *ſeſſ.6.de r. format. cap.* 5. illis verbis: *Nulli Epiſcopo liceat cuiuſuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius Diœceſi exercere, niſi de Ordinarij loci expreſſa licentia, & in perſonas eidem Ordinario ſubiectas tãtum, ſi ſecus factum fuerit Epiſcopus ab exercitio Pontificalium, & ſic ordinati ab executione Ordinum ſint ipſo iure ſuſpenſi.* Quibus ferme ſimilia *ſeſſ.* 14. *de reformat. cap.* 2. Nihilominus ante Concilium Sixtus IV. in Bulla *Dum attenta*, quæ eſt mare magnum Carmelitarum, conceſſit Fratribus noſtris, idemq. conceſſiſſe Auguſtinianis refert Rodriguez *tom.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.* 19. *art.*4 tale priuilegium. *Quia verò interdum proprio-rum Epiſcoporum copiam non habetis, ſi quos Epiſcopos Romanæ Sedis, vt diximus, communionem, & gratiam habentes, & de quibus plenam notitiam habeatis, per vos tranſire contigerit, ab eis benedictionem vaſorum, & veſtium, & conſecrationem Altarium auctoritate Sedis Apoſtolicæ recipere valeatis.* Addit vero Rodriguez hoc priuilegium intelligi debere præcedente licentia Dioceſani ob decretum Concilij Tridentini relatum. Sed credo, quod in caſu de quo priuilegium loquitur non requiratur talis licentia, nec illud ſit à Concilio reuocatum. Ratio eſt, quia caſus priuilegij eſt, quando non eſt copia Epiſcoporum, vt eſt quando Fratres ſunt in locis remotis ab illis in quibus degunt Epiſcopi Dioceſani, vt contingere poterit in Indijs, Braſiliæ, &c. tunc enim ſi eſſet neceſſitas celebrandi, & non eſſet Altare aliquod conſecratum, ſi tranſiret aliquis Epiſcopus Catholicus bene notus ipſis Fratribus, is poſſet eorum Altaria conſecrare. Cum ergo Concilium ſolùm loquatur generaliter, & in definitè extra hunc caſum neceſſitatis, non eſt credendum velle derogare huic priuilegio. Subdit etiam idem Sixtus: *Chriſma verò, oleum Sanctum, conſecrationem Altarium ſeu Baſilicarum, ordinationes Clericorum, qui ad Ordines fuerint promouendi à Dioceſanis ſuſcipietis Epiſcopis, ſi quidem Catholicè, & ritè gratiam, & communionem Sacroſanctæ Romanæ Sedis habuerint, & ea vobis voluerint ſine prauitate aliqua exhibere.* Quibus Pontifex denotare videtur, primò, quod ad prædicta obtinenda regulariter recurrendum ſit ad Epiſcopos Dioceſanos. Secundò, quod caſu dato, quod ipſi per ſchiſma, vel hæreſim ab Eccleſia Romana ſeparentur, vel ea nollent concedere, niſi prauè, hoc eſt ſimoniacè, tunc non ſit neceſſe ad illos recurrere. Quid verò in eo caſu agendum ſit,

dixe-

dixerat idem Pontifex. *Pro conſecrationibus verò Altarium, ſeu Eccleſiarum, pro Oleo Sancto, & quolibet Eccleſiaſtico Sacramento nullus à vobis ſub obtẽtu cuiuſuis conſuetudinis, vel alio modo quidquam audeat extorquere. Sed hæc omnia vobis gratis Epiſcopi Diœceſani, vt tenentur, liberè, & gratiosè impendant, alioquin liceat vobis quoſcunque malueritis Catholicos adire Antiſtites, gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentes, qui Apoſtolica freti auctoritate vobis, quod poſtulatis impendant.* Hæc Pontifex. Quæ tamen reuocata non eſſe per Concilium Tridentinum ſi Epiſcopi ter requiſiti, iuxta terminos *cap.* 1. *de ſupplend. negligent. Prælator.* noluerint gratis id facere, ait Rodriguez dicta *quæſt.* 19. *art.* 5.

5 Similiter ſi Ordinarij bis, aut ter requiſiti cum debita reuerentia, & inſtantia, recuſauerint ſine legitima cauſa conſecrare Altaria Fratrum Mendicantium, poſſunt in caſu neceſſitatis illa facere conſecrare à quocunque Epiſcopo, Sacroſanctæ Romanæ Sedis gratiam habente. Ita enim habetur ex Concilio Lateranenſi ſub Leone X. Nec id eſt reuocatum à Concilio Tridentino loco citato, tum quia, vel per Epicheiam exiſtimari debet non voluiſſe caſum hunc comprehendere, tum quia etſi Concilium reuocauerit omnia priuilegia Regularium; hæc tamen facultas non tam videtur priuilegium, quam ius commune. Etenim in prædicto *cap.* 1. *de ſupplend. negligent. Prælator.* expreſsè decernitur, quod ſi Epiſcopus Diœceſanus requiſitus noluerit benedicere Abbates, poſſunt ipſi Abbates ſuos Monachos benedicere, & alia, quæ ad officium eorum ſpectant exercere *donec* (inquit textus) *ipſi Epiſcopi ſuam duritiem recogitent.* Quæ deciſio, & deciſionis ratio etiam videtur militare in noſtro caſu, poſita neceſſitate. Rodriguez *ſupra art.* 4. Miranda *in Manual. Prælator. to.* 2. *quæſt.* 39. *art.* 1. *concluſ.* 3. Nota autem, quod textus requirit, quod Epiſcopus tertiò requiratur, & ſic eſſe faciendum.

6 Circa modum conſecrationis Altarium conſulendum eſt Romanum Pontificale, vbi agitur de vnctione Chriſmatis, & alijs ritibus, quibus conſecrari debent. Et notandum, quod licet plures, Canoniſtæ præſertim, velint de eſſentia conſecrationis Altaris eſſe, vt in eo Reliquiæ Sanctorum ponantur, ex *can. placuit de conſecrat. diſt.* 1. vbi habetur, Altaria quædam in quibus nullæ Reliquiæ conditæ probabantur euertenda ab Epiſcopis, verius eſt id non eſſe de eſſentia conſecrationis, tum ex vſu Eccleſiæ quo conſtat plura Altaria ſine Reliquijs conſecrari, tum quia ille canon ſolum ſuperſtitiones, ſeu incertorum Martyrum ectectas memorias prohibet, & eſto præcipiat Reliquias veras Altaribus adhibendas eſſe, præceptum hoc iam ceſſauit in Eccleſia, quia in tanta Templorum, & Altarium multitudine certæ, & explora-

tæ Sanctorum Reliquiæ haberi non possunt. Bacconius *supra*. Suarez *tom.* 3. *in* 3. *part. disp.* 81. *sect.* 5. Laymanus *lib.* 5. *de Sacrificio Missæ tract.* 5. *cap.* 6. *nu.* 8. Benè addens pertinere ad Prælatos Ecclesiæ prouidere, vt pia hæc, & laudabilis consuetudo ponendi Reliquias in Altaribus perseueret quantum commodè fieri potest. Habetur etiam ex Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium apud Gauantum *in Manual. Episcopor. verbo Altare num.* 12. quod Reliquiæ locandæ in Altari sint Sanctorum ab Ecclesia approbatorum. Casu tamen, quod illæ positæ non sint in Altaribus, benè prouisum est in Cæremoniali nostro *lib.* 2. *Rubric.* 53. *nu.* 6. non debere dicere Sacerdotem in principio Missæ cum osculatur Altare, *quorum Reliquiæ hic sunt*. Quod etiam ex antiquis Rubricis refert Siluester *verbo Altare num.* 1.

7 Illud etiam est certissimum non esse ponendam in Altari consecrato particulam Hostiæ consecratæ, quando desunt reliquiæ, prout Duran. *in Rational. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 23. existimauit, & Bacconius supra approbare videtur. Est enim hoc valdè indecens, & irrationabile, & contra vniuersalis Ecclesiæ vsum. Suarez *supra*. Lugo *de Sacrament. Eucharist disp* 20. *sect* 2. *num.* 75.

8 Non potest Altare portatile, seu Ara fieri ex duobus lapidibus inuicem colligatis admodum tabellæ, quæ instar libri claudi possit, & aperiri, vt in vno lapide Hostia, & in alio Calix consecretur. Hoc enim est contra vsum Ecclesiæ, & contra Altaris significationem, significaret enim in Christo esse duas personas colligatas. Siluester *in summa verbo Altare quæst.* 3.

9 Licet antiquitus Ecclesiæ consuetudo fuerit, vt Altare maius Orientalem plagam respiceret, id tamen nec vniuersaliter in Ecclesia fuit receptum, nec modo est necessarium, nisi secundum quandam decentiam, quando commodè fieri potest, vt patet ex vsu Ecclesiarum Vrbis, & Orbis. Suarez *supra*. Vasquez 3 *par. disp.* 233. *cap.* 2.

10 Nullus potest celebrare in Altari non consecrato *cap. Altaria* 2. *de consecrat. dist.* 1. Aliter faciens peccabit mortaliter. Est enim transgressio grauis legis, & consuetudinis Ecclesiasticæ, in qua, nec Episcopus dispensare potest, nec Summus Pontifex vnquam dispensauit. Suarez *to.* 3. *in* 3. *par. disp.* 81. *sect.* 5. Non tamen requiritur, quod Altare fixum sit consecratum, sed sufficit, quod alterutrum, fixum scilicet, vel portatile consecratum sit. Suarez *ibidem*. Bonacina *de Sacrific. Missæ disp.* 4. *quæst. vlt. punct.* 9. *num.* 12.

11 In Altari in quo Episcopus Missam cãtauit non potest alius Sacerdos ea die celebrare. *cap. final. de consecrat. dist.* 2. Intellige, nisi adsit licentia eiusdem Episcopi, aut necessitas sic faciendi, prout exponit Glossa *ibidem*. Addens hoc fuisse statutum propter Episcopi reuerentiam.

Digitized by Google

niam. Quia tamen in textu dicitur *Missam cantauit*, ideo probabiliter existimari potest hunc canonem solum loqui, quando Episcopus Missam solemniter dixit, non quando priuatam. Nihilominus, quia in summario illius canonis dicitur *Missam celebrauit*, vsus etiam ita obtinuit, & S. Carolus Borromeus in quodam Concilio Prouinciali, ita illum intellexit, dicendum videtur, non esse quoad hoc differentiam inter Missam solemnem, & priuatam. Naldus *in Summ. verb. Episcopus num.* 31. Bonacina *supra nu.* 15. Quamuis nec hoc vbique obseruetur, vt admonent Scortia *lib.* 2. *de Sacrific. cap.* 14. *num.* 6. & Laymanus *de Sacrific. Missæ lib.* 5. *tract.* 5. *cap.* 6. *nu.* 10. Imò, vt ait Azor *to.* 1. *Instit. Moral. lib.* 10. *cap.* 27. *quæst.* 10. hic canon videtur desuetudine alicubi abrogatus, *& fortè olim locum habebat, quando Episcopus in proprijs Ecclesijs, & in sua Diœcesi, & solemni cæremonia, & religione rem diuinam celebrabat.* Hæc ille. Patriæ ergo consuetudini in hac re stādum.

12 Altaria erigere in Ecclesijs cōsecratis nulli licet in iure communi stando sine Episcopi consensu, sub pœna depositionis Clericis, & excommunicationis laicis. *can. Nullus Presbyter de consecrat. dist.* 1. Quod etiam habetur *ca. Quamuis dist.* 68. adiuncta Glossa *ibid.* In Ecclesijs verò non consecratis licitum est id facere Presbyteris. Glossa *in d. can. Quamuis dist.* 68. Azor *supra quæst.* 6. Idem dic de Regularibus, propter eamdem rationem. Pro Altaribus etiam construendis aliquæ conditiones assignatæ sunt in Concilijs Prouincialibus Mediolanensibus, de quibus Gauantus *in Manual. Episcopor. verbo Altare.* Similiter in eisdem Ecclesijs consecratis nulli licet absque cōsensu Episcopi Altaria destruere. Probat Azor relatus ex *can. Ecclesiæ, & ca. placuit de consecrat. dist.* 1. qui tamen canones parum iuuant ad intentum, vt legenti constabit. Melius id probatur ex paritate rationis, quæ est inter erigere, & destruere. In Ecclesijs verò non consecratis quilibet suo iure potest Altaria, quæ sacra non sunt, destruere. Probat etiam Azor, & Glossa *in d. ca. Quamuis*, vbi tamen nihil ad intētum. Probari ergo potest ex eo, quod sit eadē ratio de destructione, & cōstructione, accedente præsertim Ecclesiæ consuetudine, maximè in Ecclesijs Regularium.

13 Licet celebrare in quocunque loco honesto, & decenti cum solo Altari portatili, antiquum priuilegium plurium Regularium sit, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 21. *nu.* 14. reuocatum tamen à Concilio Tridentino *sess.* 22. vt ibi etiam dixi, aliquæ etiam Religiones vti possint simili priuilegio in missionibus, & alijs forsan locis suorū Monasteriorum, iuxta ibi dicta, nihilominus probabile etiam est prædictum priuilegium non esse simpliciter reuocatum à Concilio, sed solùm in casu quo Episcopus id prohibeat, aut non permittat eo vti Regulares, ita vt ipso non contradicente, vel permittente, possint prædicti Regulares, & qui

cum ipſis communicant in priuilegijs celebrare in quocunque loco, honeſto tamen, & decenti, cum ſolo Altari portatili. Ratio eſt, quia Concilium directè, & expreſsè non prohibet, aut interdicit Regularibus vti ſuis priuilegijs quantum ad hoc, ſed ſolum præcipit Epiſcopis ne permittant vti illis. Sic enim habet dicta *ſeſſ. 22. in decreto de obſeruand & euitand. in celebrat. Miſſæ* poſt alia. *Neue patiantur priuatis in domibus, atque omnino extra Eccleſiam, & ad diuinum tantum cultum dedicata Oratoria ab eis Ordinarijs deſignanda, & viſitanda Sanctum hoc Sacrificium à ſæcularibus, aut Regularibus quibuſcunque peragi.* Caſu ergo quo id *patiantur*, aut permittant Epiſcopi, poterunt Regulares ſuis vti priuilegijs, maximè cum hoc priuilegium conceſſum ſit in iure *cap. In ijs, quæ de priuilegijs* Prædicatoribus, & Minoribus. Rodriguez *tom. 1. quæſt. 43. art. 5. & tom 2. quæſt. 75. art. 1.* Ioannes à Cruce *de priuileg Regular. lib. 2. cap. 5. dub. 7. §. ſi obijcias decretum.* Portellus *in dub. Regular. verbo Altare num. 1.* referens Petrum de Ledeſma *1. p. ſr. Summæ cap 20. de Euchar. fol. 120. impreſſionis Oliſipponenſis*, alios etiam referentem. Nota tamen hæc priuilegia ſemper intelligi debere ſine præiudicio Eccleſiæ Parrochialis, prout in *d. cap. In ijs, quæ* declaratur. Ius autem Parrochiale, vt habetur in quodam priuilegio Gregorij IX. quod incipit: *Nos attendentes*, circa tria conſiſtit, ſcilicet oblationes, decimas, & primitias. Siluester *in ſumma verbo Altare quæſt. 6.* Ioannes à Cruce *ſupra concl. 2.* ex declarat. Sixti IV. Vide circa hoc noſtrum Reuerẽdiſſimum Theodorum Stratium *in inſtruct. pro Fratribus Carmelit. cap. 6. num. 8.*

14 Stando autem in probabilitate huius ſententiæ, conſequenter dicendum videtur, iuxta dicta *tom. 1. cap. 21. nu. 15.* in grangijs quoque, ſeu prædijs Monaſteriorum poſſe fieri Oratoria ab aliquibus Regularibus, in quibus cum Altari portatili celebrent Miſſas, non repugnante, aut contradicente Epiſcopo. Ratio eſt, quia circa hoc ſunt plura ipſorum priuilegia, quæ referunt Rodriguez *to. 2. quæſt. 75. art. 1.* Ioannes à Cruce *ſupra concl. 2.* & Peirinis *tom. 1. priuilegior. Minim in Conſtit. Pyrri num. 30. & 31.* Maximè fauet priuilegium Alexandri VI. pro Ciſtercienſibus, de quo in Bullario Rodriguez *tom. 1. in Alexandro VI. Bulla 14.* Fauent quoque plura alia priuilegia, quæ generaliter concedunt id fieri poſſe in loco honeſto, & decente, verè enim dictæ grangiæ, ſeu prædia loca honeſta, & decentia ſunt. Aliqua autem ex ijs priuilegijs retuli dicto *cap. 21. nu. 14.* Illa porrò non eſſe reuocata à Concilio, niſi in caſu quo Epiſcopus illis vti non permittet, dictum eſt ſupra. Imò addendum, etiam in caſu quo Epiſcopus repugnet, probabile eſſe poſſe vti Regulares priuilegiatos hac facultate celebrandi Miſſam cum Altari portatili in grangijs, & prædijs ſuorum Monaſterio-

rum.

rum. Ratio eſt, quia Concilium loco relato ſolum concedit Epiſcopis ne permittant celebrare in priuatis domibus, aut omnino extra Eccleſiam. Hæc verò prædia, ſeu grangiæ non ſunt priuatæ domus, quia non ſunt domus priuatarum perſonarum, aut ſæcularium, ſed Monaſteriorum, & Communitatum Religioſarum, nec ſunt omnino extra Eccleſiam, quia ſunt partes Eccleſiæ, & bona ipſius. Rodriguez, Ioannes de la Cruce, & Peirinis relati.

15 Pari etiam probabilitate idem affirmari poſſe videtur, ſicque aliquando in Hiſpania practicari vidi, de cameris particularibus aliquorum Religioſorum, caſu aliquo extraordinario, quo videlicet propter infirmitatem è camera exire non poſſint ad audiẽdam Miſſam, & dies ſolemnis fuerit, vel propter ſacram Communionem recipiẽdam. Quod ſcilicet tunc poſſint in proprijs cameris honeſtis, ac decentibus celebrari facere in Altari portatili. Ratio eſt, quia cameræ Religioſorum regulariter ſunt loca decentia, & honeſta, ac per conſequens in eis poterunt prædicti Regulares priuilegiati vti dicto priuilegio, non ſolum permittente, aut non contradicente Epiſcopo propter dicta, ſed etiam caſu dato, quod ipſe contradicat, cum prædictæ cameræ non ſint priuatæ domus, ſed ad Eccleſiam pertinentes, nec omnino extra Eccleſiam, ac proinde non comprehenſæ in decreto Concilij Tridentini. Pro hoc etiam extat notabile Priuilegium Pij IV. pro Canonicis Regularibus Sancti Saluatoris Lateranenſis, quod refert Peirinis *ſupra num.* 34. ex Peregrino *in Compend. priuilegiorum Congregationis Regularium tit. infirmi* §. 2. Eſt autem magnum hoc priuilegium, nam concеſſum dicitur 18. Maij 1565. poſt Concilium Tridentinum, & cum derogatione ipſius. Aliud etiam priuilegiũ pro Fratribus Hieronymianis in Hiſpania refert Portellus *ſupra num.* 3. quod non vidi, nec ſcio an ſit ſolum viuæ vocis oraculum, ac per conſequens hoc tempore reuocatum.

16 Nullatenus tamen id credo eſſe permiſſum in cameris ſæcularium, non ſolum quia ipſæ ſunt priuatæ domus, & omnino extra Eccleſiam, de quibus loquitur Concilium, ſed etiam, quia hoc eſt contra voluntatem Epiſcoporum, qui meritò, & rationabiliter id nõ permittunt. Præſertim propter declarationem Sacræ Congregationis quam refert Naldus *verbo Miſſa nu.* 31. & 32. vbi decernitur licentias celebrandi in priuatis Oratorijs non niſi à Sede Apoſtolica eſſe cõcedendas, nec ab Epiſcopis poſſe concedi. Non ergo recipiendi Rodriguez *tom.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.* 43. *art.* 4 & 5. & *in Additionib. ad Summ. tom.* 3. *cap.* 19. *num.* 3. & Portellus *ſupra nu.* 1. oppoſitum indicantes.

17 Pro reuerentia Altaribus in quibus celebratur ſanctum Miſſæ Sacrificium ſunt aliquæ declarationes Sacræ Congregationis. Prima, in

qua Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium declarauit, non esse consecranda ea sub quibus recondita sunt cadauera mortuorum. Gauantus *in Manual. Episcopor. verbo Altare num.9.* Secunda apud eumdem Gauantum *supra verbo Sepultura num. 6.* Cadauera non reponantur sub Altaribus, neque sub gradibus eorum. Ita eadem Sacra Congregatio. Tertia, in qua eadem Sacra Congregatio præscripsit, quod si quæ Altaria essent, quæ vel superius, vel in medio continerent cadauera, siue laicorum, siue etiam Prælatorum, non esset in ipsis celebrandum. Naldus *supra num.* 33. Quarta, in qua eadem Sacra Congregatio iniunxit Episcopo Ternensi, vt amoueri faceret sepulchra, quæ extarent subtus Altaria, vel ipsorum bradellam. Quinta, in qua Sacra Congregatio declarauit, quod Altari renes non sunt vertendi, & melius esse, vt Episcopus vertat renes Canonicis, quam Altari. Barbosa *in Collect. an. Butlar. verbo Altare*. Sexta, quæ approbante Sanctiss. D.N. Vrbano ponitur in initio Missalis Romani noui. *Paramenta non debent sumi de Altari pro celebratione Missarum, cum id competat tantum Episcopis, siue solemniter, siue priuatim celebrent, inferioribus verò habentibus vsum Pontificalium non nisi quando in Pontificalibus celebrant*. Sunt etiam aliqua statuta in Concilijs Prouincialibus Mediolanens. de quibus prædictus Gauantus *supra verbo Ecclesia num.* 29. 30. 31. 32. & 33.

18 Altaria sita in Ecclesijs Regularium non possunt visitari ab Episcopis, aut alijs locorum Ordinarijs vigore cuiusuis decreti Concilij, iuxta dicta *tom. 1. cap. 11. num 7.* ex declarationibus Sacræ Congregationis ibi relatis. Nisi quando ipsi Regulares habent curam animarum sæcularium, iuxta ibidem dicta, & *tom. 2. cap. 18. num. 9.* Imò nec Altaria Confraternitatum in Regularium Ecclesijs erecta visitare potest Episcopus, quatenus spectant ad ipsos Regulares, iuxta dicta etiam dicto 2 *tom. cap. 15. num. 27.* Quo etiam sensu intelligendæ sunt aliæ declarationes Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium apud Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Altare*, vt colligitur ex alia declaratione apud eumdem Barbosam *verbo Confraternitas*.

19 Altaria priuilegiata sunt illa, quibus concessa est Indulgentia plenaria pro mortuis. Quamuis autem aliqui existiment non esse necessarium ad consequendam hanc Indulgẽtiam dicere potius vnam Missam quam aliam, sed per quamcunque Missam obtineri posse hanc Indulgentiam (Naldus *in Summa verbo Missa num.* 21. ex Nauarro ab ipso relato) idq; speculatiuè loquendo probabile videatur. Nihilominus, quia Sacra Congregatio sæpius declarauit in Altari priuilegiato debere celebrari Missam *de Requiem*, alias indultum non suffragari defunctis, etiam si in indulto id non exprimatur, ideo, his decretis ob-

temperandum est. Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Altare, & verbo Missa defunctorum*. Huiusmodi autem Altaria priuilegiata vnius Ecclesiæ, vel Religionis non communicantur alijs etiam habentibus generalem communicationem priuilegiorum aliarum Religionum. Tum quia stylus Curiæ ita tenet, tum quia iuxta regulam iuris *in 6.* quæ est 81. in generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. Peirinis *tom. 2. Priuilegior. Minimor. in Constitut. 8. Pauli III. num. 2.* Probabile etiam est huiusmodi Altaria priuilegiata non suspendi per suspensionem generalem, quæ fit anno Iubilæi. Nam ratio ob quam Pontifex illo anno suspendit omnes Indulgentias, ea est, vt fideles feruentiori deuotione ad eas lucrandas Romam se conferant, quæ ratio cessat in defunctis. Martinus Carrillo *in Expos. Bullæ Defunctor. par. 2. cap. 9. in fine.* An verò suspendantur per Bullam Cruciatæ, Diana *par. 1. tract. 11. resolut. 86.* partem affirmatiuam tenuit, negatiuam verò *in addit. 2. resolut. 22.* Sed vide dicenda verbo *Bulla Cruciatæ num. 41.*

20 Altare fixum, & stabile, quod est consecratum, execratur, seu desinit esse consecratum, itaut noua indigeat consecratione. Primò, quando ita est fractum, vt altera pars, quæ manet non possit continere commodè pedem Calicis, & Hostiam cum patena. *cap. 1. & cap. quod in dubijs, & cap. ligneis de consecratione Ecclesiæ, vel Altaris.* Suarez *to. 3. in 3. par. disp. 81. sect. 5.* Henrriquez *in summ. lib. 9. cap. 28. nu. 1.* Secundò, si ita enormiter est fractum, vt appareat deformitas. Ita enim colligitur ex prædictis iuribus, generaliter enim loquuntur de enormi fractione, & tenent Bacconius noster *in 4. dist. 11. art. 1.* Siluester *in summ. verbo Altare quæst. 8.* Azor *tom. 1. lib. 10. cap. 27. quæst. 12.* addentes arbitrio Episcopi esse hoc iudicandum. Tertiò, quando cornua quæ inunguntur fuerint fracta. Tunc enim etiam enormiter fractum existimatur. Barbosa *de offic. & potestat. Episc. allegat. 27.* Tamburinus *de Iure Abbatum tom. 1. disp. 23. quæst. 6. num. 4.* Quartò, quando Altaris fixi mensa à stipite, vel columnis quibus innititur, remoueretur. Hoc enim sensu accipi debet, quod in iuribus relatis ex *can. si motum de consecrat.* dicitur de Altari, quod execretur, quando mouetur. Bacconius, Siluester, & Suarez *supra*. Addunt plures etiam execrari hoc Altare quoties signum sepulchri, idest repositorij, vbi reconduntur Reliquiæ frangeretur, remoueretur, vel minueretur. Ita Siluester, Azor, Barbosa, & Tamburinus. Sed cum dictum sit *supra nu. 6.* Reliquias non esse de essentia consecrationis Altaris, non video qualiter præcisè propter fractionem, remotionem, aut minutionem talis repositorij perdatur consecratio. Vnde Suarez relatus non affert hunc casum, Laimanus etiam *de Sacrificio Missæ lib. 5. tract. 5. cap. 6. nu. 9.*

ex Ægidio Coninck hanc ſententiam probabilem putat, licet prudenter addat, ſeruandam eſſe quoad hoc Eccleſiarum conſuetudinem, cum enim ſepulchrum hoc cenſeatur præcipua pars Altaris, meritò ob eius fractionem, vel amotionem ipſum Altare notabiliter confractum, vel imminutum æſtimatur. Addunt ſexto alij etiam execrari hoc Altare ſi tantum augeatur, vel minuatur, quod formam amittat, forma enim eſt, quæ dat eſſe rei. Siluester *ſupra.* Veruntamen id ſolum intelligo, quando illa mutatio eſſet in lapide ipſo conſecrato, non quando in lignis, columnis, ſeu ſtipitibus quibus innititur.

21 Non tamen execratur Altare hoc fixum, quando execratur Eccleſia. Si autem Eccleſia violetur, aut polluatur, illud polluitur, & violatur etiam. Ratio diuerſitatis eſt, quia conſecratio Eccleſiæ diſtincta eſt à conſecratione Altaris; conſiſtit enim in parietibus, & muris; conſecratio verò Altaris in integritate ipſius. Vnde execrari poteſt Eccleſia combuſtis, vel collapſis muris, vel parietibus ipſius, remanente conſecratione Altaris, quia ipſum permanet integrum. Violatio autem, ſeu pollutio Eccleſiæ concernit totam Eccleſiam. Et ita ipſa violata, violantur Altaria. Panor. *in cap. Propoſuiſti de conſecrat. Eccleſ. vel Altar.* Siluester *in Summa verbo Altare quæſt.* 11.

22 Loquendo verò de execratione Altaris portatilis, licet aliqui credant tot modis, quot Altare fixum execrari, dicendum tamen eſt non ita contingere. Etſi enim execretur hoc Altare, quando ita frangitur, vt ea pars, quæ manet non ſit apta commodè continere Calicem, & Hoſtiam, & quando anguli ipſius, in quibus chriſma ponitur, frangerentur, propter dicta ſupra. Portellus *in dubijs Regularium verbo Altare num.* 4. Nihilominus nec per aliam fractionem, nec per ſeparationem à lignis quibus aliquando innititur, vel circundatur, nec per mutationem loci execratur. Suarez *dicta diſp.* 81. *ſect.* 5. Lugo *de Sacrament. Euchariſt. diſp.* 20. *ſect.* 2. *num.* 72. *&* 75. Porrò de immutatione ſepulchri, ſeu repoſitorij reliquiarum dicendum videtur ſicut dixi de Altari fixo. Execrata etiam Eccleſia non credo execrari hæc Altaria. Baconius *ſupra.* Quidquid aliqui dixerint, non rectè intelligentes Silueſtrum *verbo Altare quæſt.* 11. Si enim execrata Eccleſia non idcirco execratur, vt dictum eſt, Altare fixum, multò minus nec portatile, propter rationem modo aſſerendam. Similiter polluta, ſeu violata Eccleſia non cenſetur Altare portatile pollutum, vel violatum. Silueſter *verbo Altare quæſt.* 11. Azor *d. cap.* 27. *quæſt.* 14. Ratio eſſe poteſt, quia hoc Altare cum ſit portatile, & mobile non videtur habere tantam connexionem cum Eccleſia, ſicut Altare fixum, ac proinde nec violari cum ipſa, etiam ſi Altare fixum, vt dictum eſt ſupra, violetur.

23 Nul-

23 Nullum porrò Altare ſiue fixum, ſiue portatile execratur ex eo, quod in ipſo celebrauerint excommunicati, interdicti, degradati,&c. Ita enim colligitur ex *cap.2.de Sacramentis non iterand.* Tambutinus *de Iure Abbatum tom.1.diſp.23.quæſit.6.*

24 Altaris lapis profanatus, ſeu execratus poteſt vendi,& licitè teneri ab emptore, ſed in loco decẽti,& honeſto. Ita enim declaratum video à Sacra Congregat.apud Barboſam *in Collectan.Bullar.verb.Altare.*

25 Quomodo ornandum ſit Altare pro Abbate, vel Priore habente vſum Mitræ,& baculi, dixi ſupra verbo *Abbas num.*15. Alia, quæ pertinent ad Altare, vide verbo *Conſecratio*, verbo *Crux*, verbo *Eccleſia*, verbo *Irregularitas*, & 4.tom.verbo *Paramenta Eccleſiaſtica.*

AMBITIO.

SVMMARIVM.

Ambitionis peruerſitas. num.1.
Quomodo definiatur ambitio. num.2.
An ſit ſemper peccatum mortale. ibid.
Qualiter fugienda à Religioſis. ibid.
An poſſint pro ſe, vel pro alijs vota, ſeu ſuffragia procurare. num.3.
An liceat ipſis Epiſcopatum, vel alias Dignitates appetere. num.4.
Quomodo electio illius, qui ante electionem requiſitus conſenſit caſſanda. num.5.
Quomodo ſic requiſitus reſpondere debeat. ibid.
Gaudere, vel delectari de honore ſibi oblato, an, & quando ſit peccatum. num.6.
Alia de ambitione remiſſiuè. num.7.

1 EST Ambitio, vt Diuus Bernardus *ſerm.6.in Pſal.Qui habitat*, inquit: *Secretum venenum, peſtis occulta, doli artifex, virtutum arugo, & tinea ſanctitatis.* Et, vt ait D.Baſilius *de Conſtit. Monaſticis cap.*10. hoc vitio capti, ſunt inuidi, contentioſi, inſimulatores. Denique quos ambitio inuadit, iugum diſciplinæ Eccleſiaſticæ facit reſpuere, vt ait Symmacus Papa *in Synodo Romana cap.*1.& habetur *diſt.86.can.bene.* Sanchez *lib.6.in decalog. cap.*18. *num.*16. Idcirco licet de ambitione fugienda, quatenus ſpectat ad inſtructionem ſpiritualem Regularium non pauca dixerim *in lib.de reformatione Regularitũ*, nihilominus de ipſa quatenus ad quæſtionem moralem attinet agendum ſuppereſt.

2 Am-

2 Ambitio eſt inordinatus appetitus honorum,& dignitatum. Sanctus Thom. 2.2.*quæſt.*131. *art.*2. Silueſter *in ſumma verbo Superbia quæſt.*17. Quamuis autem ex genere ſuo non ſit peccatum mortale, frequentiſſimè tamen mortale eſt. Primo, cum appetitur honor, vel dignitas modo illicito, qui eſt peccatum mortale. Vt ſi Religioſus appetat Prælatias,per ſimoniam,ſubornationes,dolos,& fraudes. Secundo, cum appetitur propter finem aliquem, qui ſit peccatum mortale, v.g.propter vindictam,cupiditatem pecuniarum,&c. Tertio,cum appetitur dignitas,& honor,cuius Religioſus indignus,vel minus dignus eſt. Pro quo nota, quod cum honor ſit præmium virtutis ex Ariſtot. 4.*Ethicor.*Religioſus indignus,vel minus dignus appetens dignitates, appetit, quod dignis,vel dignioribus debetur, ac per conſequens peccat contra iuſtitiam.Adde, quod ambitioſus etiam ſi aliàs eſſet ſanctus ex ambitione redditur indignus, *ca. principatus* 1. *quæſt.*1. Barboſa *de iure Eccleſiaſtico lib.*1.*cap.*19.*num.*135.Quarto,ratione nocumenti,quod inde ſequitur Communitati,priuando eam dignioribus Prælatis. Denique quinto,ſi honor ipſe,vel dignitas appetatur, vt vltimus finis,ſeu vt ſummum bonum. De his Sanctus Antoninus *part.*2.*tit.*3. *cap.*5. Toletus *in ſumm.lib.*8.*cap.*23.& alij.

3 Qualiter prohibitum ſit Religioſus pro ſe, vel pro alijs vota, vel ſuffragia procurare,& quomodo nihilominus poſſint procurare, quod officia dignis dentur,& indigni excludantur,ſimiliter tractare de vitijs, & virtutibus eligendorum,dixi *tom.*1. *cap.*15. *num.*24. De quo etiam Azor *tom.*2.*lib.*3.*cap.*28.*quæſt.*2. Boſſius *in prax.crimin.tit.de ambitioſis.* Theſaurus *in prax.par.*2.*verbo Ambitus cap.*1. Vbi etiam agit de iuris infamia, & irregularitate, quam incurrit damnatus de ambitione. Similiter qualiter Religioſi procurantes officia, & alia ſimilia medijs fauoribus ſæcularium,vel extraneorum,& Prælati illas hoc intuitu concedentes, incidant in pœnas, & cenſuras à Summis Pontificibus inflictas,dixi eodem 1.*tom.cap.*10.*num.*17.*& cap.*15.*num.*27. *& cap.*18. *num.*82. De his tractat Tamburinus *de Iure Abbatum diſp.*10.*quæſit.*1.

4 Qualiter etiam licitum non ſit Religioſis appetere, & multo minus procurare Epiſcopatum, niſi caſu raro dato, dixi *tom.*1. *cap.*17. *num.*22. Eſt autem eadem ratio, vel ſimilis reſpectiuè, in appetendis, ſeu procurandis prælatijs,ſiue officijs curam animarum habentibus in Religionibus, quia eſt eadem difficultas, ea ſcilicet, quæ eſt in regimine animarum,quod vt Concil.Trident *ſeſſ.*6.*in decret.de reformat. cap.*1. ait, *Eſt onus Angelicis humeris formidandum.* Vnde *can.ante omnia diſt.*40.hæc habentur alta mente condenda.*Nihil eſt in hac vita,& maximè in hoc tempore difficilius,& laboriоſius,& periculoſius*

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopi,& Presbyteri, aut Diaconi officio. Quare vix video aliquem caſum in quo licitè,& honeſtè Religioſus appeterè,aut procurare poſſit Prælatias,niſi quando ex præcepto charitatis ad id teneretur, quando ſcilicet electores,vel qui Prælatias prouidere debent,parati ſunt eligere aliquẽ poſitiuè indignum,aut pernicioſum Communitati. Tunc enim propter bonum commune charitas Chriſti vrget,vt dignus Prælatia ſe offerat electoribus.

5 Qualiter etiam electio illius, qui requiſitus ante electionem conſenſit electioni de ſua perſona facienda priuſquam fiat, ſit caſſanda, dixi *tom.2.cap.12.num.43.*ex *cap.cum poſt petitam de electione,& electi poteſtate*. Quare ſic requiſitus ante electionem, nullatenus poteſt dicere *accepto, conſentio, annuo*, vel quid ſimile. Caſſari enim deberet illius electio propter hæc verba. Debet ergo reſiſtere, aut contradicere, vel ſaltim negatiuè ſe habere verbis indifferentibus, vt dicendo: *Fiat voluntas Dei*, faciam *quod Deo placuerit*, non reſiſtam *voluntati ipſius*,vel ſimilia. De quibus Tamburinus *de Iure Abbatum to.1. diſp.5. quæſt.22.* In caſu verò ſuperius adducto, quo ſcilicet aliquis ad euitandam electionem indigni ſe offerret,poſſet,vt credo, acceptare electionem antequam fiat, ne fortè electores videndo tepiditatem illius eligerent indignum.Nec hoc eſſet contra textum adductum,quia ibi non eſt ſermo de hoc caſu particulari, in quo dignus ex præcepto charitatis ſe offert, præſertim cum textus non loquatur, niſi de illo,qui eſt requiſitus ab electoribus, iſte autem requiſitus non eſt.

6 Non eſt ambitioſus,qui gaudet, vel delectatur de honore ſibi oblato, vel etiam appetit illum. Primo, ſi id faciat propter honorem, & gloriam Dei.Secundo,ſi propter vtilitatem proximorum.Tertio,etiam ſi gaudet, aut lætatur de illo, vel appetit illum ea ratione qua ſibi eſt debitum. Quemadmodum enim licitè poteſt quis delectari,ſeu etiam appetere, quod res ſibi debita, pecunia v. g. vel aliqua alia res, non ſibi denegetur, ſic & de honore dicendum eſt. Colligo ex S. Thoma *2.2.quæſt.131.art.1. ad 3.* adiuncta explicatione, & doctrina Caietani *ibidem ad tertium dubium*, & ex Leſio *de iuſtitia, & iure lib.3. cap.2. dub.3.*

7 Vide alia verbo *Electio*, & 4.tom. verbo *Prælatus*.

ANNVS.

SVMMARIVM.

Quomodo accipiendus ſit annus in ſacris Canonibus, Bullis, Decretis, Statutis,&c. num.1.

Si

Si assignatur annus cum præpositione in *per ablatiuum, an sufficiat inchoatus. num.2.*
Si assignetur in genitiuo, quomodo accipiendus. num.3.
Quid quando per accusatiuum, & præpositionem ad. *num.4.*
Quid in accusatiuo cum præpositione per. *num.5.*
Quid cum præpositione ante, *& cum accusatiuo. num.6.*
Quid cum præpositione post, *& accusatiuo. num.7.*
Quando res sit dubia, quæ regula sit tenenda. num.8.
Quomodo accipiendus annus completus. num.9.
An idem dicendum de anno requisito pro professione Regulari. ibid.
Quid de annis requisitis ad obligationem ieiunij Ecclesiastici. ibid.
Anni decem dicuntur tempus longum, modicum verò infra decennium. num.10.
Tempus immemorabile quot annos requirat. ibid.
Annus bissextilis quomodo accipiendus. num.11.
Quid de anno pro Nouitiatu requisito. ibid.
Quid quando aliquis suspenderetur per annum. ibid.
Annus 1582. quomodo integer debuit reputari. num.12.
Qui annus requiritur ad dignitates. num.13.
Alia remissiuè. num.14.

1 SÆPIVS in Sacris Canonibus, Bullis, & decretis Summorum Pontificum, & Conciliorum, ac in priuilegijs, & statutis particularibus Religionum assignari solet certus terminus annorum non explicando an de annis completis, vel inchoatis, an de integris annis, an solum de parte ipsorum id intelligi debeat; qua propter operepretium erit regulas aliquot breues, & claras ad id explicandum ex Theologis, & Canonistis afferre.

2 Si leges, priuilegia, vel decreta assignent annum cum præpositione, *in*, per ablatiuum, vt si dicant, quod fiat aliquid v. g. in anno tertio, solum requiritur annus inchoatus, & inceptus, ita vt in quocunque die illius anni id fieri possit, quia per quemcunque diem annus ille est inchoatus. Siluester *in summ. verbo Aetas quæst.2.* Azor *tom.1. Institut. Moral. lib.5. cap.28. §. dubiæ est quæstionis.* Portellus *in dub. Regular. verbo Annus.* Idem credo dicendum cum dicitur, quod non admittatur aliquis ad aliquod officium, nisi qui fuerit in ætate v.g. triginta annorum, idem enim est, ac si diceretur, quod non admittatur, nisi constitutus in trigesimo anno, ac proinde sufficiet annus inceptus, quod dixerim pro nostro Carmelitarum Ordine, in quo *par.4. Constitut. cap.13. num.3.* deciditur, quod Definitores sint in ætate triginta annorum constituti.

3 Si

3 Si autem assignent annum in genitiuo, vt si dicatur: Ne quid fiat ab aliquo, nisi fuerit v.g. triginta annorum, tunc requiritur annus completus. Siluester, Azor, & Portellus relati.

4 Cum verò assignant annum per accusatiuum, & præpositionem *ad*, vt si dicant ad tres annos, sufficit, quod sint inchoati. *l. qui filium ff. ad Trebellianum*. Idem auctores.

5 Si tamen assignent annos in accusatiuo cum præpositione *per*, vt si dicatur per tres annos, requiruntur anni completi. *l. non putabam, & l. si annos ff. de condition. & demonstrat.* Ita etiam idem auctores. Hinc colligit Portellus Constitutionem Sixti V. iubentis vacare Abbatissas Minorum per tres annos requirere annos completos. Colligi etiam potest, quod cum Gregor. XIII. in Constitutione quam retuli supra verbo *Abbatissa nu.* 12. ait Abbatissas in Italia debere per triennium à die suæ administrationis finitæ vacare, intelligi debere de tribus annis completis, quia vtitur Pontifex præpositione *per*.

6 Quando verò assignatur terminus annorum cum præpositione *ante*, & cum accusatiuo, vt si dicatur, ante annos viginti duos, vel viginti quatuor, tunc sufficiunt anni inchoati. Colligitur ex Tridentino *sess. 23. cap. 12* vbi assignans annos requisitos ad Ordines sacros recipiendos, dicit ante viginti duos, ante viginti tres, ante viginti quinque, quod de annis inchoatis praxis Ecclesiæ declarauit. Portellus *supra num.* 5.

7 Secus videtur dicendum, quando assignatur terminus annorum cum præpositione *post*, & accusatiuo, vt si dicatur, post vnum annum, post duos annos, &c. tunc enim intelligendum id est de annis completis. Portellus *supra num.* 4. id confirmans ex quadam dispensatione Gregorij XIII. Vnde infer, quod cum Concilium *sess. 23. cap. 11.* præcipit vt nulli promoueantur ad sacros Ordines, nisi post annum à susceptione postremi gradus minorum Ordinum, intelligi debeat de anno completo.

8 Extra prædictos autem casus, si nulla ex supradictis particulis apponatur, sed res sit dubia, in materia odiosa requiruntur anni completi, in materia verò fauorabili sufficiunt anni inchoati. Siluester, Azor, & Portellus relati.

8 Quando etiam in prædictis locis requiritur annus completus, ad hoc quod talis dicatur, sufficit in fauorabilibus, quod sit inchoata dies vltima illius anni. Vnde quamuis ad sponsalia contrahenda requiratur septennium completum ex *cap. litteras, & cap. accessit de sponsal. impuber.* & alijs iuribus, nihilominus in fauorem Matrimonij sufficit ad hoc septennij complementum, quod vltima dies septimi anni sit incepta, sicut in fauorem testamenti ad valorem illius idem statutum

est.

eſt. *l.qua ætate ff.de teſtamenti,*& in fauorem eiuſdem Matrimonij de anno duodecimo pro fœminis, & quatuordecimo pro viris requiſito dicunt plures Doctores.Couarrubias 4.*decretal.*1.*part. cap.*1.*num.*2. Sanchez *lib.*1.*de Matrimon.diſp.*16.*num* 2. *& lib.*7.*diſp.*104.*nu.*2. Cornexo *tract.*6.*de Matrimon.diſp.*2.*dub.*3. An autem fallat hæc regula in anno profeſſionis Regularium, præſertim propter declarationem Sacræ Congregationis, quam refert Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Annus num.*1 dicam 4.tom.verbo *Profeſſio Regularium*. An etiam ſimiliter anni poſſint dici completi, quando pauci aliquot dies, duo ſcilicet, vel tres deficiunt, diſſentiunt Doctores. Sanchez enim tenet partem negatiuam. Cornexo autem affirmatiuam, de quo aliàs. Dixi in fauorabilibus, quia ſecus eſt in odioſis,in quibus dies incepta non habetur pro completa, vt patet in vltima die anni vigeſimiprimi requiſiti ad obligationem ieiunij Eccleſiaſtici, ſi enim ea die currat obligatio ieiunij non tenetur ad illud is, qui ea die explet vigeſimum primum annum, niſi tantum poſt illam horam qua expleuit eum annum, iuxta dicta ſupra verbo *Aetas num.*8. Naldus *in Summa verbo Tempus num.*3.

10 Anni decem adminus dicuntur tempus longum, modicum verò infra decennium. Naldus *in Summa verbo Annus num.*4. *& verbo Tempus num.*11. Similiter tempus decem annorum dicitur tempus antiquum. Idem Naldus *verbo Tempus num.*17.Præterea tempus centum annorum dicitur immemorabile, ex communiori ſententia. Idem Naldus *verbo Tempus num.*10.ex Rotæ deciſione.

11 Annus biſſextilis,in quo ſcilicet bis dicitur *ſexto Calẽdas Martij*, nempè die 24. & 25. Februarij, etiam ſi habeat vnam diem pluſquam alij anni (habet enim 366. cum alij ſolum 365. dies habeant) nihilominus quoad vſum Eccleſiæ pro vna reputantur. Sanchez *de præceptis decalogi lib.*4.*cap.*35.*num.*3. Vnde iuxta dicta *tom.*1.*cap.*2. *num.*10. annus pro Nouitiatu requiſitus etiam includit diem illum ſuperadditum anno biſſextili, ita vt complens annum Nouitiatus die 24. Februarij non dicatur anno biſſextili compleuiſſe, niſi die 25. pro vt ex pluribus declarationibus Sacræ Congregationis, & pluribus auctoribus habet Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Annus nu.*4.Hinc etiam ſi vigeſimus quintus ætatis annus compleatur die 24. Februarij anni biſſextilis, cenſendus eſt compleri die ſequenti Sanchez *ſupra*. Idem credo eſſe dicendum(quidquid alij dicant) quando aliquis ſuſpenderetur per annum, vel per menſem, quod ſcilicet ille annus, vel menſis in anno biſſextili, comprehendere deberet diem illum adiunctum,quia ille annus ſic eſt inſtitutus ab Eccleſia.

12 Annus porro 1582. quo tempore authoritate Gregorij XIII. ab

anno

anno dempti ſunt decem dies, hoc eſt, à quinta die Octobris vſque ad decimam quintam, integer debuit reputari ciuiliter, & politicè tam quoad ætatem ad profeſſionem, quàm ad ſacros Ordines, & ad quæcunque officia, & beneficia requiſitam. Quorum ratio eſt, quia ipſe Gregorius XIII. in Bulla *Inter grauiſſimas in 2.to.Bullar. inter Bullas ipſius num.*74. ea, ad quæ non reputari integrum voluit, expreſsè excepit, nimirum ea, quæ erāt in tertij præiudicium, vt ſolutiones cenſuum, & locationum. Quare quoad cætera manſit integer. Enrriquez *lib.*13 *de excommunic.cap.*40.*num.*2.*in comment.littera O.* Sanchez *lib.*5.*in Decalog.cap.*4.*num.*5.

13 Si contingat Regulares ad Dignitates in Cathedralibus Eccleſijs ex diſpenſatione aſſumi, notent, annum vigeſimū ſecūdū ad id munus requiſitum debere eſſe completum, nec Epiſcopum in hoc diſpenſare poſſe. Ita enim declarauit Sacra Congregatio apud Garziam *de Benefic.par.*7.*cap.* 4.*num.*70. Armendariz *in additionibus ad recopilat.leg. Nauarræ lib.*1.*tit.*18. *de Epiſcop. lib.*7.*num.*2. & Barboſam *in Collectan.Bullar.verbo Annus.*

14 Vide dicta verbo *Aetas*, & dicenda de anno Iubilæi verbo *Iubilæum.* De anno Nouitiatus, ſeu probationis 4.tom. verbo *Nouitius, ſeu Nouitiatus*, de anno ad profeſſionem Regularem requiſito eodem 4.tom. verbo *Profeſsio Regularis.*

APOSTATA, ET APOSTASIA.

SVMMARIVM.

*Apoſtaſia ſecundum Etimologiam quid ſit. num.*1.
Quotuplex ſit. ibid.
*Apoſtaſia à fide quid ſit. num.*2.
Quomodo differat ab hæreſi. ibid.
*Apoſtaſia ab obedientia quid ſit. num.*3.
*Apoſtaſia, ſeu Apoſtata à Religione. num.*4.
*An Moniales de Monaſterio exeuntes Apoſtatæ ſint cenſendæ. num.*5.
Quid dicendum de Pinzocheris, vel mulieribus collegialiter viuentibus. ibid.
*Quando Religioſus fugiens ad Prælatum ratione grauaminis prætenſi excuſetur. num.*6.
Romam venientes Religioſi ſine licentia legitima, quam pœnam incurrant. ibid.
*An Epiſcopus Regularis renuncians Epiſcopatui, vel ab ipſo depoſitus ſit Apoſtata. num.*7.

De

De bonis Apoſtatarum, & ad quos pertineant. num.8.
Apoſtaſia à Religione eſt caſus reſeruabilis. num.9.
De cenſuris, & pœnis Apoſtatarum à Religione remiſsiuè. num.10.
A culpa Apoſtaſiæ quis abſoluat. num.11.
A cenſuris, & irregularitatibus propter illam incurſis. num.12.
Apoſtata à Clericatu quis cenſendus. num.13.
Quando peccet mortaliter, vel ſolum venialiter. ibid.
Quid de Religioſo Clerico Apoſtata. num.14.

1 APOSTASIA ſecundum Ethimologiam idem eſt, quod retroſtratio, vel retromiſſio. Sed quantum ad propoſitum importat retroceſſionem, vel deceſſum à Deo in aliquo bono in quo homo tenebatur perſeuerare, vel ex præcepto, vel ex voto. Vnde, quia à Deo tripliciter recedere poſſumus ſecundum tres modos coniunctionis debitæ ad ipſum, ſcilicet per fidem, obedientiam, & Religionem profeſſam, ideo triplex eſt Apoſtaſia, ſcilicet à fide, obedientia, & Religione. S. Thom. 2.2. *quæſt* 12. Expoſitores *ibidem*, ſpecialiter Bañes *art.* 1. & ex antiquioribus noſter Ioannes Beetz *in* 1. *præcept. Decalog. expoſit.* 1. *cap.* 9. Additur etiam quarta ſpecies Apoſtaſiæ (etſi ad aliquam ex prædictis reducibilis) ſcilicet à Clericatu. Valentia 2.2. *diſp.* 1. *quæſt.* 12. *punct.* 1.

2 Apoſtaſia à fide, quæ omnium peſſima eſt, eſt receſſus totalis à fide Chriſtiana, quando ſcilicet Chriſtianus omninò recedit à Chriſtianiſmo, non in vno, vel alio, aut pluribus articulis fidei, ad differentiam hæreſis (qualiter fecit Iulianus Apoſtata) ſiue conuertatur ad Paganiſmum, ſiue atheiſmum, &c. Canus *lib.* 12 *de locis Theolog. cap.* 9. Hugolinus *de Cenſuris Pontifici reſeruatis* 2. *par. cap.* 1. §. 1. *num.* 7. Vnde, etſi non omnis hæreticus ſit Apoſtata, prout in præſenti, quia non omnis hæreticus negat totam fidem, tamen è conuerſo omnis Apoſtata eſt hæreticus, quia habet errorem in intellectu cum pertinacia, quod eſt de ratione hæreſis. Silueſter *in Summ. verbo Apoſtaſia nu.* 4. Hinc circunſtantia Apoſtaſiæ neceſſariò confitenda eſt, quia notabiliſſimè aggrauat peccatum hæreſis, propter dicta. Sanchez *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 7. *num.* 17. licet oppoſitum teneat Diana *in tract. de circunſtant. aggrauãtibus reſolut.* 54. Hinc etiam excommunicatio, & omnes aliæ pœnæ in iure, & Bulla in Cœnæ Domini ſtatutæ hæreticis incurruntur ab Apoſtatis, quia ſunt verè hæretici. Ioannes Beetz *ſupra*. Azor *tom.* 1. *Inſtitut. Moral. lib.* 8 *cap.* 21. *quæſt.* 7. Sanchez *ſupra num.* 18. De his autem dicetur verbo *Hæreſis, & Hæreticus*, & verbo *Irregularitas*. Vide verbo *Bulla Cœnæ num.* 8.

3 Apoſtaſia ab obedientia largè ſumpta in omni peccato mortali repe-

repetitur, vt docet S. Thomas 2.2.*quæst.*12.*art.*1.*ad* 1. iuxta illud Ecclesiast.10.*Initium superbiæ hominis apostatare à Deo.* Et Prouerb.6. *Homo apostata vir inutilis.* Nihilominus strictè non sumitur, nisi pro recessu à mandatis Dei, vel Ecclesiæ, qui prouenit ex infidelitate, & schismate, vel contemptu, de quibus suis locis dicetur. Siluester *in Summ.verbo Apostata num.*3.

4 De Apostasia, seu Apostata à Religione professa plura dixi *tom.* 1. *cap.*16. *à num.* 12. scilicet quis sit verus Apostata, quas pœnas incurrat, quas etiam illi, qui cooperantur ad Apostasiam, vel Apostatas detinent, qualiter vbique à suis Superioribus capi, quæri, ac recipi debeant, quibus adquirant, & an Monasteria teneantur debita ab ipsis contracta soluere. Nunc alia, vel maioris claritatis gratia addenda sunt.

5 Et primo Moniales professæ de Monasterio exeuntes animo deserendi Religionem, nec ad illam reuertendi, sunt verè Apostatæ, pœnis Apostatarum puniendæ, & eodem modo de illis iudicandum respectiuè, ac de viris Religiosis Apostatis, pariterque ad Monasterium reuocandæ. Tum, quia eadem est ratio de illis, ac de viris, tum, quia id colligitur ex *cap. peruenit ad nos* 27. *quæst.*1. Farinacius *in Tract. de hæresi quæst.* 183. *num.* 68. Tamburinus *de Iure Abbatissarum disp.*21.*quæsit.*5. Secus dicendum de fœminis tertiarijs, pinzocheris, seu mantellatis, non enim recedentes ab eo statu sunt Apostatæ, cum ille status non sit Religiosus, iuxta dicta *tom.*2.*cap.*14.*num.*23. Quod potiori iure dici debet de mulieribus alijs collegialiter viuentibus, sed non sub clausura, propter eamdem rationem, & quia earum modus viuendi reprobatus videtur à Pio V. in Constitutione anni 1566. iuxta dicta *tom.*1.*cap.*25.*num.*16.& 17.

6 Deinde, Religiosus fugiēs ad Prælatum Superiorem, eo quod certo illi constet se grauari iniustè nimis à Prælato immediato, vel quod illum velit notabiliter grauare, non solum non est Apostata verus, quia verus Apostata est ille, qui deserit Religionem; iste autem non deserat, cum potius pergat ad suum Prælatum Superiorem: imò licitè id facere potest, cum iure naturali defensionis vtatur, nec Concil. Trident. *sess.*25. *cap.*4. contradicat, quia solum loquitur in casu quo Religiosi non iniustè nimis grauantur à suis Prælatis, iuxta dicta *tom.*1.*cap.*16. *num.*8. & 9. De quo & Fagundez *in* 2. *Eccles. præcept. lib.* 8. *cap.* 5. *num.*13. Qui autem fugiunt ad Superiorem Prælatum, vel sine fundamento, vel non nimis, sed tantum leuiter ab inferiori Prælato grauati, vel si grauiter grauati, ad faciendum querelam contra ipsum, cum tamen commodè eam facere possent, vel per litteras, vel alio tempore, etsi non sint veri Apostatæ, propter dicta, contraueniunt tamen

decreto Concilij Tridentini relato, & veluti vagi, & profugi puniri debent, iuxta Statuta suarum Religionum, iuxta dicta eo *cap.* 16. *num.* 7. & 11. Portellus *in dubijs Regular. verbo Apostata num.* 3. Addit tamen *in Additionib. num.* 6. ex declaratione quadam Sacra Congregatione facta Generali sui Ordinis talem Religiosum esse Apostatam. Quod tamen intellige, vel quoad forum externum tantum, seu quoad pœnas. Specialiter Romam venientes sine licentia Generalis, vel Protectoris (vel etiam Prouincialis si fuerit causa communis totius Prouinciæ) priuati sunt voce activa, & passiua per biennium à solo Papa relaxanda. Ex decretis Clementis VIII. & Sanctissimi Domini Nostri Vrbani, quæ retuli *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 15 & 16. & *tom.* 2. *cap.* 9. *num.* 18.

7 Item Episcopus Regularis renuncians Episcopatui, & manens in sæculo, nec rediens ad Religionem, non est verè Apostata, sed potest sic manere. Ratio est, quia per Episcopatum fuit exemptus à iugo Religionis dispensatione Papæ, & hæc non cessat deposito Episcopatu, cum non cesset causa ipsius, scilicet dignitas Episcopalis, & perfectior status. Rodriguez *tom.* 3. *quæst. Regular. quæst.* 52. *art.* 26. Sanchez *de præcept. Decalog. lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 29. Lauretus de Franchis *in controuers. Episcopor. & Regular. circa decreta Sacræ Congregationis de Apostat. & Electis dub.* 13. Addit Sanchez, idem esse dicendum, si propter culpam deponeretur ab Episcopatu, sed tunc credo teneri regredi ad Religionem, &, si non redeat esse veluti Apostatam, quia per depositionem redditur indignus priuilegijs suæ dignitatis. Siluester *in Summa verbo Religio* 4. *in fine*. Certius id est si degradaretur, quia per degradationem exuitur omnibus priuilegijs dignitati Episcopali concessis. Sanchez *supra num.* 30. Manens autem quomodocunque in sæculo tenetur ad vota, & obseruantias Regulares, iuxta modum dictum *tom.* 1. *cap.* 17.

8 Præterea, quamuis bona Apostatarum post ipsorum obitum spectent ad Cameram Apostolicam, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 20. 21. & 31. Si tamen ipsi reuertuntur ad Religionem, bona quæ secum portant, pertinent ad illam tam ipsis viuentibus, quam post mortem illorum. Ratio est, quia ipsi Apostatæ etiam in Apostasia existentes adquisierunt Religioni, iuxta dicta eo *cap.* 16. *num.* 20. ex *can. Abbates* 18. *quæst.* 2. & Constitutio Gregorij XIII. quæ incipit *Officij nostri*, applicans bona istorum Cameræ Apostolicæ intelligi videtur, quando illi decedunt extra claustra. Rodriguez *tom.* 1. *Quæstion. Regular. quæst.* 30. *art.* 12. §. *sed contra dicta*. Portellus *in dub. Regular. verbo Apostata num.* 7. Lauretus de Franchis *in controuers. Episcoporum, & Regularium circa decreta Sacræ Congregationis de Apostatis,*

& Elec-

& Electis quæst. 11. Quod intellige, etiam de bonis peccaminosè, & si non contra iustitiam adquisitis, propter eamdem rationem, vt dixi eo *cap.* 16. *num.* 20. Secus, de bonis contra iustitiam adquisitis. Hæc enim restituenda sunt eis, quibus facta fuit iniuria. Portellus *supra*. Quid porrò dicendum de bonis adquisitis à Religiosis, siue Apostatis, siue non ex illicita negotiatione, vide dicta eo *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 5.

9 Apostasia à Religione est casus reseruabilis à Superioribus Regularium, ex Clemẽte VIII. in decreto de casuum reseruatione, quod est simul cum decretis pro reformatione Regularium approbatis à Sacra Congregatione sub Sanctis. D.N. Vrbano, & habentur cum alijs decretis de Apostatis, & Electis, ibi enim inter casus reseruabiles à prædictis Superioribus ponitur iste, & his verbis. *Apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eo peruenerit, vt extra septa Monasterij, seu Conuentus fiat egressio.* Vide Coriolanum *de casibus reseruatis* super hunc casum.

10 De cẽsuris, & pœnis Apostatarum à Religione, dixi *to.* 1. *cap.* 16. *num.* 12. *&* 13. Præter quas, particulares Religiones habent etiam peculiares pœnas illis designatas, qualiter Ordo noster in Constitutionibus *part.* 3. *cap.* 1. *& part.* 5. *cap.* 12. varias etiam pœnas illis imponit. Vide Portellum *supra in Additionib. ad verb. Apostata*, & Thomam de Iesu *de visitat. Regular. tract.* 4. *cap.* 9.

11 A culpa ipsa Apostasiæ à Religione in Religionibus, vbi reseruata fuerit, nullus absoluere potest, nisi Prælati illi, qui ipsam reseruauerunt, Superiores, & successores ipsorum, vel ab eis habentes facultatem ad id faciendum. Hoc enim importat essentialiter casuum reseruatio. Nec ad prædictam absolutionem iuuant priuilegia Religionum, Iubilæa, Bulla Cruciatæ, aut similia, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 29. In Religionibus verò, vbi Apostasia reseruata non fuerit, Prælati, & Confessarij communes Regularium eos absoluere poterunt, iuxta doctrinam communem de casibus non reseruatis. Quia verò in Ordine nostro crimen Apostasiæ, vt putò reseruatum non est, ideo ab ipso saltem in foro conscientiæ absoluere possunt Prælati, & Confessores communes Fratrum.

12 Pro absolutione verò à censuris, & dispensatione in Irregularitatibus, & alijs pœnis, quæ in particularibus Religionibus propter Apostasiam esse possunt: vide dicta *tom.* 1. *cap.* 10. *à num.* 29. *& cap.* 18. *à num.* 30.

13 Apostata à Clericatu ille est, qui Clericatu reiecto, fit sæcularis habitum Clericalem deferendo. Hoc autem contingere potest dupliciter. Vel enim talis desertor Clericatus erat in maioribus, vel solùm

in minoribus constitutus. Si primum, est propriè Apostata, & peccat mortaliter sic faciendo. Clement. *Quoniam de vita, & honestate Clericorum*. Concilium Tridentinum *sess.* 14. *de reformation. cap.* 6. *& cap. Tuæ Fraternitati de Apostat.* Silvester *in Summa verbo Apostata num.* 6. *&* 7. Toletus *in Summa lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 5. Animaduertens eum non incurrere in Iure aliquam excommunicationem. Illam tamen incurrit, si vxorem ducat. Clement. *vnic. de consanguinitate, & affinitate*. Valentia *tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 12. *punct.* 1. Si secundum, subdistinguendum est, vel talis habebat beneficium, vel non, si prius etiam mortaliter peccat, & est Apostata, si beneficium non relinquat. Toletus *ibidem*. Si posterius, nec est propriè Apostata, nec peccat mortaliter, nisi forsan ex contemptu id faciat, cum constet posse vxorem ducere, ac viuere laicaliter. Silvester *supra num.* 7. Credo tamen tam in minoribus constitutum, quam prima tonsura decoratum, peccare venialiter deserendo Clericatum, si sine rationabili causa id faciat, tum quia tales sunt de sorte Domini, cum illis dicatur: *Dominus pars hæreditatis meæ*, tum quia descendunt ex superiori ad inferiorem statum. An verò Apostata à Clericatu sit irregularis, dicetur verbo *Irregularitas num.* 85.

14 Hinc infertur, quod Religiosus Clericus Apostata, qui deserta Religione deserit etiam Clericatum, esse bis, seu dupliciter Apostatam, scilicet ratione desertionis Religionis, & Clericatus, ac per consequens incurrere pœnas Apostasiæ à Religione, de quibus supra, & Apostasiæ à Clericatu, quæ designantur locis citatis ex Concilio Tridentino, ex Iure Canonico, & alijs iuribus. Secus verò dici deberet, si tantum Religionem desereret, non Clericatum, vt si ex Religioso fieret Clericus sæcularis. Tunc enim tantum incurreret pœnas Apostasiæ à Religione.

APPELLARE, ET APPELLATIO.

SVMMARIVM.

De appellatione remissiuè. num. 1.
Appellatio quid sit. num. 2.
An sit de iure naturali, vel tantum de positiuo. ibid.
An, & quando Regulares appellare possint à correctione suorum Prælatorum. num. 3.
De recursu ad ipsos; ibid.

In

Digitized by Google

In casu graui, & raro licita illis est appellatio. num.4.
Cum quibus conditionibus. ibid.
Non ad tribunalia secularia. num.5.
Oppositum facientes quam malè audiant. ibid.
Neque ad tribunalia Ecclesiastica quibus non subduntur. num.6.
Quibus titulis intelligi potest recursus ad illa. num.7.
Quis eorum licitus. ibid.
An ille, qui est pro fauoribus sæcularium obtinendis. ibid.
Casus in quibus nec ad propria tribunalia Religionum liceat appellare. num.8.
Primus, quando Religiosus non est grauatus iniustè. ibid.
Secundus, quando appellatio non fit tempore legitimo. num.9.
Tertius, quando non interponitur coram Iudice legitimo. num.10.
Quartus, si fiat ab aliqua censura absolutè lata. num.11.
Secus si fiat à censura non absolutè lata. ibid.
Quintus, cum non seruatur debita forma in appellatione. num.12.
Quid si non contineat nomen appellantis, & Iudicis. num.13.
Quid nisi in ea petantur Apostoli. num.14.
Forma faciendi appellationem: num.15.
Effectus ipsius. num.16.
A qua sententia appellari possit. num.17.
Tempus à Iure designatum pro appellatione. num.18.
Appellantes à Papa ad Concilium quam pœnam incurrant. num.19.
Appellatio an recipiatur à sententia definitiua. num.20.
An interposita super condemnationem ad triremes habeat effectum suspensiuum. num 21.
Appellationis extraiudicialis proprietates. num.22.
Quomodo differat à iudiciali. ibid.
Alia remissiuè. num.23.

1 DE hac materia, prout ad Regulares spectare potest, aliqua dixi *to.* 1. *Summæ cap.* 9. *à num.* 4. alia tamen hic adiungenda sunt, vel pro maiori ipsius notitia.

2 Appellatio ergo est à minori ad maiorem, vel Superiorem prouocatio. 2. *quæst.* 6. *ca. omnis oppressus, & ca. si quis, & ca. placuit.* Siluester *in Summa verbo Appellatio num.* 1. Hinc à Papa nullus iure appellare potest, cum non habeat Superiorem in terris *l.* 1. *ff. à quibus appellare non licet.* Laymanus *lib.* 3. *de Iust. tract.* 6. *cap.* 6. *num.* 2. Hinc etiam consequenter in Religionibus, nec ab æquali ad æqualem, nec à Superiori ad inferiorem dari potest appellatio. Barbosa *de potestat. Episcop. Allegat.* 53. *num.* 45. Est de iure naturali quoad suam substantiam,

in minoribus constitutus. Si primum, est propriè Apostata, & peccat mortaliter sic faciendo. Clement. *Quoniam de vita, & honestate Clericorum*. Concilium Tridentinum *sess.* 14. *de reformation. cap.* 6. *& cap. Tuæ Fraternitati de Apostat.* Silvester *in Summa verbo Apostata num.* 6. *&* 7. Toletus *in Summa lib.* 4. *cap.* 18. *num.* 5. Animaduertens eum non incurrere in Iure aliquam excommunicationem. Illam tamen incurrit, si vxorem ducat. Clement. *vnic. de consanguinitate, & affinitate*. Valentia *tom.* 3. *disp.* 1. *quæst.* 12. *punct.* 1. Si secundum, subdistinguendum est, vel talis habebat beneficium, vel non, si prius etiam mortaliter peccat, & est Apostata, si beneficium non relinquat. Toletus *ibidem*. Si posterius, nec est propriè Apostata, nec peccat mortaliter, nisi forsan ex contemptu id faciat, cum constet posse vxorem ducere, ac viuere laicaliter. Silvester *supra num.* 7. Credo tamen tam in minoribus constitutum, quam prima tonsura decoratum, peccare venialiter deserendo Clericatum, si sine rationabili causa id faciat, tum quia tales sunt de sorte Domini, cum illis dicatur: *Dominus pars hæreditatis meæ*, tum quia descendunt ex superiori ad inferiorem statum. An verò Apostata à Clericatu sit irregularis, dicetur verbo *Irregularitas num.* 85.

14 Hinc infertur, quod Religiosus Clericus Apostata, qui deserta Religione deserit etiam Clericatum, esse bis, seu dupliciter Apostatam, scilicet ratione desertionis Religionis, & Clericatus, ac per consequens incurrere pœnas Apostasiæ à Religione, de quibus supra, & Apostasiæ à Clericatu, quæ designantur locis citatis ex Concilio Tridentino, ex Iure Canonico, & alijs iuribus. Secus verò dici deberet, si tantum Religionem desereret, non Clericatum, vt si ex Religioso fieret Clericus sæcularis. Tunc enim tantum incurreret pœnas Apostasiæ à Religione.

APPELLARE, ET APPELLATIO.

SVMMARIVM.

De appellatione remissiuè. num. 1.
Appellatio quid sit. num. 2.
An sit de iure naturali, vel tantum de positiuo. ibid.
An, & quando Regulares appellare possint à correctione suorum Prælatorum. num. 3.
De recursu ad ipsos, ibid.

In

In casu graui, & raro licita illis est appellatio. num.4.
Cum quibus conditionibus. ibid.
Non ad tribunalia sæcularia. num.5.
Oppositum facientes quam malè audiant. ibid.
Neque ad tribunalia Ecclesiastica quibus non subduntur. num.6.
Quibus titulis intelligi potest recursus ad illa. num.7.
Quis eorum licitus. ibid.
An ille, qui est pro fauoribus sæcularium obtinendis. ibid.
Casus in quibusnec ad propria tribunalia Religionum liceat appellare. num.8.
Primus, quando Religiosus non est grauatus iniustè. ibid.
Secundus, quando appellatio non fit tempore legitimo. num.9.
Tertius, quando non interponitur coram Iudice legitimo. num.10.
Quartus, si fiat ab aliqua censura absolutè lata. num.11.
Secus si fiat à censura non absolutè lata. ibid.
Quintus, cum non seruatur debita forma in appellatione. num.12.
Quid si non contineat nomen appellantis, & Iudicis. num.13.
Quid nisi in ea petantur Apostoli. num.14.
Forma faciendi appellationem: num.15.
Effectus ipsius. num.16.
A qua sententia appellari possit. num.17.
Tempus à Iure designatum pro appellatione. num.18.
Appellantes à Papa ad Concilium quam pœnam incurrant. num.19.
Appellatio an recipiatur à sententia definitiua. num.20.
An interposita super condemnationem ad triremes habeat effectum suspensiuum. num 21.
Appellationis extraiudicialis proprietates. num.22.
Quomodo differat à iudiciali. ibid.
Alia remissiuè. num.23.

1 DE hac materia, prout ad Regulares spectare potest, aliqua dixi *to.* 1. *Summæ cap.* 9. *à num.* 4. alia tamen hic adiungenda sunt, vel pro maiori ipsius notitia.

2 Appellatio ergo est à minori ad maiorem, vel Superiorem prouocatio. 2. *quæst.* 6. *ca. omnis oppressus, & ca. si quis, & ca. placuit.* Siluester *in Summa verbo Appellatio num.* 1. Hinc à Papa nullus iure appellare potest, cum non habeat Superiorem in terris *l.* 1. *ff. à quibus appellare non licet.* Laymanus *lib.* 3. *de Iust. tract.* 6. *cap.* 6. *num.* 2. Hinc etiam consequenter in Religionibus, nec ab æquali ad æqualem, nec à Superiori ad inferiorem dari potest appellatio. Barbosa *de potestat. Episcop. Allegat.* 53. *num.* 45. Est de iure naturali quoad suam substan-

tiam, cum sit defensio quædam, seu præsidium innocentis, vel grauamen patientis. Quoad accidentia verò, scilicet quòd fiat tali, vel tali modo, & cum talibus circunstantijs est de iure positiuo. Siluester *supra nu.*2. Non est ad defensionem iniquitatis. *cap. cum speciali* 5. *porrò de appellat.* Laymanus *supra num.*1.

3 Hoc posito, primo dicendum. Nullo modo possunt Regulares appellare à correctione Regulari suorum Superiorum, ideſt, ab ea correctione, quæ est secundum Regulam, & Statuta, ita vt si Regula, vel Statuta Religionis imponant aliquam pœnam pro aliquo delicto, & ea infligatur à Prælato delinquentibus, non possint ab hac correctione appellare. Hoc probant *cap. ad nostrum de appellat. & cap. reprehensibilis eod. tit.* quæ attuli dicto *cap.*9. *num.*4. Quibus iunge *cap. speciali in fin. eod. tit.* Id etiam probant plura priuilegia Religionum, quæ eo loco retuli. Ratio etiam id conuincit, quia appellatio nunquam admittitur, nisi propter grauamen. Religioso autem non infertur grauamen, si corrigatur, & puniatur secundum Regulam, & Statuta, quia ex vi voti obedientiæ, & professionis ad ea se sponte obligauit. Sanchez *lib.*6. *in Decalog. cap.*8. *num.*101. & 102. Peirinis *de subdito quæst.*1. *cap.*20. Vnde sic appellantes, vt in plurimum peccant mortaliter, propter inobedientiam quam committunt non acceptando pœnam impositam in Religione, & propter alia inconuenientia, quæ ex appellatione sequuntur. Portellus *in dub. Regular. verbo Appellare*. Possunt tamen sine vllo peccato recursum habere ad Superiores per litteras, vel aliàs ipsos personaliter cum legitima licentia conuenire, vt pœna eis relaxetur, vel mitigetur, si id possent facere, vel vt alio modo ab ipsis consolationem accipiant. Hoc enim nullo iure prohibetur, & ex alia parte est satis conforme charitati, qua procedi debet in Religionibus.

4 In casu autem graui, & raro in quo euidenter constaret, Religioso fieri notabilem iniuriam in fama, & honore, propter excessum correctionis, vel punitionis etiam aliàs Regularis, in ipsius substantia, modo, aut circunstantijs, licita est illis appellatio ad Prælatos Superiores, iuxta dicta ex varijs iuribus dicto *cap.*9. *num.*7. Sanchez, & Peirinis relati. Dixi in casu graui, & raro in quo euidenter constaret Religioso fieri notabilem iniuriam in fama, &c. quia cum sint multa priuilegia Religionum, in quibus Regulares prohibentur appellare, quorum aliqua tetigi eo *cap.*9. *nu.*4. & 6. vt illa operentur aliquid supra ius commune, dicendum est hoc operari, quòd solum in prædicto casu certo, & euidenti liceat Regularibus appellatio, cũ tamen sæcularibus etiam in casu dubij grauaminis iure communi licita sit. Sanchez *supr. n.*110. Thomas de Iesu *de visitat. Regular. tract.*3. *cap.*17. *num.*6. Diana *de dub. Regular tract.*2. *resolut.*54. *in fine*. Hæc porrò appellatio facien-

da

da eſt regulariter modo aſſignato eo *cap.9. num.4.* Scilicet à Prælato immediato ad Prouincialem; à Prouinciali ad Generalem; à Generali ad Protectorem; & à Protectore ad Sanctiſſimum, vel Sacram Congregationem eius vices habentem. Dixi *Regulariter*, quia in aliquibus caſibus, iuxta dicta eo *cap.9. num. 7.* licitè fieri poteſt appellatio ad Sedem Apoſtolicam ſine medio. Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Appellatio.*

5 Nunquam tamen licet Regularibus ad tribunalia ſæcularia appellare, aut coram illis quærelam facere contra ſuos Prælatos, quocunque etiam caſu dato. Tum propter dicta eo *cap.9.nu.4.& 6.* Tum ex Bonifacio IX. & Leone X. in Bulla *Romani Pontificis* apud Conſettium *in Collectan.litterarum Apoſtolicarum in Leone X.num.*10. Vbi hic Pontifex Dominicanos aliter facientes excommunicatione maiori latæ ſententiæ percutit. Tum quia id de ſe iniquiſſimum eſt,& Religionibus perniciosiſſimum, cum hac via bona Religioſorum fama apud ſæculares maximè lædatur, & bonum regimen ipſorum impediatur. Multò minus id licet, ſi titulo illatæ vis, aut violentiæ, vt dicitur, ad eadem tribunalia ſæcularia appelletur. Etſi enim admitteretur ſæculares Iudices poſſe hanc appellationem in hoc, vel ſimili caſu admittere,& iudicare de ſententia lata à Iudice Eccleſiaſtico(de quo infra verbo *Exemptio Regularium num.*15.16.& 17.)adhuc tamen non liceret Religioſis illam appellationem facere,propter magnum detrimẽtum Religionum, quod inde ſequitur. Vnde id facientes vocat Peirinis *ſupra*, latrones, & fures, fratricidas,& matricidas, ingratas beſtias, maculas conuiuantes,nubes ſine aqua,arbores autumnales,infructuoſas, bis mortuas, fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones: ex Epiſt.Canonic.Iudæ *cap.vnico.* Vide Sotum 5.*de Iuſtit.quæſt.6.ar.3.* Incidere etiam Religioſos id facientes in excommunicationem latæ ſententiæ fatetur Portellus *ſupra verbo Appellare in additionib. nu.4.* ex Aragone,& Miranda quos refert.

6 Similiter nec licet quocunque dato caſu Regularibus appellare ad tribunalia Eccleſiaſtica quibus non ſubduntur, vt puta ad Dominos Epiſcopos,vel ipſorum Vicarios,aut quærelam contra Prælatos coram ipſis facere,&c. Cum enim ab ipſorum iuriſdictione exempti ſint,nullo iure poſſunt ad illos appellare, vel coram ipſis contra ſuos Prælatos quærelam talẽ facere. Appellatio enim,ſeu quærela non eſt,niſi ad Superiorẽ. Vnde Dominicanos id facientes,& Iudices Eccleſiaſticos eos admittentes excommunicatione latæ ſententiæ punit Leo X. in Bulla *Romanus Pontifex* apud Conſettium relatum. Valentia *tom.3.diſp.5. quæſt.13.punct.3.in fine.* Rodriguez *de ordin.iudiciario cap.13 in fin.*

7 Pro quorum luce notandum,quinque titulis, vel rationibus poſſe

tiam, cum sit defensio quædam, seu præsidium innocentis, vel grauamen patientis. Quoad accidentia vero, scilicet quòd fiat tali, vel tali modo, & cum talibus circunstantijs est de iure positiuo. Siluester *supra nu.*2. Non est ad defensionem iniquitatis. *cap. cum Speciali* 5. *porrò de appellat.* Laymanus *supra num.*1.

3 Hoc posito, primo dicendum. Nullo modo possunt Regulares appellare à correctione Regulari suorum Superiorum, ideſt, ab ea correctione, quæ est secundum Regulam, & Statuta, ita vt si Regula, vel Statuta Religionis imponant aliquam pœnam pro aliquo delicto, & ea infligatur à Prælato delinquentibus, non possint ab hac correctione appellare. Hoc probant *cap. ad nostrum de appellat. & cap. reprehensibilis eod. tit.* quæ attuli dicto *cap. 9. num.*4. Quibus iunge *cap. Speciali in fin. eod. tit.* Id etiam probant plura priuilegia Religionum, quæ eo loco retuli. Ratio etiam id conuincit, quia appellatio nunquam admittitur, nisi propter grauamen. Religioso autem non infertur grauamen, si corrigatur, & puniatur secundum Regulam, & Statuta, quia ex vi voti obedientiæ, & professionis ad ea se sponte obligauit. Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap.* 8. *num.* 101. & 102. Peirinis *de subdito quæst.* 1. *cap.* 20. Vnde sic appellantes, vt in plurimum peccant mortaliter, propter inobedientiam quam committunt non acceptando pœnam impositam in Religione, & propter alia inconuenientia, quæ ex appellatione sequuntur. Portellus *in dub. Regular. verbo Appellare*. Possunt tamen sine vllo peccato recursum habere ad Superiores per litteras, vel alias ipsos personaliter cum legitima licentia conuenire, vt pœna eis relaxetur, vel mitigetur, si id possent facere, vel vt alio modo ab ipsis consolationem accipiant. Hoc enim nullo iure prohibetur, & ex alia parte est satis conforme charitati, qua procedi debet in Religionibus.

4 In casu autem graui, & raro in quo euidenter constaret, Religioso fieri notabilem iniuriam in fama, & honore, propter excessum correctionis, vel punitionis etiam alias Regularis, in ipsius substantia, modo, aut circunstantijs, licita est illis appellatio ad Prælatos Superiores, iuxta dicta ex varijs iuribus dicto *cap. 9. num.* 7. Sanchez, & Peirinis relati. Dixi in casu graui, & raro in quo euidenter constaret Religioso fieri notabilem iniuriam in fama, &c. quia cum sint multa priuilegia Religionum, in quibus Regulares prohibentur appellare, quorum aliqua tetigi eo *cap. 9. nu. 4. & 6.* vt illa operentur aliquid supra ius commune, dicendum est hoc operari, quòd solum in prædicto casu certo, & euidenti liceat Regularibus appellatio, cũ tamen sæcularibus etiam in casu dubij grauaminis iure communi licita sit. Sanchez *supr. n.* 110. Thomas de Iesu *de visitat. Regular. tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 6. Diana *de dub. Regular tract.* 2. *resolut.* 54. *in fine*. Hæc porrò appellatio faciendа

da eſt regulariter modo aſſignato eo *cap.9. num.4.* Scilicet à Prælato immediato ad Prouincialem; à Prouinciali ad Generalem; à Generali ad Protectorem; & à Protectore ad Sanctiſſimum, vel Sacram Congregationem eius vices habentem. Dixi *Regulariter*, quia in aliquibus caſibus, iuxta dicta eo *cap.9. num. 7.* licitè fieri poteſt appellatio ad Sedem Apoſtolicam ſine medio. Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Appellatio.*

5 Nunquam tamen licet Regularibus ad tribunalia ſæcularia appellare, aut coram illis quærelam facere contra ſuos Prælatos, quocunque etiam caſu dato. Tum propter dicta eo *cap.9.nu.4.& 6.* Tum ex Bonifacio IX. & Leone X. in Bulla *Romani Pontificis* apud Conſettium *in Collectan.litterarum Apoſtolicarum in Leone X.num.*10. Vbi hic Pontifex Dominicanos aliter facientes excommunicatione maiori latæ ſententiæ percutit. Tum quia id de ſe iniquiſſimum eſt,& Religionibus perniciosiſſimum, cum hac via bona Religioſorum fama apud ſæculares maximè lædatur, & bonum regimen ipſorum impediatur. Multò minus id licet, ſi titulo illatæ vis, aut violentiæ, vt dicitur, ad eadem tribunalia ſæcularia appelletur. Etſi enim admitteretur ſæculares Iudices poſſe hanc appellationem in hoc, vel ſimili caſu admittere,& iudicare de ſententia lata à Iudice Eccleſiaſtico(de quo infra verbo *Exemptio Regularium num.*15.16.& 17.)adhuc tamen non liceret Religioſis illam appellationem facere,propter magnum detrimétum Religionum, quod inde ſequitur. Vnde id facientes vocat Peirinis *ſupra*, latrones, & fures, fratricidas,& matricidas, ingratas beſtias, maculas conuiuantes,nubes ſine aqua,arbores autumnales,infructuoſas, bis mortuas, fluctus feri maris, deſpumantes ſuas confuſiones: ex Epiſt.Canonic.Iudæ *cap.vnico.*Vide Sotum 5.*de Iuſtit.quæſt.6.ar.3.* Incidere etiam Religioſos id facientes in excommunicationem latæ ſententiæ fatetur Portellus *ſupra verbo Appellare in additionib. nu.4.* ex Aragone,& Miranda quos refert.

6 Similiter nec licet quocunque dato caſu Regularibus appellare ad tribunalia Eccleſiaſtica quibus non ſubduntur, vt puta ad Dominos Epiſcopos,vel ipſorum Vicarios,aut quærelam contra Prælatos coram ipſis facere,&c. Cum enim ab ipſorum iuriſdictione exempti ſint,nullo iure poſſunt ad illos appellare, vel coram ipſis contra ſuos Prælatos quærelam talẽ facere.Appellatio enim,ſeu quærela non eſt,niſi ad Superiorẽ. Vnde Dominicanos id facientes,& Iudices Eccleſiaſticos eos admittentes excommunicatione latæ ſententiæ punit Leo X. in Bulla *Romanus Pontifex* apud Conſettium relatum. Valentia *tom.3.diſp.5. quæſt.13.punct.3.in fine.*Rodriguez *de ordin.iudiciario cap.*13 *in fin.*

7 Pro quorum luce notandum,quinque titulis, vel rationibus poſſe

contingere, quod Regulares recurrant ad tribunalia, siue sæcularia, siue Ecclesiastica extra suam Religionem, seu quod idem est ad Principes, seu potestates sæculares, & extraneos. Primò quidem, titulo appellationis à sententia contra eos à Prælatis Regularibus pronunciata. Secundò, titulo querelæ, seu ad faciendam querelam coram ipsis contra dictos suos Prælatos. Tertiò, titulo violentiæ, seu vis ipsis illatæ, vt ab ipsa eos defendant. Quartò, vt prædicti Principes, seu Iudices, siue Ecclesiastici, siue sæculares rogent Prælatum, qui sententiam contra Regularem pronunciarunt, vt faciat illi aliquam gratiam, scilicet, vel remittendo in totum, vel in partem pœnam debitam pro culpis, ratione quarum sententiam contra ipsum tulerunt. Quintò, vt rogent ipsum non pro aliqua gratia, sed pro aliquo, quod ex iustitia debet facere, scilicet, quod admittat appellationem ad Prælatum Superiorem, si est legitima causa illam admittendi, quod iterum formetur processus, si in formatione illius fuit aliquis error substantialis, vel similia. De primo, & secundo iam dixi iniquissimum esse. De tertio dicam verbo *Exemptio Regularium num.* 15. 16. & 17. De quarto, & quinto dicendum; attendendum esse ad Bullas, priuilegia, & Constitutiones Religionum, quæ agunt de huiusmodi recursu ad fauores sæcularium. De quo egi *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 17. & *cap.* 18. *num.* 82. referens Bullas Pontificias, non solum pro Carmelitis, sed etiam pro Camaldulensibus, Cistercien sibus, Hieronymianis, Cruciferis, Canonicis Regularibus S. Saluatoris, Prædicatoribus, Minoribus, Augustinianis, & Minimis. Esto enim sic recurrentes ad sæcularium fauores non incurrant censuras, & pœnas inflictas contra eos, qui aliquo ex tribus prioribus modis assignatis ad eos recurrerint, incurrere tamen possunt censuras, & pœnas designatas in dictis Bullis, priuilegijs, & Constitutionibus Religionum, quæ variæ, & diuersæ sunt, iuxta ipsorum tenores. Pro Carmelitis autem notandum, quod etsi Clemens VIII. in Bulla *Quoniam nemo*, quam retuli dictis locis, prohibeat in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Generali, & alijs Prælatis, ne propter extraneorum fauores alicui Fratri concedant Prælaturas, gradus, honores, dignitates, administrationes, functiones, & officia, vel aliquas pœnas remittant, tamen Fratribus ipsis non prohibet recursum ad prædictos fauores pro remissione pœnæ, aut pro re, quæ ex iustitia debetur, sed pro obtinendis Prælaturis, gradibus, honoribus, dignitatibus, administrationibus, functionibusque, & officijs. In Constitutionibus verò Ordinis quartum est prohibitum *par.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. & 4. Quintum verò non ita, vel saltem non ita clarè.

8 Sunt etiam alij casus in quibus nec ad tribunalia propria, seu legi-

timos

timos Superiores Religionum, licet Regularibus appellare à ſententijs ſuorum Prælatorum. Primus, quando non ſunt grauati iniuſtè, tunc enim non eſt cauſa legitima appellandi, nec appellatio eſt legitima, ſed friuola, cum non adſit grauamen. Portelus *in dub. Regular. verbo Appellat. nu.* 2. Addens benè, ſic appellantem peccare mortaliter. Vnde tali appellationi non tenetur Iudex deferre. Quando verò cauſa appellationis eſt legitima, tenetur Iudex illi deferre, alias puniendus eſt etiam pœna depoſitionis. *ca. decreto 2. quæſt. 6. & cap. de priore de appellatione, & irritatione factorum, cap. venientes de iure iurand.* Siluester *in Summa verbo Appellare quæſt.* 12. Imò etiam, quando cauſa appellationis eſt dubia, illi deferre debet Iudex. *cap. cum ſpeciali de appellat.* Siluester *ibidem.* Sanchez *in opuſc. moral. to. 1. lib. 3. cap. vnic. dub. 32. num.* 43. Qui etiam benè addunt poſſe tunc vti Iudicem cautela dicendo *admitto appellationem ſi & in quantum de iure teneor.*

9 Secundus eſt, quando non ſit appellatio tempore legitimo, ſcilicet decem dierum. *cap. concertationi, & cap. non ſolum de appellat. in 6. cap. cum dilectus fin. de elect. cap. ſignificauerunt de teſtibus. ca. anteriorum 2. quæſt. 6. cap. Quod ad conſultandum de ſentent. & re iudic.* Siluester *ſupra quæſt.* 3. Sanchez *ſupra à num.* 53. vbi etiam de alijs amplificationibus, & limitationibus huius conditionis. Hic porrò terminus decem dierum currit à die ſcientiæ latæ ſententiæ, quia datur reo ad deliberandum, an velit ſtare ſententiæ latæ, an ab illa appellare. Ad quod eſt neceſſaria ſcientia illius. Sanchez *ſupra num.* 70. Nec poteſt Iudex hoc tempus minuere, quia illud eſt introductum à Iure in fauorem partium. Siluester *ſupra.* Nec etiam augere, propter eamdem rationem. Sanchez *ſupra num.* 80.

10 Tertius eſt, quando appellatio non interponitur coram Iudice à quo appellatur, niſi forſan eius violentia timeatur, vel ſit abſens. Cum enim per appellationem agatur de iuſtitia ipſius Iudicis, recta ratio dictat coram illo eſſe faciendam, niſi in caſibus propoſitis. Et ita colligitur ex *l. 1. ff. quis, & à quo appellat. & l. 2. §. dies. ff. quando appellat. & l. 22. tit. 23. par. 3. & ca. biduum 2. quæſt. 6. & Clement. 1. de appell. & cap. vt debitus eod. tit.* Siluester *ſupra quæſt.* 6. Angelus *verbo Appellatio num.* 12. Quando verò non eſt copia Iudicis à quo, vel timetur eius violentia, appellatio facienda eſt coram Iudice ad quem appellatur, vel coram honeſtis perſonis. Sanchez cum alijs *ſupra nu.* 134. & 135. cum ſequentibus. Tunc autem facienda eſt proteſtatio, quod non appelletur coram Iudice à quo, ob eius metum, vel quia ipſius non eſt copia. Siluester *ſupra.* Tabiena *verbo Appellatio quæſt.* 13. §. 14.

11 Quartus eſt, ſi appellatio fiat ab excommunicatione, vel aliqua

alia

alia censura pure, & absolute lata, ea enim inualida est. Quod est dicere, si sit imposita excommunicatio, vel aliqua censura contra facientes aliquid v.g. Religiosos arma gestantes, si constet aliquem ea gestasse, non potest appellare ab ea censura. Ita enim habetur ex *cap. pastoralis §. verum de appellat. cap. ad hæc quoniam* 5. *de appellat. cap. is cui §. vlt. de sentent. excommunicat.* Et ratio assignata in textu est, quia huiusmodi censuræ latæ secum afferunt executionem, nec possunt esse suspensæ: à sententia autem executioni mandata non datur appellatio. Suarez *de Censuris disp. 3. sect. 6. num.* 5. Cornexo *tract.* 5. *de Censuris disp. 2. dub. 4. § secunda conditio.* Appellari autem potest à censura, ita vt sententia illius sit nulla, & inualida, primò, quando appellatio præcedit sententiam illius. *cap. dilectis de appellat. & cap. licet de sentent. excommunicat. in 6. & cap. ad hæc quoniam.* Et ratio est, quia ad ferendam censuram requiritur iurisdictio, quæ per appellationem legitimam est suspensa. Siluester *supra num.* 4. Naldus *in Summa verbo Appellare num.* 5. Secundò, quando censura fuit solum sub conditione lata, v.g. si Prælatus dicat: excommunico te, nisi hoc feceris. Et tunc ob legitimam causam subditus appellet, etenim etiam tunc suspenditur iurisdictio Iudicis. Cornexo *supra disp. 4. dub. 2. & disp. 12. dub. vnic. § reducitur.* Bonacina *de Censuris disp 1. quæst. 2. punct. 2.* Addit Cornexo hoc esse intelligẽdum de censura lata ab homine, non de lata à Iure, quia hæc semper præsumitur iusta, iuxta *l. si quæ pœna ff. de verb. significat. ca. erit autem lex dist.* 4. & ita ab illa non datur appellatio. Consonatq. declaratio Sacræ Congregationis afferenda. Tertiò, licitum est appellare à sententia declaratoria censuræ incursæ, potest enim in ea errare Iudex, ac per consequens competit reo ius se defendendi. Bonacina *supra*. Sed vide declarationem Sacræ Congregationis apud Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Appellantes*, qua præsens doctrina restringitur. Ibi enim dicitur: *Appellatio non est admittenda à comminatione Episcopi facta contra incurrentes excommunicationem, & alias censuras à iure latas, ad dicendum causam quare non debeant declarari incidisse: secus, si comminatio fiat contra alios delinquentes ad effectum illos excommunicandi ob aliquod delictum, vel crimen sub excommunicationis ab homine latæ pœna.* Quæ decisio ad similes casus extendi potest. Quando autem dicitur, quod à censura lata non appellatur, intelligitur quoad effectum suspensiuum, non quoad deuolutiuum, quia talis appellatio transfert causam ad Superiorem. Peirinis *de subdito quæst.* 1. *de obedientia cap.* 20. Pro quo vide inferius dicenda de effectibus appellationis, & pro appellatione à censuris Sanchez *supra à num.* 216. *& eodem tom.* 1. *consil. moral. lib.* 3. *cap. vnic. dub.* 33.

12 Quin-

Digitized by Google

12 Quintus eſt, cum non ſeruatur debita forma in appellatione, videlicet, quod fiat in ſcriptis, & cum expreſſione cauſæ. Etſi enim, quando aliquis appellat illico, & in continenti poſt ſententiam coram Iudicem in eadem figura Iudicij exiſtente, ſufficit viua voce appellare, ſi tamen non in continenti, ſed intra limites decem dierum appellet, debet fieri in ſcriptis per porrectionem libelli appellatorij. Sic enim habetur *ex l.2.ff.de appellat.& l.litigatoribus C.eod.tit. & l.à ſententia in fin.C.eod.tit.& l.22.tit.23.part.3. & l.1.§.libelli ff.de appellat.* Silueſter *verbo Appellatio quæſt.4. & 6.* Similiter debet fieri cum expreſſione cauſæ ſaltem in genere, vt dicendo ſe eſſe grauatum, ſententiam Iudicis fuiſſe iniuſtam, &c. D.Antoninus 3.*part.tit.9.cap.14.§.1.* Silueſter *ſupra quæſt.4.* Portellus *in dub.Regular. verbo Appellare in additionib.ad addit.num.9.* Aliquando etiam, præcipuè inter Regulares in quibus apices iuris obſeruandi non veniunt, ipſa fuga Religioſi grauati vſurpatur pro appellatione, vt habent Rodriguez *tom.1.q.30. art.3.* Portellus *ſupra in Addit.num.3.*

13 Volunt alij eſſe inualidam appellationem, niſi contineat nomen appellantis, & Iudicis à quo appellatur, & ad quem appellatur, nomina etiam aduerſariorum, & ſententiæ à qua appellatur. Sed verius eſt non requiri hoc expreſsè, ſed ſolum implicitè, quando illa omnia conſtant ex circunſtantijs. Neuo *in Rubric.de appellat.à num.26.* Sanchez *ſupra num.51.*

14 Alij etiam dicunt eſſe inualidam appellationem, niſi in ea petantur Apoſtoli (ſunt autem Apoſtoli litteræ dimiſſoriæ, ſeu teſtimoniales ipſius appellationis) Sed nec hoc eſt neceſſarium, quia Apoſtoli poſsũt peti intra triginta dies à lata ſententia, aliàs appellatio manet deſerta. *cap.ab eo de appellat. & Clement. quamuis eod.tit. l. Iudicibus C.eod. tit.* D.Antoninus 3.*part. tit.9. cap.14. §.1.* Silueſter *verbo Appellatio quæſt.6.* Currunt autem hi dies à die ſcientiæ ſententiæ latæ, vt habet Maranta *practic.6.part. tit.& quandoque appellatur nu.416.& 219.* Sanchez *ſupra à num.120.* vbi multa ad intentum. Peti etiam debent Apoſtoli in appellatione extraiudiciali, quando appellatur à Iudice extraiudicialiter procedente, ſed non, ſaltem ex neceſſitate, quando appellatur à parte. Maranta *ſupra num.227.* Francus *cap. bone de appellat.* Neuo *ibid.num.43.*

15 Forma ergo appellationis, in qua tam ea, quæ ſunt de ſubſtantia ipſius, quam alia continentur, talis eſt, prout ex Doctoribus colligi poteſt. *Coram N.ego N. propono, & dico animo appellandi, quod decem diebus nondum elapſis in cauſa N.quæ vertebatur in Iudicio coram Vobis ſententiam contra me tuliſtis definitiuam, ſi ſententia iure dici meretur, in qua me condemnandum cenſuiſtis ad pœnam N. Idcirco*

ab eadem ſententia tanquam iniqua, & iniuſta appello ad N. Superiorem, & Apoſtolos ſemel, bis, & ter cum debita diſtantia mihi dari poſſit, & ſpecialiter proteſtor, quod appellationem hanc poſſim corrigere, emendare, & innouare, & eam intimare, & proſequi, prout mihi videbitur expedire, die tali, &c.

16 Appellationis effectus duo ſunt, alter deuolutiuus, alter ſuſpenſiuus. Primus eſt deuoluere cognitionem cauſæ ad Superiorem ad quem appellatur, *cap. Dilectis, cap. vt debitus de appellat. l. eos l. à proconſulibus C. de appellat.* Vnde eximit litigantem à iuriſdictione Iudicis à quo, quoad illam cauſam, & transfert ad iuriſdictionem Iudicis ad quem, *cap. Dilectus, cap. ad audientiam de appellat.* Secundus eſt, ſuſpendere ſententiam, etſi non extinguat illam. *cap. venientes de iure iurand. cap. paſtoralis §. præterea de offic. delegat. cap ſæpe de appellat. l præcipimus, l. eo caſu C. de appellat.* Siluester *verbo Appellatio nu.* 1. Portellus *in dub. Regularib. verbo Appellare num.* 5. Laymanus *lib. 3. tract. 6. cap* 5. *nu.* 5. Vnde appellatio ligat ſtatim manus Iudicis à quo, eiuſque iuriſdictionem ſuſpendit, ſine alia inhibitione, adeo quod nihil poſſit facere in illa cauſa, appellatione pendente. Sanchez *ſupra num.* 25. vbi in ſequentibus de varijs limitationibus huius doctrinæ. Non tamen ſuſpēdit iuriſdictionem Iudicis, quoad alias cauſas etiam reſpectu eiuſdem ſubditi. Et ita Religioſus, qui in vna cauſa appellauit à ſuo Superiori, manet ſubditus illi quoad alias. Portellus *ſupra in additione ad additionem num.* 11.

17 Cum ſententia duplex ſit, altera definitiua, altera interlocutoria, ita vt definitiua ſit, quæ fertur ſuper cauſa principali de qua lis agitur. v.g an Religioſus fuerit fornicator. Interlocutoria verò, quæ fertur ſuper dubijs, quæ emergunt in ipſa cauſa v.g. de teſte aliquo recipiendo, dilatione danda, &c. Siluester *verbo Sententia quæſt.* 3. & 4. Sanchez *ſupra à num.* 5. Ideo appellatio fieri poteſt ab vtraque ſententia, ita tamen, quod ab interlocutoria communiter non liceat, niſi contineat damnum irreparabile. Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 13. *cap.* 1. *de reformat. & ſeſſ* 24. *cap.* 20. *de reformat.* Hoc autem damnum irreparabile eſt, v.g. tortura, excommunicatio, ſuſpenſio, interdictum, imò etiam ex declaratione Sacræ Congregationis incarceratio. Portellus *ſupra verbo Appellare nu.* 6. Naldus *in Summa verbo Appellare num.* 2. Hæc porrò appellatio ab interlocutoria in eo præcipuè differt ab appellatione à definitiua, quod iſta ligat manus Iudicis, vt non poſſit vlterius in cauſa procedere, non autem illa.

18 Tempus à Iure deſignatum ad proſequendum appellationem, itaut aliàs ſententia tranſeat in rem iudicatam, eſt vnus annus, aut ex cauſa neceſſaria biennium, imò poteſt Iudex à quo appellatur, ſecun-

dum

dum locorum distantiam, personarum,& negotij qualitatem, tempus hoc moderari. *cap. sicut Romana, & Clement. sicut de appellat.* Siluester *supra quæst.* 16. Sanchez etiam *supra à num.* 84. vbi alia ad intentum.

19 Appellantes à Summo Pontifice ad futurum Concilium,eorumque fautores,& Consiliarij,incurrunt sententiam excommunicationis ipso facto soluꝫ à Papa tollendam, crimenque læsæ Maiestatis committunt,ex Pio II.in Bulla *Execrabilis* in primo tomo Bullar.*num.* 5. Schismaticorum etiam pœnas, & alias incurrunt, ex Iulio II. in Bulla *Suscepti regiminis* in primo tomo Bullar. *num.*22. Naldus *in Summa verbo Appellare nu.*8.Vide dicenda verbo *Bulla Cœnæ nu.* 10.& 11.

20 Appellatio non recipitur à sententia definitiua contra verum contumacem prolata,nec inhibitio,aut alia quæuis prouisio, quandiu appellans in huiusmodi vera contumacia perstiterit, conceditur. Ex Sacræ Congregationis declaratione apud Barbosam *in Collect. Bullar.verbo Appellantes,&c.*

21 Appellatio interposita super condemnatione ad triremes habet effectum suspensiuum; ex declaratione Sacræ Congregationis Episcorum,& Regularium apud eumdem Barbosam *supra.*Appellatio etiam à priuatione beneficij habet effectum suspensiuum. Ex eadem Sacra Congregatione apud eumdem Barbosam *supra*.

22 Tandem, pro appellatione extraiudiciali, quæ contingere potest inter Regulares, si Prælatus in collationibus officij, vel beneficij, vel etiam electionibus,aut quocunque alio,quod fit ex publico officio,faceret aliquid,vel præciperet aliquid,quo ipsi grauarentur (Portellus *in dub.Regular. verbo Appellatio in additionib. num.* 1.) notandæ sunt aliquæ veluti proprietates illius in quibus à iudiciali differt. Prima, quod iudicialis est proprijssimè appellatio, extraiudicialis non ita,sed vocatur prouocatio, vnde in odiosis non comprehenditur nomine appellationis. Secunda, quod Iudicialis est à Iudice grauamine inferente, extraiudicialis verò non solum à Iudice extraiudicialiter procedente, sed etiam à parte contraria. Imò, in causa beneficiali habet vim citationis, & tenetur pars contraria,à qua appellatur,coram Iudice ad quem comparere. Tertia, quod iudicialis est de præsenti grauamine, & à Iudice illud inferente, extraiudicialis verò potest esse generalis respectu personarum,& à futuro grauamine.*cap.bonæ de appellat.* adiunctis *cap. vt debitus, & cap. cum causam in fin. eod.tit.* Quarta, quod iudicialis maximè inter Religiosos requirit causam veram, *cap. vt debitus,& cap.interposita de appell.*extraiudicialis verò nõ requirit necessariò causam veram,sed vel veram, vel verisimilem, aut probabilem, *cap. bonæ de appellat. & Clement.sicut eod.tit.* Quinta, quod in

iudi-

iudiciali semper sunt petẽdi Apostoli, in extraiudiciali verò non semper, saltem ex necessitate. Sexta, quod excommunicato prohibitum est appellare extraiudicialiter, quia non potest esse actor, & appellare hoc modo est agere, benè tamen iudicialiter, quia hoc est se defendere. Pro quo vide dicenda infra verbo *Excommunicatio num.* 36. & 40. Septima, quòd in iudiciali annus ad prosequendam appellationem incipit currere à die interpositæ appellationis, in extraiudiciali verò à die illati grauaminis. *Clement. sicut de appellat.* Octaua, quod appellatio iudicialis suspendit iurisdictionem Iudicis in totum quoad illam causam, extraiudicialis verò non suspendit actum de præterito, nec actum futurum consequtiuum ad actum de præterito, *cap. constitutus de appellat.* Vnde in iudiciali reuocantur omnia acta, in extraiudiciali verò solùm ea, quæ sunt post ipsam. De his, & alijs concernentibus, Maranta *practic. 6 par tit. quandoque appellatur*. Francus *cap. bonæ de appellat.* Panormitanus, & Neuo *ibid.* Sanchez *supra à num. 6.*

23 Vide alia verbo *Clausula num.* 10. vbi fermo de clausula illa apponi solita in pluribus Bullis *appellatione remota*, verbo *Iudex Regularium*, & 4. tom. verbo *Recusare, & Recusatio*, & verbo *Testis*.

APPROBATIO.

Vide dicenda verbo *Confessarius Regularis*.

AQVA BENEDICTA.

Vide dicenda verbo *Benedictio, & Benedicere*.

ARBITER.

Vide dicenda verbo *Iudex Regularis*.

ARMA.

SVMMARIVM.

De Monachis arma tenentibus intra Monasteria. num. 1.
Quis absoluat ab excommunicatione, quam incurrunt. ibid.
Nomine Monachorum, qui veniant. ibid.
Quæ arma sint prohibita. ibid.
An ex alio iure prohibita sint Regularibus. num. 2.

Quid

Quid pro Regularibus Status Mediolanenſis. num.3.
Qualiter intelligatur Decretum Sacræ Congregationis. num.4.
An prohibitio facta à Principibus ſæcularibus de non geſtandis armis comprehendat Regulares. num.5.
An poſſint illis ſpoliari à Miniſtris Iuſtitiæ. ibid.
An in aliquo caſu poſſint illa geſtare. num.6.
An comprehendatur hoc delictum inter ea, quibus non ſuffragatur immunitas Eccleſiaſtica. num.7.
An Miniſtri Curiæ ſæcularis ea auferre poſſint à confugientibus ad Eccleſias. ibid.
Arma deferre ad Infideles eſt caſus reſeruatus. num.8.
Quomodo intelligatur. ibid.
Quid denotet impugnare Chriſtianos. num.9.
Quid ſi Infideles non gerant bellum contra Chriſtianos. num.10.
Quomodo intelligatur abrogatio priuilegiorum. num.11.
Alia remiſſiuè. num.12.

1 DE Monachis arma tenentibus intra ſepta Monaſterij ſine licentia ſuorum Abbatum, quòd incurrant excommunicationem latæ ſententiæ ex Clement. *ne in agro de ſtatu Monachorum*, & quod iſta excommunicatione non afficiantur Monachi tenentes arma extra ſepta Monaſterij, aut venientes ad Monaſterium cum armis, non tamen animo ea tenendi, dixi *tom.1.cap.9 num.27.* Nunc addendum, hanc excommunicationem nulli eſſe reſeruatam, & ita inter non reſeruatas eam referunt Nauarrus *in Manual. cap.27. num.139.* Suarez *tom.5.de Cenſuris diſp.23.ſect.5* Toletus *in Summa lib.1. cap.39.* Quare ab illa abſoluere poſſunt iure communi tum omnes Confeſſarij Monachorum, tum Prælati ipſorum, iuxta ſæpius dicta de cenſuris non reſeruatis. Non ligantur hac excommunicatione Canonici Regulares, non ſolum propter id, quod dixi *tom.1. cap.3. num.24.* ſed etiam, quia ex textu id colligi videtur. Cum enim immediatè antea excommunicationem aliam poſuiſſet contra Monachos ad Curias Principum venientes &c. expreſsè etiam nominauit Canonicos Regulares; in hac verò contra tenentes arma non ita. Gloſſa *in dict. Clement. verbo Monachos.* Suarez *ſupra num.8.* Quare etſi hæc excommunicatio afficiat omnes Monachos, ſiue nigri, ſiue albi, aut alterius coloris habitus (Silueſter *in Summa verbo Excommunicatio 9. num.73.* Toletus *ſupra*) non tamen comprehendit alios Regulares, Mendicantes, v. g. aut Clericos Regulares, quia tantum loquitur de Monachis, verba autem in pœnalibus reſtringi debent. Suarez *ſupra num.4. & 8.* Quamuis oppoſitum dicat Graſſius *in deciſ. aureis lib.4. cap.21.*

cap. 21. *num.* 19. Nomine autem armorum intelliguntur tam arma defensionis, v.g. galeæ, loricæ, &c. quam offensionis, vt gladij, lanceæ, scopletæ, &c. quia textus indefinitè loquitur. Silvester, Suarez, & Graffius relati. Oportet autem, quod sint arma propriè, ideſt instrumenta per se instituta ad vsum bellicum, non autem alia quibus homo vti potest ad offendendum alios, vt sunt baculi, ligna, lapides, &c. hæc enim communi vsu non vocantur arma, nec videntur comprehensa in hac Clementina. Suarez *supra*. Licet oppositum teneat Silvester, vt propterea Graffius relatus dicat tutius esse ab his omnibus abstinere. Per septa Monasterij intelligo clausuram Monasterij. Graffius *supra num.* 22. Suarez *supra*, post Nauarrum relatum. Casu autem, quod Abbas nimium sæuiret in Monachos, si alio modo id impediri non posset, licitè haberent arma ad se defendendum contra illum. Silvester, & Nauarrus *supra*. Nec etiam incurritur hæc excommunicatio à Monacho, qui per negligentiam, obliuionem, vel ignorantiam iuris talia arma haberet, etiam in suo cubiculo. Videtur enim solùm imposita contra præsumentes. Nauarrus, Suarez, & Graffius. Addunt ijdem Nauarrus, & Suarez, nec incurri si habeantur arma à Monacho in alio Monasterio distincto à suo.

2 Nihilominus existimare potest aliquis tam Monachis prædictis, quàm omnibus Regularibus, prohibitum esse arma gestare, seu tenere, siue intra, siue extra Monasterium, non solùm propter particularia statuta omnium Religionum, sed etiam ex *cap. Clerici de vita, & honestate Clericorum*, vbi id prohibetur Clericis sub pœna excommunicationis ferendæ. Religiosi etenim verè Clerici sunt, cum sint in sortem Domini adscripti. Quia tamen, vt habet Silvester *in Summa verbo Clericus num.* 1. appellatione Clerici non veniunt Regulares (excipe eos, qui vocantur Clerici Regulares) in odiosis, & pœnalibus, qualis est prædicta decretalis, ideo ipsa non comprehenduntur. Standum ergo est particularibus legibus, & statutis particularium Religionum.

3 Pro Regularibus tamen Status Mediolanensis, quicunque illi sint, siue Monachi, siue Mendicantes, &c. vt dixi loco relato, extat decretum Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium, prout refert Naldus *in Summa verbo Religiosus num.* 50. huius tenoris: *Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium, Præpositorum, iustis, & grauibus, &c. Innouans decretum Clementis V. de armis sub pœna excommunicationis intra septa Monasteriorum non tenendis, statuit ne in Statu Mediolanensi quisque Regularis cuiuscunque Ordinis arma cuiusuis generis prohibita, præsertim verò scoplos rotatos tam longiores quàm etiam breuiores intra Ecclesias, suauè Monasteria, in dicto Statu tenere audeat, vel*

præsu-

præſumat ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, quam ſibi reſeruauit, ac inſuper priuationis officiorum, & dignitatum, ac beneficiorum, ac inhabilitatis ad quæcunque officia in poſterum obtinenda ipſo facto abſque vlla declaratione incurrenda, &c.

4 Quod decretum locale eſt, & extra Statum Mediolanenſem non obligat, prout colligitur ex repetitione illa Status Mediolanenſis, repetitio enim verbi magnũ myſterium indicat, vt benè Gloſſa *in Clement. 1. verbo Diœceſanis de iure patronat.* Myſterium autem eſt, vt ſolum Regulares in dicto Statu commorantes comprehendat, Peirinis *tom. 2. Priuilegiorum Minimorum in Conſtitut. 4. Clement. VIII. num. 9.* Similiter innouatio illa decreti Clementis V. (ideſt Clementinæ *ne in agro* de qua ſupra) ſolum reſpicit Monachos, ſicut & ipſa Clementina, iuxta dicta. Deinde hoc decretum Sacræ Congregationis pro Regularibus Status Mediolanenſis non prohibet illis quæcunque arma ſiue offenſiua, ſiue defenſiua, ſed tantum arma prohibita, vt patet ex verbis ipſius decreti, ideſt, arma illa, quæ in illo Statu communiter ſunt prohibita. Vnde nec gladij, nec enſes, nec alia arma in eo Statu communiter non prohibita cenſeri debent prohibita dictis Regularibus. Cum autem excommunicatio illa ſolum ponatur contra audentes, vel præſumentes, non incurretur, niſi ab illis, qui arma geſtauerint, vel tenuerint ex dolo, malitia, vel præſumptione, non ab illis, qui ignoranter id fecerint, iuxta dicta *tom. 1. cap. 10. num. 33.* Similiter excommunicatio illa cum ſit reſeruata Sedi Apoſtolicæ non poterit tolli, niſi ab illo, qui priuilegium habuerit abſoluendi à cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſeruatis. Qui verò habeant talia priuilegia, dixi *tom. 1. cap. 18. à num. 36.* Quomodo autem intelligantur illæ pœnæ priuationis, inhabilitatis, &c. & quis poſſit in illis diſpenſare, vide dicta *tom. 1. cap. 10. à num. 30. & cap. 18. num. 46.*

5 Geſtare autem, ſiue tenere arma à Principibus ſæcularibus prohibita in alijs Regnis, Prouincijs, aut Statibus, erit etiam prohibitum Regularibus, & alijs Eccleſiaſticis perſonis ibi commorantibus, ſicut & alijs ſæcularibus, quoad vim directiuam tantum, non quoad coactiuam. Quod eſt dicere, peccant ſic facientes, non tam contra legem ciuilem, quam contra naturalem, quæ præſcribit, quòd illi veluti membra Reipublicæ ſæcularis ſe conformare debeant alijs Ciuibus in ijs, quæ ſpectant ad bonam Reipublicæ adminiſtrationem, nec ſunt contraria libertati Eccleſiaſticæ. Etenim iuxta dicta *tom. 1. cap. 11. nu. 16.* Eccleſiaſticæ perſonæ ſolum hoc modo ſubduntur legibus ciuilibus. Quarè non ſubduntur pœnis taxatis contra tranſgreſſores à Principibus, aut Poteſtatibus ſæcularibus, nec ab ipſis puniri poſſunt, ſed tantum à ſuis Prælatis, iuxta dicta *ibid. num. 17.* An verò Clericus ſæcula-

ris (idem autem eſt de Religioſo) cum armis prohibitis repertus poſſit illis ſpoliari à miniſtris iuſtitiæ, non leuis controuerſia eſt. Partem affirmatiuam refert ex Couarrubia Sanchez *tom.* 1. *opuſc. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 14. nec refutat illum. Tenent etiam tam ipſe Couarrubias, quàm plures alij tum Canoniſtæ, tum Theologi apud Dianam *part.* 1. *in tract. de immunit. Eccleſiaſt. reſolut.* 9. Probabilior tamen eſt pars negatiua, quam poſt plures alios quos refert, ſequitur idem Diana tum ibi, tum *part.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 28. Et ratio mihi eſt, quia miniſtros ſæculares Iuſtitiæ tollere à Clerico, vel Religioſo arma, quæ geſtant, eſt exercere actus iuriſdictionis ſuper illos, aut ipſorum bona, quam tamen non habent propter immunitatem Eccleſiaſticorum. Poſſunt tamen illos ſic noctu inuentos cum armis prohibitis, ſi inde timeant aliquod graue crimen perpetraturos, comprehendere, & ducere ad ſuos Prælatos Eccleſiaſticos puniendos. Hoc enim non eſt exercere iuriſdictionem ſuper illos, ſed defendere Rempublicam à damnis, & tumultibus, & ſcandalis, quæ contingere poſſent ex delatione armorum prohibitorum: præſertim, quia in eo caſu præſumitur licentia Prælati Eccleſiaſtici volentis, vt ad ſe deferatur taliter delinquens. Diana *ſupra reſolut.* 11. alios referens. Vide dicenda verbo *Clericus*.

6 Caſu autem magnæ neceſſitatis, vt puta, quando Clericus, vel Religioſus timeret ſibi mortem ab inimicis, vel à latronibus, aut ab illis ſpoliari, geſtare poſſent arma, non ſolum communia, ſed etiam ſpecialiter prohibita, ſi huic periculo ſine illis occurri non poſſet. Ius enim naturale conſeruandi vitam, & bona propria, præponitur omni legi poſitiuæ. Graffius *in deciſ. aureis part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 20. §. *Tertio ſciendum*. Barboſa *de officio, & poteſtate Parrochi cap.* 6. *num.* 53. Vide dicenda verbo *Bellum*.

7 Armorum prohibitorum geſtatio, quamuis delictum ſit, iuxta dicta, non tamen eſt ex ijs, quæ comprehenduntur in Conſtitut. Gregor. XIV. de qua *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 83. vbi enumerat delicta, ob quæ confugientes ad Eccleſias poſſint, & debeant tradi miniſtris Curiæ ſæcularis. Ita enim conſtat non ſolum ex ipſa Conſtitutione, vbi non recenſetur hoc delictum, ſed etiam ex declaratione Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, quam refert Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Arma*. An autem Miniſtri Curiæ ſæcularis auferre poſſint arma prohibita à confugientibus in Eccleſias cum illis, tractat Sanchez *tom.* 2. *opuſc. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 14. ex Couarrubia quem ibi refert. Et quamuis vterque in partem affirmatiuam inclinare videatur, tenenda tamen eſt negatiua. Ratio eſt, quia cum exercere aliquã iuriſdictionem in delinquentes fugientes ad Eccleſiam prohibitum ſit Iudicibus ſæcularibus, tum iure communi, tum ex dicta Conſtitutione

Gre-

Gregorij, nisi in casibus in ea expressis, auferre autem arma sit actus iurisdictionis, & illa quamtumuis prohibita deferre, non sit ex casibus expressis in dicta Constitutione, proculdubio rectè sequitur non posse id fieri. Farinacius *tract. de immunit. Eccles. cap. 16. num. 248.* Peregrinus *de immunit. Eccles. cap. 13. num. 5.* Diana *par. 1. tract. de immunit. Eccles. resolut. 8.* Nec obstat argumentum, quod affert Couarrubias relatus, scilicet, quod cum quis arma vetita in Ecclesia defert, delictum istud in Ecclesia committit, ac per consequens immunitate Ecclesiæ non gaudet. Argumentum enim hoc supponit propter quodcunque delictum in Ecclesia cõmissum priuari delinquentem hac immunitate, cuius oppositum dicam infra verbo *Immunitas Ecclesiarum num. 16.* præcipuè stando in terminis dictæ Constitutionis Gregorij.

8 Arma deferre ad infideles est casus ex reseruatis in Bulla Cœnæ Domini, vt patet per eam, quæ sub Sanctiss. D.N. Vrbano VIII. lecta est anno 1627. vbi sic habetur: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sarracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel hæreticos, per nostras, siue huius Sanctæ Sedis sententias, expressè, & nominatim declaratos, deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapen, funes tam ex ipso canape, quàm alia quacunque materia, & ipsam materiam, aliaque huiusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant.* Et infra. *Non obstãtibus quibuscunque priuilegijs quibuscuis personis, Principibus, Rebuspublicis per Nos, & Sedem prædictam hactenus concessis, de huiusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.* Circa quæ aliqua animaduertenda. Primum, prohibitionem, & censuram hanc magna ex parte iure communi latam esse, in *cap. ita quorumdam, & cap. quod olim, cap. significauit, & cap. ad liberandam de Iudæis.* Et in Extrauagantibus de Iudæis Ioannis XXII. & Clementis V. Nauarrus *in Manual. cap. 27. num. 63.* Suarez *tom. 5. de Censuris disp. 21. de excommunicat. Papæ reseruat. in Bulla Cœnæ num. 52.* Secundum, per equos intelligi non solum sanos, & robustos, sed etiam morbosos, debiles, aut claudos, quia verbum est generale cunctos comprehendens. Nauarrus *ibid.* Graffius *in decis. aureis lib. 4. cap. 18. nu. 101.* Quod intelligo, dummodo vtiles sint aliquo pacto, immediatè scilicet, vel mediatè, ad bellum. Idem dico de mulis, & asinis vtilibus ad sarcinas, vel arma ferenda. Nauarrus *in cap. ita quorumdam.* Graffius *supra.* Tertium, per arma intelligi tam offensiua, quàm defensiua, iuxta modum dictum *supra num. 1.* Nauarrus *dict. cap. 27.* Graffius *num. 102.* An verò excusetur donans equum, ensem, hastam, vel quid simile, in gratiam beneficij accepti, vel accipiendi,

ris (idem autem eſt de Religioſo) cum armis prohibitis repertus poſſit illis ſpoliari à miniſtris iuſtitiæ, non leuis controuerſia eſt. Partem affirmatiuam refert ex Couarrubia Sanchez *tom.* 1. *opuſc. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 14. nec refutat illum. Tenent etiam tam ipſe Couarrubias, quàm plures alij tum Canoniſtæ, tum Theologi apud Dianam *part.* 1. *in tract. de immunit. Eccleſiaſt. reſolut.* 9. Probabilior tamen eſt pars negatiua, quam poſt plures alios quos refert, ſequitur idem Diana tum ibi, tum *part.* 1. *tract.* 1. *reſolut.* 28. Et ratio mihi eſt, quia miniſtros ſæculares iuſtitiæ tollere à Clerico, vel Religioſo arma, quæ geſtant, eſt exercere actus iuriſdictionis ſuper illos, aut ipſorum bona, quam tamen non habent propter immunitatem Eccleſiaſticorum. Poſſunt tamen illos ſic noctu inuentos cum armis prohibitis, ſi inde timeant aliquod graue crimen perpetraturos, comprehendere, & ducere ad ſuos Prælatos Eccleſiaſticos puniendos. Hoc enim non eſt exercere iuriſdictionem ſuper illos, ſed defendere Rempublicam à damnis, & tumultibus, & ſcandalis, quæ contingere poſſent ex delatione armorum prohibitorum: præſertim, quia in eo caſu præſumitur licentia Prælati Eccleſiaſtici volentis, vt ad ſe deferatur taliter delinquens. Diana *ſupra reſolut.* 11. alios referens. Vide dicenda verbo *Clericus*.

6 Caſu autem magnæ neceſſitatis, vt puta, quando Clericus, vel Religioſus timeret ſibi mortem ab inimicis, vel à latronibus, aut ab illis ſpoliari, geſtare poſſent arma, non ſolum communia, ſed etiam ſpecialiter prohibita, ſi huic periculo ſine illis occurri non poſſet. Ius enim naturale conſeruandi vitam, & bona propria, præponitur omni legi poſitiuæ. Graſſius *in deciſ. aureis part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 20. §. *Tertio ſciendum*. Barboſa *de officio, & poteſtate Parrochi cap.* 6. *num.* 53. Vide dicenda verbo *Bellum*.

7 Armorum prohibitorum geſtatio, quamuis delictum ſit, iuxta dicta, non tamen eſt ex ijs, quæ comprehenduntur in Conſtitut. Gregor. XIV. de qua *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 83. vbi enumerat delicta, ob quæ confugientes ad Eccleſias poſſint, & debeant tradi miniſtris Curiæ ſæcularis. Ita enim conſtat non ſolum ex ipſa Conſtitutione, vbi non recenſetur hoc delictum, ſed etiam ex declaratione Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, quam refert Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Arma*. An autem Miniſtri Curiæ ſæcularis auferre poſſint arma prohibita à confugientibus in Eccleſias cum illis, tractat Sanchez *tom.* 2. *opuſc. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 14. ex Couarrubia quem ibi refert. Et quamuis vterque in partem affirmatiuam inclinare videatur, tenenda tamen eſt negatiua. Ratio eſt, quia cum exercere aliquâ iuriſdictionem in delinquentes fugientes ad Eccleſiam prohibitum ſit Iudicibus ſæcularibus, tum iure communi, tum ex dicta Conſtitutione

Gre-

ris (idem autem eſt de Religioſo) cum armis prohibitis repertus poſſit illis ſpoliari à miniſtris iuſtitiæ, non leuis controuerſia eſt. Partem affirmatiuam refert ex Couarrubia Sanchez *tom.* 1. *opuſc. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 14. nec refutat illum. Tenent etiam tam ipſe Couarrubias, quàm plures alij tum Canoniſtæ, tum Theologi apud Dianam *part.* 1. *in tract. de immunit. Eccleſiaſt. reſolut.* 9. Probabilior tamen eſt pars negatiua, quam poſt plures alios quos refert, ſequitur idem Diana tum ibi, tum *part.* 3. *tract.* 1. *reſolut.* 28. Et ratio mihi eſt, quia miniſtros ſæculares iuſtitiæ tollere à Clerico, vel Religioſo arma, quæ geſtant, eſt exercere actus iuriſdictionis ſuper illos, aut ipſorum bona, quam tamen non habent propter immunitatem Eccleſiaſticorum. Poſſunt tamen illos ſic noctu inuentos cum armis prohibitis, ſi inde timeant aliquod graue crimen perpetraturos, comprehendere, & ducere ad ſuos Prælatos Eccleſiaſticos puniendos. Hoc enim non eſt exercere iuriſdictionem ſuper illos, ſed defendere Rempublicam à damnis, & tumultibus, & ſcandalis, quæ contingere poſſent ex delatione armorum prohibitorum: præſertim, quia in eo caſu præſumitur licentia Prælati Eccleſiaſtici volentis, vt ad ſe deferatur taliter delinquens. Diana *ſupra reſolut.* 11. alios referens. Vide dicenda verbo *Clericus*.

6 Caſu autem magnæ neceſſitatis, vt puta, quando Clericus, vel Religioſus timeret ſibi mortem ab inimicis, vel à latronibus, aut ab illis ſpoliari, geſtare poſſent arma, non ſolum communia, ſed etiam ſpecialiter prohibita, ſi huic periculo ſine illis occurri non poſſet. Ius enim naturale conſeruandi vitam, & bona propria, præponitur omni legi poſitiuæ. Graffius *in deciſ. aureis part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 20. §. *Tertio ſciendum*. Barboſa *de officio, & poteſtate Parrochi cap.* 6. *num.* 53. Vide dicenda verbo *Bellum*.

7 Armorum prohibitorum geſtatio, quamuis delictum ſit, iuxta dicta, non tamen eſt ex ijs, quæ comprehenduntur in Conſtitut. Gregor. XIV. de qua *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 83. vbi enumerat delicta, ob quæ confugientes ad Eccleſias poſſint, & debeant tradi miniſtris Curiæ ſæcularis. Ita enim conſtat non ſolum ex ipſa Conſtitutione, vbi non recenſetur hoc delictum, ſed etiam ex declaratione Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium, quam refert Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Arma*. An autem Miniſtri Curiæ ſæcularis auferre poſſint arma prohibita à confugientibus in Eccleſias cum illis, tractat Sanchez *tom.* 2. *opuſc. moral. lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 14. ex Couarrubia quem ibi refert. Et quamuis vterque in partem affirmatiuam inclinare videatur, tenenda tamen eſt negatiua. Ratio eſt, quia cum exercere aliquâ iuriſdictionem in delinquentes fugientes ad Eccleſiam prohibitum ſit Iudicibus ſæcularibus, tum iure communi, tum ex dicta Conſtitutione

Gre-

Kingdom of Scotland, and to the Crown Imperial of the same, and all Dominions, Rights, Titles, Interests, Prerogatives, Royalties, Liberties, Immunities, Possessions, Jurisdictions, Privileges, Preheminences, Dignities, Offices, Courts, Leets, Hereditaments, Commodities, Profits, Revenues, Duties, Casualties, Tenures, Services, Annuities, Rents, Reversions, Fees, Pensions, Portions, Tithes, Oblations, Obventions, Emoluments, Hereditaments, and Appurtenances whatsoever, to the said Kingdom of Scotland, or to the Crown Imperial of the same, or to any Part or Parcel thereof, belonging, or in any wise appertaining, or which have been heretofore reputed, taken, used, or enjoyed as Part, Parcel, or Member of the said Kingdom of Scotland, or of the Crown Imperial of the same, or of any Part or Parcel thereof, or which by Law, Custom, Use, Prescription, Grant, Confirmation, Act of Parliament, or otherwise, ought to belong to the said Kingdom of Scotland, or to the Crown Imperial of the same, or to any Part or Parcel thereof, and the Reversion and Reversions, Remainder and Remainders of all and singular the premises, and every Part and Parcel thereof, and all the Estate, Right, Title, Interest, Use, Possession, Property, Claim, and Demand whatsoever, of the said Queen, of, in, or to the premises, or any Part or Parcel thereof, and all Deeds, Charters, Writings, Evidences, Muniments, and Records touching or concerning the premises, or any Part or Parcel thereof, which now be, or hereafter shall be, in the Custody, Power, or Possession of the said Queen, her Heirs or Successors, or of any other Person or Persons to her use, or to the use of her Heirs or Successors, and all Profits, Commodities, Revenues, Issues, and Emoluments of the premises, or any Part or Parcel thereof, from the Day of the Death of the said Queen, her Heirs and Successors, unto the Day of Entry, Possession, and Seisin had and taken thereof, by the said Prince, his Heirs or Successors, or by some other Person or Persons to his use, or to the use of his Heirs or Successors, by Virtue of this Act, or otherwise, according to the Laws of this Realm of England, or of the Kingdom of Scotland, or of the Crown Imperial of the same, or of any Part or Parcel thereof, shall be, remain, and continue to the said Prince, his Heirs and Successors, and to the Heirs and Successors of the said Kingdom of Scotland, and of the Crown Imperial of the same, for ever, and to the only proper Use and Behoof of the said Prince, his Heirs and Successors, and to the Heirs and Successors of the said Kingdom of Scotland, and of the Crown Imperial of the same, for ever, without any Let, Suit, Trouble, Molestation, Interruption, Claim, Demand, Disturbance, Vexation, Impeachment, Charge, Incumbrance, Forfeiture, Revocation, Limitation, Condition, Restraint, Alienation, Grant, Lease, Estate, Title, Troubles, Charges, or Encumbrances whatsoever, had, made, done, committed, or suffered to be had, made, done, committed, or suffered by the said Queen, her Heirs or Successors, or by any other Person or Persons whatsoever, lawfully claiming, or to claim, by, from, or under her, or them, or any of them, or by her, or their, or any of their Act, Means, Consent, Procurement, Privity, Default, Sufferance, Neglect, Forfeiture, Offence, Misdemeanor, or Misprision, or by any Act, Matter, Cause, or Thing whatsoever, to the contrary, except only such Grants, Leases, Estates, Offices, Fees, Annuities, Pensions, and Rents, as shall be made, granted, or confirmed by the said Queen, her Heirs or Successors, or by Act of Parliament, before the Day of the Death of the said Queen, her Heirs and Successors, and except such Grants, Leases, Estates, Offices, Fees, Annuities, Pensions, and Rents, as shall be made, granted, or confirmed by the said Prince, his Heirs or Successors, or by Act of Parliament, after the Day of the Death of the said Queen, her Heirs and Successors, and except such Grants, Leases, Estates, Offices, Fees, Annuities, Pensions, and Rents, as shall be made, granted, or confirmed by any other Person or Persons, lawfully claiming, or to claim, by, from, or under the said Queen, her Heirs or Successors, or any of them, or by Act of Parliament, after the Day of the Death of the said Queen, her Heirs and Successors, by Virtue of any Power, Authority, or Trust, to him, them, or any of them, given, limited, or appointed by the said Queen, her Heirs or Successors, or by Act of Parliament, before the Day of the Death of the said Queen, her Heirs and Successors, and except such Grants, Leases, Estates, Offices, Fees, Annuities, Pensions, and Rents, as shall be made, granted, or confirmed by the said Prince, his Heirs or Successors, or by Act of Parliament, after the Day of the Death of the said Queen, her Heirs and Successors, by Virtue of any Power, Authority, or Trust, to him, them, or any of them, given, limited, or appointed by the said Queen, her Heirs or Successors, or by Act of Parliament, before

ſeu etiam cuiuſdam liberalitatis, vel magnificentiæ, prout contingere ſolet inter Primates exercituum, idem Nauarrus reſpondet affirmatiuè, quia non videtur hoc eſſe contra mentem Eccleſiæ. Idem dicit Graſſius de tranſmittentibus huiuſmodi arma ad redimendos captiuos, qui aliter redimi non poſſunt. An tamen licitum ſit illis deferre arma pro pecunia, quæ vtilior ſit Chriſtianis, quam arma ſint noxia? Reſpondet Diana *par.5.tract.13.reſolut.15.* negatiuè. Quartum, per deferentes, ſeu tranſmittentes, non intelligi eos, qui in proprijs terris exiſtentes infidelibus ad ſe venientibus illa vendunt, quia vendere non eſt deferre, ſeu tranſmittere. Caietanus *verbo Excommunicatio num.* 40. Toletus *in Summa lib.1.cap.23.num.3.* Nec mandantes deferri, quia ſub excommunicationibus latis contra aliquid facientes non comprehenduntur mandantes, niſi ibi exprimantur. Toletus *ibi num.4* Quintum, hæc deferentes ad hæreticos, qui non ſunt expreſsè, & nominatim à Sede Apoſtolica declarati, non comprehendi, vt patet ex verbis Bullæ. Toletus *num.5.*

9 Circa illa verba *aliaque huiuſmodi quibus Chriſtianos, & Catholicos impugnant,* Suarez *ſupra num.*53. dicit, per illa prohiberi, quidquid ad bellicas actiones confert, ſeu ordinatur, ſiue ſint proxima earum inſtrumenta, ſiue materia earum, ſiue animalia, aut res aliæ deferentes perſonas militum, vel arma, & res eorum. Denique omnia illa, quæ ad vſum taliunt rerum neceſſaria ſunt. Conſiderato enim fine huius legis, & verbis ſpecialibus, ac generalibus, quibus vtitur, hæc omnia comprehendit. Hæc ille. Vnde dicit comprehendi naues, triremes, currus, iumenta oneraria, camellos, pecuniam, & venam ferri. Victualia verò, vel mercimonia deferre, ex vi huius clauſulæ dicit non eſſe prohibitum, niſi fortè in tali occaſione, vel opportunitate, deferrentur, vt cenſerentur auxilia, ſeu inſtrumenta ad bellādum. Quæ ſatis probabiliter dicta ſunt. An verò iſta alijs iuribus, vel cenſuris prohibita ſint deferri, alibi dicetur. De quo Toletus *ſupra num.7. & cap.24. per totum.*

10 Similiter ſi caſus eſſet, quod iſti infideles, vel alij, bellum non gererent contra Chriſtianos, aut Catholicos, nec timeretur illud geſturos, etiam ſi prædicta ad illos deferrentur, non incurreretur hæc cenſura Bullæ Cœnæ; cum tantum impoſita ſit contra eos, qui ea deferunt ad illos, qui Chriſtianos, & Catholicos impugnant. Nauarrus *ſupra.* Suarez *num.*56.

11 Demum cum abrogentur omnia priuilegia incontrarium, niſi de huiuſmodi prohibitione expreſſam mentionem faciant, ideo priuilegia, quæ dicuntur conceſſa aliquibus Principibus Chriſtianis, Venetis ſcilicet, & Ianuenſibus, de quibus Tabiena *verbo Excommunicatio 6. num.5.*

*num.*5. Siluester *verbo Excommunicatio 7. num.*58. & Toletus *supra num.*10. abrogata censeri debent, nisi dictam clausulam contineant, an verò illam contineant mihi non constat, nec an de facto vtantur istis priuilegijs.

12 Vide alia verbo *Bulla Cœnæ num.*21. 22. & 23. De Clericis arma portantibus, an perdant priuilegium Clericale, vide infra verbo *Bellum num.*21. verbo *Clericus num.*10. verbo *Immunitas Ecclesiarum num.*16. & 19.

BACVLVS.

SVMMARIVM.

*Baculus duplex, alius communis, alius pastoralis. num.*1.
*Baculus pastoralis, & Mitra, correlatiua sunt. num.*2.
*Baculi pastoralis vsus Abbatibus quibusdam concessus. num.*3.
Hoc priuilegium alijs non communicatur. ibid.
*Quando prædicti Abbates vti possunt illo. num.*4.
*An extra suas Ecclesias. num.*5.
*An Episcopus Suffraganeus ipso vtatur. num.*6.
*De benedictione ipsius, & modo quo traditur Abbati. num.*7.

1 BACVLVS duplex est, alius communis, quo scilicet homines, præsertim infirmi, ac debiles vti solent ad sustentandum corpus: alius est pastoralis, qui etiam *Virga pastoralis, Pedum, Ferula,* & *Capuita* vocatur. Estq. vnum ex insignibus, seu ornamentis Episcopalibus. Vnde priori possunt omnes vti, etiam si aureus, vel argenteus sit, cum non sit proprium dignitatis, vt colligitur ex declaratione Sacræ Congregationis apud Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Baculus.* Posteriori verò non nisi Episcopi, vel alij ex priuilegio. Significat potestatem Sacerdotalem. De quo, & quare ipso non vtatur Summus Pontifex agunt post alios Barbosa *de potest. Episcop. part.*1. *tit.*1. *cap.*6. *num*13. 14. & 15. & Tamburinus *de Iure Abbatum tom.*1. *disp* 20. *quæst.*1. *num.*4.

2 Baculus pastoralis, & Mitra correlatiua sunt, ita vt cui vnum conceditur, & aliud concessum credatur. Ita ex duplici declaratione Sacræ Congregationis referunt Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Baculus,* & Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regular. verb. Baculus.*

3 Baculi pastoralis vsus concessus est ex priuilegio Abbatibus quibusdam, videlicet Abbati de Bello loco Ordinis Præmonstratensis,

Abbati Monaſterij S.Mariæ Oppidi de Amerio Ordinis S.Benedicti, Abbati Monaſterij S.Mariæ Bonæ ſpei Ordinis Præmonſtratẽſis,Abbati Oliuenſi,Abbati de Bello podio,Abbati Præmitenſi,Abbati Sancti Petri Metenſis,& alijs, quos referũt ex declarationibus Sacræ Congregationis Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Baculus* , & Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Baculus.* Nota tamen hæc priuilegia non communicari Prælatis alijs Regularibus,etiam Mendicantium,quantumuis habentibus communicationem generalem omnium priuilegiorum alijs Religionibus conceſſorum,propter dicta ſupra verbo *Altare num.3* quia ſcilicet hæc priuilegia conceſſa ſunt prædictis Abbatibus,quia ipſi habent vſum Pontificalium,quod alijs Prælatis Regularibus non competit. Vide alia ibi ad intentum.

4 Nec ipſi Abbates poſſũt vti huiuſmodi baculo in proceſſionibus, nec illum ante ſe deferre,niſi ad id habeant ſpeciale priuilegium, prout Canonicis Regularibus Lateranenſibus dicitur conceſſum. Gauantus *in Manual. Epiſcopor. verbo Abbas num.9.* Nouarius *ſupra.* Aliud etiam priuilegium Vrbani III. conceſſum Præpoſito S.Agathæ Cremonenſis deferendi baculum in proceſſionibus affert Tamburinus *de Iure Abbatum tom.1.diſp.21.quæſit.2.*

5 An verò Abbates extra ſuas Eccleſias vti poſſint baculo attendendum eſt ad verba priuilegij, vt habet Lauretus de Franchis *in Controuerſ. Epiſcoporum,& Regulariam pag.341.* Quare ſi illius vſus conceſſus eſt in ſuo Monaſterio ſimpliciter, id non poteſt extendi ad alia, ſed reſtringendus ad proprium. Tamburinus *ſupra quæſit. 3. num. 6.* Cæterum Abbatem habentem ius Pontificalium in ſuo Monaſterio, ſi inuitetur ad aliud exemptum poſſe illis vti, aliàs ſecus, tenent Lapus de Caſtellione *Allegat.19.* Lauretus de Franchis relatus, & Tamburinus *ſupra num.5.* Dum tamen adeſt Epiſcopus, Abbas dimittere debet baculum, & alia inſignia Pontificalia ſibi ex priuilegio conceſſa, niſi aliud ex tenore priuilegij habeatur, *ca. denique diſt.21. cap. volentes de offic. legati, cap. antiqua de priuileg.* Inferior enim accedente Superiori inſignia ſua deponit. Tamburinus *ſupra num.2.*

6 Quamuis autem baculum ferre proprium Epiſcoporum ſit, nihilominus Epiſcopus Suffraganeus non vtitur ipſo, quando ſolemniter celebrat,ſicut vtitur Epiſcopus proprius, niſi in ordinationibus,& alijs ſimilibus. Ita enim habetur ex declarationibus Sacræ Congregationis apud Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Baculus.*

7 Pro benedictione baculi, & modo quo traditur Abbati, vide Tamburinum *ſupra diſp.11. quæſt.14.*

BALDACHINVM.

SVMMARIVM.

Baldachinum quid ſit. num.1.
Baldachini vſus quibus conceditur. num.2.
Facultas Epiſcoporum ad erigendum ipſum in quibuſcunque Eccleſijs. num.3.
Quomodo intelligenda, num.4.
An prædicare poſſint ibi contra voluntatem Prælatorum ipſarum.ibi.
Quibus conceſſum ſit. num.5.
An ipſorum ſubſtituti poſſint ipſum erigere, num.6.
Non poteſt erigi in Eccleſia pro Domino loci, ſeu Marchione. num.7.

1 BALDACHINVM eſt ornamentum quoddam, quo Eccleſia vtitur in aliquibus proceſſionibus, & pro honorandis quibuſdam perſonis inſignibus. Eſt autē duplex: aliud portatile, quod in proceſſionibus quibuſdam ſolet deferri, aliud fixum, quod ſupra ſolium Epiſcoporum, vel aliorum erigitur.

2 Baldachini vſus non conceditur aliquibus Regularibus perſonis quantumuis Superioribus, neque ex iure communi, vt de ſe patet, neque ex vi alicuius priuilegij, quod viderim. Etſi enim id concedatur aliquibus Abbatibus, vt dicetur, hoc tamen non communicatur alijs Superioribus Regularibus, etiam habentibus generalem communicationem priuilegiorum aliarum Religionum, propter dicta ſupra verbo *Baculus num.3.*

3 Poſſunt Epiſcopi erigere ſibi Baldachinum in quibuſcunque Eccleſijs etiam exemptis, & Regularium, vbi, & quando Pontificalia exercent, vel in Pontificalibus adſunt. Ita enim habetur ex decreto Sacræ Congregationis Epiſcoporum, & Regularium ſub Clemente VIII. de anno 1603. de quo mentionem feci *tom.1. cap.11. num.3.* quod referunt poſt Quarantam *in Summa Bullar. verb. priuilegior. Regular.* plures alij, eſtque tenoris ſequentis: *Decet Epiſcopis pro eo, quo in Eccleſia Dei excellunt dignitatis gradu, in quocunque ſuarum Diœceſium loco quoties eos ibi Pontificalia exercere, aut in Pontificalibus adeſſe, & aſſiſtere contingit, eam quam par eſt reuerentiam, & honorem decoro cultu, & ornatu exhibere. Quare non ſine animi dolore auditum eſt, nonnullos Regulares vano quorumdam immunitatum, & priuilegiorum prætextu, Epiſcopis in eorum Eccleſijs in Pontificalibus*

intereſſentibus, non modò renuiſſe in eis ſupra locum Epiſcopalis ſolij Baldachinum erigere, verum id etiam iuſſu ipſorummet Epiſcoporum curantes, prohibere, & arcere auſos fuiſſe. Atque ideo Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium negotijs, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita, facto verbo cum S. D. N. Papa Clemente VIII. ac de Sanctitatis Suæ ſpeciali, & expreſſo mandato, hoc præſente decreto perpetuis futuris temporibus valituro declarat, ſtatuit, decernit, & mandat, vt de cætero Epiſcopi, vbi tam ex conſuetudine, & priuilegio, quàm ex Sacrorum Canonum Conſtitutionibus, & Pontificalis Romani præſcripto, aut alio iure Pontificalia exercere, aut Pontificalibus paramentis cum Mitra, vel etiam ſola cappa induti, in quibuſuis Regularium, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Monachorum, etiam Caſſinenſium, Clericorum, Presbyterorum, & cuiuſuis alterius Ordinis, & Religionis, Militiæ, Societatis, aut Congregationis Eccleſijs intereſſe poſſunt; ipſi Regulares quoties opus fuerit, teneantur ibi, & debeant in loco ad ſolium Epiſcopi conſtituendum opportuno, & congruo, Baldachinum attollere. Eis autem id facere negligentibus, aut nollentibus, liceat eiſdem Epiſcopis illud aſportari, & in quacunque earumdem Regularium, aut alia quantumuis exempta Eccleſia ſupra Epiſcopale ſolium, ſeu Pontificale faldiſtorium, erigi facere, atque ſub eo ſedere, & ſtare, quemadmodum in proprijs, & Cathedralibus eorum Eccleſijs ſtare, & ſedere ſolent, eo tamen dumtaxat tempore, quo Pontificales huiuſmodi functiones exercebunt, vel dum actus ipſe, cui in Pontificalibus aderunt, peragetur. Si qui verò Regularium huic declarationi, ſtatuto, decreto, & mandato inobedientes, & contumaces fuerint, ſciant ſe ab eiſdem Epiſcopis, ad id per cẽſuras, & pœnas Eccleſiaſticas, huius decreti virtute cogi, & compelli poſſe, alijſque pœnis tam ſpiritualibus, quàm temporalibus arbitrio Summi Pontificis Romani ſubiacere, & obnoxios fore. Non obſtantibus quibuſcunque, &c.

4 Circa quod decretum primò aduertẽdum, Pontificalia eſſe ea, quæ ſunt propria Epiſcoporum, videlicet Ordinum celebrationem, frontis Chryſmationem, Baſilicarum, & Virginum conſecrationem, ac ſimilia. Barboſa *de offic. & poteſtat. Epiſcop. Allegat. 6. num. 5.* Secundò, quod etſi in prædicto decreto concedatur Epiſcopis facultas erigendi Baldachinum in Eccleſijs Regularium, quando Pontificalia exercent, non tamen propterea illis concedi facultatem inſtituendi proceſſiones in dictis Eccleſijs. Hoc enim diuerſum quid eſt, & non pertinet ad honorem Epiſcoporum, ſicuti pertinet erigere Baldachinum, ſed eſt actus iuriſdictionis, quam non habent in illas. Peirinis *tom. 1. Priuileg. Minimor. in Conſtit. 26. Leon. X. num. 46.* Tamburinus *de Iure*

Ab-

Abbatum tom. 1. *diſp.* 15. *quæſit.* 15. *num.* 4. Neque poſſunt ibi prædicare contra voluntatem Prælatorum earum Eccleſiarum, propter eamdem rationem, vt volunt Peirinis, & Tamburinus *ibidem.* Licet oppoſitum declaratum videam à Sacra Congregatione apud Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Prædicare, prædicatio.* Addunt ijdem, quod ſi ibi prædicare illis conceſſum eſſet, non propterea poſſent ibi Indulgentias concedere, nam exemptis, & priuilegiatis non præiudicatur in ſuo priuilegio, niſi quatenus in illo exprimitur, & priuilegiatus in aliquo non poteſt extendere ſuum priuilegium ad aliud.

5 Conceſſum etiam eſt ex priuilegio Abbatibus Oliuetanis vti Baldachino ſine auro, & pompa, in tribus tantum anni feſtiuitatibus celebrantibus, vt conſtat ex Bulla *Exponi* Sanctiſs. D. N. Vrbani VIII. Caſſinenſibus, in tribus ad ſummum feſtiuitatibus, in quibus ſolemniter celebrãt, iuxta conſuetudinem, modeſtè, ſine pompa, & auro. Ex eodem Sanctiſs. Vrbano VIII. & declarat. Sacræ Congregationis. Camaldulenſibus, ferè eodem modo ex declaratione Sacræ Congregationis, & eodem Sanctiſs. *in Appendic. Bullar. num.* 14. *aliàs* 124. Barboſa *in Collectan. Bullar.* & Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Baldachinum*. Celeſtinis, ex Sacra Congregatione, & ex eodem Sanctiſs. Vrbano 26. Septembris 1629. idem fermè, cum certis quibuſdam conditionibus. In Appendic. Bullar. *nu.* 4. *aliàs* 104. Quare decreta quædam Sacræ Congregationis de anno 1606. & 1617. quæ refert Tamburinus *de Iure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 21. *quæſit.* 10. *num.* 10. & Barboſa *de offic. & poteſtat. Epiſcop. Allegat.* 80. *num.* 18. quibus id prohibebatur; limitata, & moderata videntur his temporibus, quamuis eis non obſtantibus nouæ controuerſiæ circa hoc ſint, eodem Tamburino teſte.

6 Baldachinum à proprijs perſonis, quibus de Iure, conſuetudine, vel priuilegio competit, non autem ab eorum ſubſtitutis deferendum eſt. Ex declaratione Sacræ Congregationis. Barboſa, & Nouarius *ſupra*. Vnde non poteſt erigi à Vicarijs Epiſcoporum in Eccleſijs Monaſteriorum Congregationis Caſſinenſis, Monachis inuitis. Ex declaratione eiuſdem Sacræ Congregationis apud ipſos.

7 Non poteſt erigi in Eccleſia pro Domino loci, ſeu Marchione, ſed debet Epiſcopus omnibus Sacrorum Canonum remedijs illud omnino impedire. Ex Sacra Congregatione Epiſcoporum, & Regularium apud Gauantum *in Manual. Epiſcopor. verbo Baldachinum num.* 6. & Barboſa *ſupra*.

Digitized by Google

BANNITVS.

SVMMARIVM.

Bannitus quis sit, & à quo sic dicatur. num.1.
Retinere Bannitos, decoctores, seu fallitos prohibitum Regularibus. num.2.
Quomodo id accipiendum. num.3.
Constitutio Sixti V. pro Regno Neapolitano. num.4.
An in eodem Regno licitum sit eos retinere. num.5.
De quibus id intelligatur. num.6.
Sub quibus pœnis. ibid.
An in aliquibus casibus licitè recipi possint. num.7.
Quomodo hi intelligendi. ibid.
An gaudeant immunitate Ecclesiastica. num.8.
An possint occidi à quocumque. num.9.
An illos occidentes peccent. num.10.
Personæ Ecclesiasticæ peccant sic faciendo, & fiunt Irregulares. nu.11.
An in aliquo casu à peccato excusentur. ibid.
Casus in quibus omnes peccant, etiam contra iustitiam. num.12.
An Bannitus iustè damnatus ad mortem occidere possit suum agressorem. num.13.
An tales censeri debeant veluti in articulo mortis constituti. num.14.
De alijs ad ipsos spectantibus. num.15.

1 BANNITVS dicitur à banno, idest, edicto publico, iuxta Glossam *de for. competent. in cap. Quod Clerici*, & à bannire, quod est idem, quod proscribere. Vnde Bannitus est idem quod proscriptus de Ciuitate. Est autem proscriptio aduersus absentem iudicialis pronunciatio. Siluester *in Summa verbo Bannitus num.1.* Est quoque duplex Bannitorum genus, alterum eorum, qui solum sunt missi in exilium extra aliquam Ciuitatem, alterum eorum, qui propter crimen capitale damnati sunt ad mortem illis impunè à quocunque infligendam. Hi sunt propriè Banniti de quibus in præsenti, qui vocantur etiam proscripti, seu capitaliter Banniti: cum tamen priores solum exules appellari debeant.

2 Retinere quoscunque Bannitos, decoctores, seu fallitos prohibitum est Regularibus à Sacra Congregatione Regularium sub pœna priuationis officiorum, iuxta dicta *tom.1. cap.10. nu.21.* Consonantq. lite-

litteræ Sacræ Congregationis Cõcilij ad Epiſcopos,& Nuncios Apoſtolicos miti ſolitæ, in quibus, quod attinet ad præſens inſtitutum, prout ex copia illarum mihi data ab Illuſtriſſimo D. Paulucio eiuſdem Sacræ Congregationis Secretario accepi, hæc habentur poſt alia,quæ inferius referam. *Ordina ai più S.B. che V. S. facci precetto alli Superiori delle Chieſe,Conuenti,e Monaſterij della medeſima Città, e Dioceſe così ſecolari, come Regolari di qualunque Ordine, che per l'auuenire non diano alcun ricetto à i delinquenti ſotto pena di ſoſpenſione dall'eſſercitio delli Ordini, che hanno, e priuatione di officij, dignità, & inhabilità di ottenere quelli, ò altri, da incorrerſi ipſo facto, & in caſo di cõtrauẽtione potrà dichiararli incorſi nelle ſopradette pene,&c.*

3 Pro quo notandum,his decretis non prohiberi recipere, vel retinere Bannitos titulo gaudẽdi Immunitate Eccleſiaſtica,ſi fuerint Banniti propter crimina, in quibus eis ſuffragari poteſt talis Immunitas iuxta Conſtitutionem Gregorij XIV. quam retuli *to.1.cap.18.nu.83.* Ita enim colligitur ex his eiſdem litteris verbis afierendis infra *num.8.* Ibi enim dicitur intentionem Pontificis eſſe, vt prædicta Immunitas Eccleſiaſtica,& Conſtitutio inuiolabiliter obſeruentur;ſolum ergo his decretis prohibetur recipere,aut retinere Bannitos, quibus non ſuffragatur dicta Immunitas iuxta prædictam Conſtitutionem Gregorij,aut etiam illos quibus ſuffragatur, quando non titulo gaudendi illa, ſed manendi, hoſpitandi, aut commorandi, ad Eccleſias, ſeu Monaſteria confugiunt, prout ex dictis litteris inferius afierendis etiam colligi videtur. Vide Farinacium *de Immunit.cap.22.num.250.* Peregrinum *de Immunit. cap.11.num.14.* & Dianam *part.3. tract.1. reſolut.40.* (dum agunt de quibuſdam Epiſtolis Clementis VIII. circa hanc materiam)& litteras quaſdam Cardinalis de Florentia Vicario Archiepiſcopatus Genuenſis ſcriptas, quas refert Peirinis *to.2.Priuilegior.Minimor.in Conſtit.4.Clem.VIII.num.5.*

4 Specialiter etiam pro Regno Neapolitano extat Conſtitutio Sixti V. ann.1585.quæ incipit: *Alias felicis.* In qua inter cætera concedebatur Officialibus Regijs, vt cauſa conquiſitionis, vel inſectationis Bannitorum, Eccleſias, Monaſteria, Cellas, ſeu loca Religioſarum, Eccleſiaſticarumq.perſonarum,ingredi,ipſosq.Bannitos,& delinquentes aliquo modo ibi occultatos,ſiue receptos inde extrahere,& ſi opus eſſet, ipſas etiam perſonas Eccleſiaſticas, & Religioſas capere, & carceribus Eccleſiaſticis dumtaxat,mancipare poſſent,&c. Sed nota hanc Conſtitutionem moderatam fuiſſe à Gregorio XIV. in Conſtitutione *Cum aliàs*,quam retuli *tom.1.cap.18.num.83.*& de qua latè infra verbo *Immunitas* Eccleſiarum,vt teſtãtur Sorbus *in Additionib.ad Compend.Priuilegior.Mendicant. verbo Eccleſiæ Fratrum*, & Rodriguez

tom.2.

*tom.2.Quæſt.Regular. quæſt.*50 *art.*3. Vnde animaduertunt,ne Religioſi amplius ſinant malefactores in ſuis locis à Miniſtris Iuſtitiæ capi, quia aliàs facerent contra dictam Conſtitutionem Gregorij XIV. & ſe pœnis irregularitatis,& alijs cenſuris exponent.

5 Similiter pro eodem Neapolitano Regno nota,quod recipere,ſeu occultare in Monaſterijs,Eccleſijs, ſeu locis quibuſcunque Bannitos, viarum graſſatores, aut auxilium, conſilium, fauorem, victum, aut veſtitum, aut alia neceſſaria directè, vel indirectè illis præſtare,prohibitum eſt omnibus Eccleſiaſticis ſiue ſæcularibus, ſiue Regularibus ſub excommunicatione latæ ſententiæ Papæ reſeruata ab eodem Sixto V. in Conſtitutione *Exponi nobis* ad Proregem Neapolitanũ ann.1589. Quaranta *in Summa Bullar.verbo Bannitorum fautores*.

6 Circa quam Conſtitutionem primò animaduertendum,in illa ſolum eſſe ſermonem de Bannitis viarum graſſatoribus, & ita recipientes, ſeu adiuuantes alios Bannitos, qui non fuerint viarum graſſatores non incurrere hanc excommunicationem. Secundò, quod licet Gregorius XIII. in Conſtitutione *Tanta* inter Conſtitutiones ipſius *in 2.to.Bullar.num.*65. contra receptatores, & auxiliatores eorum etiam excommunicationem latæ ſentẽtiæ Papæ reſeruatam fulminauerit, ipſam tamen abſtulit Sixtus V. in alia Conſtitutione *Hoc noſtri* inter Conſtitutiones ipſius etiam *2.tom.Bullar.num.6.* in ſuo vigore relinquendo pœnas grauiſſimas temporales ab eodem Gregorio, & alijs prædeceſſoribus impoſitas.Naldus *in Summa verbo Bannitus num.*8. & 9. Theſaurus *in praxi part.2. verbo Bannitus cap.*1. vbi etiam de alijs ipſorum pœnis agit. Tertiò, à prædicta excommunicatione Sixti V. quæ modo permanet,ſaltem reſpectu eorum Bannitorum,quibus iuxta Conſtitutionem Gregorij XIV. relatam,Immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragatur, videtur abſolui poſſe à ſuis Prælatis Regulares habentes priuilegia,vt abſoluantur ab illis à cenſuris Papæ reſeruatis,quia in ea Conſtitutione non reuocantur expreſsè priuilegia Regularium. Quæ autem ſint huiuſmodi priuilegia dixi *tom.*1.*cap.*18.*num.*35.Sed nota inter ea eo loco me adduxiſſe priuilegium quoddam eiuſdem Gregorij XIV. pro Clericis miniſtrantibus infirmis, eo quòd in illo concedatur Generali ipſorum, & ab ipſis deputatis facultas abſoluendi ſuos ſubditos ab omnibus cẽſuris *quomodolibet* latis:per quod verbum denotari exiſtimaui etiam cenſuras Papæ reſeruatas,quod modo non placet,quia maior expreſſio ad id exigi videtur.

7 Sunt autem aliqui caſus in quibus receptatores, ſeu auxiliatores huiuſmodi Bannitorum excuſari poſſunt tam ab iſta excommunicatione Sixti V.quàm ab alijs pœnis,ſaltem ſpiritualibus,& in foro conſcientiæ impoſitis,ſeu imponendis. Primus, ſi tales Banniti fuerint in

extre-

extrema neceſſitate, eiſque cibum, potum, & hoſpitium pro illo tempore tribuerint. Lex enim naturæ id præcipit eo caſu. Nauarrus *de ſentent. excommunicat. conſil.*57. *num.*7. *&* 9. Quaranta *ſupra*. Secundus, ſi per ignorantiam, neſcientes ſcilicet tales eſſe Bannitos, id fecerint. Ignorantia enim facit inuoluntarium, & per conſequens excuſat à peccato. Nauarrus ſupra relatus *conſil.*59. *num.*1. Proſper Auguſtinus *in Additionibus ad Quarantam ſupra*. Quod maximè eſt verum de excommunicatione iſta Sixti V. Ponitur enim contra audentes,& præſumentes, quæ verba, vt dixi *tom.*1.*cap.*10.*num.*33. denotant,ſolum comprehendere operantes ex dolo,vel malitia.Imò hæc ignorantia excuſare poteſt in foro externo, vt probat Flauius Cherubinus *in Compend. Bullar.tom.*2.*in Conſtit.*10.*Pij V ſchol.*2.Licet pro tali foro externo præſumatur ſcientia, quando eſſet publicum,& notorium illos eſſe Bannitos. Proſper Auguſtinus *ſupra*. Tertius eſt, quando ſic recipientes, adiuuantes,&c. id faciunt coacti, & violentati ab ipſis Bannitis, adeò vt non poſſent aliter facere ſine graui ſui periculo. Propter rationem traditam. Flauius Cherubinus *ſupra ſchol.*1. Proſper Auguſtinus *ſupra*. Quartus,ſi illos reſceptarent animo exhibendi Curiæ. Idem Proſper. Poſſent tamen ſi id facerent incurrere in irregularitatem, iuxta dicenda verbo *Immunitas Eccleſiarum nu.*22. Quintus,ſi id fecerint animo retrahendi illos à ſuo malo ſtatu. Nauarrus dicto *conſil.*57. *num.* 7. Flauius Cherubinus *ſupra in Conſtit.*65. *Gregorij XIII. ſchol.*2.

8 Si tales Banniti, aut malefactores confugiant ad Eccleſias titulo gaudendi Immunitate Eccleſiaſtica, recipi poſſunt; ita tamen, quod ſi commiſiſſent illa delicta, de quibus Gregorius XIV. in Bulla *Cum aliàs*, cuius memini *tom.*1 *cap.*18. *num.*83. & copioſiùs agam infra verbo *Immunitas Eccleſiarum*, tradi debeant Curiæ ſæculari,ſi requiſiti fuerint ab ea, iuxta ibi dicta, & dicenda. Si autem non commiſiſſent ea delicta, licet Immunitas Eccleſiaſtica illis ſuffragetur, nihilominus eijciendi ſunt, iuxta formam præſcriptam à Sacra Congregatione Concilij in litteris ad Epiſcopos, & Nuncios mitti ſolitis, quarum copiam ab Illuſtriſſimo D. Paulucio eiuſdem Cõgregationis Secretario,vt ſupra dixi,accepi,tenoris ſequentis. *Ancorche la Santità di N. S. col ſuo paterno zelo prema quanto ſi deue, che l'Immunità Eccleſiaſtica ſia inuiolabilmente cuſtodita, & oſſeruata, e la Bolla della ſanta memoria di Gregorio XIV. ſia puntualmente eſſeguita, non intende però, che le Chieſe, & altri luoghi immuni ſeruano per aſilo à i mali viuenti, e facinoroſi, i quali abuſando ben ſpeſſo di quel priuilegio,vi ſi ricourano,anco tal volta per vſcire à commettere nuoui delitti.Onde hauendo la Santità Sua ſentito il parere di queſta Sacra Con-*

gregatione sopra le controuersie giurisditionali, ordina, che alli delinquenti refugiti nelle Chiese, e luoghi immuni di cotesta Città, e Diocese, che secondo la dispositione della sudetta Bolla potessero godere il priuilegio della Immunità Ecclesiastica, V.S prefigga vn termino di tre giorni à partirsene; e contrauenendo li facci estraere con quella decenza, che ordina la Bolla istessa, e ritenendoli nelle Carceri della Curia Ecclesiastica sotto buona custodia, dia auuiso quà delli delitti, e loro qualità, delli quali vengono imputati, acciò se le possa ordinare quello dourà eseguire. Consonant Farinacius *de Immunit. Ecclesiast. nu.* 57. 64. & 150. & Peirinis *tom.* 2. *Priuilegior. Minimor. in Constit.* 4. *Clementis VIII. num.* 7. Addens *num.* 8. posse nihilominus Superiorem Regularem retinere in suo Conuentu per aliquot dies Bannitum aliquem sibi beneuolum, qui casu aliquo, & non dolo, aut data opera commisit aliquod crimen propter quod proscriptus est, v. g. homicidium, vel quid simile, quia iste talis non debet vocari male viuens, aut facinoroſus; de quibus solis in prædictis litteris, & alijs similibus decretis fit sermo, & ita dicit Genuæ obseruari.

9 Capitaliter Banniti, seu damnati ad mortem, possunt sine iniuria occidi à quacunque etiam priuata persona, quæ non sit Ecclesiastica. Ratio est, quia eo ipso, quòd sunt iustè (vt supponitur) proscripti, & damnati ad mortem illis à quocunque infligendam, quilibet constituitur publica auctoritate, veluti minister, seu executor Iustitiæ ad illorum occisionem. Azor *tom.* 3. *lib* 2. *cap.* 2. *quæst.* 2. Bonacina *de contractibus disp.* 2. *quæst. vlt. sect.* 1. *punct.* 2. Vnde etiam proditoriè, & per insidias, aut veneno occidi possunt, propter eamdem rationem. Molina *de Iustitia tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 7. *num.* 1. Azorius relatus *q* 4. Naldus *in Summa verbo Bannitus num.* 5. Imò ipsi proscripti, & Banniti inter se ipsos possunt eodem modo se adinuicem interficere: militat enim eadem ratio. Bonacina *supra*. Propterea etiam approbant plures Theologi vsum quorumdam Principum, qui proponunt præmium occidenti illos. Posito enim, quod iustè damnati sint ad mortem, nulla illis fit iniuria in hoc, & aliquando expedit pro bono communi. Azor *supra*. Diana *part.* 5. *tract.* 4. *de homicid. resolut.* 24. Benè addens, non esse facilè hanc facultatem concedendam. Parentes autem, liberos, vxorem, &c. non posse occidere filios, patrem, aut maritum Bannitos, nisi ij essent actuales hostes Reipublicæ, tenet Laymanus *lib.* 3. *tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 2. *num.* 2. ex Claro *lib.* 5. *sentent. verbo Homicidium num.* 59.

10 Dixi *sine iniuria* ad denotandum, quod etsi Bannitorum occisores non peccent contra iustitiam, plerumque tamen peccant contra charitatem. Primo, quia regulariter loquendo huiusmodi Banniti

sunt

sunt in peccato mortali, contra charitatem ergo, in tali statu, in quo salus animarum periclitatur, occiduntur. Secundò, quia aliqui eorum, casu dato, & non ex dolo commiserunt delictum, homicidium videlicet, propter quod damnati sunt, de ipso dolent, parti satisfacere desiderant, & quærunt liberari à Banno contra ipsos publicato, contra charitatem ergo peccat, qui illos interficit. Tertiò, quia saltem, qui illos occiderit non ex zelo iustitiæ, sed liuore vindictæ, cupiditate, seu alia simili causa, aut praua intentione, contra charitatem aget. Naldus *in Summa verbo Bannitus num.* 11.

11 Dixi à persona, quæ non sit Ecclesiastica, quia esto, quod Ecclesiastici, siue Regulares occidentes Bannitum immunes essent à pœna temporali, re vera tamen graviter peccarent, quia illis non licet immiscere se in causa sanguinis, quantumuis iusta, *cap. sententiam ne Clerici, vel Monachi.* Bonacina *supra.* Imò sine dubio essent irregulares ea irregularitatis specie, quæ contrahitur propter delictum (quamuis laici solum contraherent irregularitatem ortam ex homicidio iusto) verè enim delictum committunt illos occidendo. Si autem ipsi Banniti occidere vellent aliquam personam Ecclesiasticam, & hæc occideret illos in sui defensionem, nullam incurreret irregularitatem, si id fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, iuxta dicenda inferius verbo *Irregularitas num.* 65. Addit Laureus de Franchis *in Controuers. Episcopor. & Regular. pag. mihi* 432. *in fine*, hæc. *Ex supradictis sequitur, quod si patria sit obsessa à Bannitis, qui intendunt innocentes interficere, possunt Clerici, si laicorum vires non sufficiunt, pugnare contra Bannitos absque peccato, & absque irregularitate, aliàs sine causa non possent Clerici proprijs manibus pugnare, sed tantum exhortari ad bellum iustum, & excitare milites ad victoriam, & pugnam in genere, modo in particulari non dicant, interfici, aut mutila, sed fortiter agas.* Vide infra verbo *Bellum.*

12 Sunt etiam aliqui casus, in quibus omnes priuatæ personæ tam Ecclesiasticæ, quàm laicæ peccarent etiam contra iustitiam occidendo Bannitos. Primus, si illos occiderent extra territorium Principis, vel Iudicis, qui illos proscripsit. Non solum, quia auctoritas talium non extenditur extra proprium territorium, sed etiam, quia fieret iniuria Principi in cuius territorio morantur Banniti. Azor *supra quæst.* 3. Laymanus *lib.* 3. *sect.* 5. *tract.* 3. *cap.* 2. *num.* 3. Si tamen Princeps, vel Dominus talis territorij expressè, vel implicitè cõsentiat, non erit peccatum contra iustitiam illos ibi occidere. Azor *ibid.* Secundus, quando Banniti sunt capti à Curia sæculari, aut ipsi se præsentant Iudici, quia cum iam sint sub potestate legitimi Iudicis solum ad eum spectat illis mortem infligere. Graffius *in decis. aureis part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 7.

num.7. & 8. Tertius, si Banniti legitimè appellarunt à sententia mortis contra illos data. Pendente enim appellatione, nihil de iure innouari potest. Naldus *in Summa verbo Bannitus num.7.*

13 Bannitum iustè damnatum ad mortem posse occidere suum aggressorem tenent aliqui. Communior tamen est opposita sententia, sicut enim reo non licet occidere lictorem, seu carnificem, cui iustè traditus est occidendus, sic nec Bannito occidere suum iustum aggressorem. Laymanus *lib. 3. de Iustit. tract. 3. part. 3. cap. 2. num. 3.*

14 Bannitum, qui impunè vbiq. occidi potest, reputari debere, ac si esset in articulo mortis, ita vt possit absolui ab omnibus peccatis, & censuris, etiam reseruatis, sicut & alij in periculo, seu articulo mortis constituti, tenent Naldus *in Summa verbo Absolutio à censuris nu.5.* & Diana *par.5. tract. 3. resolut. 64.* Cæterum, pensandæ sunt circunstantiæ loci, temporis, & personæ ad videndum, si verè est in periculo mortis. Si enim habet saluum conductum, aut est in loco, vbi non agnoscitur vt Bannitus, vel tali amicorum custodia vallatus, vt moraliter non sit in tali periculo, non poterit gaudere hoc priuilegio.

15 De his, quæ amittunt Banniti, & an fiant intestabiles, vide Siluestrum, Naldum, & alios Summistas.

BAPTISMVS.

SVMMARIVM.

Qualiter Religiosis prohibitum sit baptizare, nisi in casu necessitatis. num.1.
An habere Baptisteria? ibid.
An casu quo baptizent contrahant cognationem spiritualem. ibid.
Casus necessitatis, qualis reputandus in præsenti. num.2.
Quis ordo seruandus, si plures Sacerdotes adsint. ibid.
An tunc necesse sit adhibere Patrinum. num.3.
An etiam tunc baptizans cathechizare debeat. num.4.
An seruare cæremonias Ecclesiæ. ibid.
An liceat tunc baptizare in minima parte. num.5.
Vel infantem Secundinis inuolutum. ibid.
Vel puerum intra matris vterum. ibid.
Forma dubia an tunc adhiberi possit. num.6.
Quid, quando infidelis adultus baptisma petijt, & post priuatur vsu rationis. num.7.
Omitti ne debeat Baptismus, propter periculum infantis morituri. nu.8.

Bapti-

Baptizare puerum moribundum quilibet tenetur. num.9.
An baptizans in caſu neceſſitatis teneatur eſſe in gratia. num.10.
An in prædicto caſu liceat baptizare materia aliqua dubia, quæ non ſit aqua elementaris. num.11.
Poteſt tunc dari Baptiſmus aquæ aſperſione. num.12.
Alia pro Baptiſmo. num.13.

1 NON licere Religioſis baptizare, niſi in caſu neceſſitatis, & de licentia Parrochi, nec eſſe Patrinos, aut leuare aliquem de fonte, dixi *tom.1. cap.9.num.31.* Nunc præter alia inferius dicenda circa primum addendum, id eſſe intelligendum de Religioſis priuatis, quibus cura animarum ſæcularium non incumbit, nam alij, quibus talis cura imminet, quales ſunt, qui beneficium aliquod Curatum, ſiue Regulare, ſiue etiam ſæculare ex Sedis Apoſtolicæ beneplacito exercent, baptizare etiam ſolemniter poſſunt, & debent, per *ca.doctos 16.quæſt.1.* Tamburinus *de Iure Abbatum tom.2. diſp.4. quæſit.1.* Vnde prohibitio habendi baptiſteria in Monaſterijs, *ca.pridem 18.quæſt.2.* ſolum venit intelligenda, quando non eſt cura animarum. Prohibitionem autem baptizandi Religioſis impoſitam non eſſe ſub mortali, credit Granadus *de Sacrament. 3.part. controuerſ.4. tract.2. diſp.1. num.2.* Circa ſecundum verò, quòd caſu quo ſiue licitè, ſiue illicitè Religioſi aliquem de fonte leuarent, & eſſent Patrini, cognationem ſpiritualem contraherent; cum illius ſint capaces, nec iura aliquid in contrarium ſtatuant. Cornexo *de Matrim. tract.6. diſp.7. dub.16.* Barboſa *de offic. & poteſtat. Epiſcop. Allegat.30.nu.36.* Poſſe etiam Cardinales, & Epiſcopos Regulares id munus exercere, tenent de Epiſcopis Rodriguez *tom.2. Quæſt. Regular. quæſt.58. art.3.* & Sanchez *lib.6. in Decalog. cap.6. num.24.* & de Cardinalibus idem Sanchez ibi *num.34.* & Diana *par.5. tract.2. reſolut.67.*

2 Caſus neceſſitatis in quo licet Religioſo baptizare eſt, quando baptizandus, ſiue paruulus, ſiue adultus eſt in periculo mortis, & non adeſt proprius Parrochus à quo baptizetur. Tunc enim omnis homo habens vſum rationis, potenſque, & ſciens debitam formam proferre, & materiam applicare Miniſter eſt baptiſmi. S. Thom. 3 *par. quæſt.66.* & ibi communiter Theologi. Seruari tamen debet hic ordo, vt ſi adeſt Sacerdos præferatur omnibus alijs, ita vt ſine culpa (vt multi credunt) mortali, vel ſaltem veniali oppoſitum fieri non poſſit. Sacerdoti enim ex vi officij competit eſſe miniſtrum huius Sacramenti, non autem alijs, & ita baptizare ipſo præſente, & renitẽte, eſt quodam modo vſurpare officium ipſius. Suarez *de Sacramentis diſp.31. ſect.4.* Bonacina *de Sacramentis diſp.2. quæſt.2. punct.5. nu.11.* Poſt Sacerdotem Dia-

conus præferri debet Subdiacono, Clericus laico, & vir fœminæ, licet hunc Ordinem inuertere mortale non ſit, & aliquando nec veniale, vt ſi fiat ob rationabilem cauſam. Suarez *ſupra.* Diana 3. *part. tract.* 4. *reſolut.* 4. *& part.* 5. *tract.* 3. *reſolut.* 18.

3 In prædicto etiam caſu neceſſitatis neceſſe non eſt adhibere Patrinum baptizato. Ratio eſt, quia ſolum pro baptiſmo ſolemni eſt præceptum Eccleſiæ adhibendi talem Patrinum, non pro priuato, de quo hic eſt ſermo. Suarez *to* 3. *in* 3. *part. quæſt.* 67. *art.* 8. *dub. vlt.* Sanchez *lib.* 7. *de Matrimon diſp.* 62. *num.* 14. Vnde, qui in tali caſu baptizatum tenuerit tantum, vt ita dicam, materialiter, nullam cognationem ſpiritualem cum eo contrahet, quia hæc non contrahitur, niſi ab eo, qui eſt verè ſuſceptor. Suarez, & Sanchez relati. Si verò illum tenuerit animo exercendi munus ſuſceptoris, Suarez putaſſe videtur, quòd contrahat dictam cognationem, Sanchez verò *num.* 15. id negat. De hoc Diana *part.* 3. *tract.* 4. *reſolut.* 18. *& part.* 5. *tract.* 3. *reſolut.* 7.

4 Similiter in prædicto caſu neceſſitatis propter periculum mortis baptizandi, non eſt neceſſe illum, etiam ſi fuerit adultus, inſtruere, aut cathechizare, ſed propoſita illi quantum licet pro breuitate temporis fide Catholica, & quod pœniteat de peccatis præteritis, ſi dixerit, quod credit myſteria fidei, & dolet de ſuis peccatis, eſt baptizandus, neque enim aliquid aliud exigitur in vrgenti illo periculo mortis, & damnationis æternæ. Zambranus *de Sacrament. Baptiſmi cap.* 1. *dub.* 14. Diana *dicto tract.* 3. *reſolut.* 20. Multo minus neceſſe tunc erit obſeruare cæremonias ab Eccleſia inſtitutas. (De quibus noſter Ioannes de Baccone nobiliſſimus, & peruetuſtus Scholaſticus *in* 4. *ſentent. diſt.* 3.) illæ enim ſolum pro Baptiſmo ſolemni obſeruari debent. Caſu autem quo baptizatus ſuperuixerit ſuppleri debent in Eccleſia cæremoniæ prætermiſſæ. Ita enim habetur tum ex vſu Eccleſiæ, tum ex *cap.* 1. *de Sacrament. non iterand.* Viualdus *in Candelabro aureo de baptiſmo cap. vlt. num.* 18. Victoria *de baptiſmo num.* 38.

5 Quamuis aliquorum ſententia ſit baptiſmum non tenere, ſi baptizetur aliquis in minima parte ſui corporis, v.g. parte digiti, vngue, vel capillis: nihilominus in caſu neceſſitatis, & periculi mortis, de quo in præſenti, licitum erit baptizare moribundum in prædictis partibus, ſi ad alias non potuerit peruenire aqua, quia pars illa quantumuis minima humani corporis verè informatur anima rationali (quod etiam eſt probabile de vnguibus, & capillis) & aliunde obligatio charitatis procurandi ſalutem ſpiritualem moribundi vrget maximè in illo caſu. Baſilius de Leone *de Matrimon. lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 7. Ochagauia *de Sacrament. tract. vnic. de baptiſm. quæſt.* 4. *num.* 3. Qui etiam docet poſſe infantem ſecundinis inuolutum, in tali periculo baptizari, quia pellis

illa

illa ſecundina eſt veluti pars pueri. Probabile etiam eſt puerum intra vterum matris exiſtentem poſſe in tali mortis periculo baptizari, ſi aliqua arte, vel inſtrumento poſſet ad ipſum aqua peruenire. Naldus *in Summa in quarta editione verbo Baptiſmus num.* 3. alijs relatis. In his tamen caſibus baptizans ſolùm ſub conditione baptizet moribundum: ſic enim ipſius ſaluti, & dignitati Sacramenti ſatisfaciet. Et ſi ſuperuixerit iterum ſub conditione baptizetur.

6 Pari modo dicendum de forma dubia Baptiſmi, poſſe ſcilicet eum, qui eſt in mortis periculo baptizari cum ipſa, ſi nullus adſit, qui ſciat formam certam, propter eamdem rationem. Ochagauia *in tract. de Sacrament. in gener. quæſt.* 5. *num.* 17. Diana *part.* 5. *tract.* 3. *reſolut.* 4. Prudenter etiam tunc ſolum ſub conditione vtetur baptizans hac forma, propter dicta. De varijs autem formis Baptiſmi agit Bacconius *ſupra in* 4. *diſt.* 4.

7 Caſu quo aliquis infidelis adultus, Ethnicus, Hebræus, aut Mahometanus petijſſet baptizari, & poſtea incideret in amentiam, furiam, ſomnum, aut lethargum, quo omnino priuatus eſſet vſu rationis, eſſetq. proximus morti, poſſet, & deberet baptizari; quia voluntas, & propoſitum præcedens ſufficit, vt ſuſceptio baptiſmi cenſeatur voluntaria, & ex alia parte periculum mortis, & damnationis æternæ ipſius maximè tunc vrget. Colligiturque ex Innocent. III. *in cap. Maiores de Baptiſmo*, Concilio Carthagin. III. *can.* 34. & Arauſic. *can.* 12. Siluius *in* 3. *part. quæſt.* 68. *art.* 7. Zambranus *de Sacrament. Baptiſm. dub.* 8. *cap.* 1. *num.* 2. Addit Ioannes Sancius *in Selectis diſput.* 44. *num.* 39. quem ſequitur Diana *dicto tract.* 3. *reſolut.* 21. etiam ſi vnius ſolum teſtis quantumuis infidelis teſtimonio conſtet illum moribundum petijſſe baptiſmum, baptizandum eſſe; propter eamdem rationem Quod tamen intelligendum credo, ſi ille teſtis fide dignus credatur, & non iocosè, aut illuſoriè, ſed ſeriò rem teſtificari. Quando autem de hoc dubitatur, vel teſtimonium non ſit certum, ſub conditione adhiberi debet baptiſmus, vt ijdem authores aſſerunt, præſertim Ioannes Sancius ea *diſput.* 44.

8 Etſi plurium ſententia ſit debere omitti baptiſmum propter periculum infantis morituri, v.g. ſi ille ſit ita tener, & delicatus, vt credatur baptiſmum illi acceleraturum mortem. De quo Sotus *in* 4. *diſtinct* 3. *qu. eſt. vnica art.* 8. *in fin.* Ledeſma 1. *part.* 4. *quæſt.* 7. *art.* 8. *dub.* 3. Nihilominus, præterquam caſus iſte videtur Metaphiſicus potius quam moralis, vix enim credi poteſt tam tenerum eſſe aliquem, vt vna, vel duabus aquæ tepidæ, vel calidæ guttis tinctus moriatur, vel mors ipſi acceleretur: caſu tamen, quod ita eſſet, probabile ſatis eſt, poſſe baptizari. Ratio eſt, quia hoc non eſt directè occidere eum, ſed ſolum per-

mittere,quod vitæ temporalis patiatur detrimẽtum propter vitæ æternæ conſequutionem, quod eſt valdè conforme legibus charitatis, & quod ipſe intans,ſi vſum rationis haberet, deberet eligere. Granadus *de Sacrament. in 3.part.controuerſ.4.tract.4.diſp.4.nu.6. & 7.* Zambranus *de Sacrament. Baptiſm.cap.1.dub.2. nu.11.* Nec credo ſic baptizantem incurrere irregularitatem aliquam, quia nec credendum Eccleſiam pro illo caſu eam impoſuiſſe,& aliàs obligatio charitatis vrget ad id faciendum. Zambranus *ſupra num.76.* Proijcere autem illum in flumen, vt baptizetur, vel baptizare aqua venenata, nullatenus licet, quia hoc eſt directè illum occidere, quod eſt intrinſecè malum. Diana dicto *tract.3.reſolut.8.*

9 Baptizare puerum moribundum, adeo eſt conforme charitati, vt etiam cum vitæ periculo teneatur quilibet id facere,quia vita ſpiritualis proximi in tanto periculo conſtituti pluris eſt facienda, quam vita proptia corporalis. Petrus Ledeſma *in Summa tom.2. tract.4. cap.4. concluſ.15.* Granadus *de Sacrament.controuerſ.4.tract.4.diſp.4.nu.5.* Ochagauia *de Sacrament.tract.vnic. de Baptiſm.quæſt.7.num.3.* Ad minus tamen,hoc eſt certiſſimum reſpectu illius, qui ex officio tenetur id facere, prout competit Parocho,&c.

10 Quamuis certum ſit cum,qui miniſtrat ſolemniter Sacramentum Baptiſmi in peccato mortali peccare mortaliter, vt communiter docent Theologi, tam de huius, quàm de aliorum Sacramentorum miniſtris loquentes,nihilominus laicus, vel fœmina baptizantes puerum in caſu neceſſitatis non peccant mortaliter,etiã ſi ipſi in peccato mortali verſentur. Ratio eſt, quia iſti non miniſtrant hoc Sacramentum ex officio, & vt miniſtri deputati ab Eccleſia, ſed veluti per accidens ob neceſſitatem baptizandi, & defectum veri miniſtri ab Eccleſia deſignati: non ergo tenentur ad id munus peragendum conformari ſanctitati Chriſti,ac Eccleſiæ,ac per conſequens,nec tenentur eſſe in ſtatu gratiæ. Granadus *de Sacramen.controuerſ.3.tract.5 diſp.5.num.6.* Idem dico probabile eſſe loquendo de Sacerdote, qui non ex officio, ſed ratione neceſſitatis hoc Sacramentum miniſtrat,vt eſt Religioſus, propter eamdem rationem, & quia in iſto caſu non miniſtrat illud, vt Sacerdos, neque ratione characteris Sacerdotalis, ſed veluti laicus ob neceſſitatem baptizandi. Petrus Ledeſma *in Summa cap.6.de Sacrament.in gener.concluſ.8.* Henrriquez *lib.1.cap.29 num.4.*

11 Similiter,quamuis certum ſit ſolam aquam naturalem,vel elemẽtalem eſſe materiam Sacramenti baptiſmi,prout communiter docent Theologi, ſpecialiter Bacconius noſter *in 4.diſt.4.* & Michael de Bononia *ibid.diſt.3.quæſt.2.* nihilominus, in caſu neceſſitatis de quo in preſenti, quando ſcilicet puer aliquis, vel etiam adultus, eſt proximus

mor-

morti, nec eſt alius, niſi Religioſus, qui eum baptizet, poterit id facere ſi aqua naturalis, vel elementalis non adſit, cum illa aqua, quæ eſt dubia materia Baptiſmi, ſcilicet iure carnium, lixiuio, aqua roſacea, glacie, rore, vel niue non reſolutis, aqua ex ſale reſoluta, & ſimilibus, dum tamen hoc faciat ſub conditione ſiue exterius, ſiue tantum mentaliter expreſſa, & baptizatus ſi ſuperuixerit ſub conditione iterum baptizetur. Ratio eſt, quia extrema neceſſitas illa ſpiritualis, & obligatio charitatis ad ſubueniendum in illa proximo periclitanti, excuſat irreuerentiam, quæ aliàs fieret conficiendo Sacramentum cum materia dubia, & ſub conditione. Hurtadus *de Sacrament. tract. de Baptiſmo diſp.* 1. *diff.* 2. Puteanus *in* 3 *part. quæſt.* 66. *art.* 4. *dub.* 1. *num.* 5. & alij apud Dianam 5. *part. tract.* 3. *reſolut.* 1. 2. & 3.

12 Similiter quamuis quoad modum baptizandi obſeruari debeat vſus Eccleſiæ, qui communiter eſt per infuſionem aquæ ſuper baptizatum, in caſu tamen neceſſitatis de quo in præſenti, poterit dari baptiſmus ſola aſperſione aquæ ſuper ipſum, & prolata forma. Hic enim creditur in vſu fuiſſe tempore Apoſtolorum, qui *Actor.* 2. tria millia baptizarunt vna die, quod alio modo vix fieri poſſet, & ſufficiens eſt ad ſignificationem formæ. Chapeauilla *de Sacram. Baptiſm. quæſt.* 19. Hurtadus *de Sacram. Baptiſm. diſp.* 1. *diff.* 4. Imò probabile eſt apud aliquos, quod ſi quis in prædicto caſu neceſſitatis, & periculo mortis baptizandi accedere non poſſet ad ipſum, poſſet ipſum ſub conditione baptizare de longinquo proferendo formam, & iubendo, vt alius, qui propè illum eſt, ipſum aqua abluat. Ita Diana *dicto tract.* 3. *reſolut.* 26. vbi alios etiam refert. Caſu autem, quod baptiſmus hoc pacto tunc daretur, proculdubio dicendum, ſic baptizatum, ſi ſuperuixerit, iterum ſub conditione baptizandum fore.

13 Pro obligatione reſidentiæ illius, cui incumbit munus baptizandi, vide Barboſam *de offic. & poteſtat. Epiſcop. Allegat.* 53. *num.* 79. & *in Collectan. Bullar. verbo Baptiſmus.* Pro varijs etiam, & pijs inſtitutionibus circa Sacramentum Baptiſmi, fontem baptiſmalem, & alia concernentia, vide Gauantum *in Manual. Epiſcop. verbo Baptiſmus.*

14 Pro priuilegijs etiam Religioſorum in Indijs, & in terris infidelium, vide Rodriguez *Quæſt. Regular. quæſt.* 31. *art.* 3. & 4.

BELLVM.

SVMMARIVM.

Qualiter hæc materia ſpectare poſſit ad Regulares. num. 1.

Belli ethimologia, & diuiſiones. num.2.
Conditiones belli iuſti. num.3.
Qualiter requiratur cauſa iuſta. num.4.
An propter opinionem probabilem liceat bellum gerere. ibid.
Quot modis Religioſi, ſeu Eccleſiaſtici ad bellum concurrere poſſint. num.5.
Si Principes temporales fuerint, bellum mouere, & alia facere poſſunt. num.6.
An eſſe exercituum Ductores? ibid.
Bellum iuſtum poſſunt ſuadere. num.7.
An bello iuſto aſſiſtere? num.8.
An percutere pugnando? num.9.
Non verò mutilare, aut occidere. num.10.
Benè tamen ex Papæ diſpenſatione. num.11.
Quid ſi Reſpublica eſſet in extrema, vel grauiſſima nec eſſitate? nu.12.
Quid pro caſu magnæ neceſſitatis Eccleſiæ? num.13.
Aut pro conſeruatione propriæ vitæ. num.14.
Aut vitæ proximi innocentis? num.15.
De Clericis, vel Religioſis in naui exiſtentibus, quando hoſtes illos aggrediuntur. num.16.
An licitè expoliare poſſint hoſtes? num.17.
Ipſi expoliari non poſſunt. num.18.
Clerici quibus interdictus eſt pugnare, qui nam ſint? num.19.
Quid de Religioſis in Sacris non conſtitutis, ſeu Conuerſis. num.20.
Arma dare militibus ad pugnandum. num.21.
Diſpenſare in irregularitate, contracta à pugnantibus in bello iuſto ad quos pertineat. num.22.
Quid quando bellum eſt iniuſtum. num.23.

1 QVAMVIS materia de bello extranea prorſus videatur Regularibus pro quibus maximè hæc Summa ſcribitur, quia tamen plus æquo his temporibus graſſantur bella, & quandoque Regulares illis aſſiſtunt, coguntur arma ſumere, vel ſui defenſionis cauſa, conſilio etiam adeſſe poſſunt Principibus, Ducibus, & militibus, ideo hæc materia vtilis ipſis iure reputanda eſt,

2 Belli ethimologia à *bellua*, vt voluit Feſtus, quia proprius belluarum, quam hominum videtur bella gerere: vel vt alij volunt, per antiphraſim à *bello*, ideſt *pulchro*, quia nihil pulchri habet, deſumi videtur. Valentia *tom.3.diſp.3.quæſt.16.punct.1.* Differt à ſeditione, & rixa, quia bellum eſt multitudinis contra extraneos, ſeditio, multitudinis

nis contra multitudinem in eadem Republica, rixa est paucorum contra paucos. Ioannes Beetz *de præcept. Decalog. in 8. præcept. expoſit. 2. cap. 9.* Laymanus *lib. 2. tract. 3. cap. 12. num. 1.* Est duplex, aliud publicum, & est, quod indicitur auctoritate Principis, & Superiorem non recognoscentis; aliud priuatum, quod auctoritate alicuius Principis Superiorem habentis indicitur. Vnde primum est propriè bellum, & de quo in præsenti, non autem secundum. Siluester *in Summa verbo Bellum num. 1.* Rursus aliud est offensiuum, & aliud defensiuum, offensiuum est id in quo vis infertur iniuriæ vindicandæ causa; defensiuum verò id in quo vis per iniuriam illata repellitur. Laymanus *supra num. 3.* Deinde aliud est iustum, aliud iniustum. Iustum est, quod habet conditiones infra assignandas, iniustum verò, cui illæ deficiunt. Supponitur autem dari posse bellum iustum, prout contra Vuiclephum ostendit noster Thomas Vualdensis *tom. 3. de Sacramentalib. tit. vlt. cap. 169. num. 3.* & contra Lutherum, & alios Hæreticos Valentia *supra*.

3 Ergo ad bellum iustum tres conditiones requiruntur. Prima est, legitima authoritas indicentis: secunda, causa iusta indicendi: tertia, recta intentio. S. Thom. 2. 2. *quæst. 40. art. 1.* & Expositores *ibidem*. Per primam denotatur, quod persona priuata Superiorem recognoscens non potest indicere bellum, sed debet recurrere ad Superiorem pro iniuria illata resarcienda. Per secundum, quod non gratis, sed vlciscendæ iniuriæ illatæ gratia indicatur. Per tertiam verò, quod non ex odio, & inuidia, sed ex motiuo charitatis, vel iustitiæ id fiat. Michael de Bononia *in 4. dist. 15. quæst. vnic.* ex Bacconio, quem refert. Ioãnes Beetz *de præcept. Decalog. in 5. præcept. expoſit. 3. cap. 4.* Siluester *supra q. 1.*

4 Vt verò causa aliqua censeatur iusta ad mouendum bellum non sufficit, quod ea sit iusta solum sub dubio, aut secundum opinionem probabilem. Esto enim id sufficeret ad bellum defensiuum, quando aliquis est in possessione, quia melior, & potior est conditio possidentis, non tamen sufficit ad offensiuum. Ratio est, quia bellum est actus iustitiæ punitiuæ infligentis pœnam delinquenti. Pœna autem non debet infligi in dubio, aut solum propter opinionem probabilem, quando idem dubium, aut opinio probabilis est ex parte Rei, vt patet ex illa Regula iuris *in 6. num. 11. Cum iura partium sunt obscura fauendum potius est reo quam actori.* Accedit, quod tot damna, incommoda, & inconuenientia tum temporalia, tum spiritualia, tam ipsis Principibus bella gerentibus, quam toti Reipublicæ Christianæ ex bello inter Christianos sequuntur, vt nullus prudens iudicare poterit solum sub dubio, aut in opinione probabili stando, moueri posse bellum contra possessorem. Molina *tom. 1. de iustitia disp. 103.* Vasquez

2. *diſp.64. cap.3.* Ea ergo ſolum iuſta belli indicendi cauſa cenſenda eſt iuter Chriſtianos, quæ ſaltem moraliter loquendo certa, & euidens ſit, omnibus rectè ponderatis.

5 Vt autem ad id,quod noſtri muneris eſt,propius accedamus, animaduertendum,quatuor modis intelligi poſſe,quod Religioſi, ſeu alij Eccleſiaſtici ad bellum concurrant. Primò, ſi illud indicant, ſeu moueant caſu quo ipſi ſint Principes habentes temporalem iuriſdictionem,qualem habent plures Epiſcopi in Germania. Secundò,ſi conſilium dent Principibus,aut Magiſtratibus,vt id faciant. Tertiò,ſi ipſi bello aſſiſtant. Quartò,ſi in bello pugnent,occidant,mutilent,&c. De quibus omnibus ſigillatim dicendum,qualiter ſcilicet,ipſis Religioſis, ſeu alijs Eccleſiaſticis liceant, ex quo ſimul plura ad hanc materiam ſpectantia reſoluentur.

6 Et quidem,ſi ipſi ſint Principes habentes temporalem iuriſdictionem nulli ſubiectam,prout habent prædicti Epiſcopi Germaniæ,Treuirenſis, v.g. Moguntinus, & Colonienſis,poſſunt, poſita iuſta cauſa, & recta intentione, vt dixi, bellum indicere, exercitum conſcribere, Ducem belli præficere,& arma ad pugnandum dare.Colligitur ex *cap. Epiſcopus ne Clerici,vel Monachi in* 6.vbi in fine capitis dicitur: *Licet Clericis cauſas ſanguinis agitare non liceat, eas tamen,cum iuriſdictionem obtinent temporalem debent, & poſſunt metu irregularitatis ceſſante alijs delegare.* Et ratio eſt,quia iſti non ſunt deterioris conditionis,quam alij Domini temporales,nec habẽt minus ius ad ſuam Rempublicam bello tuendam, quam illi. Silueſter *in Summa verbo, Bellum* 3.*quæſt.*1. Valentia *ſupra punct.*4.§. *quinto certum eſt.* Vnde id facientes,etiam ſi in bello ſequantur homicidia,non ſunt irregulares,prout à fortiori cõſtabit ex dicendis inferius Addit Silueſter,etiam Epiſcopos non habentes iuriſdictionem temporalem poſſe indicere bellum pro cauſa ſpirituali,v.g.pro extirpandis vitijs,vel bonis Eccleſiæ defendendis. Sed nec hoc eſt verum, nec textus *ca. Maximianus* 23.*quæſt.*3. quem adducit,id probat, ſed ſolum, quod poſſint conuocare Principem ſæcularem, qui bella gerat pro defenſione ſuæ Eccleſiæ,prout fecit ille Maximianus. Bañez 2.2.*quæſt.*40.*art.*2.*dub.*3.*concluſ.*4. Sic autem facientes non fiunt irregulares. Toletus *in Summa lib.*1.*cap.*85. *num.*8. Non tamen poſſunt prædicti Epiſcopi habentes temporalem iuriſdictionem eſſe exercitus Ductores propria præſentia id munus exequentes, prout habetur ex *cap.ſententiam ne Clerici,vel Monachi in* 6. & ex *dicto cap. Epiſcopus* illo verbo *alijs delegare,* quo denotatur ſolum per alios poſſe id munus exercere. Laymanus *ſupra num.*19.§.*Deinde licet.* Addens benè,id eſſe intelligendum, niſi adſit neceſſitas, aut diſpenſatio Pontificia,iuxta dicenda inferius. An verò

ſint

ſint irregulares, ſi aliter faciant, & homicidia fiant in tali bello, conſtabit ex dicendis.

7 Deinde tam ipſi, quàm alij Clerici, ſeu Religioſi, poſſunt bellum iuſtum alijs ſuadere. Hoc enim nullo iure eſt prohibitum, ſed potius videtur conceſſum 23. *quæſt.*8. *ca quicunque*, & ſequentibus. Vnde S.Thom. 2.2.*quæſt.*40.*art.*2.*ad* 3. expreſsè ait: *Ad Clericos pertinet diſponere, & inducere alios ad bellandum bella iuſta*. Valentia *ſupra* 5.*Quarto certum eſt*. Laymanus etiam *ſupra*. Quare, quod Innocentius III. *in cap. Quod in dubijs de pœnis* ait. Enormiter peccare Clericos, qui alios incitant ad pugnãdum, intelligi debet de bello iniuſto, vel forſan, iuxta dicenda inferius, ſi in particulari ſuadeant occiſionem aliquorum. Valentia, & Laymanus. Vnde bellum iuſtum ſuadentes Clerici, vel Religioſi, nullo modo incurrunt irregularitatem, prout etiam à fortiori conſtabit ex dicendis. Bonacina *de Cenſur. diſp.* 7. *quæſt.*4 *punct.*4.*num.*5.

8 Præterea tertiò, poſſunt Clerici, & Religioſi cum conſenſu ſuorum Superiorum bello iuſto aſſiſtere, vt pugnantibus ſpirituale conſilium, vel auxilium afferant, confeſſiones audiant, imò vt eos moneant, & exhortentur ad fortiter pugnandum, fidem tuendam, Rempublicam, vel patriam defendendam. Hoc enim nullo iure eſt ipſis prohibitum, quin potius in fauorem belli iuſti permiſſum, vt colligitur ex *cap. ex multa de voto*, §.*de Clericis*, eſtque valdè vſitatum in Eccleſia, & neceſſarium pro vita ſpirituali militum fidelium. Suarez *tom.*5.*de Cenſur. diſp.*47. *ſect.*6.*num.*7. Valentia *ſupra*. Itaque non ſolum ante actualem congreſſum, ſed etiam in ipſo conflictu, poſſunt Clerici, & Religioſi animare, & exhortari milites ad pugnandum ſtrenuè. Colligitur ex *cap. petitio tua de homicidio*, & ex alijs iuribus, præſertim, quia ſic faciendo ad opus iuſtum adhortantur. Nauarrus *in Manual. cap.*27.*nu.*215. Suarez *ibid. num.*8. Vnde propterea nullam incurrunt irregularitatem, tum propter dicta, tum quia non eſt textus aliquis eam inducens. Suarez *ibid.* Cornexo *de Irregularit. diſp.*11. *dub.*2. Hinc in Bulla Cruciatæ declaratur Presbyteros ſæculares, vel Regulares aſſiſtentes bello, quod Rex Catholicus habet contra infideles, & in exercitu prædicantes, aut alia exercitia Eccleſiaſtica, & pia exercentes, non incurrere irregularitatem. Addit Suarez, quod etiam ſi caſu dato Clericus, vel Religioſus contra obedientiam ſui Superioris bello aſſiſtat, non incurreret irregularitatem, quia illa culpa nimis extrinſeca eſt ad homicidium, nec propter illam cenſeri debet ad illud proximè concurrere. Non poſſunt autem hortari, aut ſuadere ad occidendum, aut mutilandum aliquem in particulari, ſed ſolum in genere: & oppoſitum facientes ſunt irregulares. Prius enim eſt concurrere proximè, & directè ad homi-

micidium, non autem posterius. Ita probabiliter Enrriquez *lib.* 14. *cap.* 12. *num.* 4. *littera R*. Auila *de Censur. disp.* 6. *sect.* 3. *dub.* 2. Laymanus *supra num.* 19. §. *Quinimo*.

9 Similiter dicendum, quod etsi Clericis, aut Religiosis prohibitum sit pugnare etiam in bello iusto, prout colligitur ex *ca. Clericum*, *ca. de his Clericis dist.* 50. *ca. eos qui* 20. *quæst.* 3. *ca. quicunque Clericus*, *ca. Clerici*, *ca. quicunque ex Clero* 23. *quæst.* 8. *cap. ex multa* §. *vlt. de voto*, & docet S. Thom. 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 2. quia indecens est, vt qui spirituali militiæ se tradiderunt, arma, vel negotia sæcularia tractent, nihilominus, si casu dato, illi bello iusto assistentes militarent, seu pugnarent, seu percuterent aliquos, non propterea incurrerent aliquam irregularitatem, nisi actualiter mutilarent, aut occiderent, vel saltem essent causa proxima, vt alij id facerent, etiam si in tali bello multa homicidia sequantur. Colligitur apertè ex *cap. petitio tua de homicidio*, vbi cum quidam Clericus in quodam bello iusto pugnasset, & percussisset aliquos, nihilominus Pontifex dicit eum non esse censendum irregularem, nisi aliquem interfecisset. Et ratio est, quia sic facientes, neque mutilant, aut occidunt, nec sunt causæ proximæ istorum, vt suppono, ergo non incurrunt irregularitatem, esto sic facientes peccent, saltem contra ius Ecclesiasticum. Nauarrus *supra*. Suarez etiam *supra num.* 9. Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 85. *num.* 5. Cornexo *supra*. Candidus *tom.* 1. *Disquisit. Moral. disquisit.* 17. *art.* 14.

10 Cæterum mutilare, aut occidere aliquem, etiam in bello iusto, nisi in casibus, de quibus postea, nullo pacto licet Clericis, aut Regularibus. Colligitur à fortiori, tum ex dictis, tum ex dicendis, estque communis sententia prædictorum auctorum. Hæc verò facientes sunt irregulares, *ca. Clericum*, & *ca. de his Clericis dist.* 50. *cap. petitio tua de homicidio*, & alij iuribus. Authores relati.

11 Nihilominus sunt aliqui casus in quibus licitum est Clericis, & Religiosis, non solum pugnare in bello iusto, sed etiam mutilare, & occidere. Primus, quando adest dispensatio Papæ, cum enim hoc solum sit contra ius Ecclesiasticum non est aliqua ratio, cur negetur id facere posse Papam, rationabili causa subsistente. Eo autem casu, etiam si mutilent, aut occidant, non fiunt irregulares. Eo enim ipso, quod Papa concedit illis facultatem ad bellandum censetur cum eis dispensare in irregularitate annexa homicidio, si illud sequatur. Bañez 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 2. *dub.* 4. Valentia *supra* §. *Septimo certum est*. Candidus *supra*. Limitat hoc tamen rectè Suarez *supra num.* 12. quando Papa expressè concederet facultatem pugnandi proprijs manibus. Secus verò, si tantum concederet facultatem assistendi bello.

12 Secundus est, si Respublica esset in extrema, vel grauissima necessitate,

ſitate, tunc enim pro ea defendenda, licitè pugnare, mutilare,& occidere poſſent, imò tenerentur id facere,quia lex naturæ id præſcribit,& ius Eccleſiaſticum eo tempore non obligat. Caietanus 2.2.*quæſt.*40. *art.*2. Baᵉ:z *ibid.dub.* 3. Nec ſic mutilantes,aut occidentes fierent irregulares. Valentia *ſupra §.contraria ſententia*. Suarez *d.ſect.*6.*nu.*2.

13 Tertius eſt, etiam in bello offenſiuo, caſu ſcilicet magnæ neceſſitatis Eccleſiæ, propter inſignem conſequendam victoriam redundantem in maximum commodum Reipublicæ Chriſtianæ. Tunc enim & lex naturæ obligaret, & præſumeretur licentia Papæ. Valentia *ſupra §.ſecundo certum eſt*. Bañez *ſupra*. Nec in hoc caſu incurreretur irregularitas. Valentia *dicto §.contraria ſententia*. Bonacina *de Cenſuris diſp.*7.*quæſt.*4.*punct.*4.*num.*11.

14 Quartus eſt, quando id eſt neceſſarium pro conſeruatione propriæ vitæ non excedẽdo in moderamine inculpatæ tutelæ.Quia etiam ius naturæ tunc obligat ad id faciendum. Molina *tom.* 1. *de Iuſtit. diſp.*108.§.*primus caſus*.An verò idem ſit dicendum,quando illud eſt neceſſarium pro conſeruatione honoris, & rerum ſuarum alibi dicetur.Illud certum,quando id fit pro conſeruatione propriæ vitæ nullam incurri irregularitatem. Ita enim deciditur in *Clement. ſi furioſus de homicidio*, & ſupponunt communiter authores ſpecialiter Suarez *ſupra num.* 1.

15 Quintus, quando id etiam eſt neceſſarium ad defenſionem proximi innocentis, præſertim ſi Reipublicæ ſit valdè vtilis, & neceſſarius. Caietanus *ſupra*. Molina *ſupra* §.*Tertius*.Laymanus etiam *ſupra* §. *Tertio dixi*. In hoc etiam caſu non incurri irregularitatem ſatis probabile mihi eſt,quia non eſt credibile Eccleſiam velle punire pœna irregularitatis Clericos,vel Religioſos facientes id,quod iure naturæ tenentur facere. Bonacina *ſupra*. Quia tamen inſtari poteſt contra hoc,quod etiam Iudex,& miniſtri iuſtitiæ teneatur reum morte interficere, & tamen ſic faciendo efficiuntur irregulares, ideo hic notanda doctrina, quam tradit Molina *ſupra diſp.*109.*concl.*2.*&* 3. *&* Valentia *ſupra* §.*quare omnino*. Quod etſi verum ſit,quod illi,qui,ex officio, cui ſe ſpontè ſubiecerunt, tenentur occidere, ſeu mutilare, vt ſunt Iudices,& miniſtri iuſtitiæ,incurrant irregularitatem,quando id faciunt, quia iam eſt illis voluntaria talis occiſio in voluntate acceptandi illud munus; cæterum, quando aliquis non ex munere, aut officio, neque ſua culpa, ſed caſu aliquo (prout in præſentibus) tenetur mutilare, vel occidere,ſic faciendo,nullam incurrit irregularitatem. Confirmatur ex Valentia *ſupra* §. *probatur autem*, quia irregularitas non incurritur niſi in caſibus à iure expreſſis, ſed in iure tatione homicidij non cenſentur irregulares, niſi illiciti occiſores, vel qui dant operam rei illicitæ

ſicitæ ex qua ſequatur homicidium (intellige, ſi ea ſit prohibita ratione periculi homicidij, iuxta dicenda verbo *Irregularitas num.* 81.) vel qui occidunt tanquam miniſtri Iuſtitiæ, nec licet ea iura ad alios caſus extendere, ergo in præſenti non incurritur irregularitas. Confirmatur à ſimili de eo, quod dixi de accuſatore in caſu quo tenetur accuſare, verbo *Accuſatio num.* 21.

16 Hinc Clerici, vel Religioſi in naui exiſtentes, & ab inimicis aggreſſi, poſſunt pugnare, occidere, & mutilare in defenſionem ſui, & ſociorum, vt habet idem Molina *dicta diſp.* 108. §. *primus eſt*. Nec credo tunc contrahere irregularitatem, propter adducta. Secus verò dicendum, de exiſtentibus in naui, quando ipſa nauis inuaderet ſuos inimicos, quia in eo caſu attendendum eſt, an illa inuaſio ſit iuſta, & ſic loquendum de illa, ac de bello iuſto, iuxta dicta: ſi verò ſit iniuſta, loquendum etiam de illa eodem modo ac de bello iniuſto, iuxta dicenda.

17 In caſibus porrò in quibus de licentia, aut ſine licentia Summi Pontificis, Clericis, & Monachis licet pugnare, &c. iuxta dicta, licet etiam expoliare hoſtes, & alia facere, quæ iure belli poſſunt alij milites. Minus enim eſt hoc quàm occidere, mutilare, &c. Valentia *ſupra* §. *Tertiò certum eſt*. Imò etiam in caſu quo non licet ipſis pugnare, quia ſcilicet, vel non adeſt licentia Papæ, vel non occurrunt caſus, de quibus dictum eſt, poſſunt in bello iuſto vſurpare hoſtium ſpolia, & bona, ſicut alij milites, niſi de contraria voluntate Principis, aut Ducis conſtet, quæ ſemper debet præſumi, niſi ipſi oppoſitum manifeſtauerint. Sunt enim valdè vtiles exercitui, & ita debent gaudere commodis belli. Molina *ſupra* §. *meo quidem iudicio*. Laymanus *ſupra num.* 20.

18 Non tamen è conuerſo poſſunt ipſi Clerici, aut Monachi expoliari ab hoſtibus, gaudere enim debent tam ipſi, quàm ipſorum bona priuilegio immunitatis Eccleſiaſticæ. Valentia *dicta diſp.* 3. *quæſt.* 16. *punct.* 3. §. *hinc autem*. Vnde bona illis ſublata ipſis reſtituenda erunt. Silueſter *verbo Bellum* 3. *quæſt.* 3. Nota tamen plures admittere poſſe Eccleſias, & Eccleſiaſticos in bello iuſto per accidens deuaſtari ſine obligatione reſtituendi, quando ſcilicet id neceſſarium iudicatur pro conſecutione victoriæ. De quo Vincentius Candidus *tom.* 1. *Diſquiſit. Moral. diſquiſit.* 17. *art.* 8.

19 Clerici illi, quibus interdictum dixi pugnare etiam in bello iuſto (etiam ſub mortali) ſunt Clerici in ſacris conſtituti. De ijs enim maximè intelliguntur iura relata, non autem conſtituti in minoribus. Iſti enim, vel non comprehenduntur in dictis iuribus, vel ſi comprehenduntur, contraria conſuetudine id eſt abrogatum. Valentia *d. punct.* 4. §. *quædam ſunt*. Quod tamen intellige, quando ipſi renũciauerunt priuilegio Clericali, quia tunc cenſentur veluti laici. Suarez *dicta ſect.* 6. *num.* 7.

num.7. Si enim beneficium Eccleſiaſticum poſſideant, gaudeantue priuilegio fori, habitumue, & tonſuram deferant, vel miniſterio alicuius Eccleſiæ deſeruiant, comprehendentur dicta prohibitione, etſi forſan ſolum venialiter peccent id faciendo. Molina *dicta a diſp.* 108. §. *Secundum eſt.* Quamuis de ijs, qui beneficium Eccleſiaſticum poſſident, timendum ſit ne peccent mortaliter. Laymanus *ſupra* §. *Reſtant duo.* ex Nauarro. Vide Candidum *ſupra art.* 9.

20 De Religioſis verò in Sacris non conſtitutis, ſeu etiam Conuerſis videtur dicendum lethaliter peccare pugnantes in bello, quia ratione ſtatus, & vitæ perfectioris quam profitentur, omnino alieni eſſe debent ab huiuſmodi actibus. De ijs etiam intelligitur *can. eos qui* 20. *quæſt.* 3. Molina *ſupra*.

21 Arma porrò dare militibus ad pugnandum, licet primò Clericis, vel Regularibus habentibus iuriſdictionem temporalem. Si enim, vt dictum eſt, poſſunt conuocare exercitum pro bello iuſto, poterunt etiam arma ad pugnandum dare. Vnde non incurrent irregularitatem, etiam ſi milites illis armis occidant. Suarez *dicta ſect.* 6. *num.* 11. Similiter tam iſti, quàm alij Clerici, aut Regulares, ſi antecedenter ad conflictum dent arma militibus ad pugnandum in bello iuſto, neque peccant, neque ſunt irregulares, quia illa actio iuſta eſt, de ſe indifferens, & ſolum remotè ad homicidium concurrens. Suarez *ſupra nu.* 7. Secus verò ſi in ipſo actuali cõflictu, vel cum expreſſione ad occidendum dentur. Suarez *nu.* 11. Bonacina *diſp.* 7. *quæſt.* 4. *punct.* 4. *nu.* 11. In caſibus porrò in quibus Clerici, vel Regulares, vel ex licentia Papæ, vel ex neceſſitate occurrente poſſunt pugnare, occidere, vel mutilare ſine periculo irregularitatis, poterunt etiam ſine tali periculo dare arma militibus ad id faciendum, cum hoc minus ſit quam occidere, ſeu mutilare.

22 Diſpenſare in irregularitate, quam contrahere poſſunt tam laici omnes in bello iuſto pugnantes, quàm etiam Clerici, & Regulares, iuxta dicta, ad mortem, vel mutilationem in eodem bello iuſto in caſibus non permiſſis concurrentes, de iure communi ad Papam ſolum ſpectat. Solus enim habet poteſtatem ordinariam ſupra ius commune. Cornexo *ſupra dub.* 3. Bonacina etiam *ſupra num.* 13. Qui etiam addunt cum Suarez *ſupra num.* 11. nec Epiſcopos poſſe diſpenſare in hac irregularitate ex vi decreti Concilij Tridẽtini *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 6. vbi illis conceditur facultas diſpenſandi in irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus. Hæc enim irregularitas non eſt ex delicto, ſed ex defectu lenitatis. Veruntamen, etſi hoc verum teneat reſpectu laicorum in bello iuſto occidentium, vel mutilantium, quia ipſi non peccant ſic facientes: reſpectu tamen Eccleſiaſticorum, cum illis

pro-

prohibitum ſit intromittere ſe in cauſis ſanguinis,ſi occidant, vel mutilent in bello, præterquam in caſibus ſupra aſſignatis, videtur dicendum hanc irregularitatem dici poſſe ex delicto,ac per conſequēs probabile eſſe, in illa poſſe diſpenſare Epiſcopos cum Clericis ſæcularibus,iuxta modum conceſſionis illis factæ in dicto loco Concilij,præſertim cum in illo ſolum excipiatur irregularitas ex homicidio voluntario proueniens, quale non eſt hoc, propter dicenda inferius. Vnde conſequenter probabile etiam eſt,diſpenſare poſſe in hac irregularitate cum Regularibus Prælatos illorum Ordinum, qui communicant in priuilegijs cum Patribus Dominicanis,propter priuilegium Pij V.quo huius Ordinis Prælatis conceſſit hic Pontifex eam auctoritatem,quam habent Epiſcopi in ſuos ſubditos ex dicto decreto Concilij. De quo dixi *to.*1. *cap.*18 *num.*31. Poſſunt etiam probabiliter diſpenſare Prælati Regulares in huiuſmodi irregularitate cum ſuis ſubditis, ſi habent priuilegium diſpenſandi cum illis in omnibus irregularitatibus,exceptis illis, quæ oriuntur ex homicidio voluntario, bigamia, & mutilatione membrorum. Nomine enim homicidij volūtarij(idem dico de mutilatione membrorum)intelligitur homicidium iniuſtum, non illud, quod contingit in bello iuſto, iuxta dicta *tom.*1.*cap.*18.*num.*43. & ita ſupponunt Suarez *ſupra num.*13. Cornexo etiam *ſupra*. Fauet Peirinis *tom.*1.*Priuilegior.Minimor.in Conſtit.*2.*Iulij* 11.*num.*105. & expreſsè tenet Candidus *ſupra art.* 15. Qui verò Ordines, aut qui Prælati habeant hoc priuilegium,dixi eo *cap.*18.*num.*40. Vide etiam dicenda verbo *Irregularitis*,præſertim *num.*35.69.*&* 72.

23 Loquendo de bello iniuſto(cum omnes militantes in illo etiam ſi proprijs manibus ſanguinem non effundant,ſed effundētibus commilitent,aut cooperentur,aut arma præbeant,aut eos adhortentur ſint irregulares, ſi in eo contingant homicidia, ſeu mutilationes: Suarez *dicta diſp.*47.*ſect.*5.*num.*1. Cornexo *de Irregularitat.diſp.*2. §.*infero ſecundo)* multo potiori ratione id dicendum de Clericis,vel Regularibus; eis ſcilicet non licere ipſi cooperari, ſed eſſe irregulares ſic facientes, non ſolum propter iniuſtitiam bellī, ſed etiam propter adducta in ſuperioribus. Qui autem eunt ad bellum iniuſtum,non vt præſtent auxilium,conſilium, vel fauorem præliantibus, ſed ad pacificandum eos cum ſuis hoſtibus, ad audiendum confeſſiones ipſorum, vel miniſtrandum illis Sacramenta, vel alia ſubſidia ſpiritualia non ordinata ad bellum,nec peccant,nec ſunt irregulares. Siluester *verbo Homicidium* 3.*quæſt* 6. Bonacina *diſp.*7.*quæſt.*4 *punct.*4.*num.*10,Irregularitas porrò, quæ incurritur à prædictis,à ſolo Papa diſpenſari poteſt,quia ipſe ſolus eſt ſupra Ius commune,à quo eſt impoſita, nec poteſt diſpenſari ab Epiſcopis ex vi decreti Concilij Tridentini ſuperius

rius relati, nec ex vi priuilegiorum Regularium, quæ etiam adduxi, quia est ex homicidio voluntario, quæ in prædictis locis excipitur. Cornexo *supra dub.* 4. An verò sint alia priuilegia, propter quæ aliqui Prælati Regulares possint in ea cum suis subditis dispensare, vide dicta *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 44. & verbo *Abortus num.* 14. ac dicenda verbo *Irregularitas num.* 72.

BENEDICTIO, ET BENEDICERE:

SVMMARIVM.

Benedictio quid sit. num. 1.
Quarum rerum. ibid.
Quotuplex. ibid.
Plura de ipsis remissiuè. num. 2.
Celebrans coram Episcopo, an debeat dare Benedictionem. ibid.
Benedicere solemniter populum, quibus competat ex iure. num. 3.
Quibus ex priuilegijs. ibid.
Quo tempore, & loco dandæ Benedictiones. ibid.
Hæc priuilegia an communicentur Superioribus Regularium. num. 4.
De Benedictione eorum, quæ sine Chrismate benedicuntur. num. 5.
An competat Abbatibus Regularibus. num. 6.
An ad benedicendum aliqua pro extraneis. num. 7.
Maximè ex declaratione Sacræ Congregationis. ibid.
Competit quoque hæc facultas aliquibus Prælatis Regularibus. nu. 8.
Pro ipsorum Ecclesijs, & non pro alijs. ibid.
Extenditur etiam ad Benedictionem Corporalium. num. 9.
Quando vestes Sacræ perdant Benedictionem, & de alijs similibus remissiuè. num. 10.
Quid de pyxide, seu vasse in quo Christi corpus conseruatur. num. 11.
An prædicti Prælati benedicere possint Cruces, & Imagines. num. 12.
An arma, & vexilla bellica, ibid.
De Benedictione aliarum rerum. num. 13.
Campanarum. num. 14.
Palmarum, & Candelarum. num. 15.
Cinerum in feria quarta Cinerum. num. 16.
Mulierum post partum, & ouorum. num. 17.
Corporum defunctorum. num. 18.
Mensæ benedictio ad quem pertineat. num. 19.
Aquæ lustralis Benedictio est actus ordinis Sacerdotalis. num. 20.

Quan-

Quando, & quomodo benedicenda. ibid.
Eſt duplex aqua benedicta. num.21.
Quomodo ſpargenda per Eccleſiam. num.22.

1 SICVT maledicere eſt alicui malum imprecari, ita benedicere eſt alicui bonum precari, à Deo videlicet, à quo eſt omne bonum, non quidem ita vt ipſa benedictio ex opere operato, aut infallibiliter impetret, quod precatur, ſed quod nomine Eccleſiæ facta magnam vim habeat ad illud impetrandum. Eſt autem benedictio duplex, alia priuata, alia publica. Priuata eſt, quæ à quacunque perſona fideli dari poteſt. Publica, quæ non niſi à perſona publica. Rurſus alia rerum, v.g. aquæ, vini, olei, ceræ, domus, nauis, veſtium, vaſorum, Altaris, Eccleſiarum, &c. alia eſt perſonarum, v.g. Abbatum, Virginum, Viduarum, Sponſorum, vel etiam populi. Deinde benedictio perſonarum, alia eſt ſolemnis, qualis eſt illa, quæ fit ab Epiſcopo incipiente: *Adiutorium noſtrum, &c.* Alia eſt ſimplex, vt illa, quæ fit à Sacerdote in fine Miſſæ. Similiter rerum benedictio, alia fit cum ſacra vnctione, vt benedictio Calicis, Altaris, &c. quæ propriè vocatur conſecratio, alia quæ fit ſine illa, ſed ſolis verbis, vt benedictio veſtium. De his, & alijs benedictionibus noſter Vualdenſis *in Doctrinali fidei tom.1.lib.2.art.3.cap.59.* contra Vuiclephum. Silueſter *in Summa verbo Benedictio num.1.* Laymanus *lib.5. tract.9. cap.13.* & alij referendi. De quibus ſigillatim dicendum, quatenus ad Regulares ſpectare poteſt.

2 Et primo de benedictione perſonarum, quod attinet ad benedictionem Abbatum, iam dixi *tom.2.cap.2.num.36.* quomodo, & à quibus facienda. Similiter, quod ea non ſit de eſſentia muneris Abbatialis, dixi ſupra verbo *Abbas num.9.* De benedictione Virginum, & Viduarum aliqua dixi *tom.1.cap.25. num.10.* Quibus addendum Benedictum Bomact. *in lib. de conſecrat. Virgin. cap.4.* & Tamburinum *de Iure Abbatum tom.1. diſp.22. quæſit.6.* contendere, etiam Abbatibus, & alijs Prælatis competere Monialium benedictionem. Similiter de benedictione Abbatiſſarum dixi *tom.1.cap.26 nu.1.* & in hoc *3.tom. verbo Abbatiſſa nu.11.* De benedictione porrò Spõſorũ, dum de matrimonio agetur aliqua dicam. Quod ſpectat ad benedictionem populi, ſeu ſuper populum, ſi eſt ſimplex, vel non ſolemnis, fit à quocunque Sacerdote in fine Miſſæ, abſente Epiſcopo, aut de mandato ipſius cum præſens eſt. *21. diſt. ca. denique, & 95. ca. Ecce ego.* Silueſter *ſupra.* Addens, quod Presbyter celebrans præſente Epiſcopo innuere debet ei, an velit benedicere, & ſi velit, ipſe non benedicat, ſi verò nolit, benedicat ipſe ſimplici benedictione, nulla alia expreſſa licentia petita.

Hoc

Hoc tamen intelligi videtur de Sacerdote celebrante in præsentia sui Episcopi. Gauantus *in Manual. verbo Benedictio num.* 21.

3 Loquendo verò de benedictione populi solemni, quæ incipit illo versu: *Adiutorium nostrum, &c.* hanc dare possunt Episcopi in tota sua Diœcesi, Archiepiscopi in tota Prouincia cum visitant, & Legati in terminis suæ Legationis. Siluester *supra.* Item Abbates, quibus competit vsus baculi, & mitræ, tum ex *cap. Abbates de priuileg. in 6.* tum ex varijs priuilegijs ipsorum. Videlicet Innocentij VIII. Alexandri VI. Leonis X. & Pij V. pro Abbatibus Canonicorum Regularium, Vrbani II. Pij IV. & Eugenij IV. pro Abbatibus Cassinensibus, Vrbani V. Bonifacij IX. Gregorij XI. & Martini V. pro Abbatibus Vallis Vmbrosæ, Innocentij VIII. pro Abbatibus Cisterciensibus, & Eugenij IV. pro Celestinis. Quæ & alia priuilegia, refert Tamburinus *de Iure Abbatum tom. 1. disp. 21. quæst.* 7. Hæc porrò priuilegia de benedictione solemni populi regulariter sunt pro fine Missarum, Matutini, & Vesperarum solemnium, prout ex dictis priuilegijs constat. De loco autem in quo danda est hæc benedictio, licet attendi debeat ad verba priuilegij, nihilominus si aliud in ipso non exprimatur, dicendum est solum esse propriam Ecclesiam, non alibi, aut per vias, aliàs præiudicium fieret Episcopis. Azor *tom. 1. Instit. Moral. lib. 12. cap. 20. quæst.* 7. Rodriguez *tom. 1. Quæstion. Regular. quæst. 18. art. 1.* Tamburinus *supra disp. 23. quæst. 1. num. 1.* referens declarationem Sacræ Congregationis. An verò dicti Abbates celebrantes in aliena Ecclesia, aut transeuntes per loca extra suam iurisdictionem, & à fidelibus rogati, seu antequam accedant ad Altare, vel ab ipso recedant, benedictionem possint dare, tractat Tamburinus *supra disp. 21. quæst.* 8. Illud certius talem benedictionem dari non posse ab Abbatibus in præsentia Episcopi, vel alterius maioris Prælati *ca. ministrare 16. quæst. 6. ca. cum ad celebrandas*, iuncta Glossa *de consecrat. dist. 1.* quia minor non debet maiorem benedicere. *ca. denique 21. dist.* consonantque aliqua priuilegia id expresse affirmantia, & declaratio quædam Sacræ Congregationis. Nihilominus id dicitur concessum à Sixto IV. Abbati Sanctæ Mariæ de Pace, & aliquando praxi demandatum præsentibus duodecim Cardinalibus. Gabriel Pennotus *in Tripart. histor. lib. 3. cap. 33. num.* 4. Tamburinus *supra quæst.* 9. Ioannes Maria Nouarius *in Lucern. Regular. verbo Benedicere à num.* 14.

4 Hæc porrò priuilegia, nullatenus communicantur Superioribus aliarum Religionum, quantumuis habentium communicationem priuilegiorum, etiam Monachalibus Ordinibus concessorum, propter dicta *tom. 1. cap. 18. num. 64.* & in hoc *3. tom.* verbo *Altare num. 3.* Vide & Nouarium relatum *supra*.

5 De benedictione rerum, quæ sine vnctione Chrismatis benedicuntur, loquendo. Primo dicendum, benedictionem paramentorum, seu vestium Sacerdotalium, & generaliter omnium eorum in quibus sacra vnctio non interuenit, iure Ordinario Episcopis tantum competere, est enim actus Ordinis, & non Iurisdictionis, quia in ea seruatur forma, & solemnitas verborum ab Ecclesia tradita. Panormitanus *in cap. aqua de consecrat. Eccles.* Siluester *in Summa verbo Benedictio num.* 3. Quia tamen hæc Benedictio non est ex ijs, quæ competunt Ordini Episcopali iure diuino, qualia sunt ordinare, confirmare, &c. de quibus dixi *tom.* 2. *cap.* 2. *nu.* 37. & 38. non posse præscribi ab Abbatibus, sed de ijs, quæ competunt ipsis ex Ecclesiæ instituto. Ideo potest simplici Sacerdoti committi à Summo Pontifice, & per consuetudinem alijs conuenire. Suarez 4. *to. de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 30. *num.* 1. & 4. An verò Episcopi possent hanc facultatem simplici Sacerdoti delegare, tractant Tabiena *verbo Abbas num.* 12. Vgolinus *de Episcop. cap.* 32. *num.* 5. Consule Gauantum *in Comment. Rubric. Missal. & Breuiar. tom.* 1. *part.* 4. *tit.* 19. *de Rubric. benedic. num.* 23. ac *in Manual. Episcopor. verbo Benedictio nu.* 5. & Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Benedicere, & verbo Episcopus* 1. ex varijs Sacræ Congregationis declarationibus quas ipsi referunt.

6 Competit etiam pluribus Abbatibus Regularibus, vel ex consuetudine rationabili; eo quod illi participent quodammodo dignitatem Episcopalem, vel saltem ex pluribus priuilegijs à Sede Apostolica illis concessis, declarationibusque Sacræ Congregationis, de quibus præter dicta *tom.* 1. *cap.* 18. *num* 57. & *tom.* 2. *cap.* 2. *num.* 42. vide Tamburinum *to.* 1. *de Iure Abbatum disp.* 22. *quæst.* 1. & 2. & Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Benedicere.* Vbi etiam reperies qualiter Sacra Congregatio hanc facultatem diuersis Abbatibus, Decanis, alijsque personis Ecclesiasticis sæpius concesserit. Competere etiam Abbatibus non benedictis tradit ex varijs Sacræ Congregationis declarationibus Ioannes Maria Nouarius *in Lucern. Regular. verbo Benedicere num.* 1. Cæterum Barbosa in dictis *Collectan. Bullar. verbo Abbas* 1. affert declarationem Sacræ Congregationis relatam à Suarez loco superius relato, *num.* 10. in qua conceditur hæc facultas Abbatibus non benedictis, si tamen ipsi habeãt ex priuilegio Sedis Apostolicæ posse exercere Pontificalia, ac si essent benedicti, quo denotatur, quod si non habeant hoc priuilegium, nec etiam habere facultatem benedicendi prædicta.

7 Extenditur ab aliquibus hæc facultas Abbatum, etiam ad benedicendum prædicta pro extraneis, propter priuilegia quædam Innocentij VIII. pro Cassinensibus, & pro Generali, & quatuor præcipuis Abbatibus

batibus Cisterciensium. Sed iuxta dicta eo *cap. 19 num.* 57. præterquam quod non mihi constat an priuilegium illud pro Cassinensibus sit viuæ vocis oraculum, ac per consequens inualidum his temporibus, propter dicta *tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 21. adhuc sunt inualida, propter declarationem Sacræ Congregationis de anno 1609. die 24. Augusti quam referunt Gauantus dicto *cap.* 18. *num.* 57. à me relatus, & præfatus Nouarius *in Lucern. Regular. verbo Benedicere num* 2. vbi declarat Sacra Congregatio hanc facultatem benedicendi paramenta Ecclesiarum, quam habent Abbates, solum esse pro vsu sui Monasterij, non autem Ecclesiarum non sibi subiectarum. Nec valet, quod respondet Tamburinus *supra*, id procedere si non adsit consuetudo in contrarium, abrogata enim fuit quæcunque talis consuetudo ab eadem Sacra Congregatione decreto proprio 18 Augusti anni 1629 referentibus Gauanto *in Manual. Prælator. verbo Abbas num.* 30. & Nouario *supra*. Idemque colligitur ex alia etiam declaratione anni 1632. quam refero numero sequenti. Cum autem istæ declarationes posteriores sint illa anni 1614. quã pro se affert Tamburinus *supra disp.* 23. *quæsit.* 1. ideo illis standum.

8 Competit quoque hæc facultas benedicendi prædicta aliquibus Prælatis Regularibus, iuxta dicta eo *cap* 18. *nu.* 57. H. porrò sunt Generales, Prouinciales, Custodes, & Guardiani Fratrum Minorum, ex concessione Leonis X. prout refert Cassarubius *verbo Benedicere Ecclesiastica num.* 14. Item Vicarius Generalis, & Visitatores quarumdam Congregationum Ordinis S. Augustini, quo ad benedictionem ornamentorum Ecclesiasticorum, & etiam Corporalium ex priuilegio Innocentij VIII. Cassarubius *supra num.* 8. Et Generalis, aut Vicarij Generales Eremitarum S. Augustini ex Iulio II. apud Peirinis *tom.* 1. *Priuilegior. Minimor. in Iulio II. Constit.* 11. Item ex eodem Iulio II. Generalis, Prouinciales, & eorum Vicarij in Ordine Minimorum, quo ad benedictionem etiam Corporalium, & ornamentorum Ecclesiasticorum. Idem Cassarubius *num.* 11. Prædictis autem priuilegijs vti possunt alij Ordines habentes communicationem cum istis, quales sunt Carmelitæ. Alia etiam priuilegia refert Sorbus *ibidem*, quæ prætermitto, quia ignoro an sint viuæ vocis oraculo concessa, quia si talia fuerint his temporibus abrogata sunt, iuxta dicta superius Aduertit etiam Suarez *supra num.* 10. & 11. Prælatos Ordinum Mendicantium posse sacra ornamenta benedicere ex communicatione priuilegiorum Abbatibus concessorũ, quæ, quo ad hoc est in vsu, & praxi, esto quo ad alia, quæ non pertinent ad iplorũ institutum non sit talis communicatio, vt supra dixi. Hæc porrò facultas Prælatorum Regularium benedicendi ornamenta Ecclesiastica, seu alia in quibus Chrisma

non interuenit, intelligi debet ad proprios vſus, & pro ipſorum Eccleſijs, non pro alijs. Eſto enim priuilegia aliqua, quæ referunt Sorbus, & Suarez relati, conceſſa fuerint aliquibus Religionibus ſine hac limitatione, ea tamen omnia abrogata ſunt à Sacra Congregatione, non ſolum propter dicta ſupra de Abbatibus, ſed etiam, & ſpecialiter propter declarationem eiuſdem factam anno 1632. die 13. menſis Martij, quam retuli verbo *Altare num.* 3 & referunt Barboſa *in Collectan Bullar. verbo Abbas* 1 & Nouarius *ſupra num.* 3. his verbis. *Abbates, Priores, Guardiani, & alij Religionum Prælati etiam ex Societate Ieſu habentes priuilegia benedicendi veſtes ſacras, cœmeteria, & ſimilia, dicto priuilegio vti non poſſunt, niſi in ijs rebus in quibus ſacra vnctio non adhibetur, & pro ſeruitio dumtaxat Monaſteriorum, & Eccleſiarum propriarum.*

9 Prædicta etiam facultas, tum Abbatum, tum etiam aliquorum Prælatorum Regularium ad benedicenda paramenta Eccleſiaſtica extenditur etiam ad Corporalium benedictionem. De his enim faciunt expreſſam mẽtionem Innocentius VIII. in priuilegio adducto pro congregatis Auguſtinianis, & Iulius II. in priuilegio adducto pro Generalibus Eremitarum S. Auguſtini. Item idem in priuilegio etiam adducto pro Minimis, & generaliter comprehenditur in priuilegio Leonis X. etiam relato pro Minoribus, quatenus in illo conceditur facultas benedicendi *paramenta, & ornamenta, & alia quæcunque ad diuinum cultum, & vſum Fratrum neceſſaria in quibus Chriſma non interuenit.* Conſtat enim in benedictione Corporalium non interuenire Chriſma. Ita etiam ſupponit Suarez locis relatis, & pro Abbatibus probat Tamburinus dicta *diſp.* 22. *quæſit.* 3. ex priuilegio Innocentij VIII. & conſuetudine. Sed hoc intelligendum eſt pro vſu tantum propriarum Eccleſiarum, propter dicta ſuperius.

10 Quando autem huiuſmodi veſtes ſacræ, aut ornamenta perdant benedictionem, ita vt de nouo benedici debeant, & quid faciendum, quando ita vetuſtate conſumpta ſunt, vt diuinis vſibus amplius deſeruire non poſſint, & alia ad ea ſpectantia dicam 4. tom. verbo *Veſtes ſacræ*. Similiter à quibus, & quomodo benedici debeant, aut poſſint Eccleſiæ, Cœmeteria, & Oratoria dicam verbo *Eccleſia*. Pariter etiam à quibus poſſint conſecrari Eccleſiæ, Calices, Patenæ, Pixides, & ſimilia dicam ibidem, & verbo *Calix*, & verbo *Conſecratio*. De conſecratione porrò Altaris, dixi verbo *Altare*. Nunc de alijs, quæ benedici poſſunt agendum.

11 Et primò, quoad Pixidem, ſeu vas in quo Chriſti corpus reſeruatur, quod ſolet eſſe eiuſdem materiæ, ac Calix, & Patena, licet aliquando ob paupertatem Eccleſiarum fieri poſſit ex inferiori materia, cum

neceſſe

neceſſe non ſit, quod Chriſmate conſecretur, cuius ſignum eſt, quod in Pontificali Romano tantum ponitur ſimplex benedictio illius, ſed ad ſummum, quod benedicatur (Suarez *tom.3.in 3.part.diſp 81 ſect.7. 5.Tertio obiter.* Tamburinus relatus *diſp.23 quæſit.3.num.7.*) Ideo dicendum, poſſe aliquos Prælatos Regulares, & illos, qui cum ipſis communicationem habent priuilegiorum illud benedicere. Videlicet Generales, Prouinciales, Cuſtodes, & Guardianos Minorum ex priuilegio Leonis X. relato: illud enim extenditur ad *quæcunque ad diuinum cultum, & vſum Fratrum neceſſaria, in quibus Chriſma non interuenit.* Et ita illud intelligit idem Suarez ſuperius relatus *ex 4.tom.de Religione.* Quod etiam probabiliter dici poteſt de Generali, Prouincialibus, & eorum Vicarijs Minimorum, propter priuilegium Iulij II. relatum, præſertim cum in eo ſolum excludantur Calices, & Patenæ. Idem quoque refert de Abbatibus Tamburinus *ſupra quæſit.2.* ex varijs priuilegijs. Nota tamen, vbi fuerit conſuetudine introductum, quod Pixis Chriſmate conſecretur, pro vt credo hic Romæ obſeruati, non poſſe prædictos Prælatos Regulares vti dictis priuilegijs, quia vt conſtat ex declaratione Sacræ Congregationis *ſupra num.8.* relata, non licet illis, nec etiam Abbatibus benedicere illa in quibus Chriſma adhibetur. De quo etiam verbo *Conſecratio* latius dicetur.

12 Poſſunt etiam, vt credo, aliqui Prælati Regulares, & illi, qui cum ipſis communicationem habent priuilegiorum, benedicere Cruces, & Imagines ad cultum Dei, & vſum piorum neceſſarias. Primò, ex priuilegio Leonis X. ſuperius relato, pro Generali, Prouinciali, Cuſtodibus, & Guardianis Minorum; ibi enim conceditur illis facultas benedicendi *quæcunque ad diuinum cultum, & vſum Fratrum neceſſaria*. Inter quæ prædicta comprehendi videntur. Secundò, ex priuilegio Iulij II. etiam relato pro Generali, & Vicarijs Generalibus Eremitarum S. Auguſtini, quatenus illis concedit facultatem benedicendi non ſolum Corporalia, & veſtes, ſed etiam *ea quæ ſacris vſibus neceſſaria ſint*, quo ſimiliter prædicta comprehendi videntur. Tertiò, ex priuilegio eiuſdem Iulij II. etiam adducto pro Generali, Prouincialibus, & eorum Vicarijs Minimorum, quatenus illis concedit facultatem benedicendi *Corporalia, & alia ornamenta Eccleſiaſtica, præter patenas, & Calices*. Verbum enim illud *alia ornamenta*, & exceptio illa, *præter patenas, &c.* denotare videntur comprehendi in dicta conceſſione etiam Cruces, & Imagines. Pro Abbatibus etiam refert quædam priuilegia Tamburinus *ſupra dicta diſp.22.quæſit 5* quibus ſtandum ſi viuæ vocis oraculo conceſſa non fuerint, quale eſt vnum ex Iulio II. quod ibi refert. Addit etiam, poſſe benedicere arma, & vexilla bellica. Sed cum conſtet ex declarationibus Sacræ Congregationis ſuperius

relatis non posse Abbates, aut alios Prælatos Regulares habentes priuilegia benedicendi aliqua, benedicere alia præter illa, quæ sunt pro seruitio suorum Monasteriorum,& ista non sint talia,non video,quomodo illa benedicere possint.

13 De aliarum rerum benedictionibus loquendo, quod attinet ad benedictionem domorum in Sabato Sancto, quæ in aliquibus locis fieri solet, constat ex dictis *tom.1.cap.12.num.41.* ex declaratione Sacræ Congregationis,hoc esse munus Parochi, atque ita non posse pertinere ad Regulares, intellige, nisi ipsi habeant curam animarum ratione Beneficij Parochialis. Idem dico de aspersione domorum in Sabato Sancto post fontis benedictionem,vel alia die Paschatis. Barbosa *de offic.& potest.Parochi cap.12.nu.11.* Vide alia apud Riccium *in praxi fori Ecclesiastici resolut.310.par.4.*& Ioannem Mariam Nouarium *in Lucerna Regular.verbo Benedicere num.18.& 19.*

14 Quamuis autem Campanarum benedictio ad solos Episcopos iure communi spectare debeat, vt habent Durand.*in Rational. diuin. offic. lib.1.cap.4.* Vgolinus *de potest.Episc.cap.31.* Nihilominus Tamburinus *dicta disp.23.quæsit.12.* dicit ex priuilegio competere aliquibus Abbatibus, *& quæsit* 13. hoc extendit ad vsum aliarum Ecclesiarum. Quia tamen ex declaratione Sacræ Congregationis relata supra *nu.8.*constat neque Abbates,neque aliquos Prælatos Regulares etiam aliàs habẽtes priuilegium posse benedicere aliqua in quibus sacra vnctio adhibetur, cum illa adhibeatur in benedictione Campanarũ, pro vt constat ex Pontificali Romano; ideo non video quomodo Abbates possint vti dicto priuilegio,etiam si illud concedatur.Similiter,cum dictum sit etiam ibidem ex declaratione etiam Sacræ Congregationis non posse Abbates benedicere aliqua pro vsu aliarum Ecclesiarum,sanè etiam si tale priuilegium subsisteret,non possent eo vti,nisi pro proprijs Ecclesijs. Vide Riccium *in praxi fori Ecclesiastici resolut.461. part.1.* Et nota ex declarationibus Sacræ Congregationis apud Barbosam *in Collectan.Bullar.verbo Campana*, posse Episcopum prohibere ne pulsentur Campanæ,si non sint benedictæ,& Campanas consecratas, etiam in turri profana existentes, nullatenus vsui profano inseruire debere, etiam si in hunc vsum à sæcularibus fabricatæ prætenderentur.

15 Quamuis benedicere palmas in Dominica Palmarum, & Candelas in die Purificationis Beatæ Mariæ inter functiones parochiales numeretur, ita vt solum ad parochos id spectet. Quaranta *in Summa Bullarij verbo Missa.* Barbosa *de offic.& potest.Parochi cap.12.nu.4. & 9.* Ac per consequens Regularibus id non competat, nisi quando curam animarum,seu Beneficium parochiale habuerint, nihilominus bene-

benedictio,& distributio huiusmodi Palmarum, & Candelarum regulariter potest fieri in omnibus Ecclesijs tam collegiatis, quàm parochialibus, & tam Regularibus, quàm sæcularibus, ex declaratione Sacræ Congregationis,quam refert Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Benedicere num.* 20. *&* 21. Referunt etiam Gauantus *in Manual. Episcopor. verbo Benedictio*, & Barbosa *supra num* 5. declarasse etiam Sacram Congregationem, distributionem Candelarum solum præsentibus in Ecclesia fieri debere, nec transmittẽdas ad ædes sæcularium, nisi tantum ad ægrotos(vt Gauantus addit,)Verumtamen oppositum hic Romæ obseruari video.

16 De benedictione etiam Cinerũ in feria quarta Cinerum, & sanctissimi Sacramenti delatione in Cœna Domini, quòd inter functiones parochiales numerentur, ac per consequens, quòd à solo Parocho facienda sint,tenet Barbosa *supra num.* 3. *&* 8. & colligit ex Quaranta etiam *supra*, qui ad hoc refert declarationem Sacræ Congregationis.Quia tamen in illa non dicitur hoc non pertinere ad Regulares in proprijs Ecclesijs,ideo consuetudini standum est.

17 Similiter de Purificatione mulierum post partum, & de benedictione ouorum,quòd ad parochos spectent,affirmat Lauretus de Frãchis *in Controuers. Episcopor. & Regular. pag. mihi* 392. Cæterum, cautius existimandum est habendam esse in his rationem consuetudinis legitimè introductæ, iuxta *cap. fin. de consuetud.* vt ipse tandem concludit. Maximè circa admissionem mulierum post partum ad purificationem,extat declaratio Sacræ Congregationis,quam retuli *to.* 1. *cap.* 12. *num.* 41. vbi decidituꝛ posse id facere Regulares.

18 Benedictio corporis Defuncti nõ pertinet ad Regulares ad quorum Ecclesias defunctus asportatur,sed ad propriũ Curatum.Ita enim declaratum est à Sacra Congregatione, teste Ioanne Maria Nouario *in Lucerna Regular. verbo Benedicere num.* 23. Qualiter verò se gerere debeant Regulares circa leuanda Defunctorum cadauera, habes *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 18. *& tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 31.

19 Mensæ benedictio pertinet ad Sacerdotem, & ipso absente ad Diaconum,non ipso præsente, nisi sit Diaconus Cardinalis. *ca. legimus* 93. *dist.* Siluester *in Summa verbo Benedictio num.* 9. Mulier quoque benedicere non potest,nisi eodem modo quo potest quilibet bonus Christianus *cap. noua de pœnitent. & remiss.* quia ea,quæ sunt Ordinis non cadunt in mulierem.Siluester *ibidem.* Hic nota dicta *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 28. non esse Iure communi obligationem aliquam impositam Religiosis ad benedicendum mensam, nisi forsan sub veniali solum.

20 Aquæ benedictio,propter quam ipsa vocatur aqua benedicta,vel

luſtralis, ſit actus Ordinis Sacerdotalis, ita vt nec Diacono competere poſſit, pro vt colligitur ex Alexandro Papa *ca. Aquam ſale de conſecrat. diſt. 3.* & *ca. perlectis §. ad Presbyterum diſt. 25.* Azor *tom. 2. Inſtit. Moral. lib. 9. cap. 15. quæſt. 1.* Ideo ſi fiat à Sacerdote excommunicato fiet irregularis, vt conſtabit ex dicendis verbo *Excommunicatio num. 13.* Silueſter *in Summa verbo Aqua benedicta num. 4.* Aliter loquens de benedictione menſæ, quia illa non eſt actus Ordinis certi. Sed vide dicenda eo verbo *Excommunicatio num. 16.* Ordinatur ad Sanctificationem, & Purificationem. Thomas Vualdenſis *tom. 3. de Sacramentalib tit. 24. cap. 168.* Conſuetudine introductum eſt, vt ſingulis quibuſque diebus Dominicis fiat hæc benedictio aquæ, vt aiunt Angelus, & Silueſter *in Summa verbo Aqua benedicta*, exceptis die Sancto Paſchæ, & Pentecoſtes, vt habet Gauantus ex Miſſali Romano *in Manual. Epiſcopor. verbo Aqua benedicta*. Non eſt Sacramentum, quia non infundit gratiam, nec remittit peccata ex opere operato, ſed ſolum Sacramentale, quia aliquo modo remittit venialia. Azor *ſupra quæſt. 2.* Si ipſi addatur alia aqua non benedicta, redditur benedicta, non ſolum quia dignius trahit ad ſe quod minus dignum eſt, vt habet Gloſſa *in cap. Quod in dubijs de cõſecrat. Eccleſ* ſed etiam, quia iſta creditur eſſe voluntas Eccleſiæ, quam vſus & Doctorum traditio confirmat. Paludan. *in 4. diſt. 12. quæſt. 5. art. 3. in fine*. Laymanus *lib. 5. tract. 9. cap 13 num. 13 in fine*.

21 Eſt præterea alia aqua benedicta, vel Sancta ordinata ad conſecrationem, vel reconciliationem Eccleſiæ pollutæ ſanguine, vel ſemine, quæ benedicitur ſolum ab Epiſcopo cum vino, & cinere, vt *in cap. aqua*, & *in cap. propoſuiſti de conſecrat. Eccleſ. vel Altar.* Silueſter *in Summa ſupra num. 1.*

22 Qualiter aſperſio aquæ debeat fieri ſigillatim, videlicet ſingulis, incipiendo à dextero cornu Chori, & non vnico ictu in circulum, ſimiliter qualiter debeat fieri diebus Dominicis à celebrante Miſſam quicunque ille ſit, habetur ex declarationibus Sacræ Cõgregationis apud Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Aqua benedicta*. Sed pro hoc vltimo conſule dicta pro Eccleſijs Hiſpaniarum *tom. 1. cap. 21. num. 28.* An excommunicatus poſſit ſumere aquam benedictam habes infra verbo *Excommunicatio num. 16.*

BENEFICIVM, ET BENEFICIATI.

SVMMARIVM.

Quo loco de hac re actum ſit? num 1.

Bene-

Beneficium dupliciter ſumptum. num.2.
An Officia Religionum Beneficia dici poſſint? num.3.
Conditiones requiſitæ ad Beneficium. num.4.
Quid de excommunicato acceptante Beneficium. num.5.
Quid de collatione Beneficij facta ſuſpenſo, vel interdicto. num.6.
Quid de facta irregulari. num.7.
An facta illegitimo. num.8.
Mos Romanæ Curiæ in Litteris Apoſtolicis. num.9.
A quibus cenſuris abſoluatur eas obtinens? ibid.
Quid facere debeat, qui cenſura, vel irregularitate, etiam occulta, irretitus Beneficium, etiam Regulare, obtinuit. num.10.
Beneficia ſæcularia Religioſis non conferuntur. num.11.
Collatio Beneficiorum, ad quos pertineat. num.12.
De collatione Beneficiorum indignis. num.13.
Pluralitas Beneficiorum, quomodo probibita. num.14.
Beneficia, alia reſeruata, alia non reſeruata. num.15.
Quomodo vacent Beneficia? num.16.
An liceat renunciatio, vel reſignatio ipſorum inter Regulares. ibid.
De vnione Beneficiorum. num.17.
De reſidentia Beneficiatorum. num.18.
In quibus differant Beneficia ſæcularia, & Regularia. num.19.
Quomodo peccent Beneficiati Regulares expendentes bona Beneficiorum in vſus profanos? num.20.
Quid de Beneficiatis ſæcularibus? num.21.
An Beneficiati poſſint conſanguineis prouidere. num.22.
De loco Beneficiatorum, & alijs ipſos concernentibus. num.23.

1 DE hac materia, quatenus ſpecialiter ſpectat ad Regulares, & Beneficia Regularia, non pauca dixi *tom.2.cap.*18. per totum, nunc alia addenda ad idem intentum vtilia, generalem doctrinam Beneficiorum ad Beneficia Regularia applicando, & ea in quibus differunt aſſignando.

2 Beneficium autem dupliciter ſumitur, ſcilicet pro actione benefactoris, & pro re quam benefaciendo conſert. Hic non eſt ſermo de beneficio primo modo, ſed ſecundo tantum, neque de quacunque re collata, ſed de ea, quæ eſt ius recipiendi redditus ex bonis Eccleſiæ ratione ſpiritualis officij Eccleſiaſtica auctoritate conſtitutum. Sic enim definitur Beneficium Eccleſiaſticum, iuxta dicta eo *cap.*18. *nu.*1. Differt autem à Præbēda, quod illa, quæ non eſt annexa canoniæ, non eſt ratione ſpiritualis officij, ſed propter aliam honeſtam cauſam, ſcilicet merita, paupertatem, ſeruitutem in Eccleſia. Toletus *in Summa*

*lib.*5.

lib.5.cap.76.num.2. & à Pensione, quia ipsa similiter non datur propter officium spirituale, sed est certa pars fructuum, quæ ex Beneficio Ecclesiastico datur alicui ad vitam commodè sustentandam. Azor *tom.2. Instit. Moral. lib.3.cap.5.quæst.1.*

3 Nota autem pro dicendis, ea etiam intelligi debere de Prælaturis in Religionibus, Generalatu videlicet, Prouincialatu, Prioratu, &c. Ratio est, quia licet illa, iuxta dicta *tom.1.cap.15.num.32.* non sint propriè Beneficia, quoad vtilitatem temporalem percipiendi fructus, seu redditus, sunt tamen Beneficia quoad iurisdictionem spiritualem, & curam animarum, quam important, ac proinde idem proportionaliter dicendum de illis est, ac de alijs Beneficijs Regularibus. Suarez *4.tom.de Relig.tract.8.lib.2.cap.3.nu.24.* Peirinis *de Prælato quæst.2. cap.5.§.3.num.47.*

4 Ergo primo quemadmodum ad hoc, quod aliquis obtineat Beneficium sæculare, requiruntur certæ, & determinatæ conditiones, seu qualitates. v. g. ad Beneficia simplicia ætas saltem quatuordecim annorum, ex Concil. Trident. *sess.23.cap.6.* ad Canonicatum, vel dignitatem, ea ætas, quæ requiritur ad Ordinem, quem Beneficium postulat, ita vt ad Beneficia, quæ habent curam animarum ætas viginti quinque annorum, ad non habentia talem curam viginti duo requiratur. Idem Concil. *sess.24.de reformat.cap.12.* Similiter Clericatus, vel prima tonsura ex *cap.cum adeo de rescriptis.* Item, quod Beneficium recepturus sit legitimus, vel saltem dispensatus, seu legitimatus, iuxta *cap.1. de filijs Presbyterorum in 6.* Non vxoratus ex *cap.2. de Cleric. coniugat.* Benè morigeratus *cap. cum in cunctis de elect.* & alijs huribus. Litterarum scientia prædictus, *cap.venerabilis de præbend.* & Concil. Trident. *sess.24.cap.12.& 18. de reformat.* Ac demum, quod non sit irregularis, aut cēsura affectus. Sic etiam ad Beneficia Regularia obtinenda requiritur, quod Regulares sint in ætate legitima constituti, in Religionibus professi, vel saltem professuri, legitimè procreati, sufficienti litteratura prædi ti, & ab irregularitate, & censura immunes, iuxta dicta eo *cap.18. num.3.4.8.11.& 34.* & in hoc *3.tom.* verbo *Aetas.*

5 Hinc quemadmodum excōmunicatus acceptans Beneficium sæculare peccat mortaliter, quia est incapax illius (Caietanus verbo *Excommunicatio sub finem.* Sotus *in 4.dist.22.quæst.1.ar.4.*) Et talis prouisio est ipso iure nulla. *cap. postulastis de Cleric.excommunicat.cap. constitutis 1. de appellat. cap. cum inter, & cap per inquisitionem de elect.* (Nauarrus *in Summ.Hispan.cap.27.num.46.& cap.25.nu.139.* Sanchez *tom.1. opusc.moral. lib.2.cap.2.dub.10.num.2.& 3.*) Ita & eodem modo loquendum de Regulari excommunicato acceptante

Bene-

Beneficium Regulare, quod ſcilicet peccet mortaliter, & prouiſio illa ſit nulla, propter eamdem rationem. Eſt autem ſermo de excommunicato excommunicatione maiori, quia minori excommunicatione innodatus, etſi peccet mortaliter acceptando electionem, vel Beneficij collationem ipſi factam, *cap. fin. de Cleric. excommunicat. miniſtr.* probabile tamen eſt (etſi oppoſitum teneant plures quos refert, & ſequitur Ioannes Sancius *in ſelect. diſp.* 32. *num.* 11.) eam electionem, vel collationem non eſſe irritam, ſed ſolum irritandam. Dicitur enim dicto *cap. finali*: Si minori excommunicatione ligatus electus fuerit, electio eſt irritanda. Silueſter *verbo Electio* 1. *queſt.* 14. Toletus *lib.* 5. *Summ. cap.* 66. Cornexo *de Cenſuris tract.* 5. *de excommunicat. diſp.* 9. *dub. vlt.* Vide dicenda verbo *Excommunicatio num.* 3. & 24.

6 Hinc etiam quemadmodum collatio Beneficij ſæcularis facta ſuſpenſo, vel interdicto eſt nulla, *cap.* 1. *de poſtulat. Prælat. cap. cum dilectus de conſuetudin.* (Silueſter *in Summa verbo Electio* 1. *queſt.* 14. Sanchez *tom.* 1. *opuſc. Moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 15 *num.* 1.) Sic etiam eſt dicendum de collatione Beneficij Regularis, propter eamdem rationem. Vide dicenda verbo *Interdictum num.* 35. & 4. *tom.* verbo *Suſpenſio*.

7 Pariter etiam quemadmodum collatio Beneficij ſæcularis facta irregulari ante diſpenſationem obtentam, eſt nulla, *ca. ſtudeat diſt.* 50. *cap. poſtulaſtis de Cleric. excommunicat. miniſtr. cap. ſi eo tempore de reſcript. in* 6. *cap. is qui de ſentent. excommunicat. in* 6. *cap.* 2. *de Cleric. pugnant. in duell.* Fauet *cap. dudum* 1. *de elect.* §. *cum autem*, & ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. & *ſeſſ.* 22. *cap.* 4. ac ex eo, quod inhabilis ad vnum inhabilis eſt ad ei annexum, *cap. Translato de conſtitut.* irregularis autem inhabilis eſt ad Ordines, & eorum vſum, ac proinde ad Beneficium, quod datur propter officium Clericale, *cap. vlt. de reſcript. in* 6. (Enrriquez *lib.* 14. *de Irregularit. cap.* 2 *nu.* 5. Cornexo *de Cenſuris tract.* 5. *de Irregularit. diſp.* 5. *dub.* 2.) ſic etiam de Beneficij Regularis collatione, propter eamdem rationem dicendum. Vide tamen limitationem, & explicationem huius doctrinæ infra verbo *Irregularitas num.* 5.

8 Similiter etiam quemadmodum collatio Beneficij ſæcularis, etiam ſimplicis facta illegitimo eſt inualida, tum ex *cap.* 1. *de fil. Presbyter. in* 6. tum ex eo, quod illegitimus eſt irregularis, iuxta dicenda infra verbo *Illegitimi*, & verbo *Irregularitas* (Vgolinus *de Irregularitate cap.* 44. §. 1. *num.* 5. Garzia *de Benefic. part.* 7. *cap.* 2. *num.* 1.) ſic etiam de Beneficijs Regularibus dicendum eſt, propter eamdem rationem. Quis verò poſſit in hac irregularitate deſpenſare agit Theſaurus *in praxi Eccleſiaſtica part.* 2. *verbo Illegitimi cap.* 2. Vbi etiam, an hoc impe-

impedimentum extendatur ad penſiones. Vide & dicenda infra verbo *Illegitimus*, & verbo *Irregularitas*.

9 Hanc ob cauſam moris eſt Romanæ Curiæ, vt quoties alicui Beneficium aliquod conferatur, vel litteræ dantur ad illud obtinendum, quod detur ei abſolutio ab omni excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto ad hunc effectum obtinendi tale beneficium. Rebuffus *in praxi beneficio.tit.de declaratione nouæ prouiſionis*. Nauarrus *cap. Ita quorumdam de Iudæis notabil.* 11. *in Gloſſ. vlt.num.* 14. Qui notant per Regulam Cancellariæ 78. Iulij III. non abſoluere Papam per illam abſolutionem generalem in duplici caſu. Primus eſt, ſi quis in quauis excommunicatione ſcienter per annum ſteterit. Secundus, ſi quis ſcienter manſit excommunicatus per quatuor menſes in his excommunicationibus, ſcilicet, quia non paret rei iudicatæ, vel quia incendiarius, vel quia Eccleſiarum violator, vel quia falſificans, vel falſificari procurans Litteras Apoſtolicas, & ſupplicationes, vel quia litteris falſis ſcienter vtitur, vel quia eſt receptor, & fautor falſificantium, vel quia res vetitas ad infideles defert, vel quia eſt violator Eccleſiaſticæ libertatis, vel quia non obtemperat mandato Apoſtolico, vel quia impedit Nuncios, vel executores Apoſtolicæ Sedis, vel eius Officialium, eis commiſſa exequentes. Vide Quarantam *in Summa Bullar. verbo Regulæ Cancellariæ*, & Naldum *in Summa verbo Excommunicatio num.* 40. Nec etiam diſpenſat Papa cum hæretico per dictam generalem abſolutionem ad obtinendum beneficium, *cap. excommunicamus* §. *credentes de hæreticis*. Sanchez *ſupra dub.* 10 Nec cum eo, cui confert beneficium in irregularitate aliqua, vt notat idem Sanchez *ſupra dub.* 14. *num.* 5. contra Cordubam. Vnde in aliquibus Pontificium Bullis, quas vidi ſolum reperio abſolui illos, quibus gratia confertur ab omnibus cenſuris, ſententijs, & pœnis, nulla facta mentione irregularitatum.

10 Ergo quocunque ſiue ſæcularis, ſiue Regularis obtinens aliquod beneficium ſæculare, vel Regulare cenſura aliqua, vel irregularitate, quantumuis occulta innodatus tenetur, iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 13. *nu.* 52. vel procurare nouam collationem beneficij, iuxta opinionem probabiliorem ibi adductam, vel ſaltem iuxta probabilem etiam ibi relatam (in quam inclinare videtur Cornexo *ſupra*) procurare abſolutionem ab illa cenſura, ſeu diſpenſationem in illa irregularitate, & ſecretè acceptare iterum beneficium, quod ex vi prioris prouiſionis conualeſcit, ita tamen, vt impedimentum ſit omnino occultum, & vt id in nullius cedat præiudicium (prout contingeret in caſu quo illud alteri eſſet tribuendum, quia habuit pauciora vota ſi perelectionem fuit prouiſum) & quod impetretur diſpenſatio non ſolum illius impedimenti,

ſed

ſed etiam intruſionis per quam etiam fuit inhabilis ad id Beneficium; Sic habet Sanchez non ſolum loco ibi relato, ſed etiam fauet *ſupra in dub.* 10. *num.* 16. & Diana *part.* 5. *tract.* 9. *de excommunicat. reſol.* 101. poſt Leſſium, & Coninck quos refert.

11 Quamuis iuxta dicta eo *cap.* 18. *num.* 1. Beneficia ſæcularia Regularibus non concedantur, nihilominus pro Regularibus militibus S. Iacobi de Spatha, aliiſque non emittentibus tria vota ſubſtantialia (quales ſunt aliqui de quibus egi *tom.* 2. *cap.* 5. *num.* 57 & 58.) declaratum eſt à Sacra Congregatione eſſe capaces Beneficiorum quorumcunque ſæcularium. Barboſa *in Collectan Bullar. verbo Beneficium* 1. Vide dicta eo *cap* 5 *nu.* 54. Item declaratum eſt ab eadem Sacra Congregatione Beneficium, quod à principio fuit Regulare, ſed poſtea mutauit ſtatum, concurrentibus iis, quæ à iure communi requiruntur ad inducendam huiuſmodi mutationem, non exigere, vt illud impetrans habitum Religionis aſſumat, in eaque profiteatur. Garzia *de Beneficijs in addit. ad part* 7. *cap.* 10. *num.* 15.

12 Deinde quemadmodum Beneficia ſæcularia conferre pertinet pro toto orbe ad Papam, pro ſua Diœceſi ad Epiſcopum (cum quo concurrit Legatus à Latere) & aliquando ad Capitulum, prout habet Laymanus *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 10. Sic etiam Beneficia Regularia conferre, pro toto Ordine pertinet ad Generalem; pro tota Prouincia ad Prouincialem; & pro aliquo loco in particulari, ad Superiorem localem, vel ſimul cum Conuentu, vel ſeorſum, iuxta varias Religionum conſuetudines, vt dixi dicto *cap.* 18. *num.* 7. Præmiſſo tamen examine, & approbatione Epiſcopi, iuxta dicta *ibi num.* 8. & *ſequentibus*.

13 Præterea quemadmodum conferre Beneficia ſæcularia indignis, illis ſcilicet, qui non habent qualitates requiſitas ad miniſteria ad quæ ipſa inſtituuntur, eſt peccatum mortale, & contra iuſtitiam, ſaltem diſtributiuam, quia communia debent diſtribui ſecundum merita perſonarum, vt eſt communis ſententia omnium, de quo aliqua in ſimili, dixi *tom.* 2. *cap* 11. *num.* 21. Similiter quemadmodum, iuxta communiorem ſentẽtiam peccant etiam mortaliter, qui conferunt illa minus dignis, relictis dignioribus, vt etiam dixi in ſimili eo *cap.* 11. *num.* 20. & tenent S. Thomas 2. 2. *quæſt.* 63. *art.* 2. & *quæſt.* 185. *art.* 3. Caietanus, & alij Expoſitores cum ipſo. Ita ſimiliter de beneficijs Regularibus dicendum eſt. Procedit enim in ipſis eadem ratio. Hæc tamen dignitas, vel maior dignitas perſonæ penſanda eſt non abſolutè, ſed in ordine ad Eccleſiæ commodum, ita vt qui aptior eſt ad illud, dignior cenſeatur; & qui ineptus, reputetur indignus, quamuis in alijs qualitatibus præcellat. S. Thomas *dicta quæſt.* 63. *art.* 2. Laymanus *lib.* 4. *tract.* 2. *cap.* 15. vbi etiam alia ad intentum.

14 Quem-

14 Quemadmodum etiam plura Beneficia sæcularia obtinere prohibitum est saltem iure humano ex Concilio Lateranense sub Alexandro III. *cap.* 13. Gregorio IX. *in cap. dudum 2. de elect.* Innocent. III. *cap. de multa de præbend.* & Concil. Trident *sess. 7. cap. 4. de reformat.* sic nec plura Beneficia Regularia dari Regularibus possunt, nisi quando vni alij est annexum, vel ab eo dependens, iuxta dicta eo *cap.* 18. *nu.* 29. & propter ibi dicta. Quare etsi Religiosus possit habere vnum Beneficium Regulare; at duo habere nequit, imò nec cum vno Beneficio potest habere Capellam, aut Pensionem, vel portionem Regularem, quia quodlibet Beneficium est incompatibile Monacho cum primo. Sic Sanchez *lib. 7. in Decalog. cap. 29. num.* 78. Quem sequuntur Laymanus *lib. 4. tract. 2. cap 8. num 8.* & Tamburinus *de Iure Abbatum tom. 1. disp. 4. quæst. 8.* Nec Pontifex solet dispensare, vt Regularis duo sui Ordinis Beneficia in titulum retineat, sed vt vnum in titulum, alterum in commendam. Rodriguez *tom. 1. Quæst. Regular. quæst. 34. art. vlt.* Sanchez, & Laymanus. Apud quos alia ad intentum. Quot autem mala oriantur ex pluralitate Beneficiorum, vide in Ioanne Beetz *in præcept. Decalog præcept. 7. expos. 2. cap. 2.*

15 Insuper quemadmodum Beneficia sæcularia, quædam sunt Papæ reseruata, ita vt ab Ordinarijs conferri non possint, de quibus Garzia *part. 5. cap. 1.* & Laymanus *lib. 4. tract. 2. cap. 11* Sic pariter Beneficia aliqua Regularia reseruari possunt Superioribus Prælatis Religionum, cum sit eadem ratio, iuxta Constitutiones tamen, & Statuta illarum: ex quibus etiam cognosci poterit, quæ sint actu reseruata. Quibus autem modis Regularia Beneficia conferantur, præter dicta illo *cap.* 18. lege Lauretum de Franchis *in Controuers. Episcopor. & Regul. quæst.* 88. *pag. mihi* 416. *& sequentibus*, vbi plura de his Beneficijs.

16 Item quemadmodum sæcularia Beneficia vacãt, primò per mortem naturalem Beneficiati, secundò ob iuris dispositionem, tertiò per Judicis sententiam ob crimen, quartò per liberam renunciationem. (Azor *tom. 1. Institut. Moral. lib. 8. cap. 13. quæst. 8.* Laymanus *supra cap.* 17.) Sic etiam eisdem proportionaliter modis vacare possunt Regularia Beneficia, iuxta dicta eo *cap* 18. *num.* 17. & sequentibus. Maximè, quod attinet ad renunciationem, præter dicta hoc 3. *tom.* verbo *Abbas num.* 18. illa enim huic proposito applicari possunt, dicendum videtur, quod cum renunciatio Beneficij nihil aliud sit quam spontanea proprij Beneficij dimissio facta corã legitimo Superiore, ipso acceptante, verè non est ratio, cur apud Prælatos Regulares non possit fieri renunciatio Beneficiorum Regularium. Fauent Lessius *lib. 2. c. 34. dub. 35. nu. 191.* Laymanus *supra num. 3.* Si tamen Beneficium sit iuris patronatus non est sufficiens voluntas Superioris, sed & requiritur con-

conſenſus Patroni, aliàs fieret illi iniuria, *cap. in Lateranenſi de præbend.* Lambertinus *de Iure patronat. lib.3. quæſt.5. principali art.5.* Sanchez *tom.1.opuſc.Moral. lib.2 cap.2.dub.29. num.1.* Vide dicta *tom.2.cap.9.nu.6.* An autem poſſit fieri huiuſmodi Beneficiorum reſignatio in fauorem tertij, dicendum primò, fieri poſſe hoc modo, reſignando ſcilicet abſolutè Beneficium in manibus Prælati cum intentione, & ſpe non manifeſtata ipſi, vt illud conferat certæ perſonæ. Secundò, reſignando ſimiliter abſolutè Beneficium in manibus Superioris, rogando tamen poſtea ipſum, vt illud conferat alicui, v. g. Petro. Cum enim in hoc nullum interueniat pactum cũ Superiore, aut cum illo pro quo rogatur, nec vlla obligatio iniuncta Superiori conferendi Beneficium perſonæ deſignatæ, vt ſuppono, non eſt in eo aliquid contra Ius diuinum, aut etiam Canonicum, pro vt in ſimili de reſignatione Beneficiorum etiam ſæcularium dicunt Proſper Auguſtinus *in Additionibus ad Quarantam in Summa Bullar. verbo Beneficiorum reſignationes §. pro complemento.* Suarez *1.tom.de Relig.de Simonia lib.4. cap.35.num.15. & ſequentibus.* Bonacina *de Simonia quæſt.4. §.14. num.6.* Barboſa *de offic.& poteſt.Epiſcop.Allegat.69.num.50.* Nec obſtat Conſtitutio Pij V. *Quanta Eccleſiæ*, inter Conſtitutiones ipſius *num.58.* vbi huiuſmodi reſignationes in fauorem tertij omnino prohibentur. Vel enim ibi ſolum ſermo eſt de Beneficijs ſæcularibus, vel eſto etiam ſit de Regularibus intelligenda eſt Conſtitutio extra caſus poſitos, quando ſcilicet ea intentio, aut ſpes manifeſtatur ipſi Superiori, vel ipſi imponitur aliqua obligatio ad conferendum Beneficium deſignatæ perſonæ, aut cum illo, vel cum ipſa intercedit pactum aliquod. Ita auctores relati. Vide Dianam *part.5. tract.14.reſolut.26.* vbi ſpecialia quædam affert circa Conſtitutionem *Quanta* Pij V.

17 Ad hæc, quemadmodum Beneficiorũ ſæcularium vnio fieri non poteſt, niſi accedente auctoritate Summi Pontificis, vel etiam, ſaltem in caſibus particularibus, Epiſcopi (de quo Laymanus *ſupra cap.9.*) ſic nec Beneficiorum Regularium, niſi accedente Superioris poteſtate, iuxta dicta eo *cap.18.num.24.*

18 Demum quemadmodum Beneficia ſæcularia ſaltem curata exigunt reſidentiam, etiam iure diuino, conformiter ad doctrinam Concil. Trident. *ſeſſ.23.cap.1.de reformat.* de quo Sotus *lib.10. de Iuſtit. quæſt.3.art.1.* Nauarrus *in Manual.cap.25.num.121.* Vazquez *de Benefic.cap.4.num.103.* Ita pariter, & propter eamdem rationem de Beneficijs Regularibus dici debet. Declaratum autem video à Sacra Cõgregatione, obtinentem Beneficium ſimplex, & ſine cura animarum, & extra Eccleſiam Collegiatam, nec perſonalem reſidentiam ob aliam cauſam requirens, non teneri in eo reſidere, ſed ad inſeruiendum illi

per

per alium, qui probatus sit ab Ordinario. Garzia *de Benefic. part. 3. cap.2.num.9.* Barbosa *in Collect.Bullar.verbo Beneficium simplex 3.* Item obtinentem ante Concilium ex dispensatione duo, vel plura Beneficia requirentia personalem residentiam, teneri residere in quo est maior necessitas, nec propterea posse alterutro priuari, amittere tamen distributiones quotidianas eius Beneficij, cuius ministerio non inseruit. Garzia *supra num.*186. Barbosa *supra verbo Beneficium* 1.

19 Differunt autem Beneficiati sæculares à Regularibus. Primò, quia illi simpliciter subijciuntur Episcopis, seu Prælatis Ecclesiarum: isti verò non nisi in ijs, quæ spectant ad Beneficium, cui inseruiunt, in reliquis enim suis Prælatis Regularibus subditi manent, iuxta dicta eo *cap.*19.*num.*9.& 16. Secundò, quod sæculares vocari debent ad concursum, ex Pio V. *in Constitut. In conferendis num.*33. & declarationibus Sacræ Congregationis apud Garziam *de Benefic. part.*9.*cap.*2. *nu.*37.160.& 256. & Barbosam *in Collectan.Bullar.verbo Examen.* Regulares verò non ita, iuxta dicta eo *cap.*18. *num.*11. Nota tamen ex declaratione Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium apud Gauantum *in Manual.Episcopor.verbo Beneficiorum Parochialium prouisio num.* 40. quòd Regulari Parocho minus digno potest alter subrogari, & debet, si Episcopus velit. Tertiò, quod Beneficiati sæculares cum dominij capaces sint, domini veri sunt, non solum bonorum patrimonialium si quæ habent (inter quæ illa, quæ ex hæreditate, arte, donatione, &c. illis obueniunt computantur) sed etiam illorum, quæ quasi patrimonialia dicuntur, eorum videlicet, quæ ipsis offeruntur ob ministeria Ecclesiastica, quæ administrant, vt habent Maior *in* 4.*dist.*24.*quæst.*17.*concluf.*4. Nauarrus *in tract. de redditib. Ecclesiast.quæst.*1.*monit.*19. Imò etiam illorum, quæ ex redditibus Ecclesiasticis, quos habent, ipsis necessaria sunt pro congrua, & decenti ipsorum sustentatione, vt ex communi Theologorum sententia habet S.Thomas 2.2.*quæst.*185.*art.*7. *ad* 2.& 3. Caietanus, & Expositores *ibidem*. Sed quod magis est secundum valdè probabilem sententiam, etiam eorum bonorum, quæ ex redditibus illis superfluunt, & sibi non sunt necessaria, vt Laymanus *supra cap.*3.*num.* 3. alijs pluribus relatis prosequitur. Cum enim ipsi sint dominij capaces, quia votum paupertatis non emittũt, quidquid illis conceditur sub ipsorum dominio cadit. Conceduntur autem illis ab Ecclesia omnes reditus suorum Beneficiorum, omnium ergo illorum, & non solum eorum, quæ illis necessaria sunt dominium habent. Cum hoc tamen stat, vt postea dicetur, quod ex iustitia teneantur superflua suorum redituum in pium aliquem vsum erogare. Cæterum Beneficiati Regulares, cum propter votum paupertatis quo astringuntur, capaces dominij non sint, quam-

uis

tis redituum Beneficialium, oblationum, & ſtipendiorum, propter miniſteria Eccleſiaſtica illis conceſſorum, liberam adminiſtrationem habeant, ſicut & Beneficiarij ſæculares, & veluti procuratores, œconomi, & diſpenſatores illorum, iuxta dicta eo *cap.* 18. *num.* 33. ſullum tamen dominium ſuper illa habere poſſunt, vt communiter ſupponunt Doctores.

20 Peccant ergo contra iuſtitiam Beneficiati Regulares prædicta adminiſtrantes in vſus prophanos, aut ſuperfluos, & non in pia opera, eleemoſinas, &c. quia videlicet, vt ſacri Canones loquuntur bona Eccleſiaſtica, quæ illi adminiſtrant, ſunt *res Dei, patrimonium Chriſti, vota fidelium, pretia peccatorum*, quod eſt dicere, illa non ſunt ſua, ſed illis ab Eccleſia conceſſa, ſub pacto ſaltem implicito, & annexo Beneficijs, quæ poſſident, ea adminiſtrandi in pios vſus. Vnde aliter facientes tenentur ad reſtitutionem faciendam eo modo quo fieri poſſit, iuxta dicta in ſimili de Epiſcopo Religioſo prodigè, & ſuperuacaneè bona ſuæ Eccleſiæ ex pendente, *tom.* 1. *cap.* 17. *num.* 5. ex Valentia 2. 2. *diſp.* 10 *quæſt.* 3. *punct.* 8. & Sanchez *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 6. *num.* 13.

21 Idem etiam affirmandum de Beneficiatis ſæcularibus, etſi enim bonorum Eccleſiaſticorum dominium habeant, iuxta dicta, illud tamen non eſt omnino liberum, ſed grauatum, & reſtrictum adiectione pacti, vel oneris ad expendendum illa in pios vſus, prout colligitur ex *cauſa* 12. *quæſt.* 1. *ca. Epiſcopi*, *ca. manifeſta*, *& ſequentibus*. Item *ca. ſimiliter*, *ca. quia iuxta*, *ca. reuertimini*, *ca. decimæ cauſa* 16. *quæſt.* 1. *ca. quod autem* 23. *quæſt.* 7. & ex Conc. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 1. *de reformat.* Ac proinde aliter facientes peccant contra iuſtitiam, & tenentur ad reſtitutionem, ſicut tenerentur illi, qui habent fideicommiſſum, legatum, vel donatum ſub aliquo onere, vel grauamine, & illud non adimplerent, vt ſi quis Petro donaret centum aureos viatici nomine ad peregrinationem hoc onere, vel grauamine, vt quod ipſi ſuper fuiſſet pauperibus erogaſſet. Laymanus *ſupra* alijs relatis.

22 Poterunt tamen prædicti Beneficiati tam ſæculares, quàm Regulares de prædictis bonis Eccleſiaſticis ſuccurrere filijs (ſi illos contingat habere) parentibus, fratribus, & alijs conſanguineis in neceſſitate poſitis. Cum enim ſuccurrere pauperibus opus pietatis ſit, non debent ſanguine cõiuncti ipſis Beneficiatis priuari ipſo. Nauarrus *comment. de ſpolijs Clericorum* §. 19. *num.* 11. Molina *diſp.* 146. Qui tamen rectè limitat hanc doctrinam in caſu quo aliæ longè grauiores neceſſitates aliorum non occurrant.

23 De loco, quem Beneficiati habent in Proceſſionibus, Congregationibus, & Choro, quas functiones gerere debeant, qualiter ad illas cogendi, & quo habitu vti, vide declarationes Sacræ Congregationis

apud Barbosam *in Collect. an. Bullar. verb. Beneficiatus.* De alijs etiam ad illos spectantibus, vide dicta *tom. 1. cap. 17. & tom. 2. cap. 18.* Insuper dicenda inferius verbo *Breuiarium*, vbi de Breuiario quo vti debent, & 4. tom. verbo *Seminarium*, vbi de Beneficijs, quæ Seminarijs vniri possunt, aut debent, agetur.

BIGAMVS, ET BIGAMIA.

SVMMARIVM.

Bigamus, & bigamia quid sint? num. 1.
Duplex est bigamia. ibid.
An addi debeat tertia species bigamiæ? ibid.
Bigamia irregularitatem inducit. num. 2.
Contrahens plura matrimonia, & ea non consummans, non fit irregularis. num. 3.
Nec rem habens cum pluribus fœminis extra matrimonium. ibid.
Non sufficit ad illam copula nefanda. ibid.
Quid de habentibus votum solemne, si matrimonium contrahant. ibid.
A quibus dispensetur hæc irregularitas. num. 4.
An à Prælatis Regularium respectu suorum subditorum? num. 5.
An saltem dispensent in irregularitate similitudinaria? num. 6.
An in bigamia vera quoad Ordines minores? num. 7.
Non tollitur hæc irregularitas per Baptismum. num. 8.
Nec per Professionem in Religione. num. 9.
Quas alias pœnas incurrant Clerici bigami. num. 10.
De quibus Clericis id intelligatur. num. 11.
An etiam de Religiosis bigamis? ibid.
Bigamus quomodo admittendus ad Religionem. num. 12.
An ad Prælatias. num. 13.

1 BIGAMVS dicitur, qui binas contraxit nuptias, sicut monogamus, qui vnas cõtraxit. Vnde Bigamia est idem, quod pluralitas vxorum. Est autem duplex: vna realis, & vera, quæ contingit, quando quis duo contraxit, & consummauit matrimonia; altera ficta, seu interpretatiua, quando quis re vera non contraxit duo matrimonia, sed iuris fictione, seu interpretatione censetur contraxisse, vt si quis iam coniugatus de nouo cum alia contrahat, vtramque cognoscens, vel quando vnam vxorem legitimè habuit, eamque cognouit, & postea aliam inualidè duxit cum impedimento dirimente,

te, ipſamque etiam cognouit, ſeu quando duo matrimonia inualidè contraxit,& conſummauit,aut cum vidua,ſeu ab alio corrupta;aut denique,quando etſi cum virgine contraxerit,eam tamen cognouit poſtquam cum alio adulterata eſt.Cornexo *tract.5.de Irregularit.diſp.10. dub.1.& 2* Bonacina *de Cenſuris diſp.7.quæſt.2.punct.5.* Addi ſolet tertia ſpecies bigamiæ, quæ vocatur ſimilitudinaria, & conſiſtit in eo, quod quis poſt votum ſolemne caſtitatis, quod fit in ſuſceptione Ordinis Sacri,vel profeſſione Religionis approbatæ,contrahit matrimonium, illudque conſummat. Sed Cornexo *ſupra* Sayrum ſequens ad bigamiam interpretatiuam illam reducit. Quæſtio tamen eſt de nomine.

2 Ex ijs ergo Bigamijs, prima,quæ eſt realis, & ſecunda,quæ dicitur interpretatiua, imò & tertia,quę vocatur ſimilitudinaria,ſiue reducatur ad interpretatiuã,ſiue nõ reducatur,irregularitatẽ inducũt,prout ex variis iuribus communiter probãt Doctores,ſpecialiter ex antiquioribus Bacconius noſter *in 4. diſt.25. art.3.* & Michael Bononia etiam *in 4. diſt.25.q.3.*& ex modernis Suarez *de Cẽſur.diſp.49.per tot.* Toletus *in Summa lib.1.c.66.& 67.*Cornexo *ſupra.* Ratio autem cur Eccleſia Bigamis ſtatuerit irregularitatem,nõ ſolum eſt,quia iteratio Matrimonij ſignum eſt incontinentiæ,vt propterea,qui ſic faciunt non mereantur ad Ordines promoueri,ſed etiam propter defectum Sacramenti,vt dicitur, ideſt,quia Matrimonium ſignificare debet cõiunctionem Chriſti cum Eccleſia, vt habetur ex Paulo *ad Eph.ſ.5.* qui autem cum duabus contrahit, non poteſt aptè habere hanc ſignificationem, eo quod coniunctio Chriſti fuerit vnius cum vna. Quæ ratio,etſi propriè procedat in Bigamia reali, proportionaliter tamen adaptatur ad interpretatiuam,& ſimilitudinariam,per quãdam analogiam.Bacconius *art.2.* & alij ſupra.

3 Hinc autem fit primo,quod contrahens plura Matrimonia rata, & ea non conſummans,non eſt irregularis, quia ſcilicet illa Matrimonia non ſignificant perfectè coniunctionem Chriſti cum Eccleſia,ſed ſolum coniunctionem illius cum iuſtis per charitatem, quæ in ſingulis Eccleſiæ membris amiſibilis eſt. Cornexo *ſupra*. Secundò ſimiliter, quod rem habens cum pluribus fœminis extra Matrimonium non fit irregularis,quia fornicaria copula non poteſt ſignificare coniunctionem Chriſti cum Eccleſia.Sayrus *de Cenſuris lib.6.cap.3.nu.16.* Tertiò,quod ad inducendam Bigamiam non ſufficit copula nefanda,propter eam lem rationem.Et quia nullo iure id habetur.Bonacina *ſupra dicto punct.5.num.9.* Quartò, quod etiam ſi Clericus, vel Religioſus, qui poſt votum ſolemne,quod emiſerunt,cum aliqua contraxerunt,ſint irregulares, iuxta dicta ſupra, & *tom.1.cap.5. num.2.* non tamen pro-

pterea laicus contrahens cum Moniali, aut cum ea, quæ votum ſolemne caſtitatis emiſit, erit irregularis. Ratio eſt, non ſolum quia in Iure non eſt expreſſa talis irregularitas, & irregularitas nō incurritur, niſi ſit in Iure expreſſa, ſed etiam, quia iſtud matrimonium non poteſt ſignificare coniunctionem Chriſti cum Eccleſia. Sayrus *ſupra cap.* 4. Idem dico de Clerico in minoribus conſtituto, aut de habente ſolum votum ſimplex caſtitatis, ſi contrahat cum virgine, propter eamdem rationem. Bonacina *ſupra num.* 2. *in fine*.

4 In quacunque Bigamia poteſt Papa diſpenſare, quia ipſe eſt ſupra totum ius poſitiuum, ad quod ea pertinet. Sic communiter Doctores. Epiſcopus verò etiam ſi non poſſit diſpenſare in bigamia reali, aut etiam interpretatiua ad Ordines Sacros recipiendos, aut ad vſum receptorum, *cap. ſuper eo de Bigamis.* (Cornexo, & Bonacina *ſupra*) neque ex vi decreti Concil. Trident *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. vbi Epiſcopo conceditur facultas diſpenſandi in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, quia hæc irregularitas non eſt ex delicto, licet enim aliquando ex delicto oriatur, vt conſtat ex dictis, principale tamen fundamentum eius non eſt delictum, ſed defectus ſignificationis (Suarez *dicta diſp.* 49. *ſect.* 6. *num.* 9.) Nihilominus in bigamia ſimilitudinaria diſpenſare poteſt cum eo, qui contraxit cum virgine, *cap.* 1. *qui Clerici, vel vouentes.* Etſi autem ſit multorum ſententia poſſe diſpenſare Epiſcopum etiam in reali, multo magis in interpretatiua, bigamia, ad receptionem Ordinum minorum, & ad vſum receptorum, pro vt ex D. Thoma, Sanchez, & alijs ſequitur Cornexo *dicto dub.* 1. §. *Dico tamen*. Oppoſitum tamen in praxi ſeruandum eſt, non ſolum propter decretum Concil. Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 17 *de reformat. in fine*, vbi prohibet Ordinarijs admittere ad exercitium minorum Ordinum bigamos, quo denotatur ipſos non poſſe cum illis diſpenſare, ſed etiam propter declarationem Sacræ Congregationis, quam ex Garzia refert Bonacina *ſupra num.* 15. Video etiam apud Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Bigamus*, declarationem hanc eiuſdem Sacræ Congregationis. *Bigamus effectus bigamia interpretatiua, etiam ſi ante conſtitutus eſſet in Ordine Oſtiariatus non poteſt mortua vxore diſpenſari per Epiſcopum, vt in Ordine ſuſcepto miniſtret*. Ex ea autem infertur multo magis id eſſe dicendum de diſpenſatione quo ad receptionem Ordinis minoris. Neque etiam Commiſſarius Generalis Cruciatæ diſpenſat in aliqua irregularitate bigamiæ veræ, vel interpretatiuæ, vt habet Ludouicus à Cruce *in Expoſitione Bullæ Cruciatæ diſp.* 1. *cap.* 9. *dub.* 7, *num.* 11.

5 Illi autem Prælati Regulares, qui iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 18 *à nu.* 40. habent facultatem diſpenſandi cum ſuis ſubditis in quibuſdam irregula-

gularitatibus non possunt dispensare in ista, quæ contrahitur propter bigamiam, cum expressè illa excipiatur in priuilegijs ibi adductis Sixti IV. pro Prædicatoribus, eiusdem Sixti IV. pro Carmelitis, Gregorij XIV. pro Clericis Ministris Infirmorum, & in alijs similibus plurium aliarum Religionum. Poterunt tamen id facere Prælati earum Religionum, quibus ex priuilegio Pontificio concessum fuerit dispensare in omnibus irregularitatibus Papalibus, & iuxta tenorem ipsius priuilegij, cum hæc sit vna ex illis. Qui verò habeant tale priuilegium non mihi constat. Etsi videam Portellum *in dub. Regular. verbo Dispensare num.* 4. aliqua referre ex Compendijs Iesuitarum, & Ordinis S. Hieronymi. Vide dicta eo *cap.* 18. *num.* 44. & consule priuilegia ibi relata. Id tamen credo, quod ex vi priuilegij dispensandi in omni irregularitate, si ibi non specificatur sermonem esse de Papalibus, aut de Sede Apostolicæ reseruatis, non poterit dari ista dispensatio. Ratio est, quia vt sæpè dixi, & habetur ex Regula iuris num. 81. *in generali concessione non veniunt ea, quæ sunt speciali nota digna*, huiusmodi autem irregularitas, sicut & illæ, quæ sunt ob homicidium voluntarium, vel mutilationem membrorum, sunt speciali nota dignæ, & ita si non specificentur non censentur concessæ. Quo tamen non obstante an id fieri possit ex vi priuilegij Pauli III. pro Benedictinis Vallisoletanis, quod refero infra verbo *Irregularitas num.* 72. ibi dicetur.

6 Possunt tamen Prælati Religionum, qui habent iurisdictionem quasi Episcopalẽ, v. g. Generales, Prouinciales, Abbates, &c. dispensare cum sibi subditis in irregularitate orta ex bigamia purè similitudinaria, si casus esset, quod illi contraherent, & consumarẽt matrimonium, eo quod dispensatio in illa committitur Episcopis iure ordinario, & quidquid iure ordinario competit Episcopis, cõpetit etiam istis Prælatis habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem. Rodriguez *tom.* 1. *Quæstion. Regular. quæst.* 42. *art.* 2. Suarez *dicta sect.* 6. *in fine*. Dixi purè similitudinaria, quia si fuerit simul interpretatiua, vt si esset casus quo Religiosus duceret viduam, aut duo contraheret matrimonia esset irregularis bigamia interpretatiua, ac per consequens non posset in ea dispensari à suis Prælatis. Suarez *ibidem*.

7 Addit Rodriguez, posse dictos Prælatos dispensare cum suis subditis, etiam in bigamia vera quoad Ordines minores, ex eo sanè, quia id possent facere Episcopi. Sed assumptum non est verum, vt dictum est, neque id, quod ex illo infertur. Suarez *ibid. num.* 17. Qui multo minus probabilem appellat sententiam asserentium etiam ad Ordines Sacros posse hanc dispensationem dari à Prælatis Regularium, quia hoc iure communi fieri non potest, & si dicatur fieri posse ex priuilegio, ostendendum est, vt ipse ait, tale priuilegium.

8 Non tollitur bigamiæ irregularitas per Baptiſmum caſu quo illum ſuſcipiens duas contraxiſſet nuptias. Ratio eſt, quia per Baptiſmum non tolluntur, niſi peccatum, & pœnæ debitæ pro peccatis quoad Deum, ergo non tollitur defectus ſignificationis coniunctionis Chriſti cum Eccleſia, quem incurrit aliquis eo ipſo, quod duo contrahit matrimonia; ſed irregularitas fundatur in hoc defectu, vt dictum eſt. Ergo non tollitur per Baptiſmum. Potius debet dici conſurgere, aut pullulare cum ipſo, aut poſt ipſum. Cum enim irregularitas non poſſit imponi infidelibus ante Baptiſmum, quia non ſunt ſubditi Eccleſiæ, ideo debet præſupponi, quòd homo ſit baptizatus ad hoc, quod poſito quod habet prædictum defectum, conſurgat in illo hæc irregularitas. Noſter Michael de Bononia *in 4. diſt. 5. quæſt. vni. caſ.* 2. ex Baconio quem refert. Idem dicendum, propter eamdem rationem, de eo, qui ante Baptiſmum vnum contraxit matrimonium, & poſt Baptiſmum aliud. Suarez *dicta ſect. 6. num.* 10. & ſequentibus. Cornexo *dicto dub.* 1.

9 Neque etiam tollitur propter profeſſionem in Religione approbata. Eſto enim, quod irregularitas, quæ eſt ex defectu natalium tollatur per profeſſionem Religionis, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 2. de irregularitate tamen hac non eſt aliquod fundamentum ad id aſſerẽdum, ſaltem iure communi, aut ex ordinarijs priuilegijs Religionum. An verò id habeat aliqua Religio, quæſtio eſt de facto, quam Prælati illius ſcire debent. Suarez *ſupra num.* 16.

10 Clerici bigamiam contrahentes non ſolum ſunt irregulares, bigamiæ quidem realis cauſa, ſi duo contraherent matrimonia ea conſumando, & interpretatiua ſi aliquo modo ex aſſignatis *num.* 1. contraherent, & ſimilitudinariæ, ſi poſt votum ſolemne caſtitatis etiam cum virgine contraherent, & copulam haberent, iuxta dicta in ſuperioribus, ſed etiam incurrunt pœnas illis impoſitas, *cap. altercationis de Bigamis in* 6. vbi Pontifex ait: *Omni priuilegio Clericali declaramus eſſe nudatos, & coercioni fori ſæcularis addictos, conſuetudine contraria non obſtante. Ipſis quoque ſub anathemate prohibemus deferre tonſuram, vel habitum Clericalem.*

11 Circa quæ primo notandum, ea eſſe intelligenda de Clericis in minoribus conſtitutis, non de illis, qui ſunt in Sacris. Illi enim poſſunt conuerti ad ſtatum ſæcularem, deponere habitum, & tonſuram, & iſti non. Gloſſa *ibidem.* Siluester *in Summa verbo Bigamia quæſt.* 8. Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 67. *in fine.* Quid verò dicendum in caſu quo Clericus in Sacris ex diſpenſatione Papæ cum vidua contraheret, habes ex declaratione S. Congregationis infra verbo *Clericus nu.* 20. Secundò conſequenter, quod ea intelligenda ſunt de bigamis verè,

aut

BONA REGVLARIVM.

SVMMARIVM.

De bonorum temporalium materia plura remissiuè. num.1.
Bona spiritualia Regularium applicari possunt à suis Prælatis. num.2.
Quomodo id intelligendum. ibid.
Tria in operibus iustorum reperiuntur. num.3.
Esse meritoria de condigno applicabile non est alijs. num.4.
Quid de ratione impetrationis in illis reperta. num.5.
Quomodo applicabilis sit. ibid.
Ratio satisfactionis applicabilis est. num.6.
Quomodo id intelligendum. ibid.
An resistentibus, aut renitentibus subditis. num.7.
An casu, quo talis satisfactio illis necessaria non sit. ibid.
Non propterea dici debent Prælati concedere indulgentias. num.8.
Bona temporalia Religiosorum vsurpantes, vel occupantes. num.9.
Bona illorum sunt valdè priuilegiata. num.10.
Alia remissiuè. num.11.

1 DE bonorum temporalium materia, prout ad Regulares spectat, permulta dixi in præcedentibus tomis, videlicet, quod bona Religiosi, qui propter fraudem, dolum, & cupiditatem Prælati emisit professionẽ, non pertineant ad Monasterium, sed ad hæredes, *tom.1.cap.2.nu.19.* Quod bona adquisita à Religiosis non ab ipsis, sed ab Officialibus Monasteriorum debeãt recipi, possideri, & expendi, *cap.6.nu.25.* Quod bona adquisita ab illis per illicitam negotiationem, aut aliàs contra Sacros Canones, post eorum mortem pertineant ad Cameram Apostolicam. Et quæ sint illa *c.10.nu.5.* Similiter, quod bona Regularium extra claustra degentium, post ipsorum mortem, etiam pertineant ad eamdem Cameram, *cap.16.nu.31. & tom.2.cap.1.num.40.* Ad quos pertineant bona Religiosorum assumptorum ex Religionibus, *tom.1.cap.17. num.12. & 14.* Qualiter bona stabilia prohibita sint particularibus Religiosis, etiam de licentia Superiorum, *cap.6. à num.19. & cap.18.num.71.* De bonis incertis Nouitiorum, *cap.24.num.39.* De bonis Monialium derelictis, *cap.25. num.48.* An bona inuenta, incerta, malè adquisita, aut destituta, applicari possint Monasterijs, *tom.2.cap.19.num.48.49. & 50.* Quanto tempore præscribatur contra ipsa *num.63.* Quæ Monasteria possidere

possint

possint bona stabilia eo *cap.* 19. *nu.* 1. Quæ dicantur talia *num.* 3. Quæ transeant ad illa ratione Religiosorum, *num.* 27. 28. *& sequentibus*. In quæ bona succedant Monasteria *num.* 40. Generaliter etiam, de bonis, & possessionibas quibus capacia sint Monasteria Regularium, seu in quæ succedere possunt, & de eorum administratione, toto illo *cap.* 19. Similiter aliqua ad eam materiam spectantia dicta sunt in hoc tertio tomo verbo *Administratio, & Administrator*, & verbo *Alienare, seu Alienatio*, verbo *Apostata, & Apostasia*, & verbo *Beneficium*. Alia ergo addenda tam de bonis spiritualibus Regularium, qualia sunt bona ipsorum opera, satisfactiones, ieiunia, orationes, sacrificia, quàm de temporalibus.

2 De prioribus autem loquendo certum est id quod *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 67. dixi, posse scilicet Prælatos Religionum applicare alijs bona opera suorum subditorum, illisque tribuere litteras talis communicationis. Primò, ex praxi Religionum. Secundò ex priuilegio Vrbani V. quo concessit Generali, & Prouincialibus Ordinis Minorum, vt possent benefactoribus Ordinis cõmunicare Sufiragia, Indulgẽtias, Orationes, & bona spiritualia. Ita Cassarubius *in Compend. Priuilegior. Mendicant. verbo Indulgentiæ, quoad sæculares sub titulo Indulgentiæ concessæ exibentibus, &c.* Quo priuilegio tam Minores, quàm alij Mendicantes, qui communicãt in priuilegijs cum ipsis potiri possunt. Tertiò, ex iure communi, quia quilibet Prælatus cuiuscunque Congregationis potest id facere, pro vt dixi loco relato ex S. Thoma, & Nauarro. Et declaratur exemplo Thesauri communis Ecclesiæ, ex eo enim talis Thesaurus in Ecclesia constituitur non solum ex meritis, & satisfactionibus Christi, pro vt est de fide certum ex Clemente VI. *in Extrauag. Vnigenitus de pœnitent. & remiss.* sed etiam ex satisfactionibus Sanctorum, quia fuerunt in ipsa plures Sancti, & aliqui de facto sunt habentes satisfactiones superabundantes, ipsis non necessarias, nec ab illis alijs applicatas, ac per consequens veluti bona communia Ecclesiæ ad ipsam deuoluta dispensanda à Papa, sicut etiam generaliter bona ciuium, quæ sine hærede decesserũt, ad Ciuitatem deuoluuntur dispensanda à Principe. Suarez 4. *tom. in* 3. *part. disp.* 51. *sect.* 2. *num.* 10. 11. *&* 12. Bonacina *de Indulgentijs disp.* 6. *punct.* 1. *num.* 3. Quæ ratio suo modo, & proportionaliter procedit in Communitatibus Religiosis. Etsi enim ex ipsis nõ sit aliquis priuatus Thesaurus meritorum, aut satisfactionum suorum membrorum applicandus, seu dispensandus per Prælatos ipsarum, quia sola Ecclesia habet hunc Thesaurum, & hæc potestas solum concessa est à Christo Domino Summo Pontifici Ecclesiæ Pastori, illæ tamen sunt quædam corpora mystica, quorum capita, seu Superiores habent potestatem admittendi, vniendi,

di, & incorporandi ex rationabili causa aliquos ad illorum consortium, & disponendi de bonis, etiam spiritualibus, ipsorum, eorum præsertim, quæ illis necessaria non sunt, in vtilitatem, & commodum tam ipsarum Religionum, quàm eorum, qui illis aggregati sunt, conformiter tamen ad Regulam, & Statuta Ordinum. Fauet huic doctrinæ Suarez *supra disp.* 55. *sect.* 5. *num.* 5. & sequentibus. Valentia 2.2. *disp.* 7. *quæst.* 20. *punct.* 3. §. *sed facilè, &* §. *etsi autem*.

3 Pro qua supponendum, in operibus iustorum tria reperiri. Primò, esse meritoria de condigno gratiæ, & gloriæ. Secundò, esse meritoria de congruo, seu impetratoria apud Deum. Tertiò, esse satisfactoria pro pœna temporali. Suarez dicta *sect.* 5. *num.* 11. Ex quibus primum est omnino personale, nec alijs applicabile de potentia ordinaria. Soli enim Christo, quia fuit Caput hominum, & Angelorum conuenit pro alijs mereri de condigno. Duo verò posteriora alijs communicari possunt, ita vt possit iustus, alijs impetrare dona aliqua, seu beneficia apud Deum, quemadmodum oratio S. Stephani communiter creditur impetrasse conuersionẽ S. Pauli. Similiter potest iustus satisfacere pro pœnis temporalibus aliorum, prout habent communiter Theologi. De hoc puncto specialiter noster Hieronymus Gratianus *in tract.* 4. *de Iubilæo part.* 1. *cap.* 8. Ludouicus à Cruce *in Expos. Bullæ Cruciatæ disp.* 1. *cap.* 8. *dub.* 15.

4 Ergo ad intentum, cum dicitur Prælatos applicare posse bona opera suorum subditorum pro alijs, non potest intelligi de illis, quatenus sunt meritoria de condigno gratiæ, & gloriæ, quia vt dixi, hoc modo sunt personalia, & omnino incommunicabilia alijs, intelligi ergo debet de prædictis operibus duobus posterioribus modis.

5 Et de primò, qui est per impetrationem res est certissima. Nulli enim dubium esse potest, quin possint Prælati præcipere subditis, vt orent pro benefactoribus, & aggregatis Religioni. Hoc enim est conforme Regulæ, & Constitutionibus, & opus pium charitatis, eleemosynæ, gratitudinis, &c. ac per consequens tenentur subditi huic præcepto obedire, & aliter facientes peccabunt. Nec solum hoc pacto, imperatiuè videlicet, sed etiam veluti elicitiuè, & proximè id facere possunt duobus modis assignatis. Primò quidem, vniendo, aggregando, & incorporando prædictas personas suæ Religioni, hoc enim facto, cum in Religionibus sint plura communia suffragia, sacrificia, & orationes instituta pro ipsis, quæ dum fiunt vtilia sunt omnibus membris ipsarum, consequentet etiam vtilia erunt prædictis aggregatis. Suarez *dicta sect.* 5. *num.* 6. Secundò, ordinando, & dirigendo prædicta suffragia communia, quæ fiunt pro tota Religione ad illas personas aggregatas, propter facultatem quam habent veluti dispensatores

dispo-

diſponendi de illis, iuxta dicta S. Thomas *in additionibus ad 3. part. quæſt. 21. art. 1.* Tertiò, ordinando etiam, & dirigendo ſpecialiter ad prædictas perſonas aggregatas ſuffragia communia, quæ fiunt in Religionibus pro omnibus fidelibus in generali, quia in hoc non fit aliquod præiudicium alijs fidelibus, cum non minuatur eorum vis impetratoria (eſto ſatisfactoria forſan minuatur) eo quòd aliquibus ſpecialiter applicentur, nec ipſis ſubditis, vt de ſe patet. Quo ſenſu intelligendi ſunt Peirinis *tom. 1. de ſubdito quæſt. 1. de obedientia cap. 6 ferè in fine*, & Corduba ab ipſo relatus.

6 Similiter de ſecundo, qui eſt per modum ſatisfactionis, etiam eſt res certiſſima, poſſe Prælatos Religionum applicare bona opera ſatisfactoria ſubditorum prædictis perſonis. Id enim probat cõntra Vuiclephum hæreticum Vualdenſis noſter *tom. 3. de Sacramentalib. tit. 10. cap. 94. & 95.* ex Apoſtolo *ad Epheſ. 1.* illis verbis: *Memoriam veſtri faciens in orationibus meis.* Ex litteris cuiuſdam Prælati Carmelitarum, & alterius Carthuſienſium, ac Iuonis Carnotenſis ad Adelam Comitiſſam. Itidem Anſelmi ad quandam etiam Adelidem Comitiſſam, ac Stephani Ciſtercienſis ad Ludouicum Francorum Regem, & aliorum ad diuerſos. Quod ſequuntur communiter Doctores, ſpecialiter Sotus *in 4. diſt. 21. quæſt. 1. art. 4.* vbi propterea Vualdenſem *Orthodoxum Doctorem* vocat. Valentia *ſupra §. eſt autem*. Gratianus *ſupra cap. 4.* Id verò fieri poteſt tribus modis ſupra aſſignatis, ſcilicet imperando, vt ſubditi faciant, & vniendo dictas perſonas communitatibus ipſorum, ac ordinando, vel dirigendo ad ipſas ſpecialiter tum ſuffragia communia ſatisfactoria facta pro tota Religione, tum ea, quæ fiunt pro omnibus fidelibus. Imò etiam id fieri poteſt applicãdo dictis perſonis ſatisfactiones particulares Religioſorum, ſaltem quando ipſi non contradicunt, aut repugnant. Quod probari poteſt, quia quemadmodum ipſi Religioſi poſſunt ſua opera ſatisfactoria alijs offerre, ſic etiam & Superiotes eorum, quia omnia bona Religioſorum ſubdita ſunt per votum obedientiæ Superiorum voluntati. Valentia *ſupra §. ſed facilè*. Bonacina *de Indulgentijs diſp. 6. quæſt. 1. punct. 3 num. 19.* Addit Sotus *ſupra* huiuſmodi applicationem, non ſolum de congruo, ſed de condigno valere quantum ad rationem ſatisfactionis, quia per illam fit ſolutio Deo. Quemadmodum ſi vnus pro alio ſolueret debitum. Quod eſt ſatis probabile, maximè, ſi addatur ex parte Dei pactum, ſeu promiſſio de acceptanda tali ſatisfactione. De quo Suarez 4 *tom. in 3. part. diſp. 48. ſect. 3.*

7 Difficultas tamen eſt, an id poſſint facere Prælati, reſiſtentibus, aut renitentibus ſubditis. Quod eſt dicere, an poſſint applicare alijs ſatisfactiones ipſorum, ſi ipſi reſiſtant, aut nolint, quod applicentur. Et quidem

dem loquendo de Sacrificio Missæ, iam dixi *tom. 1. cap. 4. num. 33.* quod etiam si Prælatus velit, aut præcipiat, quod subditus applicet Missam pro Petro, & ipse applicet pro Francisco, etiam si subditus peccet sic faciendo, nihilominus talis Missa solum prodest Francisco, non autem Petro. Ratio est, quia Sacerdos in administratione Sacramentorum, & applicatione Sacrificiorum operatur, vt minister Christi, & vt habēs solum ab ipso potestatem, ac proinde non vt subditus alijs quibuscunque. Quare quemadmodum si Prælatus præcipiat ne subditus baptizet, vel absoluat, si tamen id faciat (etsi peccet sic faciendo) factum tamen tenet, sic in proposito. Peirinis *supra dicto cap. 6. §. vnic.* Loquendo verò de alijs operibus satisfactorijs, seu suffragijs, si illa non sint necessaria subdito, vt potè, quia ipse non solum est in statu gratiæ, sed etiam nullam habet temporalem pœnam soluendam, quia totam quam habebat, per Indulgentias, vel alias satisfactiones soluit, dicendum est posse applicari alijs à Prælato, etiã resistente subdito, hoc enim sequitur ex facultate, quam habet disponēdi de bonis subditorum, maximè si ipsis necessaria non sunt. Si verò tales satisfactiones subdito necessariæ fuerint, quia scilicet habet aliquid soluendum de pœna temporali probabilius est non posse à Prælato applicari alijs contra suam voluntatem. Sicut enim Prælatus non potest à subdito auferre bona temporalia necessaria, v.g. cibum, vestes, somnum &c. sic nec spiritualia necessaria, præsertim, quia in istis necessarijs non subditur voluntas subditi Superiori. Scotus *quod lib. 20.* Peirinis *supra.* Bonacina *supra num. 21.* Dixi probabilius id esse, quia satis probabile est oppositum, rationabili subsistente causa, prout tenent Sotus *supra.* Valentia etiam *supra §. at notat.* Suarez *dicta disp. 55. sect. 5. num. 8.* & saltem optimum consilium est, vt in applicatione istarum satisfactionum subditi voluntariè subdantur dispositioni suorum Prælatorum, sic enim maiorem obedientiam erga Prælatos, & maiorem charitatem, seu misericordiam erga proximos ostendent, ac per consequens illorum meritum multo maius erit apud Deum.

8 Non tamen propterea prædicti Prælati dici debent concedere Indulgentias. Ratio est, quia concedere Indulgentias, est applicare satisfactiones præteritas cõseruatas in communi Thesauro Ecclesiæ, prout facit Papa applicando satisfactiones Christi, & aliorum Sanctorum conseruatas in Ecclesiæ Thesauro; isti autem Prælati non applicant satisfactiones præteritas in aliquo Thesauro repositas, cũ enim in Communitatibus Religiosis nõ sit talis Thesaurus, vt dixi, quia eo ipso, quod Religiosi habent satisfactiones superabundantes, statim veniunt ad cõmunem Ecclesiæ Thesaurum, vbi conseruantur, idcirco solum præsentes, aut futuras satisfactiones applicare possunt Prælati, ac per consequens

ſequens non concedunt Indulgentias. Sotus *ſupra*. Valentia *ſupra* §. *ſecundò quia*.

9 Loquendo autem de bonis temporalibus Religioſorum, præter ſuperius notata, dicendum, bona quæcunque Eccleſiaſtica, etiam Regularium, vſurpantem videri incurrere excommunicationem Papæ reſeruatam, & ſi fuerit eiuſdem Eccleſiæ Patronus, eo ipſo priuari iure patronatus, & Clericum conſentientem eiſdem pœnis affici, quibuſcunque Beneficijs priuari, ad quæcunque alia Beneficia inhabilem effici, & à ſuorum Ordinum executione, etiam poſt integram ſatisfactionem, & abſolutionem, ſui Ordinarij arbitrio ſuſpendi debere. Ita enim habetur ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 22. *de reformat. cap.* 11. Naldus *in Summa verbo Bona nu.* 10. Qui etiam addit ex declaratione Sacræ Congregationis haberi comprehendi hoc decreto Rectores piorum locorum cedentes arbores frugiferas, ſi in proprios vſus eas cõuertant. Vide Caietanum *verbo Excommunicatio cap.* 27. Proſperum Auguſtinum *in additionibus ad Quarantam verbo Bona Eccleſiæ occupantes.* Cum autem in hoc decreto ſermo ſit generaliter de bonis Eccleſiaſticis, & ſpeciatim etiam, vt ibi dicitur de bonis *cuiuſuis ſæcularis, vel Regularis Beneficij*, ideo, vt dixi, videri ad bonorum Regularium vſurpatores, & Regularem conſentientem extendi debere. Etſi oppoſitum indicet Azor *tom.* 1. *Inſtit. Moral. lib.* 7. *cap.* 38. *quæſt.* 16. aſſerens hoc locum habere non in ipſo Clerico Beneficiario, ſed in extraneis, ſicque declaratum à Sacra Congregatione. Vide & Filiucium *tract.* 44. *cap.* 6. *nu.* 3. *in fin.* Quid autem debeat dici de occupantibus, ſeu damnificantibus Regularium bona, dixi *tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 51. ex priuilegijs Eugenij IV. pro Congregatione Montis Oliueti, & Iulij II pro Auguſtinianis. Extat & aliud eiuſdem Eugenij IV. priuilegium in Bulla: *Etſi ex debito* apud Tamburinum *de Iure Abbatum tom.* 1. *in priuileg. memorab. Iulij II. num.* 22. quo contra perturbantes, vel auferentes bona Monachorum Caſſinenſium, Pontifex excommunicationem fulminat. Fruuntur autem huiuſmodi priuilegijs tam Carmelitæ, quàm alij quicunque habentes generalem communicationem Priuilegiorum cum iſtis Religionibus.

10 Regularium bona ſunt valdè priuilegiata, non ſolum propter dicta de priuilegijs Regularium *to.* 1. *c.* 3. & *to.* 2. *c.* 19. fermè per totum, & dicenda infra verbo *Priuilegia*, ſed etiam, quia gaudere videntur priuilegijs Fiſci, Militum, libertatis, alimentorum, dotis, pupilli & Reipublicæ, ſaltem in multis caſibus, prout latè ex varijs iuribus, & Doctoribus comprobat Lauretus de Franchis *in Controuerſ. Epiſcopor. & Regular quæſt.* 96. *pag. mihi* 434.

11 De ipſorũ immunitate, & exemptione dicam infra verbo *Exemptio*,

ptio, verbo *Gabella*, & verbo *Immunitas Eccleſiaſtica Regularium.* De bonis naufragantium verbo *Bulla Cœnæ Domini*. An ex illis debeatur Canonica portio verbo *Canonica portio*, & 4.to. verbo *Quarta*. An debeant decimas de ipſorum bonis verbo *Decimæ*.

BREVIARIVM.

SVMMARIVM.

Breuiarium particulare habent Religiones Benedictina, Dominicana, & Carmelitana. num.1.
Et aliquæ Eccleſiæ. ibid.
Quid decreuerit Sacra Congregatio circa Breuiarium Carmelitarum. num.2.
Quilibet Religioſus tenetur etiam ſub mortali vti ſolum Breuiario ſui Ordinis. num.3.
An etiam extra Chorum. ibid.
An Eccleſiæ, quæ Breuiarium Romanum receperunt, poſſint redire ad primum Breuiarium. num.4.
An quæ non receperunt illud poſſint in aliquo caſu ipſum acceptare. num 5.
Aut vti alio Breuiario. ibid.
Quid de Clericis, aut Religioſis non habentibus in promptu proprium Breuiarium. num.6.
An qui non acceptarunt Breuiarium Pij V. poſſint illud denuo acceptare. num.7.
Carentia Breuiarij quando excuſſet à peccato. num.8.
An carentes Breuiario teneantur dicere ea, quæ ſciunt memoriter. num.9.
Habens priuilegium recitandi per Breuiarium proprium, an vti poſſit ſocio. num.10.
Beneficiati, quo Breuiario vti debeant. num.11.
Addere, vel demere an liceat in Breuiarijs. num.12.
Alia remiſſiuè. num.13.

1 BREVIARIVM particulare, & diuerſum à communi Clericorum, quod vocatur Romanum, prius à Pio V. & poſtea à Clemente VIII. reformatum, habent aliquæ Eccleſiæ, & Religiones, præſertim Benedictina, Dominicana, & Carmelitana. Ex quibus Benedictinum Breuiarium reformatum ad vſum

Bre-

Breuiarij Romani conceſſum eſt Monachis,& Monialibus Benedictinis in Luſitania. Item Monachis Benedictinis in Heluetia,& Suetia. Item omnibus Monachis eiuſdem Ordinis. Ex declarationibus Sacræ Congregationis apud Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Breuiarium.* De mandato etiam Pauli V.& Sacræ Congregationis debet adhiberi idem Breuiarium ab omnibus Monachis, & Monialibus ſub Regula S.Benedicti militantibus. Barboſa *ibidem*.

2 Quamuis autem idem Barboſa ibidem dicat Fratres, & Moniales noſtri Carmelitani Ordinis recepiſſe Breuiarium Romanum,eiſdemq. conceſſiſſe Sacram Congregationem 9.Aprilis 1633. vt de Sãctis Ordinis poſſent Officia propria iam approbata, iuxta Rubricas Breuiarij Romani recitare, & in celebratione Miſſarum in fine dicere *Salue Regina* ſtantes,& non genuflexos: veritas tamen eſt,quod Religio tale Breuiarium Romanum non recepit,contenta Breuiario antiquo ipſius, quod eſt iuxta Hieroſolymitanæ Eccleſiæ antiquam conſuetudinem,etſi ad normam eiuſdem Breuiarij Romani directum,approbante,& confirmante Gregor. XIII.ann.1584.in Bulla *Vt Breuiarij, &c.* quæ eſt in principio ipſius. Quoad Officia verò Sanctorum Ordinis, cum ea ſæpius eidem conceſſa ſint, partim à Gregorio XIII. in dicto Breuiario, partim à Sacra Congregatione Rituum ſub Paulo V. anno 1609.& ſub Sanctiſs.D.N.Vrbano VIII. ſub anno 1628. ideo ea ſunt in vſu Religionis,ſicut prius erant.Similiter vſus antiquus dicendi *Salue Regina* in fine Miſſarum in Ordine quoque perſeuerat ſicut prius. Nihil proinde ex vi talis conceſſionis in Ordine immutatum eſt,nec illa fuit eidem intimata,aut ab ipſo recepta.

3 Quamuis, iuxta dicta *tom.1.cap.12.num.18.* quilibet Religioſus teneatur,etiam ſub mortali,dicere horas Canonicas iuxta Breuiarium pro ſuo Ordine approbatum, iuxta Romanum videlicet, illi, qui eo vtuntur,& iuxta Benedictinum,Dominicanum,& Carmelitanum,horum Ordinum Religioſi,quod maximè tenet verum quoad Chorum, cum pro illo magis vigeat hoc præceptum. Nihilominus,prout plures probabiliter credunt, prædicti Benedictini,Dominicani,& Carmelitani,& quicunque alij extra Chorum recitantes, poſſunt vti Breuiario Romano, niſi in ipſorum Religionibus ſit prohibitio de hoc. Ratio eſt, non ſolum, quia cum Eccleſia Romana ſit mater omnium Eccleſiarum,ideo conformari ſe illi ſemper licitum videtur: ſed etiam,quia Pius V. qui in Bulla *Quod à nobis*, quæ eſt 64. inter Conſtitutiones ipſius in 2.tom.Bullar. ordinauit, vt Breuiarium Romanum à ſe editum ab omnibus reciperetur,ab hoc onere excepit eos, qui à ducentis annis alijs Breuiarijs vtebantur, adijciens,quod ſi illud velint recipere poſſint illo vti in Choro, ſi ita Epiſcopo, & toti Capitulo magis placuerit.

cuerit. Ex hoc enim denotatur, quod ad vtendum illo extra Chorum non requiratur consensus Episcopi, vel Capituli, ac per consequens, quod possint illo vti priuatim extra Chorum. Sanchez *in opusc. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 2. dub. 23.* Diana *part. 2. tract. 12. de horis Canonicis resolut. 10.* alios referens, ac de consuetudine testificans. Dixi, nisi sit circa hoc specialis prohibitio in Religione, quod etiam tenet Sanchez *ibid.* & Bonacina *in tract. de horis Canonicis disp. 1. quæst. 3. punct. 1, num. 5.* quia esto id esset permissum à Pontifice, potuerunt tamen Prælati Regulares id prohibere suis subditis, vel propter conformitatem seruandam in Religionibus, vel propter alias rationabiles causas. Sicut & inter sæculares prohibitum id est in Ecclesia Mediolanensi, vt affert Bonacina *num. 6.* In nostra autem Religione Carmelitarum est prohibitio Papalis de hoc à Gregorio XIII. in Bulla relata, vbi hæc habet: *Mandantes vniuersis, & singulis Ordinis prædicti Professoribus, Nouitijs, & personis vtriusq. sexus, vt hoc solo Breuiario in quacunque Prouincia, Congregatione, & domo, tam in Choro, quàm extra illum Matutinis, & alijs horis Canonicis recitandis vtantur.* Et postea imponit transgressoribus pœnam excommunicationis latæ sententiæ Papæ reseruatæ.

4 Ecclesiæ porrò, & Religiones, quæ prædictum Breuiarium receperunt, non possunt amplius ad primum Breuiarium redire, censetur enim iam reprobatum in d. Constitutione Pij V. Filiucius *tract. 23. cap. 6. num. 185.* Bonacina *supra num. 2.*

5 Probabile autem est in illis Ecclesijs, aut Religionibus, vbi prædictum Breuiarium Romanum receptum non est, sed conseruatum illud, quod per 200. annos erat in vsu, posse Episcopum, vel Prælatum Religiosum cum suis subditis respectiuè dispensare ex rationabili causa, & pro aliquo casu, vt recitent Officium diuinum per præfatum Breuiarium Romanum. Ratio est, quia Episcopi, & per consequens Prælati Regulares solent in similibus præceptis Ecclesiasticis, eo casu dato, dispensare, iuxta dicta *tom. 1. cap. 18. num. 55.* Suarez *tom. 2. de Religion. lib. 4. de horis Canonicis cap. 23. num. 17.* Idem credo de recitatione Officij per aliud Breuiarium approbatum. v. g. Benedictinum, Dominicanum, vel Carmelitanum pro aliquo casu, & ex rationabili causa, propter eamdem rationem. Imò de Clerico obligato ad dicendum Officium per Breuiarium Romanum, credunt aliqui non peccare mortaliter si vna, vel alia vice illud recitet per Breuiarium, v. g. Dominicanum. Quia talis mutatio non videtur notabilis. Diana *supra* post alios. Addunt aliqui, posse Prælatum Regularem dispensare, vt in aliquo casu dicatur aliquod Officium non contentum in Breuiario, rationabili causa subsistente. Suarez *supra cap. 11. num. 6.* Diana *supra*

Digitized by Google

pra resolut. 36. Hæc porrò omnia non videntur procedere in illis Ecclesijs, & Religionibus habentibus Papale statutum vtendi solo proprio Breuiario, prout Carmelitæ habent, vt dixi.

6 Casu autem quo Clerici, vel Religiosi obligati ad proprium Breuiarium ipso carerent, vel quia propria culpa illud amisissent, vel quia ipsis furto sublatum esset, tenerentur recitare per quodcunque Breuiarium approbatum, quod in promptu haberent, non obstante quacunque prohibitione, quam haberent, non vtendi alio Breuiario, nisi proprio. Ratio est, quia præceptum iuris communis recitandi Officium diuinum, quod obligat omnes Ecclesiasticos, præsertim in sacris constitutos, præponderare debet cuicunque præcepto recitandi per hoc, vel per illud Breuiarium. Vnde hoc posterius in eo casu cederet priori.

7 Probabile etiam est illas Ecclesias, vel Religiones, quæ acceptarunt Breuiarium Romanum editum à Pio V. eò quod haberent aliud Breuiarium à 200. annis, posse nihilominus modo illud acceptare. Ratio est, quia Pontifex illis cõcedit id posse facere cum conditione modo afferenda. Cum autem hæc cõcessio non limitetur ad aliquod tempus, ideo videtur perpetua, ac per consequés nunc etiam in sua vi manere. Indicat id Suarez *supra dicto cap.* 11. *num.* 4. dum de illis dicit, *posse* (quod est temporis præsentis, non potuisse, quod est præteriti) *illud acceptare, si velint*. Addit Pontifex hoc fieri debere dummodo Episcopus, & vniuersum Capitulum in eo consentiant. *Quæ Regula* (inquit Suarez *supra*) *cum proportione ad Regulares Ecclesias applicatur.* Quod intelligendum, vt in Ecclesijs sæcularibus, seu Regularibus non exemptis id fiat de consensu Episcopi, & vniuersi Capituli, in Ecclesijs verò Regularium, seu Religionibus exemptis, de consensu Generalis, & Capituli Generalis. Addit & Suarez quem sequitur Bonacina *supra num.* 20. quod cum Pontifex requirit consensum vniuersi Capituli, non postulat, quod omnes de Capitulo nullo discrepante, consentiant, id enim moraliter expectandum non est, nec vis verbi hoc postulat, sed solum, quod præstetur à Capitulo, vt Capitulum est, idest, per modum vnius corporis mystici ad hoc congregati.

8 Carentia Breuiarij voluntaria non excusat à peccato recitandi, secus si inuoluntaria fuit, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 12 *num.* 25. Quæ sic amplianda. Qui sine sua culpa caret Breuiario, vt quia illud amisit, vel illi sublatum est, & nullo modo potest habere, vel accommodatum, vel emptum, vel cum alio, aut memoriter recitare, excusatur à peccato. Quia nemo tenetur ad impossibile. Siluester *verbo Hora quæst.* 4. Sotus *lib.* 10. *de Iustit. quæst.* 5. *art.* 3. Hoc verò intellige, si nec potest habere Breuiarium alterius Religionis, vel Instituti, approbatum tamen, quia tunc iuxta *dicta supra num.* 6. per illud debet recitare. Qui autem

ſua culpa caret Breuiario, videlicet, quia nauigationem aggrediens illud proiecit in mare, aut combuſſit, vel negligens culpabiliter fuit in eo cuſtodiendo, peccauit tunc mortaliter, quia cauſam dedit omiſſioni recitandi. Similiter peccauit mortaliter, ſaltem quoad omiſſionem ipſam externam, omnibus alijs diebus, quibus caruit Breuiario, quando currebat præceptum recitandi, quia tunc verè tranſgreditur præceptum recitandi. Ita in ſimili Cornexo *tom.1.in 1 2.S.Thomæ tract.7. circa quæſt.71. diſp.3. dub.12. & 13.* Si tamen ipſum pœnituerit de proiectione, aut culpabili amiſſione Breuiarij, nec illi occurrerit aliquod medium ad recitandum, non peccat non recitando, quia non ſolum iam eſt ſibi impoſſibile recitare, ſed etiam, quia iam retractauit in quantum potuit voluntatem, quam habuit non recitandi in ſua cauſa. Nauarrus *in Summa cap.25.num.102.* Sanchez *in opuſc.moral. tom.2.lib.7.cap.2.dub.51.*

9 An verò iſti carentes Breuiario, ſiue ſua culpa, ſiue ſine illa, teneantur dicere ea, quæ ſciunt memoriter, non facilis controuerſia eſt. In qua dicendum primò, quòd ſi iſti ſciunt aliquas horas memoriter, v.g. Primam, Tertiam, Completorium, &c. proculdubio illa tenentur dicere. Etenim iuxta dicta dicto *cap.12.num.27.* ſicut, qui debet centum, & non poteſt ſoluere, niſi decem, tenetur decem ſoluere, & qui non poteſt ieiunare totam Quadrageſimam, tenetur tamen ieiunare diebus, quibus poteſt: ſic in præſenti, cum iſti teneantur ad dicendum totum Officium, ſi non poſſunt ſoluere totum ob carentiam Breuiarij, tenebuntur tamen ſoluere eas horas, quas poſſunt ſine Breuiario. Dicendum ſecundò, ſi prædicti memoriter ſciunt maiorem partem alicuius horæ, vel aliquarum horarum tenentur eam dicere, ſecus ſi minorem tantum partem memoriter ſciunt. Ratio eſt, non ſolum, quia regulariter loquendo ad maiorem partem potius quam ad minorem attendi debet, maior enim pars trahit ad ſe minorem, *l. quod maior pars ff.de municip.& cap.1.de his quæ fiunt à maiori parte*, ſed etiam, quia durum videtur ſcientem memoriter maiorem partem horæ ad eam non obligari, & æquè durum minorem ſolum ſcientem obligare, alias nullus omnino excuſaretur à dicendis horis, nullus enim eſt, qui non aliquam earum partem dicere poſſit, arbitrio ergo prudentis id relinqui debet, & non videtur eſſe aliud prudentius, quam hoc. Sic fermè ex Nauarro ſequitur Sanchez *in opuſc. moral. lib.7.cap.2. dub.46.& 47.* Subiungens cum eo, paucos eorum, qui diu horas recitarunt, excuſari ob carentiam Breuiarij, vel cœcitatem, quia pauci ſunt, qui memoria non teneant *Pater noſter, Aue Maria, Credo*, Antiphonas horarum, Pſalmos Laudum, & minorum horarum, & plures Matutinum, quæ faciunt magnam partem. Non tamen prædicti Breuiarijs carentes te-

nentur

nentur dicere aliud Officium, præter diei occurrentis, eò quod illud memoriter sciant. Obligatio enim præcepti Ecclesiastici solum est ad Officium determinatum illius diei. Diana dicto *tract.* 12. *resolut.* 30.

10 Si aliquis habet priuilegium recitandi per Breuiarium aliquod particulare, potest socius cum illo recitare absque aliqua culpa, quia id quod priuilegium disponit de vno ex correlatiuis, disponit etiam de alio. Ita ex Portello, & Henrriquez habet Diana *supra resolut.* 35.

11 Religiosi Beneficiati, & quicunque alij Beneficiati debent se accommodare Breuiario Ecclesiæ, cui inseruiũt, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 17. *num.* 11. Quod idem credo dicendum, quando Religiosus habens proprium Breuiarium, v.g. Carmelita, seruiret ex licentia Parochi per aliquod tempus alicui Ecclesiæ, propter eamdem rationem. Casu tamen quo aliquis possideat duo Beneficia in duabus Ecclesijs habentibus diuersa Breuiaria, cum adest Choro, tenetur se accommodare Officio, vel Breuiario illius Chori. Prorsus enim inordinatum est, quod qui in Choro dicit Officium, non illud dicat iuxta Breuiariũ quo vtitur Chorus. Extra Chorum verò probabilius est debere vti Breuiario, quod adhibetur in Ecclesia in qua habet residentiam. Nam sicut extraneus debet se accommodare moribus loci in quo habitat, sic & Beneficiarius Bonacina *dicta disp. quæst.* 3 *punct.* 1. *num.* 9. ex alijs.

12 Addere aliquid Breuiarijs, vel aliquid demere ab illis pertinens ad diuinum Officium omnino prohibitum est sub mortali, quia re vera est vsurpare in re graui auctoritatem Ecclesiæ, & Sacræ Congregationis, ad quam pertinet id facere. Idcirco prohibetur regulariter in Bullis, quibus Breuiaria approbantur, & in nostro Carmelitano à Gregorio XIII. sub excommunicationis latæ sententiæ Papæ reseruata. Addit Bonacina *supra num.* 21. ex alijs, quod si aliquid addatur Breuiario non pertinens ad diuinum Officium non videtur illicitum.

13 Vide alia verbo *Festi dies*, & 4. tom. verbo *Officium diuinum*.

BVLLA COENÆ.

SVMMARIVM.

Bulla Cœnæ vnde dicta. num. 1.
Quando ceperit eius publicatio. ibid.
Casus, & censuræ illius dici debent à Iure, non ab homine. num. 2.
An incidant in illos mandantes, consulentes, &c. num. 3.
An multiplicentur per illam excommunicationes per alia iura latæ. num. 4.

Caſus huius Bullæ ſunt viginti. num.5.
Primus eſt hæreſis. num.6.
Anathematizare quid denotet. num.7.
Apoſtatæ à fide, qui dicantur. num.8.
Schiſmatici, qui dicantur. num.9.
Quomodo differat Schiſma ab hæreſi. ibid.
Schiſmaticorum pœnæ quænam ſint. ibid.
Secundus eſt contra appellantes à Papa ad Concilium. num.10.
Quomodo intelligenda hæc appellatio. num.11.
Tertius contra piratas, curſarios, &c. num.12.
Qui tales ſint. num.13.
Quomodo intelligenda ea excommunicatio. ibid.
An comprehendat Chriſtianos remigantes in triremibus infidelium. ibid.
Quartus eſt contra ſurripientes bona naufragantium. num.14.
Quomodo intelligenda hæc excommunicatio. num.15.
Quintus eſt contra imponentes indebitè gabellas. num.16.
Quid ſit gabella, & quot nominibus vocata. num.17.
Quæ ſint, quæ prohibeantur in hoc caſu. num.18.
Quando incurratur hæc cenſura à Principibus. num.19.
Sextus eſt contra falſarios Litterarum Apoſtolicarum. num.20.
Septimus eſt contra deferentes arma, &c. ad infideles. num.21.
Quomodo intelligendus ſit caſus. num.22.
An comprehendantur illo remiges Chriſtiani. ibid.
Quid intelligatur per certiores facere infideles de rebus Chriſtianæ Reipublicæ concernentibus. num.23.
Quid per Chriſtiani nominis hoſtes intelligatur. num.24.
Caſus octauus eſt contra impedientes victualia pro Romana Curia. num.25.
Quomodo intelligendus. num.26.
Nonus, contra interficientes, mutilantes, &c. ad Sedem Apoſtolicam venientes, vel recedentes, vel vſurpãtes iuriſdictionem, &c. nu.27.
Qui incurrant in hunc caſum. num.28.
Sedis Apoſtolicæ nomine quid intelligatur. ibid.
Decimus eſt contra damnificantes peregrinos ad Vrbem venientes. n.29.
Quomodo accipiendus ſit caſus. num.30.
Vndecimus eſt contra damnificantes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, & alios Prælatos, &c. num.31.
Qualiter cum hoc caſu concordent iura antiqua. num.32.
Nomine Epiſcopi quid in hoc caſu intelligatur. num.33.
Ratum habere quid importet. ibid.

Quid

Quid de offendentibus domum, vel familiares Cardinalium. ibid.
Duodecimus est contra impedientes negotia in Romana Curia gerentes. num.34.
Quæ actiones, & circa quas personas sint hic prohibitæ. num.35.
Casus decimus tertius contra appellantes ab executione Litterarum Apostolicarum, recurrentes ad sæculares Potestates, &c. num.36.
De materia huius casus remissiuè. num.37.
Quartus decimus est contra auocantes causas spirituales, &c. nu.38.
De hoc casu remissiuè. num.39.
Quintus decimus est contra trahentes personas Ecclesiasticas ad tribunalia sæcularia. num.40.
De materia huius casus, etiam remissiuè. num.41.
Decimus sextus contra molestantes, aut impedientes Iudices Ecclesiasticos. num.42.
De huius casus materia remissiuè. num.43.
Decimus septimus est contra vsurpantes prouentus Ecclesiasticos, num.44.
De hoc casu remissiuè. num.45.
Decimus octauus contra imponentes onera Ecclesiasticis. num.46.
Quid de recipientibus illa. num.47.
Decimus nonus contra interponentes se in causis Ecclesiasticorum, num.48.
De huius casus materia remissiuè. num.49.
Vigesimus contra occupantes, vel detinentes terras dominij Papæ. num.50.
Quos comprehendat hic casus. num.51.
Casuum prædictorum absolutio Papæ reseruatur. num.52.
An mortis articulus, etiam periculum mortis importet. num.53.
An priuilegia Regularium per hanc Bullam reuocentur. num.54.
An priuilegium Episcopis concessum à Concilio Tridentino. num.55.
Quid de priuilegio Bullæ Cruciatæ. num.56.
Excommunicatio contra absoluentes à prædictis casibus. num.57.
Præceptum publicandi hanc Bullam. num.58.
Intentio Pontificis, vt ea in toto orbe obseruetur. num.59.
Derogatio priuilegiorum. num.60.
Quid de non vsu ipsius in aliquibus locis. num.61.
Cardinalis Caietani doctrina circa hoc. num.62.

BVLLA Cœnæ ea dicitur, quæ ritu veteri Summorum Pontificum quotannis legitur Romæ, Papa præsente, feria quinta maioris Hebdomadæ, vocata in Cœna Domini. Est autem

tem hæc Bulla proceſſus quidam caſuum, & excommunicationum re-ſeruatarum Summo Pōtifici cum derogatione priuilegiorum quorum-cunque. Dicitur Bulla, quia Sigillo plumbeo bullatur, ſeu ſignatur, vt latè per Rebuffum *in praxi Benefic. in 3. part. ſignat. fol.* 132. *num.* 4. *& ſequentibus*. Cepit à multis annis, nam in Vaticana Bibliotheca reperiuntur proceſſus Gregorij XI. circa ann. 1370. nec creditur primus, qui hoc fecit. Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 18. *num.* 3. Alij credunt cepiſſe ſub Martino V. circa ann. 1420. quo tempore agebatur de Concilio Conſtantienſi contra errores Bohemorum, forſan, quia ab illo multiplicata, correcta, aut magis declarata fuit. Legebatur olim ter in anno; ſcilicet, feria quinta maioris Hebdomadæ, die Aſcenſionis Domini, & Dedicationis SS. Petri, & Pauli, hodie tamen ſolum legitur in dicta feria quinta. Aucta fuit à Paulo II. Sixto IV. Leone X. Paulo III. Paulo IV. Pio IV. Pio V. qui eam maiori auctoritate fulcitam & auctam Reipublicæ Chriſtianæ vtiliorem reddidit; quod imitati ſunt poſteriores Pontifices. De quo Graſſius *in deciſ. aureis part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 18. *à nu.* 3. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. Allegat.* 50. *nu.* 55. Quamuis autem hæc Bulla in paucis tangat ſpecialiter Regulares, quia tamen ipſa celebris valdè in Eccleſia eſt, & per ipſam reuocantur omnia ipſorum priuilegia, quo ad ipſam ſpectant, prætermitti non potuit in hac Summa, ſaltem quo ad magis practicabilia, & grauiora, ſumendo verba ipſius ex ipſo fonte, ſcilicet eadem Bulla, prout à Sanctiſs. D. N. Vrbano VIII. edita fuit, & habetur in 4. tom. Bullarij inter Conſtitutiones ipſius *num.* 62. omiſſis alijs Bullis anterioribus, quas alij exponunt. Prius tamen aliqua notanda pro ipſa.

2 Primò, caſus iſtos, & cenſuras huius Bullæ dicenda eſſe à Iure, non ab homine. Cornexo *de excommunicat. diſp.* 1. *dub.* 3. § *ſed reſpondetur*. Etſi enim olim tantum ab homine cenſerentur, quia non per modum ſtatuti, aut legis, ſed per modum ſententiæ proferebantur; vnde conſequenter mortuo Pontifice expirabant, modo tamen poſt tempora Pij V habent vim Iuris, non ſolum, quia generaliter fulminantur, ſed etiam quia, vt declarauit hic Pontifex, durant quouſque à Summo Pontifice fiant, aut publicentur noui, quod eſt eſſe de ſe perpetuos, ac per conſequens habere vim legis, ſeu ſtatuti à Iure. Toletus *ſupra num.* 4. Suarez 5. *tom. in* 3. *part. diſp.* 21. *ſect.* 1. Benè propterea animaduertens, propter multiplicationem harum Bullarum non multiplicari cenſuras circa idem crimen. Si quidem adueniente poſteriori ceſſat prior ab alio Pontifice edita.

3 Secundò, in has cenſuras non incidere mandantes, conſulentes, auxiliantes, &c. niſi illi expreſsè comprehendantur in verbis Bullæ. In his enim grauiſſimis pœnis non eſt facienda extenſio ad caſus ſimiles,

niſi

niſi exprimantur, eò præſertim, quod quando Bulla illos comprehendere vult ipſos exprimit. Naldus *in Summa verbo Bulla Cœnæ num.* 2. & 17. Quod & patebit ex dicendis infra dum de ſchiſmaticis erit ſermo.

4 Tertiò, quod excommunicationes per alia iura latæ, & in iſta Bulla repetitæ non multiplicantur circa idem crimen, ſed ſolum additur reſeruatio. Ita quod excommunicatio lata in iſta Bulla contra aliquod delictum pro quo impoſita eſt etiam excommunicatio in Iure non eſt diuerſa ab illa, ſed eadem, addita tamen reſeruatione. Sic Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *num.* 54. Suarez *ſupra*. Incidens tamen in plures caſus huius Bullæ, in plures cenſuras incurret, ſicut qui plures Clericos percutit, plures incurrit cenſuras. Naldus *ſupra num.* 3.

5 Caſus ergo, propter quos in hac Bulla excommunicatio fulminatur ſunt viginti; de quibus omnibus ſigillatim dicendum.

6 Primus eſt, propter hæreſim his verbis: *Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra, quoſcunque Huſſitas, Vuiclephiſtas, Lutheranos, Zuinglianos, Caluiniſtas, Vgenotos, Anabatiſtas, Trinitarios, & à Chriſtiana fide Apoſtatas, ac omnes, & ſingulos alios hæreticos, quocunque nomine cenſeantur, & cuiuſcunque ſectæ exiſtant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defenſores, ac eorum libros hæreſim continentes, vel de religione tractantes ſine auctoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes, ex quauis cauſa, publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore, nec non Schiſmaticos, & eos, qui ſe à noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt, & recedunt.*

7 Circa quem, præter dicenda verbo *Hæreſis, & Hæreticus*, & 4. to. verbo *Libri*, vbi plura ſpectantia ad hunc primum caſum, notandum verbum illud *Anathematizamus*, quod tam in hoc caſu, quàm alijs huius Bullæ ponitur, non denotare aliquam cenſuram diſtinctam ab excommunicatione maiori, ſed poni ad denotandum accidentalem ſolemnitatem, qua hæc excommunicatio maior imponitur, vel grauitas delicti, propter quod imponitur. Cornexo *ſupra*.

8 Deinde, circa illud verbum *à Chriſtiana fide Apoſtatas*, præter dicta *ſupra* verbo *Apoſtata*, notandum, hic *Apoſtatas* vocari illos, qui à fide Chriſtiana ad Mahometanam ſectam, vel Iudaiſmum tranſeunt, qui etſi verè ſint hæretici, vt propterea eaſdem pœnas quas hæretici incurrant (Sanchez *de præcept. Decalog lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 18.) maioris tamen claritatis gratia hic nominantur. Suarez *dicta diſp.* 21. *ſect.* 2.

Quemadmodum autem ad hoc, quod aliquis sit hæreticus comprehensus in hac Bulla, & incurrens hanc excommunicationem requiruntur duo, ita vt vnum sine altero non sufficiat, scilicet, quod mente discredat, & quod signo aliquo externo suum prodat errorem, sic dicendũ de Apostatis, prout in præsenti. Propter eamdem rationem. Suarez *supra*, 9 Circa illud verò, *nec non Schismaticos, &c.* nota Schisma esse voluntariam, & pertinacem subtractionem, & separationem ab obedientia vniuersalis Ecclesiæ; vel Summi Pontificis. S. Thom. 2.2. *quæst.* 39. *art.* 1. & Theologi *ibidem.* Vnde Schismaticus non est, qui se separat ab obedientia illius, quem probabiliter putat non esse Papam, quando dubium est quisnam sit talis. Ille enim non recedit ab obedientia Summi Pontificis formaliter, sed huius personæ, quam credit non esse talem. Valentia 2.2. *disp.* 3. *quæst.* 15. *punct.* 1. §. *tertia propositio*. Naldus *supra num.* 16. Quamuis etiam numquam detur hæresis sine Schismate, quia omnis hæreticus recedit ab obedientia Ecclesiæ, & Summi Pontificis, quatenus renuit credere illis, quæ ipsi proponunt, nihilominus potest Schisma cum hæresi, & sine hæresi reperiri, cum hæresi quidem si separetur quis à Summo Pontifice cũ errore intellectus, quo putet eum non esse Christi Vicarium, hic enim hæreticus est, & schismaticus, si autem sine illo, aut alio errore ab ipso separetur, erit schismaticus, & non hæreticus. Reginaldus *lib.* 17. *num.* 111. & *lib.* 9. *nu.* 258. Bonacina *de legib. & præcept. Decalog. disp.* 3. *quæst.* 4. *punct. vlt.* §. 5. *num.* 5. Tunc autem continget schisma sine hæresi si aliquis à Papa separetur, quia videlicet eum putat male electum, vel ob aliquos defectus Pontificali dignitate priuatum. Ita Azor *tom.* 1. *Instit. Moral. lib.* 8. *cap.* 20. *quæst.* 4. ex S. Thoma, & Caietano. Vel quando ex mala voluntate erga Papam non vult subijci ipsi, sed separari ab vnitate Ecclesiæ. Sanchez *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 36. *nu.* 8. Schismaticorum pœnæ sunt priuatio Ecclesiasticæ potestatis, ideſt iurisdictionis Ecclesiasticæ, *ca. didicimus* 24. *quæst.* 1. inhabilitas ad Beneficia in futurum consequenda, *ca. Quia diligentia de elect.* & excommunicatio, de qua in præsenti. Sanchez *supra num.* 10. 11. & 18. Bonacina *supra nu.* 7, 9. & 10. Hæc verò excommunicatio incurritur à schismatico, etiam si hæreticus non sit, cuius signum est, quod in verbis allatis ex Bulla ponitur separatim. Incurritur etiam solo actu externo, quo quis indicat se recedere ab obedientia Papæ, etiam si actu interno id non intendat. Hæc enim est differentia inter Schisma, & hæresim, quod quia hæresis consummatur in actu interno sicut actus fidei contrarius, ideo si ille non adsit, quantumuis adsit actus externus nõ incurritur excommunicatio; Schisma verò, quia consummatur in actu externo, scilicet in subtractione ab obedientia Papæ, ideo solum propter illum incur-

tetur excommunicatio. Suarez *ſupra dict.* 21. *ſect.* 2. *num.* 13. Qui benè propterea animaduertit Catholicos, qui ſub hæretico Principe viuunt, v.g in Anglia, eique vt Supremo Capiti Eccleſiæ exterius obediunt, quamuis in conſcientia pœnas hæreticorum effugiant, ſed non Schiſmaticorum, quia verè Schiſmatici ſunt. Sanchez *ſupra num.* 14. Non tamen hæc cenſura ligat fautores, receptatores, aut defenſores Schiſmaticorum, quia in Bulla non comprehenduntur, nec in odioſis fieri debet extenſio ad caſus ſimiles. Bonacina *ſupra* §. *obſerua quarto*, ex Suarez etiam *ſupra num.* 14. Ligantur tamen excommunicatione, & alijs pœnis contentis in Bulla Pauli IV. quæ incipit: *Cum ex Apoſtolatus officio* 1. tom. Bullar. inter Conſtitutiones ipſius *num.* 19. Bonacina *ſupra*.

10 Secundus caſus in Bulla comprehenſus eſt iſte: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos cuiuſcunque ſtatus, gradus, ſeu conditionis fuerint, Vniuerſitates verò, Collegia, & Capitula quocunque nomine nuncupentur interdicimus, ab Ordinationibus, ſeu mandatis noſtris, ac Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium ad vniuerſale futurum Concilium appellantes, nec non eos quorum auxilio, conſilio, vel fauore appellatum fuerit.*

11 Circa quem, præter dicta ſupra verbo *Appellatio*, & *Appellare* nota, ad incurrendas has cenſuras, excommunicationis videlicet pro particularibus perſonis, & interdicti pro vniuerſitatibus, neceſſarium eſſe, quod appellatio ipſa ſit actu ſecuta. Verba enim regulariter intelligenda ſunt cum effectu ipſo, quem propriè ſignificant, vt dixi *ſupra* verbo *Abortus num.* 9. *l.* 1. §. *hæc autem verba ff. quod quiſque iuris*. Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *num.* 58. Graſſius *in deciſ. aureis part.* 1. *lib* 4. *cap.* 18. *num.* 61. Non incurruntur autem per auxilium, conſilium, vel fauorem præſtitum poſt appellationem, ſed ante ipſam, vt notatur illis verbis Bullæ *Appellatum fuerit*. Suarez *dicta ſect.* 2. *num.* 16. Naldus *in Summa verbo Bulla Cœnæ num.* 17. Nec quando fieret appellatio ſub fiducia talis auxilij, conſilij, vel fauoris, niſi prius aliqua promiſſio de ipſis præſtandis facta fuiſſet. Suarez, & Naldus *ibidem*. Nec comprehendi videntur appellantes à Iudicibus Sedis Apoſtolicæ, aut ad Concilium Prouinciale, ſeu ad Concilium Generale præſens, quia verba illa *Mandatis noſtris*, ac *Romanorum Pontificum, &c.* & ad *vniuerſale futurum Concilium* iſtos non tangit. Graſſius *ſupra num.* 58. 59. & 60. Nota, quod hæc excommunicatio lata erat antiquitus, & reſeruata à Pio II. & Iulio II. Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 2.

12 Tertius eſt talis: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes piratas, curſarios, ac latrunculos maritimos diſcurrentes ma-*

re

re noſtrum, præcipuè à Monte Argentario, vſque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defenſores.

13 Circa quem, notandum ad piratas duas conditiones requiri; primam, quod id faciant non caſu, aut incidenter, ſed per ſe, & ex intentione. Vnde ſi mercaturæ vacantes in mari aliquando alios nauigantes expolient, non dicuntur piratæ. Secundam, quod non expolient alios titulo belli, ſi enim titulo belli iuſti, vel iniuſti mare diſcurrant, & hoſtes expolient, non ſunt piratæ. Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *num.* 59. Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 3. Hi ergo, qui per ſe, & ex intentione, & non titulo belli, alios expoliant, excommunicantur in hac Bulla. At non omnes, ſed illi tantum, qui mare Papæ diſcurrũt, vt patet ex verbis Bullæ. Etſi enim ſecundum antiquiores Bullas, omnes piratæ cuiuſcunque maris excommunicarentur, dicebatur enim in illis: *Excommunicamus omnes piratas, curſarios, latrunculos maritimos, & illos præcipuè, qui mare noſtrum, &c.* at nunc non ita, ſed reſtricta videtur excommunicatio ſolum ad piratas maris Papæ. Toletus *num.* 4. Naldus *in Summa verbo Bulla Cœnæ num.* 19. Dicitur mare Papæ Tyrrhenum, & Adriaticum, quia ad ipſius dominium temporale ſpectat. Suarez *dicta ſect.* 2. *num.* 18. licet Graſſius *ſupra num.* 67. per *mare noſtrum*, mare Chriſtianorum intelligat. Non tamen requiritur ad incurrendam hanc excommunicationem, quod mutilent, interficiant, deprædentur, aut expolient nauigantes. Etſi enim hoc eſſet neceſſarium ſecundum antiquiores Bullas, at nunc ſecundum hanc modernam ſufficit diſcurrere per mare intentione id faciendi. Toletus *num.* 5. Suarez *ſupra num.* 19. Non incurritur ab illis, qui expoliant, aut deprædantur infideles. Toletus *ibidem.* Naldus etiam *ibidem.* Niſi forſan (quod non affirmo) quando expoliarent infideles, vel habentes ſaluum conductum, vel gentiles non inimicos Chriſtianorum. Suarez *ſupra num.* 20. & 21. Comprehenduntur etiam in hac cenſura fautores, receptatores, & defenſores horum piratarum, vt patet ex verbis relatis. Qui porrò tales cenſendi conſtabit ex dicendis verbo *Hæreſis, & Hæreticus*, dum de ſimilibus dicetur. Sine dubio autem milites, & alij, qui veniunt cum piratis in nauibus, vel triremibus eos adiuuantes, fautores dici debent, ac incurrere hanc cenſuram. Secus de remigantibus Chriſtianis, qui vi coacti triremes vehunt piratarum infidelium, dicendum. Nauarrus *ſupra num.* 63. § *ſeptima quod Chriſtiani.* Graſſius *ſupra num.* 69. Imò quamuis ipſi, & alij dicant tales remiges adminus peccare mortaliter, probabiliter tamen etiam à peccato mortali excuſantur, eo quod ipſorum remigare non eſt ex ſe malum, ſed indifferens. Et licet ab infidelibus malè ordinetur, ab ipſis tamen Chriſtianis, non niſi benè ordinatur, ſcilicet ad damnum proprium

prium vitandum. Molina *tom.* 1. *de Iuſtit. diſp.* 115. *concluſ.* 2. Sanchez *lib.* 1. *de præcept. Decalog. cap.* 7. *num.* 18. Cornexo *de Cenſur. diſp.* 13. *dub.* 1. §. *Ex quo infero.* Vide & alia *infra num.* 22. & nota Suarez *dicta ſect.* 2. *num.* 60. oppoſitum ſatis probabiliter tueri.

14 Quartus eſt: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcunque nauibus, tempeſtate, ſeu in tranſuerſum (vt dici ſolet) iactatis, vel quoquo modo naufragium paſſis, ſiue in ipſis nauibus, ſiue ex eiſdem eiecta in mare, vel in littore inuenta cuiuſcunque generis bona, tam in noſtris Tyrrheni, & Adriatici, quàm in cæteris cuiuſque maris regionibus, & littoribus ſurripuerint Ita vt nec ob quodcunque priuilegium, conſuetudinem, aut longiſſimi, etiam immemorabilis, temporis poſſeſſionem, ſeu alium quemcunque prætextum excuſari poſſint.*

15 Olim erat de hac re impoſita excommunicatio, licet non reſeruata, *cap. excommunicat. de rapt.* Nauarrus *ſupra num.* 6. Vt verò hæc huius Bullæ incurratur requiritur primò, quod ſurreptio talium bonorum ſit iniuſta, ſi enim titulo belli, aut alio pacto fuerit iuſta non incurretur. Naldus *ſupra num.* 24. Secundò, quod non ſit animo reſtituendi ea ſuis dominis, quando conſtaret de illis. Talis enim non eſſet propria ſurreptio. Graffius *ſupra n.* 75. Toletus *ſupra cap.* 21. *nu.* 1. Tertio, quod ſit in ipſo naufragio, vel poſt illud, qui enim ante illud aliquid ſurripuit non incurrit hanc cenſuram. Naldus *num.* 26. Non tamen requiritur, quod talia bona per aliquam moram retineantur, ſed per ſolam ſurreptionem incurretur excommunicatio hæc, etſi illa, quæ antiquo iure lata erat, non incurreretur, niſi mora reſtituendi interueniente. Suarez *dicta ſect.* 2. *à num.* 27. Toletus *ſupra.* Non extenditur hæc cenſura ad conſulentes, mandantes, aut fautores, quia illorum non meminit Bulla, ſicut ſolet, quando illos vult comprehendere. Idem Naldus *num.* 27. apud quem & Graffium, ac Proſperum de Auguſtino *in additionib. ad Quarantam in Summ. Bullar. verbo Bona naufragantium* vide alia circa hunc caſum.

16 Quintus eſt huiuſmodi: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris ſuis noua pedagia, ſeu gabellas, præterquam in caſibus ſibi à Iure, ſeu ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licētia permiſſis imponunt, vel augent, ſeu imponi, vel augeri prohibita exigunt.*

17 Nota, gabellam eſſe tributum publicum à Principe in cōmunem vtilitatem exactum. Toletus *in Summa lib.* 5. *cap.* 72. Habet autem tam tributum, quàm gabella diuerſa nomina, iuxta diuerſitatem rerum, ſeu locorum, licet aliquando inter ſe confundantur. Hiſpanè enim vocatur *Alcauala.* Dicitur etiam *vectigal*, quia eſt de rebus, quæ vehuntur. *Pedagium*, quia eſt pro aptandis vijs, aut pontibus, per quos inceditur.

Guida-

Guidagium, quia eſt pro ducatu ſecuro in vijs. Dicitur quoque *Telonium*, *Portorium*, & *Duana* à locis, vbi gabella ſoluitur. Vocatur etiam *cenſus*, *penſio*, *tallia*, *præſtantia*, *impoſitio*, & *collecta*, *munus*, & *datium*. Et quando iniuſta ſunt *angaria*, & *perangaria*. De quibus Silueſter *in Summa verbo Gabella* 1. Couarrubias *reg. peccatum part.* 2. §. 5. Sotus *lib.* 3 *de Iuſt. quæſt.* 6. *art.* 7. Sanchez *tom.* 1. *Conſil. Moral. lib.* 2. *cap.* 4. *dub.* 1. & alij.

18 Hæ ergo omnes gabellæ, ſeu impoſitiones, & aliæ quæcunque, his, vel alijs nominibus vocatæ, & earum augumentum, prohibentur in Bulla, niſi fiant modo ibi aſſignato. Intentio enim legislatoris, ratio legis, & vſus vocabulorum id expoſtulare videtur. Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *num.* 61. Sà *in Summa verbo Excommunicationes Bullæ Cœnæ num.* 7.

19 Incurritur ergo hæc cenſura ab illis Principibus, qui Superiorem recognoſcunt in temporalibus, his enim non permittitur imponere gabellas. Nauarrus *ſupra*. Imò etiam ab illis, qui non recognoſcunt talem Superiorem, ſi iniuſtas imponant, quia nec hoc eſt illis permiſſum. Suarez *dicta ſect.* 2. *num.* 38. Etſi oppoſitum putet Naldus *ſupra num.* 31. Incurritur autem ſtatim ac impoſita eſt gabella, antequam exigatur, non enim Bulla prohibet ſolum, aut determinatè exactionem, ſed vel impoſitionem, vel exactionem. Naldus *num.* 30. Caſus porrò à Iure permiſſi ad imponendas gabellas cum iure ſcripto non determinentur (Suarez *ſupra num.* 37.) relinquendi ſunt iuris naturalis præſcripto, quod generaliter requirit ad iuſtitiam gabellæ auctoritatem imponentis, grauem neceſſitatem, æqualitatem, ita ſcilicet, vt non excedat neceſſitatem pro qua imponitur, nec nimis grauet Rempublicam, nec alios plus, alios minus, ſed ſeruata proportione ad facultates ſingulorum, & quod non imponatur perſonis priuilegiatis. De quibus Ioannes de Medina C *de reſtitut. quæſt.* 13. Caſtro *l.* 1. *de lege pœnal. cap.* 9. Leſſius *de Iuſtit. lib.* 2. *cap.* 33. *dub.* 1. Sanchez *ſupra dub.* 2. & alij. Comprehenduntur etiam per illam particulam *exigunt* miniſtri, exactores, officiales, vulgo *arrendatores*, qui talia prohibita, ideſt dictas gabellas, abſque conditionibus prædictis impoſitas, exigunt. Graſſius *ſupra num.* 83. Toletus *lib.* 1. *cap.* 21. *num.* 7. Non autem incurrunt hanc cenſuram exigentes gabellas ab ſponte ſoluentibus. Exigere enim eſt ab inuito extorquere. Silueſter *in Summa verbo Excommunicatio* 7. *num.* 54. Nauarrus *ſupra*. Secus dicendum de alia excommunicatione contra illos, qui Clericis imponunt iſtas gabellas, de qua infra *num.* 46. & 47. hæc enim generalis eſt, & etiam pro laicis. Toletus *num.* 8. Alia apud iſtos auctores.

20 Sextus eſt talis: *Item excommunicamus, & anathematizamus*

omnes

omnes falsarios Litterarum Apostolicarum, etiam in forma Breuis, ac supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium per Romanum Pontificem, vel S.R.E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem R. Pontificis signatarum, nec non falsò fabricantes Litteras Apostolicas, etiam in forma Breuis, & etiam falsò signantes supplicationes huiusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut gerentium Vices prædictorum. De materia autem huius casus commodiùs dicetur verbo *Falsarius*.

21 Septimus: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sarracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel hæreticos, per nostras, siue huius Sanctæ Sedis sententias expressè, & nominatim declaratos, deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stamnum, chalybem, omniaq. alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes tam ex ipso canape, quàm alia quacunque materia, & ipsam materiam, aliaque huiusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant, nec non illos, qui per se, vel alios de rebus statum Christianæ Reipublicæ concernentibus in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos, nec non hæreticos in damnum Catholicæ Religionis certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel fauorem, quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscunque priuilegijs, quibusuis personis, Principibus, Respublicis per Nos, & Sedem prædictam hactenus concessis, de huiusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.*

22 Circa quem casum, quod attinet ad prohibitionem deferendi arma ad infideles, aliqua dicta sunt supra verbo *Arma à num.* 8. Nunc addendum, hanc censuram non comprehendere Christianos subditos Turcarum fabricantes arma in terris ipsorum infidelium, eaq. & equos illis vendentes eo fine, vt ad licitos fines illis vtantur, non solum, quia isti non deferunt, aut transmittunt arma ad illos, quod solum videtur prohiberi in hac Bulla, sed etiam, quia talis venditio opus indifferens est, quo benè, & malè vti possunt infideles. Naldus *supra num.* 35. Qui deferebant prædicta prohibita ad dictos infideles, pœnitentia tamen ducti, ea non tradiderunt, non incurrunt eam censuram. Verba enim legis, maximè pœnalis, vt alibi dixi, intelligenda sunt cum effectu. Naldus *num.* 36. Quòd remiges Christiani in Turcarum triremibus remigantes non afficiantur hac censura illis verbis, *auxilium, vel fauorem, &c.* colligitur tum ex pietate Sanctæ Matris Ecclesiæ, cuius intentio non videtur esse eos obligare, qui inuiti, & ob fugiendum periculum mortis id faciunt. Tum ex dictis *supra*, cum de excommunicatione contra piratas ageretur *num.* 13. vbi etiam eos à peccato mortali probabi-

Caſus huius Bullæ ſunt viginti. num.5.
Primus eſt hæreſis. num.6.
Anathematizare quid denotet. num.7.
Apoſtatæ à fide, qui dicantur. num.8.
Schiſmatici, qui dicantur. num.9.
Quomodo differat Schiſma ab hæreſi. ibid.
Schiſmaticorum pœnæ quænam ſint. ibid.
Secundus eſt contra appellantes à Papa ad Concilium. num.10.
Quomodo intelligenda hæc appellatio. num.11.
Tertius contra piratas, curſarios, &c. num.12.
Qui tales ſint. num.13.
Quomodo intelligenda ea excommunicatio. ibid.
An comprehendat Chriſtianos remigantes in triremibus infidelium. ibid.
Quartus eſt contra ſurripientes bona naufragantium. num.14.
Quomodo intelligenda hæc excommunicatio. num.15.
Quintus eſt contra imponentes indebitè gabellas. num.16.
Quid ſit gabella, & quot nominibus vocata. num.17.
Quæ ſint, quæ prohibeantur in hoc caſu. num.18.
Quando incurratur hæc cenſura à Principibus. num.19.
Sextus eſt contra falſarios Litterarum Apoſtolicarum. num.20.
Septimus eſt contra deferentes arma, &c. ad infideles. num.21.
Quomodo intelligendus ſit caſus. num.22.
An comprehendantur illo remiges Chriſtiani. ibid.
Quid intelligatur per certiores facere infideles de rebus Chriſtianæ Reipublicæ concernentibus. num.23.
Quid per Chriſtiani nominis hoſtes intelligatur. num.24.
Caſus octauus eſt contra impedientes victualia pro Romana Curia. num.25.
Quomodo intelligendus. num.26.
Nonus, contra interficientes, mutilantes, &c. ad Sedem Apoſtolicam venientes, vel recedentes, vel vſurpãtes iuriſdictionem, &c. nu.27.
Qui incurrant in hunc caſum. num.28.
Sedis Apoſtolicæ nomine quid intelligatur. ibid.
Decimus eſt contra damnificantes peregrinos ad Vrbem venientes. n.29.
Quomodo accipiendus ſit caſus. num.30.
Vndecimus eſt contra damnificantes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, & alios Prælatos, &c. num.31.
Qualiter cum hoc caſu concordent iura antiqua. num.32.
Nomine Epiſcopi quid in hoc caſu intelligatur. num.33.
Ratum habere quid importet. ibid.

Quid

Quid de offendentibus domum, vel familiares Cardinalium. ibid.
Duodecimus eſt contra impedientes negotia in Romana Curia gerentes. num.34.
Quæ actiones, & circa quas perſonas ſint hic prohibitæ. num.35.
Caſus decimus tertius contra appellantes ab executione Litterarum Apoſtolicarum, recurrentes ad ſæculares Poteſtates, &c. num.36.
De materia huius caſus remiſſiuè. num.37.
Quartus decimus eſt contra auocantes cauſas ſpirituales, &c. nu.38.
De hoc caſu remiſſiuè. num.39.
Quintus decimus eſt contra trahentes perſonas Eccleſiaſticas ad tribunalia ſæcularia. num.40.
De materia huius caſus, etiam remiſſiuè. num.41.
Decimus ſextus contra moleſtantes, aut impedientes Iudices Eccleſiaſticos. num.42.
De huius caſus materia remiſſiuè. num.43.
Decimus ſeptimus eſt contra vſurpantes prouentus Eccleſiaſticos, num.44.
De hoc caſu remiſſiuè. num.45.
Decimus octauus contra imponentes onera Eccleſiaſticis. num.46.
Quid de recipientibus illa. num.47.
Decimus nonus contra interponentes ſe in cauſis Eccleſiaſticorum, num.48.
De huius caſus materia remiſſiuè. num.49.
Vigeſimus contra occupantes, vel detinentes terras dominij Papæ. num.50.
Quos comprehendat hic caſus. num.51.
Caſuum prædictorum abſolutio Papæ reſeruatur. num.52.
An mortis articulus, etiam periculum mortis importet. num.53.
An priuilegia Regularium per hanc Bullam reuocentur. num.54.
An priuilegium Epiſcopis conceſſum à Concilio Tridentino. num.55.
Quid de priuilegio Bullæ Cruciatæ. num.56.
Excommunicatio contra abſoluentes à prædictis caſibus. num.57.
Præceptum publicandi hanc Bullam. num.58.
Intentio Pontificis, vt ea in toto orbe obſeruetur. num.59.
Derogatio priuilegiorum. num.60.
Quid de non vſu ipſius in aliquibus locis. num.61.
Cardinalis Caietani doctrina circa hoc. num.62.

1 BVLLA Cœnæ ea dicitur, quæ ritu veteri Summorum Pontificum quotannis legitur Romæ, Papa præſente, feria quinta maioris Hebdomadæ, vocata in Cœna Domini. Eſt au-

tem hæc Bulla proceſſus quidam caſuum, & excommunicationum re-ſeruatarum Summo Pōtifici cum derogatione priuilegiorum quorum-cunque. Dicitur Bulla, quia Sigillo plumbeo bullatur, ſeu ſignatur, vt latè per Rebuffum *in praxi Benefic.in 3.part. ſignat. fol.132. num.4. & ſequentibus*. Cepit à multis annis, nam in Vaticana Bibliotheca reperiuntur proceſſus Gregorij XI. circa ann. 1370. nec creditur primus, qui hoc fecit. Toletus *in Summa lib.1.cap.18.num.3.* Alij credunt cepiſſe ſub Martino V. circa ann. 1410. quo tempore agebatur de Concilio Conſtantienſi contra errores Bohemorum, forſan, quia ab illo multiplicata, correcta, aut magis declarata fuit. Legebatur olim ter in anno; ſcilicet, feria quinta maioris Hebdomadæ, die Aſcenſionis Domini, & Dedicationis SS. Petri, & Pauli, hodie tamen ſolum legitur in dicta feria quinta. Aucta fuit à Paulo II. Sixto IV. Leone X. Paulo III. Paulo IV. Pio IV. Pio V. qui eam maiori auctoritate fulcitam & auctam Reipublicæ Chriſtianæ vtiliorem reddidit; quod imitati ſunt poſteriores Pontifices. De quo Graſſius *in deciſ. aureis part.1. lib.4. cap.18. d nu.3.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. Allegat.50. nu.55.* Quamuis autem hæc Bulla in paucis tangat ſpecialiter Regulares, quia tamen ipſa celebris valdè in Eccleſia eſt, & per ipſam reuocantur omnia ipſorum priuilegia, quo ad ipſam ſpectant, prætermitti non potuit in hac Summa, ſaltem quo ad magis practicabilia, & grauiora, ſumendo verba ipſius ex ipſo fonte, ſcilicet eadem Bulla, prout à Sanctiſs: D.N. Vrbano VIII. edita fuit, & habetur in 4. tom. Bullarij inter Conſtitutiones ipſius *num.62.* omiſſis alijs Bullis anterioribus, quas alij exponunt. Prius tamen aliqua notanda pro ipſa.

2 Primò, caſus iſtos, & cenſuras huius Bullæ dicenda eſſe à Iure, non ab homine. Cornexo *de excommunicat. diſp.1. dub.3. § ſed reſpondetur.* Etſi enim olim tantum ab homine cenſerentur, quia non per modum ſtatuti, aut legis, ſed per modum ſententiæ proferebantur; vnde conſequenter mortuo Pontifice expirabant, modo tamen poſt tempora Pij V habent vim Iuris, non ſolum, quia generaliter fulminantur, ſed etiam quia, vt declarauit hic Pontifex, durant quouſque à Summo Pontifice fiant, aut publicentur noui, quod eſt eſſe de ſe perpetuos, ac per conſequens habere vim legis, ſeu ſtatuti à Iure. Toletus *ſupra num.4.* Suarez *5.tom. in 3.part. diſp.21. ſect.1.* Benè propterea animaduertens, propter multiplicationem harum Bullarum non multiplicari cenſuras circa idem crimen. Si quidem aduenientе poſteriori ceſſat prior ab alio Pontifice edita.

3 Secundò, in has cenſuras non incidere mandantes, conſulentes, auxiliantes, &c. niſi illi expreſsè comprehendantur in verbis Bullæ. In his enim grauiſſimis pœnis non eſt facienda extenſio ad caſus ſimiles,

niſi

niſi exprimantur, eò præſertim, quod quando Bulla illos comprehendere vult ipſos exprimit. Naldus *in Summa verbo Bulla Cœnæ num.* 2. & 17. Quod & patebit ex dicendis infra dum de ſchiſmaticis erit ſermo.

4 Tertiò, quod excommunicationes per alia iura latæ, & in iſta Bulla repetitæ non multiplicantur circa idem crimen, ſed ſolum additur reſeruatio. Ita quod excommunicatio lata in iſta Bulla contra aliquod delictum pro quo impoſita eſt etiam excommunicatio in Iure non eſt diuerſa ab illa, ſed eadem, addita tamen reſeruatione. Sic Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *num.* 54. Suarez *ſupra.* Incidens tamen in plures caſus huius Bullæ, in plures cenſuras incurret, ſicut qui plures Clericos percutit, plures incurrit cenſuras. Naldus *ſupra num.* 3.

5 Caſus ergo, propter quos in hac Bulla excommunicatio fulminatur ſunt viginti; de quibus omnibus ſigillatim dicendum.

6 Primus eſt, propter hæreſim his verbis: *Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, auctoritate quoque Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ac noſtra, quoſcunque Huſſitas, Wiclephiſtas, Lutheranos, Zuinglianos, Caluiniſtas, Vgenotos, Anabatiſtas, Trinitarios, & à Chriſtiana fide Apoſtatas, ac omnes, & ſingulos alios hæreticos, quocunque nomine cenſeantur, & cuiuſcunque ſectæ exiſtant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defenſores, ac eorum libros hæreſim continentes, vel de religione tractantes ſine auctoritate noſtra, & Sedis Apoſtolicæ ſcienter legentes, aut retinentes, imprimentes, ſeu quomodolibet defendentes, ex quauis cauſa, publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore, nec non Schiſmaticos, & eos, qui ſe à noſtra, & Romani Pontificis pro tempore exiſtentis obedientia pertinaciter ſubtrahunt, & recedunt.*

7 Circa quem, præter dicenda verbo *Hæreſis, & Hæreticus*, & 4. to. verbo *Libri*, vbi plura ſpectantia ad hunc primum caſum, notandum verbum illud *Anathematizamus*, quod tam in hoc caſu, quàm alijs huius Bullæ ponitur, non denotare aliquam cenſuram diſtinctam ab excommunicatione maiori, ſed poni ad denotandum accidentalem ſolemnitatem, qua hæc excommunicatio maior imponitur, vel grauitas delicti, propter quod imponitur. Cornexo *ſupra*.

8 Deinde, circa illud verbum *à Chriſtiana fide Apoſtatas*, præter dicta *ſupra* verbo *Apoſtata*, notandum, hic *Apoſtatas* vocari illos, qui à fide Chriſtiana ad Mahometanam ſectam, vel Iudaiſmum tranſeunt, qui etſi verè ſint hæretici, vt propterea eaſdem pœnas quas hæretici incurrant (Sanchez *de præcept. Decalog lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 18.) maioris tamen claritatis gratia hic nominantur. Suarez *dicta diſp.* 21. *ſect.* 2.

Quemadmodum autem ad hoc, quod aliquis sit hæreticus comprehensus in hac Bulla, & incurrens hanc excommunicationem requiruntur duo, ita vt vnum sine altero non sufficiat, scilicet, quod mente discredat, & quod signo aliquo externo suum prodat errorem, sic dicendũ de Apostatis, prout in præsenti. Propter eamdem rationem. Suarez *supra*.

9 Circa illud verò, *nec non Schismaticos, &c.* nota Schisma esse voluntariam, & pertinacem subtractionem, & separationem ab obedientia vniuersalis Ecclesiæ; vel Summi Pontificis. S. Thom. 2.2. *quæst.* 39. *art.* 1. & Theologi *ibidem*. Vnde Schismaticus non est, qui se separat ab obedientia illius, quem probabiliter putat non esse Papam, quando dubium est quisnam sit talis. Ille enim non recedit ab obedientia Summi Pontificis formaliter, sed huius personæ, quam credit non esse talem. Valentia 2.2. *disp.* 3. *quæst.* 15. *punct.* 1. §. *tertia propositio*. Naldus *supra num.* 16. Quamuis etiam numquam detur hæresis sine Schismate, quia omnis hæreticus recedit ab obedientia Ecclesiæ, & Summi Pontificis, quatenus renuit credere illis, quæ ipsi proponunt, nihilominus potest Schisma cum hæresi, & sine hæresi reperiri, cum hæresi quidem si separetur quis à Summo Pontifice cũ errore intellectus, quo putet eum non esse Christi Vicarium, hic enim hæreticus est, & schismaticus, si autem sine illo, aut alio errore ab ipso separetur, erit schismaticus, & non hæreticus. Reginaldus *lib.* 17. *num.* 111. & *lib.* 9. *nu.* 258. Bonacina *de legib. & præcept. Decalog. disp.* 3. *quæst.* 4. *punct. vlt.* §. 5. *num.* 5. Tunc autem continget schisma sine hæresi si aliquis à Papa separetur, quia videlicet eum putat male electum, vel ob aliquos defectus Pontificali dignitate priuatum. Ita Azor *tom.* 1. *Instit. Moral. lib.* 8. *cap.* 20. *quæst.* 4. ex S. Thoma, & Caietano. Vel quando ex mala voluntate erga Papam non vult subijci ipsi, sed separari ab vnitate Ecclesiæ. Sanchez *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 36. *nu.* 8. Schismaticorum pœnæ sunt priuatio Ecclesiasticæ potestatis, ideſt iurisdictionis Ecclesiasticæ, *ca. didicimus* 24. *quæst.* 1. inhabilitas ad Beneficia in futurum consequenda, *ca. Quia diligentia de elect.* & excommunicatio, de qua in præsenti. Sanchez *supra num.* 10. 11. & 18. Bonacina *supra nu.* 7, 9. & 10. Hæc verò excommunicatio incurritur à schismatico, etiam si hæreticus non sit, cuius signum est, quod in verbis allatis ex Bulla ponitur separatim. Incurritur etiam solo actu externo, quo quis indicat se recedere ab obedientia Papæ, etiam si actu interno id non intendat. Hæc enim est differentia inter Schisma, & hæresim, quod quia hæresis consummatur in actu interno sicut actus fidei contrarius, ideo si ille non adsit, quantumuis adsit actus externus nõ incurritur excommunicatio; Schisma verò, quia consummatur in actu externo, scilicet in subtractione ab obedientia Papæ, ideo solum propter illum incur-

tetur excommunicatio. Suarez *ſupra dict.* 21. *ſect.* 2. *num.* 13. Qui benè propterea animaduertit Catholicos, qui ſub hæretico Principe viuunt, v.g in Anglia, eique vt Supremo Capiti Eccleſiæ exterius obediunt, quamuis in conſcientia pœnas hæreticorum effugiant, ſed non Schiſmaticorum, quia verè Schiſmatici ſunt. Sanchez *ſupra num.* 14. Non tamen hæc cenſura ligat fautores, receptatores, aut defenſores Schiſmaticorum, quia in Bulla non comprehenduntur, nec in odioſis fieri debet extenſio ad caſus ſimiles. Bonacina *ſupra* §. *obſerua quarto*, ex Suarez etiam *ſupra num.* 14. Ligantur tamen excommunicatione, & alijs pœnis contentis in Bulla Pauli IV. quæ incipit: *Cum ex Apoſtolatus officio* 1. tom. Bullar. inter Conſtitutiones ipſius *num.* 19. Bonacina *ſupra*.

10 Secundus caſus in Bulla comprehenſus eſt iſte: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos cuiuſcunque ſtatus, gradus, ſeu conditionis fuerint, Vniuerſitates verò, Collegia, & Capitula quocunque nomine nuncupentur interdicimus, ab Ordinationibus, ſeu mandatis noſtris, ac Romanorum Pontificum pro tempore exiſtentium ad vniuerſale futurum Concilium appellantes, nec non eos quorum auxilio, conſilio, vel fauore appellatum fuerit.*

11 Circa quem, præter dicta ſupra verbo *Appellatio*, & *Appellare* nota, ad incurrendas has cenſuras, excommunicationis videlicet pro particularibus perſonis, & interdicti pro vniuerſitatibus, neceſſarium eſſe, quod appellatio ipſa ſit actu ſecuta. Verba enim regulariter intelligenda ſunt cum effectu ipſo, quem propriè ſignificant, vt dixi *ſupra* verbo *Abortus num.* 9. *l.* 1. §. *hæc autem verba ff. quod quiſque iuris*. Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *num.* 58. Graſſius *in deciſ. aureis part.* 1. *lib* 4. *cap.* 18. *num.* 61. Non incurruntur autem per auxilium, conſilium, vel fauorem præſtitum poſt appellationem, ſed ante ipſam, vt notatur illis verbis Bullæ *Appellatum fuerit*. Suarez *dicta ſect.* 2. *num.* 16. Naldus *in Summa verbo Bulla Cœnæ num.* 17. Nec quando fieret appellatio ſub fiducia talis auxilij, conſilij, vel fauoris, niſi prius aliqua promiſſio de ipſis præſtandis facta fuiſſet. Suarez, & Naldus *ibidem*. Nec comprehendi videntur appellantes à Iudicibus Sedis Apoſtolicæ, aut ad Concilium Prouinciale, ſeu ad Concilium Generale præſens, quia verba illa *Mandatis noſtris*, ac *Romanorum Pontificum, &c.* & ad *vniuerſale futurum Concilium* iſtos non tangit. Graſſius *ſupra num.* 58. 59. & 60. Nota, quod hæc excommunicatio lata erat antiquitus, & reſeruata à Pio II. & Iulio II. Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 2.

12 Tertius eſt talis: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes piratas, curſarios, ac latrunculos maritimos diſcurrentes ma-*

re

re noſtrum, præcipuè à Monte Argentario, vſque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defenſores.

13 Circa quem, notandum ad piratas duas conditiones requiri; primam, quod id faciant non caſu, aut incidenter, ſed per ſe, & ex intentione. Vnde ſi mercaturæ vacantes in mari aliquando alios nauigantes expolient, non dicuntur piratæ. Secundam, quod non expolient alios titulo belli, ſi enim titulo belli iuſti, vel iniuſti mare diſcurrant, & hoſtes expolient, non ſunt piratæ. Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *num.* 59. Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 20. *num.* 3. Hi ergo, qui per ſe, & ex intentione, & non titulo belli, alios expoliant, excommunicantur in hac Bulla. At non omnes, ſed illi tantum, qui mare Papæ diſcurrũt, vt patet ex verbis Bullæ. Etſi enim ſecundum antiquiores Bullas, omnes piratæ cuiuſcunque maris excommunicarentur, dicebatur enim in illis: *Excommunicamus omnes piratas, curſarios, latrunculos maritimos, & illos præcipuè, qui mare noſtrum, &c.* at nunc non ita, ſed reſtricta videtur excommunicatio ſolum ad piratas maris Papæ. Toletus *num.* 4. Naldus *in Summa verbo Bulla Cœnæ num.* 19. Dicitur mare Papæ Tyrrhenum, & Adriaticum, quia ad ipſius dominium temporale ſpectat. Suarez *dicta ſect.* 2. *num.* 18. licet Graſſius *ſupra num.* 67. per *mare noſtrum*, mare Chriſtianorum intelligat. Non tamen requiritur ad incurrendam hanc excommunicationem, quod mutilent, interficiant, deprædentur, aut expolient nauigantes. Etſi enim hoc eſſet neceſſarium ſecundum antiquiores Bullas, at nunc ſecundum hanc modernam ſufficit diſcurrere per mare intentione id faciendi. Toletus *num.* 5. Suarez *ſupra num.* 19. Non incurritur ab illis, qui expoliant, aut deprædantur infideles. Toletus *ibidem.* Naldus etiam *ibidem.* Niſi forſan (quod non affirmo) quando expoliarent infideles, vel habentes ſaluum conductum, vel gentiles non inimicos Chriſtianorum. Suarez *ſupra num.* 20. & 21. Comprehenduntur etiam in hac cenſura fautores, receptatores, & defenſores horum piratarum, vt patet ex verbis relatis. Qui porrò tales cenſendi conſtabit ex dicendis verbo *Hæreſis, & Hæreticus*, dum de ſimilibus dicetur. Sine dubio autem milites, & alij, qui veniunt cum piratis in nauibus, vel triremibus eos adiuuantes, fautores dici debent, ac incurrere hanc cenſuram. Secus de remigantibus Chriſtianis, qui vi coacti triremes vehunt piratarum infidelium, dicendum. Nauarrus *ſupra num.* 63. § *ſeptima quod Chriſtiani.* Graſſius *ſupra num.* 69. Imò quamuis ipſi, & alij dicant tales remiges adminus peccare mortaliter, probabiliter tamen etiam à peccato mortali excuſantur, eo quod ipſorum remigare non eſt ex ſe malum, ſed indifferens. Et licet ab infidelibus malè ordinetur, ab ipſis tamen Chriſtianis, non niſi benè ordinatur, ſcilicet ad damnum proprium

prium vitandum. Molina *tom.1.de Iuſtit.diſp.115.concluſ.2.* Sanchez *lib.1.de præcept.Decalog.cap.7.num.18.* Cornexo *de Cenſur.diſp.13. dub.1.5.Ex quo infero.* Vide & alia *infra num.22.* & nota Suarez *dicta ſect.2.num.60.* oppoſituni ſatis probabiliter tueri.

14 Quartus eſt: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui Chriſtianorum quorumcunque nauibus, tempeſtate, ſeu in tranſuerſum (vt dici ſolet) iactatis, vel quoquo modo naufragium paſſis, ſiue in ipſis nauibus, ſiue ex eiſdem iecta in mare, vel in littore inuenta cuiuſcunque generis bona, tam in noſtris Tyrrheni, & Adriatici, quàm in cæteris cuiuſque maris regionibus, & littoribus ſurripuerint Ita vt nec ob quodcunque priuilegium, conſuetudinem, aut longiſſimi, etiam immemorabilis, temporis poſſeſſionem, ſeu alium quemcunque prætextum excuſari poſſint.*

15 Olim erat de hac re impoſita excommunicatio, licet non reſeruata, *cap.excommunicat.de rapt.* Nauarrus *ſupra num.6.* Vt verò hæc huius Bullæ incurratur requiritur primò, quod ſurreptio talium bonorum ſit iniuſta, ſi enim titulo belli, aut alio pacto fuerit iuſta non incurretur. Naldus *ſupra num.24.* Secundò, quod non ſit animo reſtituendi ea ſuis dominis, quando conſtaret de illis. Talis enim non eſſet propria ſurreptio. Graffius *ſupra n.75.* Toletus *ſupra cap.21.nu.1.* Tertiò, quod ſit in ipſo naufragio, vel poſt illud, qui enim ante illud aliquid ſurripuit non incurrit hanc cenſuram. Naldus *num.26.* Non tamen requiritur, quod talia bona per aliquam moram retineantur, ſed per ſolam ſurreptionem incurretur excommunicatio hæc, etſi illa, quæ antiquo iure lata erat, non incurreretur, niſi mora reſtituendi interueniente. Suarez *dicta ſect.2.à num.27.* Toletus *ſupra.* Non extenditur hæc cenſura ad conſulentes, mandantes, aut fautores, quia illorum non meminit Bulla, ſicut ſolet, quando illos vult comprehendere. Idem Naldus *num.27.* apud quem & Graffium, ac Proſperum de Auguſtino *in additionib.ad Quarantam in Summ. Bullar. verbo Bona naufragantium* vide alia circa hunc caſum.

16 Quintus eſt huiuſmodi: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in terris ſuis noua pedagia, ſeu gabellas, præterquam in caſibus ſibi à Iure, ſeu ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ licētia permiſſis imponunt, vel augent, ſeu imponi, vel augeri probibita exigunt.*

17 Nota, gabellam eſſe tributum publicum à Principe in cōmunem vtilitatem exactum. Toletus *in Summa lib.5.cap.72.* Habet autem tam tributum, quàm gabella diuerſa nomina, iuxta diuerſitatem rerum, ſeu locorum, licet aliquando inter ſe confundantur. Hiſpanè enim vocatur *Alcauala.* Dicitur etiam *vectigal*, quia eſt de rebus, quæ vehuntur. *Pedagium*, quia eſt pro aptandis vijs, aut pontibus, per quos inceditur.

Guida-

omnes falsarios Litterarum Apostolicarum, etiam in forma Breuis, ac supplicationum gratiam, vel iustitiam concernentium per Romanum Pontificem, vel S.R.E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem R. Pontificis signatarum, nec non falsò fabricantes Litteras Apostolicas, etiam in forma Breuis, & etiam falsò signantes supplicationes huiusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut gerentium Vices prædictorum. De materia autem huius casus commodiùs dicetur verbo *Falsarius*.

21 Septimus: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sarracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel hæreticos, per nostras, siue huius Sanctæ Sedis sententias expressè, & nominatim declaratos, deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stamnum, chalybem, omniaq. alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapem, funes tam ex ipso canape, quàm alia quacunque materia, & ipsam materiam, aliaque huiusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant, nec non illos, qui per se, vel alios de rebus statum Christianæ Reipublicæ concernentibus in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas, & Christianæ Religionis inimicos, nec non hæreticos in damnum Catholicæ Religionis certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel fauorem, quomodolibet præstant. Non obstantibus quibuscunque priuilegijs, quibusuis personis, Principibus, Respublicis per Nos, & Sedem prædictam hactenus concessis, de huiusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus.*

22 Circa quem casum, quod attinet ad prohibitionem deferendi arma ad infideles, aliqua dicta sunt supra verbo *Arma à num.* 8. Nunc addendum, hanc censuram non comprehendere Christianos subditos Turcarum fabricantes arma in terris ipsorum infidelium, eaq. & equos illis vendentes eo fine, vt ad licitos fines illis vtantur, non solum, quia isti non deferunt, aut transmittunt arma ad illos, quod solum videtur prohiberi in hac Bulla, sed etiam, quia talis venditio opus indifferens est, quo benè, & malè vti possunt infideles. Naldus *supra num.* 35. Qui deferebant prædicta prohibita ad dictos infideles, pœnitentia tamen ducti, ea non tradiderunt, non incurrunt eam censuram. Verba enim legis, maximè pœnalis, vt alibi dixi, intelligenda sunt cum effectu. Naldus *num.* 36. Quòd remiges Christiani in Turcarum triremibus remigantes non afficiantur hac censura illis verbis, *auxilium, vel fauorem, &c.* colligitur tum ex pietate Sanctæ Matris Ecclesiæ, cuius intentio non videtur esse eos obligare, qui inuiti, & ob fugiendum periculum mortis id faciunt. Tum ex dictis *supra*, cum de excommunicatione contra piratas ageretur *num.* 13. vbi etiam eos à peccato mortali probabi-

babiliter excuſari poſſe dixi, prout & ſequitur Diana *3.part. tract. 5. miſcellan. reſolut.36.* poſt plures alios. Addit etiam, non ſolum poſſe remigare, ſed etiam propugnacula ædificare, ſarcinas, machinas & arma neceſſaria ad bellum aſſerre. Addunt Molina *de Iuſtit.to.1.tract.2. diſp.115.concl.5.* Caſtrus Palaus *to.1.tract.6.diſp.6.punct.11.nu.12.* poſſe etiam, ſi periculum mortis illis immineat, Chriſtianorum bona, & domos deprædari, deuaſtare, & ſurripere, quia cum ſint in extrema neceſſitate vitæ conſeruandæ poſſunt vti bonis externis proximorum quantum neceſſe illis eſt pro illo fine obtinendo. Tormenta tamen bellica in Chriſtianos dirigere, ignem applicare, contra eos pugnare, aut illos occidere, nullatenus licet, quia hoc eſt intrinſecè malum. Diana *ſupra*.

23 Illud etiam, quod prohibetur in hoc caſu, & cenſura, ſcilicet certiores facere infideles de rebus ſtatum Chriſtianæ Reipublicæ concernentibus, comprehendit illos, qui de rebus vnius Regni, Prouinciæ, Ciuitatis, vel Terræ nunciant, dummodo ſit in Chriſtianorum perniciem, & damnum, vt ibidem dicitur. Graſſius *ſupra nu.105.* Comprehendit etiam illos, qui nunciant per litteras, & ipſos deferentes litteras, vt colligitur ex illis verbis *Per ſe, vel per alios.* Suarez *dict. ſect.2. num.58.* Verbum autem illud *Illiſque ad id, &c.* (etſi Suarez oppoſitum ſentiat) refertur non ad Turcas, &c. ſed etiam ad eos, qui illis arma deferunt, & qui illos certiores faciunt de rebus Chriſtianæ Reipublicæ, hoc enim conformius eſt tum textui ipſi, tum intentioni Pontificis. Hurtadus de Mendoza *in 2.2.diſp.76.ſect.3.§.68.* Diana *5.part. tract.13.reſolut.13.*

24 Nota etiam, quod illud *Chriſtiani nominis hoſtes*, non videtur referri ad hæreticos, tum quia textus manifeſtè illos ſeparat, tum quia ipſi, etſi praua dogmata teneant, Chriſtiano tamen nomine, etſi vanè gloriantur. Hurtadus *ſupra* §.83 Diana *ſupra reſolut.14.* Vnde poſtea immediatè ſeparatim exprimuntur in eodem caſu.

25 Caſus octauus eſt iſte: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes, ſeu inuadentes eos, qui victualia, ſeu alia ad vſum Romanæ Curiæ adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, ſeu perturbant, ſeu hæc facientes defendunt per ſe, vel alios, cuiuſcunque fuerint Ordinis, præeminentiæ, conditionis, & ſtatus, etiamſi Pontificali, ſeu Regali, aut alia quauis Eccleſiaſtica, vel mundana præfulgeant dignitate.*

26 Hunc tamen caſum communiter authores intelligunt procedere, ſi iniuſtè fiant illæ actiones impediendi, inuadendi, prohibendi, &c. Si enim aliqui Principes iure ſuo vtentes id facerēt, non quidem animo

mo impediendi, perturbandi, &c. ſed conſulendi propriæ patriæ, ne illi deficiant neceſſaria, aut ne inficiatur Romam pergens peſte, ſi ibi eſſet, & ille eſſet reuerſurus, non incurrerent hanc cenſuram. Caietanus *in Summa verbo Excommunicatio cap.* 19. Nauarrus *in Manual. ſupra num.* 64. Graſſius *num.* 110. Nota tamen, quod in caſu dubij talis iuris parendum eſt Summo Pontifici. Nota etiam, quod per Curiam Romanam non intelligitur præcisè Roma, ſed Ciuitas illa, vbi Papa reſidere contigerit. Naldus *ſupra num.* 40.

27 Nonus verò talis eſt: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apoſtolicam venientes, vel recedentes ab eadem, ſua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, ſpoliant, capiunt, detinent, nec non illos omnes, qui iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, à nobis, vel noſtris Iudicibus non habentes illam ſibi temerè vendicantes ſimilia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare.*

28 Incurrunt hanc cenſuram omnes, qui aliquo ex dictis modis offendunt venientes ad Sedem Apoſtolicam, vel ab ea recedentes, occaſione alicuius negotij, ſiue ſpecialis, ſiue temporalis tractandi cum Papa, vel eius Miniſtris, non autem occaſione viſitandi Eccleſias, lucrandi Indulgentias, &c. Toletus *lib.* 1. *cap.* 25. *num.* 2. Naldus *ſupra nu.* 41. Idem dico de offendentibus Regulares venientes ad Generales, vel alios Superiores ſuorum Ordinum: iſti enim non dicuntur venire ad Sedem Apoſtolicam. Secus ſi venirent ad Sacram Congregationem Regularium, vel aliam ſimilem, quia nomine Sedis Apoſtolicæ veniunt iſtæ Congregationes. Notandum, quod nomine Sedis Apoſtolicæ non intelligitur determinatè Roma, ſed locus, vel Ciuitas, vbi Papa reſidet, prout dixi *ſupra de Curia Romana*. Vnde fit, vt materia huius cenſuræ intelligenda ſit de euntibus ad Sedem Apoſtolicam vbicunque fuerit pro negotijs ad illam ſpectantibus. Suarez *dicta ſect.* 2. *num.* 65. Toletus *ſupra*. Vnde ſimiliter per morantes in Curia (de quibus in poſteriori parte caſus agitur) non intelliguntur Ciues Romani, aut alij quicunque Romæ viuentes, ſed Curiales, illi ſcilicet, qui ratione Curiæ Romæ degunt, quia ſcilicet ſeruiunt Papæ, ſiue Cardinalibus, & Epiſcopis, ſeu Prælatis, qui Curiam ſequuntur. Caietanus *in Summa verbo Excommunicatio cap.* 14. Toletus *ſupra num.* 3. Qui etiam animaduertunt, quod etſi ad hoc, quod per illas actiones in Bulla prohibitas reſpectu venientium, aut recedentium incurratur excommunicatio, ſatis ſit, quod ſimpliciter fiant; at verò reſpectu morantium requiritur, quod eæ fiant, veluti authoritatiuè, auctoritate videlicet vſurpata, prout colligitur ex illis verbis *Eam ſibi temere vendicantes*.

29 Decimus caſus eſt: *Item Excommunicamus, & anathematizamus*

mus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu depradantes Romipetas, seu Peregrinos ad Vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel fauorem.

30 Hic autem casus diuersus valdè est à præcedenti, comprehendit enim exercentes illas actiones circa venientes Romam, etiam causa visitandi Ecclesias, & lucrandi Indulgentias, prout habetur ex verbis illis *Causa deuotionis, seu peregrinationis.* Similiter circa venientes Romam, etiam si ibi Sedes Apostolica non esset, vt colligitur ex illo verbo *ad Vrbem, &c.* Comprehendit etiam auxiliantes, consiliantes, vel fauentes, vt patet illis verbis *dantes auxilium*, quæ non comprehendebantur in præcedenti casu. Caietanus *in Summa verbo Excommunicatio cap.* 13. Toletus *dicto cap.* 25. *num.* 4. Vide alia in eodem Caietano *supra*, & Naldo etiam *supra à num.* 42.

31 Vndecimus casus est: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Diœcesibus, Territorijs, Terris, seu dominijs eijcientes, nec non ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes in eis auxilium, consilium, vel fauorem.*

32 Concordant cum hoc casu, & censura plura iura antiqua. Primò, Clementina *Si quis suadente de pœnis*, vbi excommunicatione Papæ reseruata, & alijs pœnis afficiuntur hæc, vel similia facientes contra Episcopos. Secundò, *cap. felicis de pœnis in 6.* vbi contra eadem, vel similia facientes in Cardinales magnæ etiam pœnæ impositæ sunt. Tertiò, contra impedientes Legatos, aut Nuncios Extrauagans *Super gentes* Ioan. 22. vbi etiam imponitur excommunicatio cum alijs pœnis. Toletus *dicto cap.* 25. *num.* 5.

33 Aduertendum, nomine Episcopi in præsenti intelligi consecratum, non electum, aut confirmatum tantum, quia is non est simpliciter Episcopus, sed tantum secundum quid, scilicet quoad iurisdictionem. Caietanus *supra cap.* 12. Suarez *supra num.* 69. Licet autem quælibet ex his actionibus sufficiens sit ex suo genere ad peccatum mortale, possunt tamen (etsi rarissimè) esse solũ veniale ex leuitate materiæ, & nullum peccatum, vt si fierent cum ignorantia inculpabili, vel pro defensione propria. Nauarrus *dicto cap.* 27. *num.* 67. Suarez *supra*. Qui etiam animaduertunt, non incurrere hanc censuram Principes, qui eijcerent è sua Curia prædictos Prælatos, etsi peccarent ita faciendo. Verumtamen si Curiæ Principum essent loca iurisdictionis, legationis, domicilij, aut natalia ipsorum Prælatorum, & inde eos eijcerent,

incur-

incurrerent hanc cenſuram eodem modo, ac ſi ex alijs locis illos eijcerent. Id enim ſuadent illa verba: *à ſuis Diœceſibus, territorijs, terris, ſeu dominijs*. Fauet Naldus *num.46.* & Alterius *de Cenſur.tom.1. lib.5.diſp.12. cap.4.* Verbum illud *rata habentes*, rectè exponit Suarez *ſupra num.* 71. vt per illud non intelligantur quicunque conſentientes, approbantes, vel laudantes tale factum, tales enim cum nullatenus influant in illas actiones, non incurrent hanc cenſuram, ſed illi ſolum quorum nomine, & mandato expreſſo, vel virtuali factum fuit. Etenim ex Regula iuris in 6. num.9. *Ratum quis habere non poteſt, quod ipſius nomine non eſt geſtum*. Et Regul. 10. *Ratihabitionem retrahi, & mandato non eſt dubium, comparari*. Extendunt etiam hanc cenſuram ad eos, qui inſultum facerent in domum alicuius Cardinalis, animo illum iniuriandi, Alterius *de Cenſur, tom.1. lib.5. diſp.12. cap.4.col.4 fol.616.* & Diana *part.5.tract.2.reſolut.81.* Et ad eos, qui offendunt Clericos familiares Cardinalium ipſorum intuitu, Sayrus *de Cenſur.lib.3.cap.15.num.3.* Et ad illos, qui cum poſſint non impediunt talem iniuriam, idem Alterius *ſupra cap.6.col.10.* Hæc verò etſi probabilia videantur, difficultate non carent, cum verba Bullæ illa non ſignificent, & in pœnalibus non debeat fieri extenſio ad caſus ſimiles, vt ſæpè dixi.

34 Duodecimus eſt: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per ſe, vel per alios perſonas Eccleſiaſticas quaſcunque, vel ſæculares ad Romanam Curiam ſuper eorum cauſis, & negotijs recurrentes, ac illa in eadem Curia proſequentes, aut procurantes, negotiorumq. Geſtores, Aduocatos, Procuratores, & Agentes, ſeu etiam Auditores, vel Iudices ſuper dictis cauſis, vel negotijs deputatos, occaſione cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi occidunt, ſeu quoquomodo percutiunt, bonis ſpoliant: ſeu qui per ſe, vel per alios directè, vel indirectè delicta huiuſmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eiſdem auxilium, conſilium, vel fauorem præſtare non verentur, cuiuſcunque præeminentiæ, & dignitatis fuerint.*

35 Actiones hic prohibitæ, & perſonæ circa quas fieri prohibentur notiſſimæ ſunt, maximè ex dictis in ſuperioribus, ſolum ergo pauca annotanda. Primum, hanc cenſuram ſolũ incurri à facientibus prædicta, non titulo inimicitiæ, vindictæ, aut alio quocunque, ſed ſolum, vt in Bullâ dicitur *occaſione cauſarum, vel negotiorum huiuſmodi.* Caietanus *verbo Excommunicatio cap.15.* Graſſius *ſupra nu.118.* Secundum, incurri etiam ſi non fiant auctoritate iudiciaria laica, ſed Eccleſiaſtica, vel priuata ſolum. Nauarrus *ſupra num.68.* Tertium, hæc facientes poſſe ſimiliter incidere in alias cenſuras, præſertim relatam *caſu 9.* ſi tales proſequentes negotia morentur in Curia, neque enim

eſt inconueniens, vt quis ſimul incidat in plures cenſuras, vt habetur 3. quæſt. 4. ea. *Engeltrudam*. Toletus *ſupra cap.* 26. *num.* 2.

36 Caſus decimus tertius iſque ampliſſimus eſt iſte: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Eccleſiaſticos, quàm ſæculares cuiuſcunque dignitatis, qui prætexentes friuolam quamdam appellationem à grauamine, vel futura executione Litterarum Apoſtolicarum, etiam in forma Breuis, tam gratiam, quàm iuſtitiam concernentium: nec non Citationum, Inhibitionum, Sequeſtrorum, Monitoriorum, Proceſſuum, Executorialium, & aliorum decretorum à Nobis, & à Sede prædicta, ſeu Legatis, Nuncijs, Præſidentibus, Palatij noſtri, & Cameræ Apoſtolicæ Auditoribus, Commiſſarijs, aliiſque Iudicibus, & Delegatis Apoſtolicis emanatorum, & quæ pro tempore emanauerint, aut aliàs ad Curias ſæculares, & laicam poteſtatem recurrunt, & ab ea, inſtante etiam Fiſci Procuratore, vel Aduocato, appellationes huiuſmodi admitti, ac Litteras, Citationes, Inhibitiones, Sequeſtra, Monitoria, & alia prædicta capi, & retineri faciunt, qui ve illa ſimpliciter, vel ſine eorum beneplacito, & conſenſu, vel examine executioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarij ſuper huiuſmodi Litterarum, & Proceſſuum executione, Inſtrumenta, vel acta conficere, aut confecta, parti, cuius intereſt, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, ſeu eorum agentes, conſanguineas, affines, familiares, Notarios, Executores, & Subexecutores, Litterarum, Citationum, Monitoriorum, & aliorum prædictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Ciuitatibus, Locis, & Regnis eijciunt, bonis ſpoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur per ſe, vel alium, ſeu alios, publicè, vel occultè, qui ve aliàs quibuſcunque perſonis in genere, vel in ſpecie, ne pro quibuſuis eorum negotijs proſequendis, ſeu gratijs, vel litteris impetrandis ad Romanam Curiam accedant, aut recurſum habeant, ſeu gratias ipſas, vel Litteras à dicta Sede impetrent, ſeu impetratis vtantur, directè, vel indirectè prohibere, ſtatuere, ſeu mandare, vel eas apud ſe, aut Notarios, ſeu Tabelliones, vel aliàs quomodolibet retinere præſumunt.*

37 De materia huius caſus, & cenſuræ aliquæ dicam infra verbo *Clerici*, & verbo *Exemptio Regularium*, & verbo *Immunitas Eccleſiaſtica Regularium*.

38 Quartus decimus caſus hic eſt: *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & ſingulos, qui per ſe, vel per alios auctoritate propria, ac de facto quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & Litterarum Apoſtolicarum prætextu, Beneficiales, & Decimarum, ac alias cauſas ſpirituales, & ſpiritualibus annexas ab Auditoribus, & Commiſſarijs noſtris, aliiſque Iudicibus Eccleſiaſticis anocant,*

cant, illorumue cursum, & audientiam, ac personas, Capitula, Conuentus, Collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Iudices interponunt, quiue partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, & reuocari faciendum Citationes, vel Inhibitiones, aut alias Litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eos contra quos tales Inhibitiones emanarunt à censuris, & pœnis in illis contentis absolui per statutum, vel alias compellunt, aut executionem Litterarum Apostolicarum, seu executorialium, processuum, ac decretorum prædictorum quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ probibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad nos informandos, vt dicunt, supplicauerint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram nobis, & Sede Apostolica legitimè prosequantur, etiam si talia committentes fuerint Præsidentes Cancellariarum, Consiliorum, Parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Consiliarij, Ordinarij, vel Extraordinarij quorumcunque Principum sæcularium, etiam Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarij, seu Vicarij fuerint.

39 De huius etiam censuræ materia aliqua quoque dicēda sunt verbo *Clerici*, & verbo *Exemptio Regularium*, & verbo *Immunitas Ecclesiastica Regularium*.

40 Quintus decimus, qui est veluti continuatio præcedentis est talis: *Quiue ex eorum prætenso officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcunque personas Ecclesiasticas, Capitula, Conuentus, Collegia Ecclesiarum quarumcunque coram se ad suum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, Consilium, vel Parlamentum, præter Iuris Canonici dispositionem, trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, directè, vel indirectè quouis quæsito colore. Nec non, qui Statuta, Ordinationes, Constitutiones, Pragmaticas, seu quæuis alia decreta in genere, vel in specie ex quauis causa, & quouis quæsito colore, ac etiam prætextu cuiusuis consuetudinis, aut priuilegij, vel aliàs quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, & ordinatis vsi fuerint, vnde libertas Ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimitur, aut aliàs quomodolibet restringitur, seu Nostris, & dictæ Sedis, ac quarumcunque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directe, vel indirectè, tacitè, vel expressè præiudicatur.*

41 Pariter de huius quoque casus, & censuræ materia nonnihil dicetur dicto verbo *Clerici*, & verbo *Exemptio Regularium*, & verbo *Gabella*, & verbo *Immunitas Ecclesiastica Regularium*, ac 4. tom. verbo *Statutum*.

42 Decimus sextus casus, qui etiam est continuatio defensionis libertatis Ecclesiasticæ sicut præcedens, est talis: *Nec non, qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque Superiores, & inferiores Prælatos, & omnes alios quoscunque Iudices Ecclesiasticos Ordinarios, quomodolibet hac de causa directè, vel indirectè carcerando, vel molestando eorum agentes, procuratores, familiares, nec non consanguineos, & affines, aut aliàs impediunt, quominus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscunque vtantur secundum quod Canones, & Sacræ Constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum Generalium, & præsertim Tridentini, statuunt, ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis Delegatorum quorumcunque sententias, & decreta, aut aliàs fori Ecclesiastici iudicium eludẽtes, ad Cancellarias, & alias Curias sæculares recurrũt, & ab illis prohibitiones, & mandata etiam pœnalia Ordinarijs, & Delegatis prædictis decerni, & contra illos exequ procurant, eos quoque, qui hæc decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem.*

43 Similiter de huius censuræ materia aliqua dico verbo *Clerici*, & verbo *Exemptio Regularium*, & verbo *Immunitas Ecclesiastica Regularium*.

44 Decimus septimus casus est huiusmodi: *Quius iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouẽtus ad Nos, & Sedem Apostolicam, & quascunque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes vsurpant, quauis occasione, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequestrant.*

45 De huius quoque censuræ materia non nihil dicam eo loco, cum de immunitate Ecclesiastica Regularium erit sermo.

46 Decimus octauus casus est iste: *Quiuẽ collectas, decimas, talleas, præstantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis, ac eorum Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumq. fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi absque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposita etiam à sponte dantibus, & concedentibus recipiunt. Nec non, qui per se, vel alios, directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunque sint præeminentia, dignitatis, Ordinis, conditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij Potentatus quicunque etiam Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & terris quoquomodo Præsidentes, Consiliarij, & Senatores, aut quauis etiam Pontificali*

tificali dignitate insigniti. Innouantes decreta super his per Sacros Cathones, tam in Lateranensi nouissimè celebrato, quàm Conciliis Generalibus edita, etiam cum censuris, & pœnis in eis contentis, &c.

47 Comprehenduntur sub hac censura recipientes prædictas præstantias, tallias, vel gabellas, etiam *ab sponte dantibus*, vt patet ex verbis Bullæ, in quo differt hic casus à quinto, de quo egimus supra, vt ibi diximus. De hac tamen materia dicetur verbo *Gabella quoad Regulares*, & verbo *Immunitas Ecclesiastica Regularium*.

48 Decimus nonus casus non dissimilis præcedentibus, talis est tenoris. *Excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscunque Magistratus, & Iudices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores, quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas illos processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illos proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressa huius Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, quique huiusmodi licentiam ad personas, & casus non expressos extendunt, vel aliàs illa perperam abutuntur, etiam si talia committentes fuerint Consiliarij, Senatores, Præsidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupati.*

49 De cuius etiam materia aliqua dicam verbo *Clerici*; & verbo *Immunitas Ecclesiastica Regularium*.

50 Vigesimus, & vltimus. *Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios directè, vel indirectè sub quocumque titulo, vel colore inuadere, destruere, occupare, ac detinere præsumpserint in totum, vel in partem Almam Vrbem, Regnum Siciliæ, Insulas Sardiniæ, & Corsicæ, terras citra Pharum, Patrimonium Beati Petri in Thuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venaysinum, Sabinensem, Marchiæ Anconitanæ, Massæ, Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & Maritimas Prouincias, illarumq. terras, & loca, ac terras specialis Commissionis Arnulphorum, Ciuitatesq. nostras Bononiam, Cesenam, Ariminum, Beneuentum, Perusium, Auinionem, Ciuitatem Castelli, Tudertum, Ferrariam, Comaclum, & alias Ciuitates, Terras, & loca, vel iura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dictæq. Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiecta, nec non supremam iurisdictionem in illis Nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ competentem, de facto vsurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt, nec non adhærentes, fautores, & defensores illorum, seu illis auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet præstantes.*

51 Ponitur hæc censura contra *Inuadentes*, &c. terras ad dominium temporale Papæ spectantes. Comprehendit etiam illos, qui titulo fa-

ctionis illas hoſtiliter inuadunt, etiam ſi eas non intendant ſubtrahere à dominio Papæ. Caietanus *ſupra cap.* 17. Nauarrus *ſupra num.* 73. Quid intelligatur per illud verbum mediatè, vel immediatè, Naldus *in Summa ſupra num.* 59. ſic explicat. *Loca illa dicuntur immediatè ſubiecta Eccleſiæ Romanæ, in quibus Romanus Pontifex immediatè Iudices, ac Magiſtratus conſtituit, vt ibidem iudicent, mediatè verò ſunt illa, quæ non immediatè reguntur, ac iudicantur à prædictis Magiſtratibus, ſed à Iudicibus, qui ad ea deſtinantur à Ciuitatibus immediatè ſubiectis ipſi Romano Pontifici.* Et infra. *Sed & alio modo intelligunt alij terras mediatè ſubiectas Romanæ Eccleſiæ, nempè, etiam eas, quæ iure feudi alijs Principibus ſubduntur, & ab ipſis reguntur, vt ſunt Vrbinum, Parma, & ſimiles.* Hæc ille. Quando verò per prædictas actiones incurratur hæc cenſura, Suarez *ſupra num.* 105. ſic habet: *Quacunque ratione aliqua ex his actionibus contra iuſtitiam fiat, ſufficit ad incurrendam hanc cenſuram. Si autem bona fide, & probabili titulo, iuxta Doctorum hominum iudicium, aliquid huiuſmodi fiat, non incurretur cenſura, quia excuſatur culpa ſine qua non poteſt excommunicatio incurri.* Refertq. Caietanum *in Summa verbo Excommunicatio cap.* 31. *verſic.* 4. Ibi tamen Caietanus ad aliud intentum loquitur, nec quod dicit Suarez videtur verum reſpectu actionum inuadendi, & deſtruendi, illæ enim pertinent ad bellum aggreſſiuum.

52 Horum porrò caſuum, & cēſurarum abſolutio reſeruata eſt Summo Pontifici, ſublatis omnibus, & ſingulis priuilegijs ijs verbis. *Cæterum à prædictis ſententijs nullus per alium quam per Romanum Pontificem, niſi in mortis articulo conſtitutus, nec etiam tunc, niſi de ſtando Eccleſiæ mandatis, & ſatisfaciendo cautione præſtita, abſolui poſſit, etiam prætextu quarumuis facultatum, & indultorum quibuſcunque Eccleſiaſticis, ſæcularibus, & quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum Regularibus, etiam Epiſcopali, vel alia maiori dignitate præditis, ipſiſq. Ordinibus, & eorum Monaſterijs, Conuentibus, & domibus, ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hoſpitalibus, & locis pijs, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & mundana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cuiuſu is Concilij decreta, verbo, litteris, aut alia quacunque ſcriptura in gene re, in ſpecie conceſſorum, & innouatorum, ac concedendorum, & innouan dorum.*

53 Circa quæ primo animaduertendum, illud *in mortis articulo* extendi poſſe ad mortis periculum, vt in ingreſſuro periculoſam nauigationem, vel imminens prælium, & in muliere partui difficili proxima. Naldus *ſupra* ex Couarrubia, & Vgolino. Et confirmari poteſt, tum ex pietate Eccleſiæ erga ſuos filios, tum quia in Iure, *ca. ſi quis ſua-*

dente

dente 17. *quæst.* 4. *& c. eos qui de sentent. excommunicat. in* 6. pro eodem sumitur periculũ mortis,& articulus mortis. Diana 5. *par. tract.* 9. *resolut.* 67. Quod tamen limitat de periculo,quod sit necessariò adeundum,non de illo,quod voluntariè omnino assumitur. Quale est illud, quod est in ludo hastarum,taurorum agitatione,&c. Secundò animaduertendum, priuilegia concessa aliquibus Regularibus ad absoluẽdum ab aliquibus casibus Bullæ Cœnæ Christianos existentes in remotis partibus infidelium, prout Paulus III. in Bulla *Licet debitum* in 1.to. Bullar. Laertij inter Constitutiones ipsius num. 48. concessit Iesuitis, & Paulus V. in Bulla *Ex omnibus* tom. 3. Bullar. num. 40. aliàs 26. Fratribus Sanctissimæ Trinitatis,non reuocari, vt credo, hac generali reuocatione, Specialitas enim casus,necessitas illorum Christianorum, & pietas matris Ecclesiæ id postulare videtur. Vide circa hoc notabile priuilegium Sanctiss. D.N. Vrbani concessum Fratribus Discalceatis Ordinis Sanctissimæ Trinitatis in Africa, & alijs Turcarum partibus existentibus, *in Appendic. ad 4 tom. Bullar. num.* 3. *aliàs* 54. Quomodo autem intelligi debeat id quod addit Pontifex de non danda absolutione, etiam in articulo mortis, nisi *de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautione præstita*, præsertim, quia illud verbum *Nec possit* denotare videtur absolutionem aliter datam esse nullam, vide dicta verbo *Absolutio nu.* 9. *& sequenti*. An verò etiam extra mortis articulum, vel periculum, in casu videlicet necessitatis confitendi, vel communicandi, possit aliquis saltem indirectè ab his casibus absolui, tractat ipse Naldus *à nu.* 62. & dicam infra verbo *Casus reseruati.*

54 Ex illo etiam, & *quorumuis Ordinum, etiam Mendicantium*, colligitur id, quod dixi *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 38. videlicet hoc tempore publicationis Bullæ Cœnæ, iuxta moderationem Vrbani VIII. (quidquid sit de præcedenti) omnia priuilegia Prælatorum Regularium, si quæ erant, ad absoluendum suos subditos à casu hæresis, aut ab alio ex contentis in dicta Bulla omnino reuocata esse, prout etiam nouissimè approbat, me relato, Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Absolutio nu* 3. Multo magis id est certum de Confessarijs Regularium, quod scilicet non possint absoluere suos pœnitentes ab vllo ex casibus contentis in hac Bullæ Cœnæ, propter declarationem Sacræ Congregationis sub Clemente VIII. de anno 1601. & 1602. & maximè sub Sanctiss. D.N. Vrbano VIII. de anno 1628. quas retuli *tom.* 1. *cap.* 19 *nu.* 15. 16. & 17. Pro quo nota, quod vt dixi eo *nu.* 16. licet prædictæ declarationes sub Clemente VIII. solum loquantur de Confessarijs per Italiam extra Vrbem degentibus, decretum verò, seu declaratio sub Sanctiss. D.N. Vrbano generaliter loquitur de Confessarijs Regularibus tam intra, quàm extra Italiam.

55 Maximè ex illis verbis textus *Etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate præditis*, adiunctis illis, *ac cuiuscuis Concilij decreta*, sequitur decretum Concilij Tridentini *sess.24. de reformat.cap.6.* vbi Episcopis conceditur facultas absoluendi suos subditos in foro conscientiæ à quibuscunque casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, reuocatum esse quo ad istos casus Bullæ Cœnæ, non solum propter verba relata, præsertim, quia vix inuenietur aliqua facultas in Concilijs concessa quo ad hoc præter istam, vt notat Suarez infra referendus, sed etiam propter declarationes Gregorij XIII. & Clemētis VIII. quas referunt Fuscus *de Visitat. lib.2. cap.31. num.5. & cap.23. num.4.* Marcus Antonius Genuensis *in praxi Archiepiscopat. Neapolit. cap.67. nu.10. in 1. edit. prax. nou. Episcopor. cap.1. num.13.* & Azor qui *tom.1. Institut. Moral. lib.8. cap.19. quæst.3. & cap.10. quæst.10.* refert audiuisse à Religioso docto, & fide digno sic declarasse prædictum Clementem VIII. Item propter declarationem Sacræ Congregationis, quam referunt Piasegus *in prax. nou. Episcopor. par.2. cap.1.* Suarez *4. tom. in 3. par. disp.30 sect.2. num.11. & de fide tract.1. disp.21. sect.4. nu.13.* & Armendariz *in Additionib. ad recopilat. leg. Nauarræ lib.2. tit.21. Lunica de familiaribus Inquisitorum num.3.* Item, quia secundum hanc opinionem in supremo Generalis Inquisitionis Prætorio Romano pronunciatum fuisse testatur Pegna *in Director. Inquisit. par.3. quæst.92. comment.141. vers. penult.* Accedit stilus, & praxis Curiæ Romanæ, vt referunt Antonius Ricciulus *de Iure personar. lib.5. c.14.* Azor *dicto cap.10. quæst.10.* & Barbosa *de offic. & potest. Episcop. Allegat.40. num.25.* Quare opposita sententia, etsi plurium Doctorum sit, parum tuta, aut secura in praxi hoc tempore videtur, vt habet Sanchez *in Decalog. lib.2. cap.11. num.27. in fine.* Vide ipsum, & Barbosam loco relato *à nu.22.* ac Sanctarellum *in tract. de fide cap.5. dub.1. nu.1.*

56 An verò saltem ex priuilegio Bullæ Cruciatæ possit aliquis absolui ab his casibus in locis, vbi talis Bulla viget, dicetur infra verbo *Bulla Cruciatæ*. Similiter quid agere debeat ille, Regularis maximè, qui in prædictos casus inciderit, & est in remotis partibus, vbi nullus est, qui ab illis absoluere possit, dicetur infra verbo *Casus reseruati*.

57 Addendum, iuxta dicta *tom.1. cap.19. num.43.* Confessarios absoluentes à prædictis casibus excommunicationis sententiam incurrere, vt patet ex ipsa Bulla. Extenditur enim ad quemcunque ab illis absoluerit, vt patet ex contextu Bullæ illis verbis: *Quod si fortè aliqui, &c.* Hæc tamen excommunicatio nulli est reseruata, & ita quicunque Confessarius ab ea absoluit, & quicunque Prælatus Regularis suos subditos, iuxta doctrinam sæpius traditam de censuris non reseruatis. Verum excommunicatio posita in decreto Sacræ Congregationis sub

Cle-

Clemente VIII. de anno 1601. quod retuli *dict. cap. 19. num. 15.* contra absoluentes à casibus *clarè, vel dubiè* in Bulla Cœnæ contentis, Papæ est reseruata. Nota tamen, quod verbo illo *dubiè* solum denotatur dubium propriè dictum, nō opinio probabilis, prout ex Graffio *lib. 1. de cas. reseruat. num. 51.* tenet Thesaurus *in prax. par. 1. cap. 16. in fin.* Qualiter etiam Ordinarij Prælati, Rectores Ecclesiarum, & Confessores omnes teneantur habere apud se transumptum huius Bullæ, dixi eo *cap. 19. num. 44.* Lege Barbosam *de officio Parochi cap. 19. num. 61.*

58 Præcipitur etiam in eadem Bulla vniuersis Ordinarijs, & Prælatis in virtute sanctæ obedientiæ, vt eam publicent semel in anno, aut etiam pluries in Ecclesijs suis, dum in eis maior populi multitudo ad Diuina conuenerit. Addit Graffius *par. 1. lib. 4. cap. 18. in explicat. Bullæ num. 7.* hanc obligationem esse sub mortali, licet excusentur illi, qui vitandi scandali causa eam non publicant. Pro quo vide Becanum *in Summa Theolog. par. 2. tract. 3. cap. 6. quæst. 8. num. 4.*

59 Ex dictis verò manifestè elicitur intentionem Summi Pontificis proculdubio esse, vt hæc Bulla in toto Christiano orbe recipiatur, acceptetur, & obseruetur. Iterata enim, & repetita singulis annis eiusdem publicatio Romæ in solēnissimo Dominicæ Cœnæ anniuersario, Papa, Cardinalibus, Episcopis, & tota Curia adstantibus, eiusdem etiam pluries singulis saltem annis in omnibus Ecclesijs intimatio præcepta, & tam solicita Pontificis cura, quòd eius transumptum apud omnes Prælatos, & Confessarios reseruetur id manifestè ostendit. Finis enim Summi Pontificis est, vt tanquam pius Pater per excommunicationem in ea contentas conseruet animarum salutem, Rempublicam Christianam, libertatemq. Ecclesiasticam, authoritatem Apostolicam, & vnitatem à Deo sibi commendatam, quæ sunt bona Sedis Apostolicæ. Graffius *supra num. 8.* Vnde quoad forum exterius nulla admitti debet ignorantia, seu excusatio quælibet pro transgressoribus. Quoad forum tamen animæ illam admittunt authores asserētes ipsam non obligare in illis partibus, vbi non est vsu recepta. Hi sunt Filiucius *tom. 1. tract. 11. cap. 1. quæst. 5. num. 11.* Putean. *in 2. part. S. Tho. quæst. 11. art. 4. dub. 2.* Ioannes Valerus *in different. vtriusque fori verb. peccatum different. 30. num. 2.* Becanus *in part. 2. tract. 3. cap. 6. quæst. 8. num. 4.* & alij. Oppositum verò magis probabile appellat Diana *part. 1. tract. de legib. resolut. 1. §. vnde Puteanus.*

60 Derogat tandē Pontifex quibuscunq. priuilegijs, etiam per viam contractus, aut remunerationis, aut ex quauis alia causa concessis, consuetudinibus immemorabilibus, præscriptionibus, & consuetudinibus, quantumuis longissimis, illis verbis: *Non obstantibus priuilegijs, indultis, & Litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, suprà-*

dictis,

dictis, vel eorum alicui, seu aliquibus alijs cuiuscunque Ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, etiamsi, vt præmittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quauis Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, seu locis à prædicta Sede ex quauis causa, etiã per viam contractus, aut remunerationis, & sub quauis alia forma, & tenore, ac cum quibusuis clausulis, etiam derogatoriarum derogatorijs, concessis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint per Litteras Apostolicas non facietes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de priuilegijs, indulgentijs, & indultis huiusmodi, ac de Ordinibus, locis, nominibus proprijs, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, necnon consuetudinibus etiam immemorabilibus, ac præscriptionibus, quantumcunque longissimis, & alijs quibuslibet obseruantijs scriptis, vel non scriptis, per quæ contra hos nostros processus, ac sententias quominus includantur in eis se iuuare valeant, vel tueri.

61 Ex qua tam generali derogatione priuilegiorum quorumcũque, & consuetudinum, etiam immemorabilium, elici videtur vsum, qui est in aliquibus Regnis, Dominijs, & Republicis Christianis faciendi, seu permittendi aliqua, quæ contraria apparent libertati Ecclesiasticæ, & ijs, quæ in hac Bulla ordinantur, siue talis vsus fundetur in aliquo Pontificio priuilegio dictis Regnis, Dominijs, & Republicis, etiam per viam contractus, & remunerationis à Sede Apostolica concesso, siue in aliqua consuetudine, aut præscriptione, etiam immemorabili, & longissima, siue in quacunque obseruantia scripta, vel non scripta, quæcunque illa sit, omnino damnari, & reprobari, & sic facientes in pœnas, & censuras huius Bullæ incidere. Verba enim adducta generalissima sunt, & hæc omnia comprehendunt. Propterea aliqui ita sentire videntur, specialiter Sayrus *de Censuris lib. 3. cap. 25. num.* 10. Duardus *in Bulla Cœnæ lib.* 3. §. 5. *quæst.* 1. *num.* 1. Mainardus *de priuileg. Eccles. part. 2. art.* 18 *num.* 10. Petrus Binsfeldius *in comment. de iniurijs, & damno dato cap. 7. concl.* 13. Vgolinus *in respons. ad Iurisconsult. Gimnasij Patauini cap.* 7. & alij apud Dianam *part.* 1. *tract. de Immunit. Eccles. resolut.* 6. Alij verò, quia durum ipsis videtur existimare tot Principes Catholicos Ecclesiæ Sanctæ deuotissimos, eorumq. Magistratus, quotidie, & passim has censuras incurrere, ideo putant per hanc Bullam eorum priuilegia, si illa habuerunt, remuneratiua præsertim, & per viam contractus, aut antiquissimas consuetudines, non derogari. Hi sunt inter alios Filiucius *tom.* 1. *tract.* 10. *cap.* 16. *num.* 258. Malderus *part.* 2. *quæst.* 9. *art.* 4. *fol.* 407. *colum.* 1. Fauet Fagundez *de præcept. Ecclesiastic. tract.* 1. *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 17. loquens de quadam

con-

cõſuetudine Luſitaniæ, & maximè Salgado *de protectione Regia to.2. part.3. cap.10. num.96.* & 97. Habere autem Principes aliquos talia priuilegia plures ſupponunt. Primo enim de Catholico Hiſpaniarum Monarcha, ita aſſerit Bannez 2.2.*quæſt.67.art.1.dub.2.conel.6.* Ioannes à Cruce *in Director.Conſcientiæ part.1.præcept.8.quæſt.3.art.1. dub.1. concluſ.* 3. Peſantius *de Immunit. Eccleſ. diſp.* 3. & Portellus *in dub. Regular. verbo Appellare in Additionib. ad addition. num.4.* De Rege Franciæ id teſtantur Carolus de Graſſalijs *in Regal. Franc. lib.2.iure 1. fol.229.* & *iur.2. fol.* 237. noſter Antonius Bouius Epiſcopus *in reſponſ.ad Paul.ſeruit.pro Cenſuris Paul.5. part.4. ad argument.*10.& alij. De Republica Venetorum, quo ad aliquos ſaltem caſus, id affirmant Zanardus *in Direct.Confeſſ. tom.3. cap.*50. & Decianus *tom.1. lib.4. cap.9. num.66.* cum Gigante. Item de Ducibus Sabaudiæ aliquid ſimile ſcribit Octauianus Cacheranus *deciſ. Pedemontan.*30. Verum tamen, quia nec prædicta priuilegia vidi, nec in cauſa hac grauiſſima licet index eſſe, ideo cum Nauarro *in Manual. cap.27.num.72.* Suarez *contra Reg.Angliæ lib.4.cap.34. num.29.* ex Cardinali Bellarmino, & cum Maldero *ſupra* rem hanc iudicio Sanctæ Sedis Apoſtolicæ remittendam cenſeo.

62 Ea verò, quæ Cardinalis Caietanus pro Principum Catholicorum excuſatione dixit *in Summa verbo Excommunicatio cap.*31. loquens de quadam excommunicatione Bullæ Cœnæ, hic ſubijcienda duxi. *Quarto nota, quod tam Statutarij, quam alij excuſantur ab excommunicationis cenſura, ſi pura mente, & recto animo nolentes aliquid contra Eccleſiæ libertatem ſtatuere, aut ſuſtinere, conſulunt Doctores reputatos, ſeu committunt examen Doctoribus huiuſmodi, & certificati ab illis, quod nihil eſt contra Eccleſiæ libertatem ſtatuunt, ſcribunt, &c. aliquid quod in veritate eſſet contra libertatem Eccleſiæ, quia agunt ex ignorãtia plus quam probabili, & nec apud Deum, nec apud Eccleſiam agunt contra Eccleſiæ libertatem, quia fecerunt quantum in ſe eſt, quod viros probos decet, & excuſantur non ſolum à tanto, ſed à toto.* Hæc ille. Quæ etiam approbat Suarez *tom.5. in 3.part.diſp.21.ſect.2.num.*105.

BVLLA CRVCIATÆ.

SVMMARIVM.

Bulla Cruciata quid ſit. num.1.
Quibus conceſſa, aut quibus proſit. num.2.

Qui

Qui possint illam accipere. num.3.
An Regulares. ibid.
An Bulla accepta ex pecunijs alienis prosit accipienti. num.4.
Priuilegia illius valent tantum per vnum annum. num.5.
Quomodo numerandus. ibid.
An ad ipsius valorem requiratur status gratiæ. num.6.
An accepta ab vno pro alio illi prosit. num.7.
Amittens Bullam an perdat priuilegia ipsius. num.8.
Quid de committente peccata reseruata ex confidentia ipsius. num.9.
Indulgentia plenaria quibus concedatur. num.10.
Quid de euntibus ad bellum contra infideles. num.11.
Quid si prædicti fuerint Clerici Beneficiati. num.12.
An militantes in hoc bello ad ieiunia teneantur. num.13.
De priuilegio audiendi Missam tempore Interdicti. num.14.
Familiarium nomine, qui intelligantur in præsenti. ibid.
Alia spectantia ad hoc priuilegium. ibid.
Quid de priuilegio sepulturæ cum mediocri pompa. num.15.
Priuilegium edendi carnes, & lacticinia diebus probibitis. num.16.
Quomodo intelligendum, & pro quibus diebus, vel personis. ibid.
Quid de non euntibus, nec mittentibus ad bellum, sed tantum eleemosynam erogantibus. num.17.
Quomodo intelligatur participatio bonorum spiritualium. ibid.
Quid de visitantibus Stationes Vrbis. num.18.
An consequantur Indulgentias etiam plenarias. ibid.
An sæpius in die. ibid.
Quomodo facienda est visitatio. ibid.
De facultate eligendi Confessarium. num.19.
A quibus casibus ille absoluat ibid.
Qualis debeat esse iste Confessarius. num.20.
Quæ approbatio pro illo requiratur. ibid.
Quid de Regulari solum approbato ab Ordinario. ibid.
Quæ sint peccata, & censuræ Sedi Apostolicæ reseruata. num.21.
Quid de reseruatis in Bulla Cœnæ sentiendum. num.22.
Quomodo id intelligendum. num.23.
Quid intelligatur per articulum mortis. ibid.
De Indulgentia semel in vita, & semel in morte quid sentiendum. num.24.
Peccata, & censuræ non reseruata quæ sint. num.25.
Quid de casibus Episcopalibus. ibid.
Quid sentiendum de casibus Papalibus occultis. num.26.
Quomodo suffragetur hæc absolutio. num.27.

An

An possint pœnitentes ex vi Bullæ absolui extra Confessionem.nu.28.
An Regulares vti possint hoc priuilegio. num.29.
An talis Confessarius absoluere possit à suspensione, interdicto, cessatione à Diuinis, &c. num.30.
An dispensare in irregularitate. ibid.
Quos casus comprehendat priuilegium Bullæ. num.31.
Quomodo facienda satisfactio, & cui. num.32.
De Hæresi, quæ excipitur in dicto priuilegio. num.33.
De votis, quæ commutari possunt. num.34.
Qualiter, aut quomodo commutanda. ibid.
Quid dicendum de iuramentis. num.35.
Quid de voto Castitatis. num.36.
De accipiente Bullam bis in anno. num.37.
De facultate commissa Commissario Generali Cruciatæ. num.38.
Quæ priuilegia, indulgentiæ, & facultates suspendantur ex vi dictæ Commissionis. ibid.
An indulgentiæ concessæ Ordinibus Regularibus. num.39.
An visitantibus Ecclesias, Monasteria, loca pia, &c. num.40.
De indulgentijs concessis Altaribus priuilegiatis quid sentiendum. num 41.
Non suspenditur facultas, quam habent Superiores Regulares ad dandum litteras Confraternitatis suis benefactoribus. num.42.
De alijs facultatibus Commissarij Cruciatæ. num.43.

1 BVLLA Cruciatæ est quoddam Pontificium diploma, in quo plura priuilegia, & indulgentiæ conceduntur, opem, & auxilium reale, vel personale præbentibus Catholico Hispaniarum Regi in bello contra Turcas, & alios infideles. Ita enim colligitur tum ex dicendis, tum ex transumpto ipsius iussu Sanctiss. D. N. Vrbani VIII. publicatæ anno 1628. Vocatur autem *Cruciatæ*, quia priuilegia in ipsa contenta similia sunt illis, quæ olim Cruce signatis pro recuperatione Terræ Sanctæ concedebantur. Sotus *in 4. dist. 21. quæst. 1. art. 3. §. Ad quæstionem.* Rodriguez *in Exposit. Bullæ Cruciatæ §. 1. num. 2.*

2 Conceditur autem hæc Bulla cunctis fidelibus habitãtibus in Regnis Hispaniarum, & Insulis adiacentibus, ac in Regnis Siciliæ, & Sardiniæ, seu illùc venientibus, aut ibi commorantibus. Ita ex Bulla. Ludouicus à Cruce *in Exposit. Bullæ Cruciat. disp. 1. cap. 1. dub. 1.* Quare neque pro Hispano absente à prædictis Regnis, & multo minus pro alio extraneo absente accipi potest. Quia illa solum conceditur ibi commorantibus, aut eò declinantibus. Idem Ludouicus *dub. 3.* Si autem

tem aliquis Bullam accipiens in aliquo ex prædictis locis aliò se conferat, poterit ibi gaudere priuilegijs in ipsa concessis. Sunt enim personalia, & ita sequuntur personam priuilegiatam. Rodriguez *supra dicto* §. 1. *dub.* 3. Diana *part.* 1. *tract.* 11. *de Bulla Cruciatæ resolut.* 1. Limitatur tamen hoc, vt non teneat vetum respectu indulti edendi carnes, & lacticinia, nam illud, vt apparet ex Bulla, conceditur tantum commorantibus in dictis Regnis, & non extra illa. Rodriguez *supra*, Vega *in Summa mihi lib.* 3. *casu* 274. Existens porrò in Italia, vel Gallia non potest per amicum accipere illam, cum solum concedatur, vt dictum est, pro habitantibus, vel commorantibus in dictis Regnis, Vega *supra lib.* 4. *casu* 98.

3 Possunt, quantum est ex vi Bullæ, eam accipere omnes, & quicunque Regulares vtriusque sexus, ea enim conceditur cunctis fidelibus Christianis, vt patet ex verbis ipsius, in qua sæpè Regulares nominantur. Et ita secluſa prohibitione Prælatorum licitè possunt Regulares illam accipere, & vti priuilegijs ipsius. Vtuntur enim iure sibi a Summo Pontifice concesso. Sorbus *in Additionib. ad compendium Priuilegior. Mendicant. verbo Cruciata*. Ludouicus à Cruce *supra dub.* 9. *num.* 3. Tenentur tamen petere licentiam a Prælatis ad illam accipiendam, tum quia hoc videtur pertinere ad votum obedientiæ, quod emiserunt, tum quia cum in Bulla Pij IV. pro anno 1564. publicata concederetur licentia Religiosis, vt absque licentia suorum Superiorum eam acciperent, in Bullis tamen posterioribus hoc est sublatum, proculdubio vt denotarent Summi Pontifices ad id requiri facultatem prædictam. Idem Ludouicus *num.* 4. Cæterum Prælati Regulares sine causa rationabili prohibentes, quod subditi eorum illam accipiant, aut non concedentes eam licentiam, malefaciunt, vtpotè, quia impediunt sine causa bona spiritualia, quæ ex ea consequi possent. Acosta *in Bullam Cruciatæ quæst.* 106. Villalobos *in Summa tom.* 1. *tract.* 27. *clauſ.* 12. *num.* 29. Licet hoc non credam esse peccatum mortale, quidquid ipsi dicant, cum bona illa spiritualia, quæ ex Bulla consequi potest Religiosus, non sint illi ad salutem animæ simpliciter necessaria. Casu autem, quòd Prælatus absque rationabili causa nollet dictam licentiam concedere, posset subditus sine peccato Bullam accipere, tum quia Prælatus non habet ius ad negandam tunc eam licentiam, tum quia Pontifex videtur eam generaliter cunctis concedere in ipsa Bulla. Acosta, & Villalobos *supra num.* 27. Etsi autem in casu talis prohibitionis non possit Religiosus pecuniam pro Bulla dare, quia hoc videtur contra votum paupertatis, cum sit expendere pecuniam contra voluntatem sui Superioris in re non simpliciter necessaria, potest tamen rogare amicum, vt accipiat eam, & sibi det, quod faciendo, nec

pecca-

peccabit contra paupertatem, cum nullum bonum temporale ex eo adquirat, nec contra obedientiam, quia vt ſuppono, præceptum Superioris irrationabile tunc eſt, & non obligat. Diana *ſupra reſolut.* 99. ex Acoſta, & Villalobos. Quando autem ex rationabili cauſa Prælati præciperent ne ſubditi Bullam accipiant, ſi accipiunt, non ſolum peccant contra obedientiam, vt per ſe patet, ſed & contra paupertatem, expẽdentes in hoc pecuniam. Propter dicta. Caſſarubius *in Compend. Priuilegior. Mendicant. verbo Cruciata* §. *ad hoc autem*. Quo etiam caſu credo Religioſum gaudere poſſe priuilegijs Bullæ. Quamuis enim peccet illam accipiendo, ſed non propterea irritatur valor illius. Rodriguez *ſupra* §. 9. *num.* 24. Ludouicus à Cruce *num.* 7. An verò Bullæ virtute poſſint Regulares abſolui à caſibus reſeruatis, dicam infra *num.* 29.

4 Bulla accepta ex pecunijs non proprijs, ſed ablatis, & contra iuſtitiam ab alio ereptis, non valet accipienti, quia Pontifex vult, vt ea accipiatur ex proprijs bonis, & facultatibus. Accepta verò à meretrice ex pecunijs turpi quæſtu, & non contra iuſtitiam lucratis, illi poteſt valere, quia tales pecuniæ verè ſunt propriæ ipſius meretricis, vt ſuppono, ex plurium ſententia. Acoſta *in Bulla Cœnæ quæſt.* 12. Diana *ſupra reſolut.* 101. Lugo *de Sacrament. Pœnit. diſp.* 27. *ſect.* 6. *num.* 87.

5 Bullæ priuilegia valent tantum per vnum annum, computandum non à die acceptionis illius, nec à die publicationis in Metropoli, vel Diœceſi, ſed à die publicationis in ſingulis locis factæ. Ita enim habetur expreſsè in Summario Bullæ. Ludouicus à Cruce *ſupra diſp.* 1. *cap.* 10. *dub.* 1. Vnde ſi contingat me accepiſſe Bullam Salmanticæ publicatam menſe Februarij 1630. & veniſſe Matritum, vbi publicatur noua Bulla menſe Decembris eiuſdem anni valitura pro anno ſequẽti, poſſum Matriti exiſtens, vti Bulla accepta Salmanticæ vſque ad menſem Februarij anni 1631. Vega *in Summa mihi lib.* 4. *caſu* 104. & 140. Probabile etiam eſt valituram Bullam per aliquod dies paucos, ſex ſcilicet, vel octo poſt expletum annum publicationis, quando caſu aliquo differreretur nouæ Bullæ publicatio. Quia ita videtur piè interpretanda Pontificis intentio, & eſt conforme vſui Eccleſiæ, quæ hoc modo intellexit præceptum ſumẽdi Euchariſtiam ſingulis annis tempore Paſchatis, cum tamen Paſcha aliquando in menſe Martij, & aliquando menſe Aprilis celebretur. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 20. *num.* 2. Sancius *in ſelect. diſp.* 55. Idem, & propter eandem rationem ſentiunt aliqui eſſe dicẽdum, quando expleto anno publicationis Bullæ, & noua Bulla publicata in Ciuitate populoſa non potuit die publicationis, ſed poſt paucos dies accipi. Villalobos *in Summa tom.* 1. *tract.* 27. *clauſ.* 4. *num.* 10. ex Henriquez. Caſu etiam quo quis incipiat

piat confiteri ſua peccata ante expletum annum publicationis Bullæ; & non poſſit ob iuſtas cauſas abſolutionem obtinere niſi poſt expletum illum annum, probabile eſt abſolui poſſe à reſeruatis virtute Bullæ. Quia confeſſio incepta eſt tempore habili, & ſic piè credendum de intentione Pontificis. Villalobos *ſupra num.* 12. Acoſta *in Bull. quæſt.* 36. Nota etiam non expirare Bullam eo quod Pontifex, qui illam conceſſit expiret ante expletum annum publicationis. Ita ex multis Ludouicus à Cruce *ſupra dicto cap.* 10. *dub.* 3.

6 Ad Bullæ valorem non requiritur, quod ſuſcipiens ſit in ſtatu gratiæ, non ſolum quoad priuilegia eligendi Confeſſorem, veſcendi lacticinijs, &c. vt de ſe patet, ſed etiam quoad indulgentias in illa conceſſas. Ratio eſt, quia Bulla non requirit talem conditionem, & quamuis pro lucrandis indulgẽtijs requirat contritionem, & confeſſionem, hoc tamen non refertur ad tempus acceptionis Bullæ, ſed ad inſtans quo conſequenda eſt indulgentia, completis omnibus requiſitis. Acoſta *in Bull. Cruciatæ quæſt.* 15. *per totam.* Diana *ſupra reſolut.* 6. Poteſt etiam Bulla prodeſſe illi, qui tempore acceptionis erat excommunicatus. Etſi enim Litteræ, ſeu Reſcriptum per excommunicatum impetrata illi non proſint, hoc autem priuilegium Bullæ non eſt impetratum ab iſto excommunicato, ſed conceſſum à Papa in fauorem Regis Catholici pro ſubſidio belli. Ludouicus à Cruce *ſupra diſp.* 1. *cap.* 1. *dub.* 4. Prodeſt etiam hæretico mere interno, quia iſte quoad Eccleſiam, & forum externum habetur pro fideli. Secus dic de hæretico externo, propter oppoſitam rationem. Idem Ludouicus *ſupra dub.* 8.

7 Bulla accepta ab vno pro alio valet illi pro quo eſt accepta, hoc enim eſt conforme intẽtioni Pontificis, & fini ipſius. Ludouicus à Cruce *ſupra diſp.* 1. *cap.* 1. *dub.* 1. Eſt tamen neceſſarium, cum ad notitiam illius deuenerit, vt ratam habeat talem Bullæ acceptionem. Idem Ludouicus. Si autem eſt accepta pro Petro, & illi applicata, non poteſt alij applicari, quia verè iam tale priuilegium eſt ſolius Petri. Diana *ſupra reſolut.* 95. Si verò ipſe Petrus pro quo accepta fuit iam aliam accepiſſet, probabile eſt poſſe vnam earum alteri dare vel gratis, vel etiam accepta ſtipe. Henrriquez *lib.* 7. *de Indulgent. cap.* 20. *num.* 6.

8 Qui amittit Bullam inculpatè, & ſine malitia, non perdit gratias illius. Non enim debet eſſe maior obligatio in hoc, quam eſt in alijs priuilegijs. Henrriquez *ſupra num.* 5. Nugnus *in* 3. *part. tom.* 2. *tract. de Bull.* §. *in fin.* Dixi inculpatè, & ſine malitia, quia ſi quis ex malitia perdidit Bullam, videtur renunciaſſe priuilegijs ipſius.

9 Qui ex confidentia Bullæ committit peccata reſeruata gaudere poteſt priuilegijs ipſius. Ratio eſt, quia vbi lex non diſtinguit, neque nos diſtinguere debemus, *ca. ſi Euangelica diſt.* 55. & *cap. ſolitæ* §. *nobis*

de

de maiorit.& obedient. Sed in hac Bulla non apponitur hæc conditio, ſicut ſolet apponi in alijs pluribus priuilegijs, quando Papa vult, vt non proſint ijs, qui peccant, ex confidentia illorum. Ergo. Ledeſma *in Summa tom.1.tract.de Pœnit. cap.13.dub.10.* Acoſta *in explicat. Bullæ quæſt.33.*

10 Loquendo autem de gratijs, ſeu priuilegijs in Bulla conceſſis. Primò, dicendum, concedi Indulgentiam plenariam (illam videlicet, quæ ſolita eſt cõcedi pro expeditione Terræ Sanctæ, & anno Iubilæi) quatuor generibus perſonarum. Primò illis, qui zelo fidei ſuccenſi ad bellum, quod Rex Catholicus cum infidelibus gerit, perſonaliter proprijs ſumptibus profecti fuerint, ſiue pugnauerint, ſiue aliud ſeruitium gratis exhibuerint, dummodo per annum integrum perſeuerent, vel fuerint mortui in itinere, aut exercitu, aut infirmitate, vel alia legitima cauſa non potuerint in illo perſeuerare. Secundò, illis, qui iuxta ipſorum poſſibilitatem, & dignitatem alios ſuis expenſis ad tale bellum miſerint. Tertiò ipſis, qui miſſi fuerint, ſi pauperes fuerint. Quartò, Clericis ſæcularibus, vel Regularibus, qui de licentia ſuorum Prælatorum Verbum Dei prædicauerint in exercitu, aut alia miniſteria Eccleſiaſtica exercuerint. Ita habetur ex Bulla. Rodriguez *in Expoſit. Bull. Cruciat.*§.2.3.& 4. Ludouicus à Cruce *ſupra cap.*8. *dub.*3. Omnes ergò prædicti dictam indulgentiam plenariam æqualiter lucrãtur, eſto inæqualia opera faciant, quia Pontifex omnibus illis eam concedit. Sotus *in* 4. *diſt.*21. *quæſt.*1. *art.*2. Idem Ludouicus *ſupra*. Etiam ſi talia opera iniuncta in peccato mortali exerceant, quia ſolum requiritur ſtatus gratiæ pro inſtante, quo conſequenda eſt indulgentia, non pro operibus prærequiſitis. Silueſter *in Summa verbo Indulgentia q.*10. *dicto* 9. Corduba *de Indulgentijs quæſt.*24. Imò etiam ſi talia ſint mala in diuiduo, dummodo ex genere ſuo ſint bona, quia Pontifex & Eccleſia non ſolet aliud in ſuis præceptis exigere. Corduba *de Indulgentijs quæſt.* 21. & 25. Henrriquez *lib.*7. *cap.* 9. Requirit autem Pontifex pro conſequenda hac indulgentia, quod ſint contriti, & confeſſi, vel ſi confiteri non poſſint, id corde deſiderauerint. Quomodo autem conditio hæc contritionis, & confeſſionis intelligenda ſit, ex ijs, quæ dicam verbo *Iubilæum num.*15. elici poteſt.

11 Declarat etiam Pontifex, Clericos ſæculares, vel Regulares de licentia ſuorum Superiorum reſpectiuè ad bellum prædictum euntes, & in eo Verbum Dei prædicantes, ſeu miniſteria Eccleſiaſtica, & pia exercentes, irregularitatem propterea non incurrere. Ita ex Bulla. Pro quo vide dicta *ſupra* verbo *Bellum à num.*6.

12 Item declarat prædictos Clericos ſi Beneficiati fuerint, poſſe tempore quo huic expeditioni vacabunt, deſeruire eorum Beneficijs per

Vicarios idoneos, dummodo ea beneficia curam animarum non habeant, quia ad id requiritur Sedis Apostolicæ licentia. Ita ex Bulla. Pertinet autem ad Ordinarios iudicare de residentia huiusmodi Beneficiorum, indulgentijs, & dispensationibus circa illam, vt colligitur ex Concil. Trident. *sess. 6. de reformat. cap. 2.* Rodriguez *in Expos. Bull. Cruciat. §. 4.*

13 Declarat etiam Pontifex milites in hoc bello occupatos non teneri ieiunijs, ad quæ ex præcepto Ecclesiæ, vel ex voto, aliàs tenebantur. Ita ex Bulla. Cum autem hoc priuilegium solis militibus in bello occupatis concedatur, non suffragatur alijs Bullam accipientibus, nec Clericis, aut Regularibus bello assistentibus, quia ipsorum arma potius debent esse spiritualia, ieiunia, scilicet, & orationes; licet si ratione laboris ieiunare non poterunt, exempti erunt ab hac obligatione. Rodriguez *supra* §. 4.

14 Prædictis etiam omnibus, & quibuscunque alijs etiam in hanc expeditionem non euntibus, si cum eleemosyna designanda ex propriis bonis ad eam concurrerint, concedit Pontifex, vt anno, à publicatione Bullæ computando, durante, possint vti gratijs, & facultatibus in hac Bulla contentis. Videlicet, quod possint (adhuc tempore interdicti Apostolici, vel Ordinarij) audire Missam in Ecclesijs, & Monasterijs; aut in Oratorio priuato designato, & visitato ab Ordinario, Missam, & alia Diuina Officia per se ipsos, si Sacerdotes fuerint, celebrare, aut celebrari facere ab alijs in eorum, & familiarum, ac consanguineorum præsentia, & Eucharistiam, aliaque Sacramenta, præterquam in die Paschatis, recipere, dummodo ipsi causam non dederint tali interdicto, nec per illos steterit quin illud amoueatur, & quod, qui præmisso Oratorio ad præmissa vti voluerint, quoties id fecerint, ad aliquas preces pro cuiusque deuotione, pro conseruatione vnionis Principum Christianorum, & victoria contra infideles teneantur. Ita ex Bulla. Nota, familiarium nomine intelligi domesticos, idest illos, qui ordinariè dominum suum comitantur, iuxta *cap. licet de priuileg. in 6.* Nauarrus *in Manual. cap. 27. num. 181.* Rodriguez §. 5. Vnde si alij de nouo ad eum finem adhiberentur, non possent vti eo priuilegio, esset enim hoc in fraudem legis. Idem Rodriguez *ibidem* ex Soto, & Nauarro. Consanguineorum nomine probabiliter intelligi possunt, non solum consanguinei vsque ad quartum gradum, sed etiam vxor, & tota cognatio. Ludouicus à Cruce *supra disp. 1. cap. 5. dub. 3.* Prædicti autem habentes hoc priuilegium tenentur audire Missam diebus præceptis ab Ecclesia, quia præceptum obligat ad id omnes, qui possunt. Rodriguez *ibidem dub. 1. num. 6.* Toletus *in Summa lib. 1. cap. 53. num. 3.* Non extenditur hoc priuilegium ad tempus cessationis

nis à diuinis, sunt enim valdè diuersa. Nauarrus *supra num.* 188. Quid per diem Paschatis intelligendum, vide *tom.* 1. *cap.* 21. *num.* 8. Circa illud de Oratorio nota, illud debere esse locum tantum diuino cultui dicatum, hæc enim sine dubio est mens Pontificis. Ludouicus à Cruce *supra dub.* 1. Addens sufficere, quod sit approbatus ab aliquo Ordinario, non ab illo, qui est illius loci. Quod non approbo, quia mens Pontificis videtur contraria. Maiorem probabilitatis speciem habet, quod subiungit, scilicet, quod casu quo Ordinarius nollet malitiosè approbare pro Oratorio locum idoneum, cum licentia iustè petita, & iniustè negata, ipso iure intelligatur concessa, posse in ipso celebrari, ex vi prædicti priuilegij. Qui autem vtuntur prædicto Oratorio tenentur ad preces superius ex Bulla designatas, etsi non sub mortali, sed solum sub veniali. Villalobos *in Summa tom.* 1. *tract.* 27. *claus.* 4. *nu.* 13. Diana *part.* 1. *tract.* 11. *resolut.* 2.

15 Item prædictis concedit, quod tempore interdicti, eorum decedentium corpora, sepulturæ sacræ, cum mediocri pompa funerali, tradi possint. Ita ex Bulla. Nota per pompam mediocrem, aut moderatam intelligi secundum aliquos, quòd dentur in campanis tres clamores pro viris, & duo pro mulieribus, quodque Clerici, seu Religiosi dum deferunt, dumq. sepeliunt cadauer, cantent, quod solitum est cantari, non autem, quod celebretur Missa de *Requiem*, sicque dicitur declaratum. Corduba *in annotationibus ad Compend. Priuilegior. Mendicant. verb. Interdictum* 1. §. 13. Alio modo id explicat Sorbus *ibidem* ex eodem Corduba *in Quæstion. Tract. de Indulgent. quæst.* 43. *dub.* 5. vt per moderatam pompam intelligatur medietas eius solemnitatis, quæ fieri solet extra interdictum. Aduertit etiam, forsan melius, in hoc attendi debere consuetudinem Episcopatuum, vel patriæ. Ita etiam Rodriguez *dicto* §. 5. *dub.* 1. & Ludouicus *supra dub.* 7.

16 Item conceditur hanc Bullam accipientibus, vt dicto anno durante possint de consilio vtriusque Medici spiritualis, & corporalis, edere carnes in Quadragesima, & alijs temporibus ieiuniorum, ac pro eorum libito ouis, & lacticinijs vesci, ita quod, qui carnes non comederint, seruata in cæteris ieiunij Ecclesiastici forma, dicto ieiunio satisfeciisse censeantur. Sub hac tamen gratia, & concessione edendi ouа, & lacticinia ad libitum, non vult Pontifex comprehendi Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, nec alios Prælatos inferiores, nec quoscunque Regulares, nec ex sæcularibus Clericos presbyteros, quantum ad dies Quadragesimæ dum taxat, sexagenarijs, & equitibus Ordinum Militarium exceptis. Ita ex Bulla. Circa quæ nota, quod cum Pontifex dicit posse eos, qui accipiunt hanc Bullam, comedere carnes de consilio vtriusque Medici, intelligitur in casu necessitatis, quorsum

enim requireret consilium, nisi propter necessitatem? Tunc verò non dispensat cum illis, quod ieiunent (vt aliqui putarunt) cum expressè contrarium supponat Pontifex verbis adductis. Solum ergò illis concedit, vt carnes comedentes, & non ieiunantes, nihilominus meritum ieiunij quoad Deum, & Ecclesiã veluti consequãtur. Rodriguez *supra* §. 6. *num.* 1. Conceditur etiam illis aliquod speciale priuilegium, scilicet esus carnium de consilio Medici, & Confessarij, quod aliàs non licebat, nisi de consilio Medici, & Episcopi, seu Parochi. Ludouicus à Cruce *supra cap.* 5. *dub* 9. Licet aliter explicet hoc priuilegium Ioannes Sancius *in select. disp.* 51 *num.* 6. Cum edentibus tamen oua, & lacticinia dispensat, quod ieiunent. quia talium esus de iure communi prohibitus est in diebus ieiunij Quadragesimalis, iuxta dicenda infra verbo *Ieiunium num.* 3. Rodriguez *supra* §. 6. *num.* 2. Tales autem habentes facultatem edendi oua, & lacticinia, possunt etiam pisces manducare, non enim tale priuilegium tollit illis id quod aliàs erat licitum. Rodriguez *supra dub* 4. *num* 5. Illi autem quibus prohibet Bulla edere oua, & lacticinia diebus Quadragesimalibus, possunt, iuxta opinionem probabilem quorumdam apud Dianam *dicto tract.* 11. *resolut.* 5. ea edere in Dominicis Quadragesimæ; eo quod per dies Quadragesimales non intelligantur, nisi dies ieiuniorum Quadragesimalium. Alij verò oppositum asserunt, propter declarationem quandam Sedis Apostolicæ, quam refert Rodriguez *supra* circa hoc punctum *dub.* 1. & ita est probabilior hæc pars, præsertim quia in Summario Bullæ fit illa exceptio *Quantum ad dies Quadragesimæ*, Dominicæ autem illæ etiam sunt dies Quadragesimæ. Henrriquez *lib.* 7. *cap.* 13. *num.* 10. Ortiz *in Summa cap* 19. *num.* 8. De Nouitijs porrò Religionum credo dicendum, posse, si Bullam habeant, esci ouis, & lacticinijs, quia etsi in fauorabilibus fruantur priuilegijs professorum, sed non in odiosis, quale est hoc. Diana *supra resolut.* 15. Cum verò solum excludantur senes sexagenarij, ideo alij minoris ætatis, etsi debilioris complexionis, quam alij sexagenarij, non poterunt id facere. Rodriguez *supra dub.* 2. Pueri etiam ante vsum rationis, qui regulariter contingit circa septimum annum, poterunt ouis, & lacticinijs vesci, etiam sine Bulla. Ludouicus *supra dub.* 9.

17 Item prædictis non euntibus, neque mittentibus, sed tantum erogantibus, si vltra prædictam contributionem aliquibus anni diebus, non alicui ieiunio suppositis, ieiunauerint, & orationem fecerint ad implorandum diuinum auxilium pro victoria contra infideles, & eius gratiam pro Christianorum Principum vnione, & confœderatione, vel si ob aliquod impedimentum ieiunare nequiuerint, aliud opus pium ad arbitrium Confessoris, vel Parochi fecerint, quoties id fecerint

rint, conceditur remiſſio quindecim annorum, & totidem quadragenarum de iniunctis ipſis pœnitentijs, & quomodocunque debitis, & quòd participes fiant omnium precum, eleemoſynarum, peregrinationum, & Ieroſolymitanarum, cæterorumq. bonorum operum, quæ fiunt in vniuerſali militanti Eccleſia, & in ſingulis eius membris. Ita ex Bulla. Quid intelligatur per remiſſionem quindecim annorum, & totidem quadragenarum, & quid per pœnitentias iniunctas, & aliàs debitas, dicetur verbo *Indulgentia*, & verbo *Iubilæum*. Circa communicationem verò illorum operum, quorum participes efficiuntur prædicti, præter dicta ſupra verbo *Bona*, dicendum participationem prædictam non eſſe ſolam illam communicationem generalem, quæ eſt inter omnes iuſtos, & vocatur *Communio Sanctorum*, ſed aliam ſpecialem prædictis concedi, aliàs nihil ſpeciale ipſis cõcederetur, hæc verò conſiſtit in hoc, quod Papa, vt Caput Eccleſiæ applicat illis in particulari opera impetratoria iuſtorum, ſcilicet orationes ipſorum, itèm opera ſatisfactoria eis ſuperabundantia. Rodriguez *ſupra* §. 7. *num.* 15. & 16. Ludouicus à Cruce *ſupra dicta diſp.* 1. *cap.* 8. *dub.* 15.

18 Item prędictis, qui in diebus Quadrageſimę, & alijs anni diebus, in quibus ſunt Romæ Stationes viſitauerint quinque Eccleſias, vel quinque Altaria, & ſi non fuerint quinque Eccleſiæ, vel quinque Altaria, quinquies vnam Eccleſiam, vel vnum Altare, & ibi deuotè orauerint pro vnione, & victoria ſupradicta, Pontifex concedit omnes Indulgentias, & remiſſiones quas conſequuntur, qui perſonaliter viſitant Eccleſias Vrbis intus, & extra muros, & quas conſequerentur, ſi perſonaliter eas viſitaſſent. Ita ex Bulla. Hîc quærunt aliqui, an ſub hac vniuerſalitate lucrandi omnes Indulgentias Eccleſiarum Vrbis comprehendantur etiam Indulgentiæ plenariæ, quæ in illis ſunt. Affirmat Rodriguez *hic* §. 8. *num.* 6. propter dictam vniuerſitatem, ſed negant alij, ex eo quod ſtylus Curiæ, & Regula Cancellariæ ſit, quod Indulgentia plenaria non cenſeatur conceſſa, niſi exprimatur, præſertim, quia in generali conceſſione non veniunt ea, quæ ſunt ſpecialiori nota digna, quales ſunt in præſenti materia Indulgentiarum Indulgentiæ plenariæ. Ludouicus à Cruce *dicto cap* 8. *dub.* 2. ex Corduba *lib.* 5. *de Indulgent. quæſt.* 41. & Henrriquez *lib.* 7. *de Indulg. cap.* 10. *num.* 2. De conditionibus porrò ad lucrandum tam iſtas, quàm aliàs quaſcunque Indulgentias dicam verbo *Indulgentia*. Nota etiam huiuſmodi Indulgentias obtineri poſſe multoties in die, ſi multoties fiat illa viſitatio Eccleſiarum, vel Altarium, cum Pontifex non determinet eas ad vnam vicem. Villalobos *in Summa tom.* 1. *tract.* 27. *clauſul.* 8. *num.* 8. Diana *ſupra reſolut.* 104. Non requiritur ad illas conſequendas viſitare determinatè quinque Eccleſias, ſed ſufficit viſitare quin-

que Altaria, etiam si sint vicinæ quinque Ecclesiæ, nam Bulla loquitur disiunctiuè. Nuñus *in 3. part. Tract. de Bulla §.10.* Imò si aliquis fuerit in vna Ecclesia, vbi tantum sunt tria Altaria, prout continget in Religioso, vel Moniali, sufficiet visitare vnum quinquies, vel duo bis. Idem Nuñus *supra*. Non opus esse moueri localiter ex vno Altari ad aliud, vt quis dicatur visitare quinque Altaria, sed posse corde, & mente ex vno loco visitare illa, plurium sententia est. Hi sunt Villalobos *in Summa tom. 1. tract. 27. clausul. 8. num. 6.* Bonacina *de Sacrament. disp. 6. quæst. 1. punct. 5. num. 25.* Lugo *de Sacrament. Pœnit. disp. 27. sect. 6. num. 98.* & alij. Sed hoc non admitterem, nisi in casu quo non possent quinque Altaria visitari, v. g. propter multitudinem populi. Propter quam etiam causam, si quis non potest ingredi Ecclesiam, quia est plena populo, consequetur Indulgentias istas illam visitando ex ostio. Villalobos *supra num. 7.* Lugo *supra num. 97.* Non tamen videtur hæc visitatio sufficiens pro septem Altarium visitatione. Nuñus *supra.* Diana *supra resolut. 103.* Lugo *supra num. 98.* Vide alia verbo *Indulgentia*.

19 Præterea, vt maiori conscientiæ puritate prædicti orare possint, illis concedit Pontifex in Bulla, vt possint quemcunque Presbyterum sæcularem, vel Regularem ex approbatis ab Ordinario in Confessorem eligere, qui semel in vita, & semel in articulo mortis, à quibuscunque peccatis, & censuris, etiam reseruatis Sedi Apostolicæ, & ex declaratis in Bulla Cœnæ, excepto crimine hæresis, illos possit absoluere, & quòd illorum consequantur plenariam indulgentiam. A censuris autem, & peccatis non reseruatis Sedi Apostolicæ absolui possint toties quoties ea confessi fuerint, mediante salutari pœnitentia, iuxta culparum exigentiam, & casu quo necessaria erit satisfactio pro dicta absolutione cõsequenda eam faciant per ipsos, vel dato impedimento per hæredes, aut alios. Poterit etiam prædictus Confessor illis commutare quæcunque vota, etiam iuramento firmata, data tamen eleemosyna, quæ visa fuerit, in subsidium Sanctæ Cruciatæ, Castitatis, & Religionis, & vltramarinis votis exceptis. Ita ex Bulla. Circa quæ plura animaduersione digna occurrunt, quæ sigillatim, & breuiter discutienda. Primum, de qualitate Confessarij per Bullam eligendi. Secundum, de peccatis, & censuris reseruatis Sedi Apostolicæ, quæ talia sint. Tertium, de reseruatis in Bulla Cœnæ. Quartum, de illa Indulgentia semel in vita, & semel in articulo mortis concedenda. Quintum, de peccatis, & censuris non reseruatis Sedi Apostolicæ. Sextum, de illa satisfactione. Septimum, de crimine hæresis, quod ibi excipitur. Octauum, de votis Castitatis, Religionis, & vltramarino, de quibus in Bulla est sermo.

20 Cir-

Digitized by Google

20 Circa primum, Presbyter ille ſiue ſæcularis, ſiue Regularis in Confeſſarium electus ab habente Bullam, debet eſſe approbatus ab Ordinario, vt ibi dicitur, ideſt, ab Ordinario loci, ſeu Diœceſis, vbi eſtaudienda confeſſio, iuxta dicta *tom.1.cap.18.num.19.* propter declarationem Sacræ Congregationis ibi adductam. Quæ ſi non obſtaret, proculdubio valdè probabilis eſſet oppoſita ſententia dicens ſufficere, quod ſit approbatus ab aliquo alio Ordinario, prout tenent Portellus *in dub. Regular. verbo Confeſſor Regularis num.* 4. Candidus *tom.2. Diſquiſit. Moral. diſquiſit.24.art.64.* Diana *ſupra reſolut.7.* & alij apud ipſum. Nomine autem Ordinarij non intelliguntur Epiſcopi titulares, quia iſti nullam habent iuriſdictionem. Diana *ſupra.* Neque Abbates, aut Prælati Religionis, quia iſti non veniunt nomine Ordinarij. Nuñus *in 3.part.tom.2.quæſt.8.art.5.dub.9.* An verò nomine Ordinarij in ordine ad approbationem Confeſſarij tantum pro Regularibus veniat ipſorum Prælatus, vide dicta eo *cap.19.num.19.* Porrò ille cenſetur approbatus ab Ordinario, non qui ſolum iudicatus eſt idoneus ad audiendas confeſſiones, ſed qui ab eo accepit licentiam ad audiendas confeſſiones, nemo enim audire poteſt confeſſiones ſine illa, iuxta Conc. Trident. *ſeſſ.14.cap.7.* Ludouicus à Cruce *ſupra cap.2. dub.6.* Qui autem habet Beneficium curatum ſufficienter cenſetur approbatus ab Ordinario. Villalobos *in Summa tom.1.tract.9.dub.56. num.4.* Lugo *de Sacrament. Pœnitent. diſp.21. ſect.1.num.12.* & alij apud Dianam *ſupra reſolut.* 8. Qui verò renunciauit Beneficio curato, vel priuatus eſt illo, non cenſetur approbatus ab Ordinario, iam enim amiſit iſte approbationem quam habebat. Suarez *tom.4.de Pœnitent.diſp* 28 *ſect.4.num.20.* Diana *ſupra.* Idem dico de illo, qui ad determinatum tantum tempus approbatus erat, tranſacto illo tempore, propter eandem rationem. Idem Ludouicus *ſupra dub.8.* Approbatus tantum pro vno oppido ob cauſam rationabilem, ſcilicet defectum ſcientiæ, non cenſetur ab Ordinario approbatus, & eligibilis per Bullam in tota Diœceſi, quia extra illud oppidum non eſt verè approbatus. Ledeſma *in Summa Tract. de Pœnitent. cap.13.* Diana *ſupra reſolut.* 10. Si vero Regularis omnino voluntariè, & ſine rationabili cauſa ita approbaretur, probabile eſt eſſe eligibilem in tota Diœceſi. Acoſta *in Bullam quæſt.* 39. Fernandez *in Exam. Theolog. Moral. part.3.cap.9.§.8.nu.6.* Quid dicendum de approbato pro determinato genere perſonarum, v. g virorum, an ſit eligibilis in Confeſſorem à fœminis virtute Bullæ, conſtat ex dictis eo *tom.1.cap.19. num.19.* pro quo videndus Lugo *ſupra à num.15.* Nota tamen me ex profeſſo adiunxiſſe in tertia editione Veneta anni 1640. particulam *Regularem*, quæ in priotibus editionibus non erat, quia pro Confeſſarijs ſæcula-

culariбus videò apud Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Confeſſarius* 1. hanc declarationem in contrarium. *Confeſſarij ſæculares ad certum genus perſonarum, ſeu ad limitatum tempus ab Ordinario approbati minimè poſſunt, etiam vigore Bullæ Cruciatæ pœnitentium confeſſiones audire vltra facultatem ipſis ab Ordinario conceſſam.* An verò Confeſſarius ab Ordinario ſemel approbatus, ſed poſtea ab ipſo reprobatus, vel ſuſpenſus, ſit eligibilis virtute Bullæ, vide dicta eo *cap.* 19. *num.* 7. 8. *&* 9. *& tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 18. De Confeſſario autem Regulari approbato ab Ordinario ſolum, & non approbato, aut præſentato à ſuo Superiori Regulari, quamuis Reuerendiſſimus Theodorus Stratius *in Inſtruct. pro Carmelit. cap.* 6. *num.* 3. videatur dicere eſſe ineligibilem per Bullam, quia exiſtimat vtramque approbationem eſſe neceſſariam, nihilominus, quia iuxta dicenda infra verbo *Confeſſarius num.* 2. etſi Confeſſarius approbatus ſolum ab Epiſcopo non autem à ſuo Superiori Regulari peccet munus Confeſſarij exercendo, validè tamen abſoluit, ideo dicendum conſequenter, talem ſi eligatur validè abſoluere, eſto peccet ſic faciendo. Ledeſma *in Summa tom.* 1. *Tract. de Pœnit. cap.* 13. *dub.* 12. Acoſta *ſupra quæſt.* 41. Diana *ſupra reſol.* 3. Quid etiam dicendum de Confeſſario Regulari legitimè approbato, ſed à ſuo Prælato prohibito, vel ſuſpenſo à munere Confeſſarij, vide dicta eo *cap.* 19. *num.* 12. & dicenda infra verbo *Confeſſarius num.* 2. relato.

21 Circa ſecundum, dicendum, peccata, & cenſuras Sedi Apoſtolicæ reſeruata eſſe illa, quæ Summo Pontifici reſeruata ſunt, qualia ſunt plura tum in Iure, tum in Bullis, & Conſtitutionibus Summorum Pontificum. Pro quo notandum, quod quando Papa per priuilegium aliquod concedit facultatem abſoluendi à cenſuris ſibi reſeruatis (prout in præſenti contingit) etiam ſub intelligitur eam concedere à peccatis adiunctis ipſis cenſuris, & è contra. Et ſi enim abſolutè loquendo poſſit tolli cenſura ſine peccato, nihilominus, ſicut à principio ſunt connexa quaſi in fieri, ſic & in duratione, & ita conceſſa facultate pro vno, conceditur etiam pro alio. Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *nu.* 261. Suarez 4. *tom. in* 3. *part. diſp.* 29. *ſect.* 2. *num.* 11. Sanchez *lib.* 2. *in Decalogum cap.* 8. *num.* 5. De caſibus porrò Epiſcopis reſeruatis infra dicetur.

22 Circa tertium de reſeruatis in Bulla Cœnæ, conſtat quænam illa ſint. Vbi notandum, communiter Doctores tenere per Bullam Cœnæ non reuocari hoc priuilegium Bullæ Cruciatæ, non obſtantibus clauſulis derogatorijs, quæ in prædicta Bulla Cœnæ ſunt. Cum enim ſingulis annis iuſſu Pontificis Bulla Cruciatæ publicetur cum dicta facultate abſoluendi etiam à caſibus in Bulla Cœnæ reſeruatis, quis dicat

ſingu-

Digitized by Google

ſingulis etiam eiſdem annis ab eodem Pontifice in dicta Bulla Cœnæ reuocari ? Aut quorſum in tanto Principe hæc contrarietas admittenda? Præſertim,quia priuilegia Principum debent eſſe ſaltem quantum eſt ex parte ipſorum firma , & conſtantia , vt imitentur Deum , cuius dona, vt inquit Paulus *ad Roman.* 11. *verſ.* 29. ſunt *Sine pœnitentia;* & iuxta Regulam iuris *in 6. num.* 16. *Decet conceſſum à Principe Beneficium eſſe manſurum* . Ommitto quæ alij aſſerunt, quod ſcilicet priuilegium Bullæ Cruciatæ eſt remuneratorium , non ſolum in gratiam Regis Catholici de Eccleſia optimè meriti,ſed etiam propter magnam contributionem aureorum , quæ ſingulis annis pro Fabrica Baſilicæ Sancti Petri offertur, & quia ſinguli,qui accipiunt Bullam duos argenteos in ſubſidium erogant , vt pro inde non ſit credendum de Pontificum benignitate illud velle reuocare . Rodriguez *in Expoſit. Bull. Cruciat.* §. 9. *& tom.* 1. *Quæſtion. Regular. quæſt.* 20. *art.* 9. Henrriquez *lib.* 7. *de Indulgent. cap.* 21. *verſ. nec videtur.* Sanchez *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 11 *num.* 27. Sorbus *in addition. ad compend. verb. Cruciata* §. *ex quibus.* Ludouicus à Cruce *dicta diſp.* 1. *cap.* 10. *dub.* 4. Tollitur autem dubium , quod ſuper hoc poterat eſſe, ex Sanctiſs. D. N. Vrbano VIII. qui in Bulla *In ſpecula* 4. *tom. Bullarij* , inter Conſtitutiones ipſius *num.* 105. expreſsè declarat Bullam Cruciatæ ſuffragari , *quoad caſus reſeruatos etiam in Bulla Cœnæ Domini (hæreſi excepta) contentos* in foro conſcientiæ , non autem in foro externo . Ex hoc enim liquet non reuocari per Bullam Cœnæ, quomodo enim ſuffragaretur, ſi ſingulis annis reuocatur ?

23 Ab omnibus ergo caſibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ , tam extra Bullam Cœnæ , quàm in illa contentis (Hæreſi excepta) abſolui poſſunt habentes Bullam Cruciatæ ſemel in vita,& ſemel in articulo mortis, prout dicitur in Bulla . Hæc verò intelliguntur pro eo anno, quo accipitur Bulla . Vnde ſimili gratia frui poſſunt,qui alio, & alijs annis eam acceperint . Illa etiam particula *in articulo mortis* non eſt ſuperflua,etſi enim quilibet Sacerdos, etiam ſimplex, abſoluere poſſit in articulo mortis ab omnibus peccatis, & cenſuris quantumuis reſeruatis, nihilominus caſu quo ſic abſolutus non moriatur tenetur ſe præſentare Superiori, iuxta *cap. eos qui de ſentent. excommunicat. in* 6. abſolutus tamen ex vi Bullæ non ita. Ludouicus à Cruce *ſupra cap.* 3. *dub.* 14. Deinde , per articulum mortis non intelligitur ſolum articulis mortis verus , quem mors de facto ſequitur,ſed etiam præſumptus , cum quis prudenti hominum iudicio æſtimatur morti propinquus , licet mors , vel naturaliter,vel per miraculum non ſequatur. Bulla enim generaliter loquitur,& materia cum ſit de re concernenti ſalutem ſpiritualem animæ eſt fauorabilis,ac per conſequens amplianda. Corduba *de Indulgent.*

gent. quæſt. 39. Henrriquez *lib.* 6. *cap.* 9. Nomine etiam articuli mortis intelligi poteſt periculum mortis, in quo homo non ſponteneè, ſed propter neceſſitatem eſt conſtitutus, iuxta dicta ſupra verbo *Bulla Cœnæ num.* 53. Ludouicus à Cruce *ſupra dub.* 18.

24 Circa quartum, de illa Indulgentia ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis concedenda, notandum, diuerſam eſſe hanc Indulgentiam ab ea quam conſequuntur, qui ad bellum pergunt, vel mittunt aliquas perſonas, de qua egi *ſupra nu.* 10. illa enim obtineri poteſt toties quoties illi contriti, & confeſſi fuerint, vel ſi non poſſint confiteri, corde id deſiderauerint, iuxta ibi dicta: ea verò de qua in præſenti non niſi ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis obtineri poteſt. Vega *in Summa mihi lib.* 4. *caſu* 277. Diana *ſupra reſolut.* 109. Nota etiam, quod in caſibus in quibus abſolutio moribundo priuato ſenſibus dari poteſt, de quibus alibi dicetur, poteſt etiam illi applicari dicta Indulgentia. Diana *ſupra reſol.* 108. Imò etiam caſu quo ob repentinam mortem, vel Confeſſorum abſentiam, ſine confeſſione decedant prædicti Bullam habentes, dummodo contriti deceſſerint, & prius ſtatuto tempore confeſſi fuerint, eandem ſimiliter Indulgentiam conſequentur. Sic enim Bulla ipſis concedit. Villalobos *in Summa tom.* 1. *tract.* 27. *clauſ.* 1. *num.* 1. Diana *ſupra.*

25 Circa quintum de peccatis, & cenſuris non reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, à quibus virtute Bullæ abſolui poſſunt eam habẽtes *toties quoties, &c.* iuxta dicta, notandum per ea intelligi primo ea, quæ nulli ſunt reſeruata, quamuis in hoc nullum videatur à Bulla cõcedi priuilegium, quia à caſibus non reſeruatis quilibet Confeſſarius iure ordinario abſoluit, vt ſæpè dixi. Secundò, intelligi poſſunt caſus Epiſcopales, ſeu Epiſcopis reſeruatis, de quibus verbo *Caſus* reſeruati dicetur. Cum enim illi non ſint Sedi Apoſtolicæ reſeruati, ſed tãtum Epiſcopis proculdubio comprehenduntur in dicto priuilegio. Nec obſtãt dicta *to.* 1. *cap.* 19. *num.* 15. 16. *&* 17. vbi ex decretis Sacræ Congregationis ſub Pontificibus Clemente VIII. & Vrbano VIII. conſtat nullum Confeſſarium abſoluere poſſe à caſibus Epiſcopis reſeruatis. Vt enim ibi *num.* 18. dixi, intelligendum id eſt ex vi priuilegiorum ipſis Confeſſarijs, etiam Regularibus cõceſſorum, priuilegium autem hoc Bullæ non eſt pro Confeſſarijs, ſed pro pœnitentibus, vt ſcilicet poſſint Confeſſarios eligere, qui illos à prædictis caſibus abſoluant, ac proinde reuocatum non eſt per dicta decreta. Tertiò, intelligi poſſunt omnes caſus, & cenſuræ à Iure, vel ab homine generaliter, vel ſpecialiter, aut etiam nominatim latæ, dummodo Sedi Apoſtolicæ non reſeruentur, & id fiat ſatisfacta parte, vt infra dicetur. Ratio eſt, quia Bulla generaliter, indiſtinctè, & illimitatè loquitur. Henrriquez *lib.* 7. *cap.* 3. *num.* 2. *&* *lib.* 8.

lib.8.cap.60. num 4. Diana *ſupra reſolut.26.* Quod amplia, etiam facta denunciatione, propter eamdem rationem. Ludouicus à Cruce *cap.4.dub.1.* Limita tamen pro foro conſcientiæ tantum, iuxta dicenda infra.

26 Addit Sanchez *de præcept.Decalog.lib.4.cap.54.num.27.* in hoc priuilegio cõprehendi etiam caſus Papales, aut Papæ reſeruatos, quando ſunt occulti, ita vt quando tales fuerint abſolui poſſint pœnitentes ab illis, non ſolum ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis, iuxta dicta ſupra *num.* 23. ſed etiam toties quoties, quia tunc iam non ſunt Papales, ſed Epiſcopales, vtpotè iure ordinario, & non ex delegatione conceſſi Epiſcopis ex vi Concilij Trident. *ſeſſ.24.cap.6.* hoc etiam ſequitur Diana *in Additionibus ſecund.reſolut.17.* alijs relatis. Sed eſt contra communem ſententiam, quæ docet contrarium. Quia illi caſus ex eo quod committantur Epiſcopis non deſinunt eſſe Papæ reſeruati, quia non committuntur Epiſcopis quaſi directè, propter eorum dignitatem, ſed per accidens, propter ſalutem fidelium ad euitandum periculum animarum, ergo non deſinunt eſſe Papales per ſe, & ex ſe, ac per conſequens, etiam quando ſunt occulti non poſſunt, niſi ſemel in vita, & ſemel in morte vi Bullæ tolli. Henriquez *lib.6.de Pœnitent.cap.14.dub.7.* Ledeſma *de Pœnitent.cap.13.concl.2.dub.1.* Ludouicus à Cruce *ſupra cap.3.dub.13.* & alij. Vide dicenda infra verbo *Caſus reſeruati num.2.*

27 Prædictorum verò caſuum ſiue Sedis Apoſtolicæ, ſiue alijs quibuſcunque reſeruatorum abſolutio ex vi Bullæ data, ſolum ſuffragatur pro foro interno conſcientiæ, non pro foro externo. Ita enim declarauit Sanctiſs. D. N. Vrbanus VIII. in Bulla *In ſpecula* ann. 1630. edita in 4.tom. Bullar. inter Conſtitutiones ipſius *num.* 105. Idem Ludouicus *ſupra cap. 4. dub. 1.* Indicat autem etiam valere pro foro externo, quando ſatisfactum eſt parti læſæ. Sed oppoſitum colligitur ex dicta declaratione Vrbani, quam forſan non vidit iſte auctor. Licet ergo ſic abſolutus in publico ſe gerere debeat, vt non abſolutus à cenſura ad euitandum ſcandalum; in ſecreto tamen, vel cõram quibus conſtaret ſe abſolutum fuiſſe ab illa, poteſt ſe gerere, vt abſolutus, iuxta dicta ſupra verbo *Abſolutio num.7.* Acoſta *in Expoſit. Bull.quæſt.50.* Villalobos *in Summa tom. 1. tract. 27. clauſ.9. §.2. num.24.* Poterit etiam Iudex, vel Superior eiuſmodi abſolutionem pro foro externo acceptare, ſi illi placuerit, iuxta dicta eodem loco, & repellere, ſeu non admittere accuſationem contra illum. Diana *ſupra reſolut.26.*

28 Poſſunt pœnitentes ex vi Bullæ abſoluti à cenſuris extra confeſſionem, cum nullum verbum ſit in Bulla quo denotetur abſolutionem virtute illius datam à cenſuris fieri debere in Sacramẽto Confeſſionis,

& aliàs, iuxta dicta ſupra verbo *Abſolutio num.6.* cenſuræ poſſint tolli ſine illo. Sanchez *lib.8.de Matrimon. diſp.34.num.30.* Suarez *4.to. de Relig.tract.10.lib.9.cap.2.num.27.* retractans quod dixerat *tom.5. in 3.part.diſp.7 ſect.5.*

29 Prædicto autem priuilegio eligendi Confeſſorem, qui abſoluat ab omnibus caſibus reſeruatis, frui non poſſunt Regulares cuiuſuis inſtituti fuerint, propter dicta *tom.1.cap.19.num.29.* ex Bulla Sanctiſs. D.N.Vrbani VIII. De quo latè, & doctè Lugo *de Sacrament.Pœnit. diſp.20. ſect.9. per tot.* Vnde eſto prius oppoſita ſententia probabilis videretur, modo tamen poſt prædictam Bullam, vt Diana *in Additionibus ſecund.reſolut.9.* ait, non eſt probabilis, nec tuta in praxi. Quod ait intelligẽdum ſaltem dum viuit idem ſanctiſſimus, quem Deus conſeruet. Addo ego, adeò odioſum, & contrarium diſciplinæ Regulari eſſe, vt Regulares abſoluãtur à caſibus reſeruatis ſuis Superioribus contra eorum voluntatem, vt de nullo Pontifice ſit credendum id conceſſurum, niſi clarè id exprimat. Cuius ſignum eſt, quod plures Summi Pontifices declararũt ſuam intentionem non eſſe, vt in hoc Bullæ priuilegio Regulares comprehendantur, ex quibus aliquos dicto loco retuli. Videatur Lugo relatus. Nouitij verò poſſunt vti dicto priuilegio, iuxta dicta *tom.1.cap 24.num.7.*

30 Quamuis Confeſſarius virtute Bullæ electus abſoluere poſſit illam habentes ab omni ſuſpenſione, & interdicto, ſaltem perſonali, ſi non ſint reſeruata Papæ, toties quoties, & ſi ſint reſeruata Papæ, ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis, iuxta dicta, ſunt enim cenſuræ quædam, & Bulla concedit abſolutionem à cenſuris dicto modo. Corduba *in Summa quæſt.144.* Ludouicus à Cruce *dicto cap.4.dub.10.* Non tamen poteſt abſoluere virtute Bullæ à ceſſatione à diuinis, vel enim non eſt cenſura, vt communior ſententia Doctorum tenet, ſed ſolum pura omiſſio diuinorum Officiorum, vel eſto cenſura eſſet, vt habent Sotus *in 4.diſt.22.quæſt.3.art.1.* Cornexo *tract.5.de Cenſuris diſp.1. dub.2.* omnino ſpectat ad forum externum, & ſolum tollitur per miniſtros Eccleſiæ. Idem Ludouicus *ſupra.* Nec poteſt diſpenſare in aliqua irregularitate, etiam illa, quæ eſt purè pœna, quia Bulla ſolum concedit auctoritatem abſoluendi à cenſuris, & iuxta ſtylum Curiæ nomine cenſuræ non venit irregularitas, nec ipſa eſt cenſura. Villalobos *in Summa tom.1. tract.16. dub.2. num.2. & tract.21. dub.9. num.23.* Acoſta *in Bull.quæſt.48.* Nihilominus oppoſitum probabiliter docent Cornexo *ſupra*, & dicto *tract.5.diſp.6.in fine*, & plures graues Doctores apud Dianam *ſupra reſolut.27.* Quibus fauet, quod in forma abſolutionis tribuendæ ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis accipientibus Bullam, quæ poſita eſt in Summario ipſius per Commiſſa-

rium

rium Generalem edito dicitur: *Abſoluo te, & ab omnibus cenſuris, & pœnis*, verbum enim *pœnis* dictas irregularitates denotare videtur.

31 Caſus porrò, cenſuræ, & delicta à quibus abſolui poſſunt Bullam habentes, iuxta ſuperius dicta, non ſolum comprehendunt incurſa ante ſuſceptionem Bullæ, ſed etiam poſt illius ſuſceptionem. Bulla enim generaliter loquitur, & non eſt cur verba ipſius limitentur in hac materia fauorabili. Sanchez *de præcept. Decalog. lib. 4. cap. 53. num 26.* Bonacina *de legibus diſp. 4. quæſt. 2. punct. 7. §. 2. num. 12.*

32 Circa ſextum de ſatisfactione facienda, illa non videtur neceſſaria quoties pœnitens non poteſt, nec per ſe, nec per alios illam facere: non enim veriſimile eſt Pontificem voluiſſe excludere à beneficio abſolutionis eum, qui non poteſt ſatisfacere; alias poſtularet conditionem impoſſibilem. Filiucius *tom. 1. tract. 11. cap. 9. num. 295.* Auila *de Cenſuris part. 2. cap. 7. diſp. 3. dub. 8.* Vincentius Candidus *tom. 1. Diſquiſit. Moral. diſquiſit. 3. art. 3.* Nec ſolum hoc intelligendum de impotentia phyſica, ſed etiam de morali, ea ſcilicet, quæ eſſet, quando quis non poſſet facere illam ſatisfactionem, niſi cum magna iactura, damno, aut detrimento proprio, vel ſuorum. Diana *ſupra reſolut. 24.* Ludouicus à Cruce *dicto cap. 4. dub. 2.* Quando tamen non poteſt, nec in totum, nec in partem dari ſatisfactio, præſtanda eſt cautio pignoratitia, fideiuſſoria, vel iuratoria, iuxta modum aſſignatum ſupra verbo *Abſolutio num. 9.* prout etiam notant Diana, & Ludouicus à Cruce relati. Caſu etiam, quod Confeſſarius abſolueret pœnitentem non ſatisfacta parte, nec cautione aliqua præſtita, probabile eſt tenere abſolutionem, etſi peccaret Confeſſarius ſic faciendo. Ratio eſt, quia per illam clauſulam Bullæ de ſatisfactione impendenda non videtur limitare Pontifex authoritatem Confeſſarij, ſed admonere illum de obligatione quam aliàs iure communi habet, ac proinde ſi id non faciat, etſi peccet, validè tamen abſoluit. Sanchez *de Matrimon. to. 1. lib. 3. diſp. 33. num. 3. §. & confirmatur*, & alij apud Dianam *reſolut. 22.* Qui rectè animaduertit, nomine partis intelligi illum, cui facta eſt iniuria, non verò Iudicem, & quod nomine ſatisfactionis intelligi debet reſtitutio honoris, famæ, vel aliorum bonorum.

33 Circa ſeptimum de hæreſi, quæ excipitur inter caſus Bullæ Cœnæ conceſſos per Bullam Cruciatæ nota, ibi eſſe ſermonem de hæreſi externa, ea ſcilicet, quæ aliquo ſigno externo manifeſtatur, hæreſis enim interna nulli eſt reſeruata, atque ita tam per Bullam, quàm ſine illa poteſt tolli. Caietanus *verbo Hæreſis in fin.* & alij communiter. Nec comprehenduntur in dicta exceptione Schiſmatici, fautores, credentes, defenſores, vel receptores hæreticorum, aut ipſorum libros legentes, vel tenentes, ſi aliàs ipſi hæretici non fuerint, ac proinde cenſen-

ſendum de illis, ſicut de alijs incurrentibus in caſus Bullæ. Ratio eſt, quia in Bulla ſolum excipitur crimen hæreſis, omnes ergo, qui hæretici formaliter non fuerint, non excipiuntur, ac perconſequens, nec iſti, ſi hæretici non fuerint, quod fieri poteſt, ſi illa crimina non committant cum errore ex parte intellectus, in quo conſiſtit hæreſis. Suarez *de Fide diſp.24.ſect.1.nu.*11. Sanchez *lib.2.in Decalog.cap.*12.*nu.*12. Diana *ſupra reſoltu.* 29. Similiter dicendum eſt potiori iure prædictos gaudere poſſe alijs priuilegijs Bullæ, videlicet vſu lacticiniorum in Quadrageſima, & alijs. Hæc enim, vt patet in principio Bullæ, conceſſa ſunt omnibus fidelibus Chriſtianis &c. tales autem poſſunt eſſe fideles Chriſtiani. Addendum, quod etiam dato, quod eſſent hæretici purè mentales nullo ſigno externo ſuum errorem manifeſtãtes, poſſent vti dictis priuilegijs. Etſi enim illi, quoad Deum eſſent hæretici, & infideles, quoad Eccleſiam tamen, cum ſuum errorem numquam manifeſtauerint, pro fidelibus habentur. Ludouicus à Cruce *ſupra cap.*1. *dub.*8.

34 Circa octauum de votis etiam iuramento factis, quæ commutari poſſunt à Confeſſario virtute Bullæ, data eleemoſyna in ſubſidium Cruciatæ, notandum primo, non propterea concedi illi facultatem diſpenſandi in talibus votis, quia maior poteſtas requiritur ad diſpenſandum, quam ad commutandum. Villalobos *in Summa tom.*1.*tractat.*27.*clauſ.*9.§.5.*num.*28. Tenetur autem Confeſſarius commutare vota pœnitentis poſtulantis id virtute Bullæ, nam eſt Iudex delegatus in fauorem ipſius, ac per conſequens debet illi tribuere ius ex priuilegio ſibi conceſſum. Sanchez *lib.*4.*in Decalog.cap.*54.*num.*12. Quod limita, niſi iuſta cauſa ſubeſſet ad non commutandum. Diana *reſol.*44. Non oportet, quod hæc commutatio fiat in confeſſione Sacramentali, quia in Bulla hoc non exprimitur. Sanchez *ſupra num.*15. Licet autem ad commutationem voti regulariter requiratur cauſa rationabilis, vt dixi *tom.*1.*cap.*18.*num.*48. ad eam tamen, quæ fit virtute Bullæ non requiritur alia, præter eam, quam aſſignat Pontifex, ſcilicet, quod conferatur eleemoſyna in Cruciatæ ſubſidium. Bartholomeus à Sancto Fauſto *in theſaur.Relig.lib.*4.*quæſt.*20.*num.*7. Diana *reſolut.*39. Similiter, licet regulariter commutatio voti non poſſit fieri in minus bonum, nec etiam in æquale, niſi accedente auctoritate Superioris, iuxta dicta loco relato, nihilominus non eſt improbabile commutationem voti vi Bullæ factam poſſe eſſe in bonum aliquantulum, ſed non longè minus, ſeu in æquale. Ratio eſt, quia videtur, quod aliàs Bulla nullum priuilegium conferret quoad hunc punctum, cum aliàs abſque priuilegio ipſius poſſet ex cauſa iuſta accedente auctoritate Superioris id fieri. Henriquez *lib.*7. *cap.*30. *num.*5. Aragonus 2. 2. *quæſt.*88.

quæſt.88.art.12. Illud porrò bonum in quod commutari debent hæc vota ex vi Bullæ debet eſſe, ſaltem magna ex parte, eleemoſyna illa pecuniaria, quam Bulla requirit in Cruciatæ, ſubſidium. Talis enim eſt praxis Hiſpaniæ, & ea videtur eſſe intentio Regis Catholici Bullam impetrantis, & Papæ eam concedentis. Ludouicus à Cruce *ſupra cap.6. dub.2.* Dixi, magna ex parte, quia Bulla ſolum videtur exigere partem commutationis in prædictam eleemoſynam. Suarez *infra*. Portellus *in Dub.Regular. verbo Bulla Cruciat. num.2.* Pro pauperibus autem non habentibus pecuniam ſufficit eleemoſyna ſpiritualis, ſcilicet orationes, & alia pia opera. Quia conditio illa morali, & ſuaui modo interpretari debet, & quatenus fuerit poſſibilis. Suarez *2.tom. de Relig. lib.6. de voto cap.19. num.18.* Poſſunt etiam vi Bullæ commutari vota in fauorem tertij Deo facta, vt ſi quis voluiſſet dare Calicem alicui Eccleſiæ, vel aliquam eleemoſynam pauperi, quia talia vota non tribuunt vllum ius illi Eccleſiæ, aut illi pauperi. Suarez *d.lib.6. cap.15. num.11.* Sanchez *lib.4. in Decalog.cap.41.num.9.* Dixi, Deo facta, quia ſi habent adiunctam promiſſionem illi tertio; & ab eo acceptatam, eſt illi adquiſitum ius, ac proinde ſine conſenſu illius non eſt locus commutationi. Suarez *ibid.num.7.* Extenditur etiam facultas commutandi vota per Bullam ad vota facta etiam poſt acceptionem illius, quia Bulla loquitur generaliter. Bonacina *de præcept.Decalogi diſp.4.quæſt.2.punct.7.§.3.num.12.* poſt plures alios.

35 Poteſt etiam idem Confeſſarius per Bullam electus ex vi prædicti priuilegij commutare iuramenta facta circa eamdem materiam votorum. Ratio eſt, quia etſi votum, & iuramentum ſint diuerſa vincula, tamen in ordine ad Deum, cui tam votum, quàm iuramentum fiunt, pro eodem moraliter reputantur. Suarez *tom.2.de Relig.lib.6.cap.14. num.6.* Sanchez *in Decalog.lib.4.cap.53. num.8. & 9.* Idem dico de ipſis votis iuramento firmatis, quod etſi neget Sanchez *dicto cap.53. num.20.* probabiliter etiam affirmat Suarez *eo cap.14.à num.19.* Quia licet votum, & iuramentum ſint duo vincula diuerſa ſpecie, at in ordine ad commutationem reputantur quaſi vnum, & idem, quia vnum non addit ſupra aliud grauitatem intenſiuam, ſed ſolum extenſiuam.

36 Circa illud de voto Caſtitatis, quod excipitur, vt non poſſit per Bullam commutari, nota, id intelligi de voto Caſtitatis perfecto, & abſoluto, eo ſcilicet, quod eſt ſoli Papæ reſeruatum, & in caſibus in quibus ipſi eſt reſeruatum. Quia Pontificis mens eſt ſolum id reſeruare, quod, & quando ipſi eſt reſeruatum. Quare, quoties Epiſcopus poteſt illud commutare, poterit etiam ex vi Bullæ commutari. Suarez *ſupra cap.26.num.16. & 17.* Sanchez *dicto cap.54. num.19.* Quod tamen eſt intelligendum, vt ipſi animaduertunt, quando tale votum commu-

tari

tari poteſt ab Epiſcopo, quia eſt pœnale, conditionale, partiale, aut temporale, non quando id facere poteſt, veluti per accidens, propter neceſſitatem aliquam extraordinariam. Idem dico de voto Religionis, quod etiam excipitur in Bulla, ac etiam de voto vltramarino, quod ſimiliter declarat Pontifex non poſſe per Bullam commutari. Ita vt generaliter loquendo quæcunque vota poteſt Epiſcopus commutare, poſſit etiam Confeſſarius ex vi Bullæ id facere. Bonacina *ſupra* §. 4. *num.* 16. Limitatur tamen hæc doctrina, prout dixi, vt ſolum ſit vera reſpectu eorum votorum, quæ Epiſcopus commutat iure ordinario, non de illis, quæ ob extraordinariam neceſſitatem commutat. Suarez, Sanchez, & Bonacina relati. Nec de illis, quæ commutat non vt Epiſcopus, ſed vt Sedis Apoſtolicæ Delegatus. Diana *ſupra reſolut.* 56. alijs relatis. Quæ verò ſint vota, quæ Epiſcopus commutat, præcipuè quando prædicta tria, & in quibus caſibus, quauè facultate, dicam 4.to. verbo *Votum*. Ex quibus etiam deducetur, quando Confeſſarij ex vi Bullæ Cruciatæ id facere poſſunt.

37 Præterea Pontifex per Breue ſpeciale declarauit, quod qui bis in anno Bullam Cruciatæ acceperint, poſſint etiam bis gaudere priuilegijs, & gratijs dictæ Bullæ. De quo Rodriguez *in Expoſit. Bullæ* §. 11. Notans etiam ſolum bis non autem ter, quater, aut pluries accipi poſſe Bullam.

38 Demum, Pontifex concedit facultatem Commiſſario Generali Cruciatæ, vt poſſit durante anno publicationis Bullæ ſuſpendere omnes gratias, Indulgentias, facultates, ac priuilegia in dictis Regnis conceſſa quibuſcunque Eccleſijs, Monaſterijs, Hoſpitalibus, Confraternitatibus, locis pijs, & perſonis particularibus, & vt poſſit illa reualidare. Qua facultate vtens ſuſpendit omnes, & quaſcunque gratias, Indulgentias, & facultates ſimiles, vel diuerſas, conceſſas per Summum Pontificem, & alios ipſius prædeceſſores omnibus, & quibuſcunque Eccleſijs, & Monaſterijs, Hoſpitalibus, aut locis pijs, Vniuerſitatibus, Confraternitatibus, & ſingularibus perſonis, exceptis conceſſis Superioribus Ordinum Mendicantium, quantum ad ſuos Fratres, & pro accipientibus Bullam declarat poſſe frui omnibus prædictis conceſſionibus ſuſpenſis. Circa quæ primò aduertendum, per prædictam ſuſpenſionem non ſuſpendi priuilegia Mendicantium, & aliorum Regularium, niſi ea ſolum, quæ retardare poſſunt expeditionem Bullæ, quia ſcilicet ſunt circa eaſdem materias in ea contentas, iuxta dicta *tom.* 2. *cap.* 1. *nu.* 59. Nec obſtat, quod in dicta ſuſpenſione dicantur ſuſpendi omnes facultates, &c. *ſimiles*, vel *diuerſas*. Per illud enim verbum *diuerſas* intelliguntur facultates non ſimpliciter diuerſæ, aut omnino diſſimiles, aut circa alias materias, quia hoc videretur abſurdum, vt dicunt

cunt authores referendi, ſed illæ, quæ ſunt circa eaſdem materias, ſed aliquo modo, vel circumſtantia, diuerſæ. Vt ſi aliqua Religio haberet priuilegium admittendi ad ſepulturam aliquas perſonas tempore Interdicti cum tali, vel tali ſolemnitate, hoc priuilegium ſuſpenditur, quia eſt circa eamdem materiam, quæ continetur in Bulla, ſiue ſit ſimile, ſiue diuerſum quo admodum ab eo, quod in ea continetur. Rodriguez *in Expoſit. Bull.* §. 2. *num.* 1. *in fin.* Ludouicus à Cruce *ſupra cap.* 9. *dub.* 1. *num.* 3. Deinde, nec iſta ſuſpenduntur, ſi ſunt conceſſa Superioribus Mendicantium quãtum ad ſuos Fratres, vt habetur in ipſo Summario Bullæ, & dixi loco relato. Nomine verò Mendicantium in præſenti probabile eſt venire non ſolum quatuor Mendicantium Ordines, qui à Iure tales ſunt, ſed etiam alios, qui Mendicantes ex Conſtitutionibus, ſeu priuilegio Summorum Pontificum ſunt. De quibus egi dicto 2. *tom. cap.* 1. *num.* 1. Imò etiam illos, qui Mendicantium priuilegijs fruuntur. Eo enim ipſo quo Mendicantium priuilegijs fruuntur, non video cur iſto gaudere nequeant. Acoſta *in Bull. Cruciat. q.* 105. *in fine*. Villalobos *in Summa tom.* 1. *tract.* 27. *clauſ.* 12. *num.* 11. Nec etiam ſuſpenduntur priuilegia, quæ habent Religiones in ordine ad ſæculares, etiam ſi ſint ſimilia ijs, quæ continentur in Bulla, v. g. ad abſoluendum à reſeruatis, commutandũ vota, &c. propter dicta eo *cap.* 1. Solum ergo ſuſpenduntur priuilegia quibuſuis Monaſterijs, Eccleſiijs, Hoſpitalibus, Confraternitatibus, Vniuerſitatibus, pijs locis, & ſingularibus perſonis conceſſa, prout patet ex contextu Bullæ. Ludouicus à Cruce *ſupra dicto cap.* 9. *dub.* 2. Lugo *ſupra diſp.* 20. *ſect.* 8. *num.* 146.

39 Vnde nec per Bullam ſuſpenduntur Indulgentiæ conceſſæ Ordinibus Regularibus, ſiue ſint ſimiles, ſiue diſſimiles ijs, quæ conceduntur in illa. Huiuſmodi enim Indulgentiæ conceſſæ ſunt ipſis Ordinibus Regularium, non Monaſterijs, Eccleſijs, Hoſpitalibus, Confraternitatibus, Vniuerſitatibus, pijs locis, & ſingularibus perſonis, ac per conſequens non comprehenduntur. Villalobos *in Summa tom* 1. *tractat.* 27. *clauſ.* 12. Nuñus *in* 3. *part. tom.* 2. *Tract. de Bulla* §. 14. Qui etiam ſub nomine Regularium, ſeu Fratrum intelligit Nouitios, & Moniales. Diana *reſolut.* 88.

40 Suſpenduntur tamen Indulgentiæ conceſſæ viſitantibus Eccleſias, Monaſteria, loca pia, Hoſpitalia, &c. quia illæ non ſunt conceſſæ ipſis Ordinibus, ſed tantum ſingularibus perſonis viſitantibus eas Eccleſias, Monaſteria, &c. Ludouicus relatus *dicto dub.* 1. *num.* 10. Idem dico de Indulgentijs conceſſis granis benedictis, figuris, Imaginibus, Coronis, &c. propter eamdem rationem. Rodriguez *in Expoſit. Bull.* §. 12. *num.* 11. Idem etiam dicendum de Indulgentijs conceſſis Confraternitatibus Religionum, videlicet Scapularis Ordinis noſtri, Roſarij,

ſarij, Chordæ S.Franciſci, &c. propter eamdem rationem. Idem Ludouicus *dicto dub.2.*

41 Pium tamen,& probabile eſt non ſuſpendi Indulgentias conceſſas Altaribus priuilegiatis pro liberatione animæ alicuius defuncti, etſi enim tales Indulgentiæ conceſſæ ſint ſingularibus perſonis,ſcilicet vel Sacerdotibus in eis celebrantibus,vel ipſis defunctis pro quibus celebratur, quia tamen quomodocunque id ſit,non exprimuntur in dicta ſuſpenſione iſtæ Indulgentiæ pro defunctis conceſſæ, quod videbatur neceſſarium, cum ſint ſpecialis nota dignæ, & ex alia parte id credere deceat de pietate Summorum Pontificum: ideo hæc opinio, vt pia, & probabilis ſuſtinendæ eſt. Quam etiam tenet Ægidius Trullench *in Expoſit. Bull.Cruciat. libr. quæſt.9.cap.3.dub.4.num.3.* & Diana *in Additionib ſecund.reſolut.22.* Licet oppoſitum dixerit *dicto tract.11. de Bulla Cruciatæ reſolut.86.* Vide quæ dixi *tom.1.cap.3.num.19.* & Peirinis *tom.2.Priuilegior.Minimor. in Conſtit.4. Clementis VIII. num.2.& Conſtit.8.Pauli V.num.10.*& quæ dicam verbo *Iubilæum.* Declaratum etiam eſt à Sacra Congregatione Cardinalium negotijs Indulgentiarum Præfectorum, approbante S. D.N.Vrbano, Iubilæi Indulgentias, quæ à Summis Pontificibus pro tempore concedi conſueuerunt,conſequi poſſe in Regnis Hiſpaniarum ante, vel poſt ſuſceptionem Bullæ Cruciatæ.Barboſa *in Collect.Bullar.verbo Iubilæum.*

42 Nec etiam ſuſpenditur facultas, quam habent Superiores Regulares ad dandũ litteras Confraternitatis ſuis benefactoribus pro communicatione bonorum ſpiritualium ſuorum Ordinum,iuxta dicta ſupra verbo *Bona num 2. & ſequentibus*, & in hoc verbo *Bulla Cruciatæ num. 17.* Ratio eſt, quia hæc facultas iure communi competit ipſis Prælatis, facultates autem iure communi illis conceſſæ non ſuſpenduntur per Bullam. Diana *ſupra reſolut. 87.* Ludouicus à Cruce *ſupra dicto cap.9.dub.2.num.17.*

43 De facultatibus porrò, quas habet Commiſſarius Cruciatæ dico in particularibus locis, ſcilicet verbo *Affinitas num.3.* verbo *Bigamia nu.4.* Vide etiam dicenda verbo *Indulgentia*,& verbo *Iubilæum*,præcipuè *à nu.5.*an tẽpore Iubilæi centeſimi ſuſpendatur Bulla Cruciatæ.

CALIX.

SVMMARIVM.

Quænam eſſe debeat materia Calicis. num.1.
An æris, aurichalchi, aut cupri, ſiue ligni, vel lapidis, vitri, aut chryſtalli? ibid.

An

An auri, argenti, vel ſtañni. ibid.
Quid de conſecratione Calicis cum Patena. num.2.
Quid de vtente Calice ligneo, aut non conſecrato. ibid.
Ad quos conſecratio ſupradicta ſpectet. num.3.
An ad Abbates Benedictinos, & Ciſtercienſes. ibid.
An ſolum vti queant ſupradicta auctoritate conſecrandi in propriis Eccleſijs. num.4.
Quid declarauerit Sacra Congregatio circa hoc. ibid.
De priuilegio Pauli IV. pro Ieſuitis. ibid.
Quando, & quomodo Calix, & Patena amittãt conſecrationem. nu.5.
An Calix cum Patena argento fabricata, poſtea deaurata, amittant conſecrationem. ibid.
Quid, quando ſunt deaurata, & poſtea vſu aurum amittunt. ibid.
An Calix tornatilis, quando ſeparatur à pede amittat conſecrationem. num.6.
Quid de Calice non tornatili, ſi ſeparetur à pede. ibid.
An amittant conſecrationem per ictus in illis ab aurificibus infixos. num.7.
An Calix non conſecratus, conſecratus maneat poſt contactum Corporis, & Sanguinis Chriſti. num.8.
Quando ſimilis conſecratio valida erit. ibid.
An Calix, Patena, & alia, quæ immediatè Corpus, vel Sanguinem Chriſti attingunt, à laicis tangi poſſint. num.9.
An laici iſta tangentes, peccatum incurrant. ibid.
An quando Calix laicis vendi debeat exhibenda antea ſit aliqua diligentia? num.10.

1 CALIX non debet eſſe de ære, aut aurichalco, aut cupro, quia hæc propter æruginem vomitum prouocant, aut de ligno, quia cum lignum ſit poroſum, aliquid Sanguinis ſubintraret, nec de lapide, propter ineptitudinem, aut vitro, vel chryſtallo, propter fragilitatem, ſed tam ipſe, quàm Patena debent eſſe de auro, vel argento, vel ſtanno: itaut ſi non ex auro omnino, ſaltem ex argento fiant, vel ad minus ob magnam paupertatem, ex ſtanno, *ca. vaſa, & ca. vt Calix de conſecrat. diſt.* 1. Noſter Guido *in Summa de hæreſ. in* 21. *errore Armænorum*. Siluester *in Summa verbo Calix num.* 1. Tamburinus *de Iure Abbatum diſp.*23. *quæſit.*3. *num.*1.

2 Debent etiam Calix cum Patena eſſe conſecrata, ac Chriſmate peruncta, *cap. vnic.* §. *vngitur præterea de Sacra vnctione*. Siluester *in Summa verbo Miſſa quæſt.*2. Tamburinus *ſupra num.*2. Imò contra eum, qui vtitur Calice ligneo, aut non conſecrato, conſtituta eſt

pœna depositionis ab Officio, & Beneficio, *cap.vlt.de celebrat.Miss.* Bonacina *de Sacrament.disp.4.quæst.vlt punct.9.num.16.*

3 Calicem, & Patenam (idem dico de pyxide casu quo Chrysmate consecrari debeat) consecrare, spectat iure ordinario ad Episcopum, quia est actus Ordinis Episcopalis. Siluester *in Summa verbo Benedictio.num.2.& 3.* Barbosa *de offic.& potest.Episcopi allegat.27.nu.35.* Spectare etiam ad quosdam Abbates Benedictinos, & Cistercienses ex priuilegijs Summorum Pontificum, asserit Tamburinus *supra quæst.2.num.1.* Idem ego assererem, nisi oppositum haberetur ex declaratione Sacræ Congregationis sub anno 1632. quam retuli verbo *Benedictio num* 8. ex Barbosa, & Nouario ibi relatis, vbi declaratur Abbates, & alios Prælatos Regulares habentes priuilegia benedicendi hæc, & similia, non posse vti illis priuilegijs, *nisi in ijs rebus in quibus Sacra vnctio non adhibetur*. Hæc verò adhibetur in Calice, Patena, &c. Sed nota, eumdem Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Abbas*, referre etiam hanc declarationem eiusdem Sacræ Congregationis pro die 6. Decembris anni 1631. *Abbas, nec etiam in locis sibi pleno iure subiectis, aut de iure patronatus, potest consecrare Calices, Patenas, aut similia, in quibus requiritur Sacra vnctio, nisi hoc habeat in specie sibi concessum à Sede Apostolica.* Ex qua declaratione sequi videtur Abbates habentes tale priuilegium posse illo vti. Nihilominus, quia illa alia declaratio verbo *Benedictio num.* 8. relata, vltima, & postremæ omnium est, vtpotè de anno 1632. ideò illi standum, donec ab eadem Sacra Congregatione aliud declaretur.

4 Casu etiam, quod possent dicti Abbates prædicta consecrare, hoc esset solum pro proprijs Ecclesijs, iuxta dicta eo loco ex dicta declaratione Sacræ Congregationis, quod etiam supponitur, in hac, quam modo adduxi. Patres quoque Iesuitas habere priuilegium per Bullam Pauli IV. consecrandi Calices, aras, &c. pro remotissimis Indiæ partibus, quando Episcopi desunt, habet Fagundez *in 1. Eccles.præcept. lib.3.cap.21.num.14.*

5 Amittunt autem Calix, & Patena consecrationem. Primò, quando ita notabiliter franguntur, vt non possint inseruire ad vsum ad quem sunt instituta. Calix videlicet, ad commodè continendum Sanguinem Christi, Patena verò, ad contrectandum Corpus illius, seu Hostiam consecratam, itaut illam capere possit. Vasquez *3.part.disp.233.cap.4.* Barbosa *de offic.& potest.Episcop. loco relato num.37.& 38.* Similiter, quando illa sunt argentea, & deaurantur, consecrationem amittunt, propter rationem modo adducendam. Siluester *supra verbo Calix num.2.* Idem dicendum, quando illa deaurata sunt, & vsu aurum amittunt, ac iterum postea deaurantur, quoad illam superficiem, quæ tangit

git Corpus,& Sanguinem Christi. Consecratio enim fit,propter hunc contactum, qui in tali casu fieret in parte non consecrata, scilicet in illa noua deauratione. Azor *Instit. Moral.to.1.lib.10.cap.28.quæst.4. & tom.2.lib.9.cap.7.quæst.3.* Suarez *tom 3 in 3.part.disp.81.sect.7. §. Alia autem forma.* Etsi alij oppositum sentiant. De quo Lugo *de Sacament Eucbar disp.20.sect.4.num.94.*

6 Non tamen amittunt consecrationem amissione deaurationis, quia licet inunctio, vel consecratio versetur immediatè circa superficiem, totus tamen Calix, & patena sunt simpliciter per modum vnius consecrata, & ita etiam si amittatur illa superficies,seu deauratio, manent consecrata: sicut quando Calix, vel Patena sunt purè argentea, etiam si contingat illam exteriorem superficiem amitti, nihilominus consecrata manent. Suarez *supra §.rursus inquiri potest*. Nec etiam Calix tornatilis amittit illam,quando separatur à pede. Ita enim habet vsus,in eo fundatus, quòd facilè potest coniungi cum illo. Suarez *supra.* Naldus *in Summa verbo Calix num.2.* Tamburinus *supra nu.6.* Quamuis Silvester *supra*, & alij oppositum sentiant. Secus dicendum de Calice non tornatili si separetur à pede, propter oppositam rationem. Ijdem authores.

7 De ictibus verò quos solent aurifices infigere Calicibus ad execrandum eos, aliqui aiunt per ipsos amittere consecrationem, alij verò negant. Sed dicendum, quod stando in rigore iuris, non amittitur consecratio per illos ictus, cum per eos, nec notabiliter frangantur,nec mutetur internè superficies illa, qua continetur Sanguis Christi. Armilla *in Summa verbo Calix num.4.* Bonacina *de Sacrament. disp.4. quæst.vlt. punct.9. num.18.* Quia tamen consuetudine receptum est,vt per illos ictus Calix execretur, & indigeat noua consecratione,ideò illi standum. Naldus *in Summa verbo Calix num.1.*

8 Calicem non consecratum remanere consecratum, si in eo bona fide celebretur probabiliter defenditur, quæ enim maior consecratio esse potest quam contactus Corporis, & Sanguinis Christi? Diana *par.5.tract.13.resolut.60.* alios referens. Probabilius contrarium,quia Ecclesia pro forma consecrationis Calicis verbalem benedictionem solum assignauit. Fagundez *supra num.15.* Lugo *supra num.92.*

9 Calix, Patena, & alia ornamenta, quæ immediatè attingunt Corpus, vel Sanguinem Christi, vt sunt Corporale, & Palla, non possunt tangi à laicis absque peccato,*ca.sacratas dist.23.* licet hoc non videatur mortale, secluso scandalo,& contemptu. Bonacina *supra num.20.* Vide dicta in simili verbo *Agnus Dei num.7.*

10 Calix sacratus laicis vendendus deberet prius conflari, & non sufficit frangi,licet contrarium praxi obtineatur. Naldus *supra num.4.*

CANONICA PORTIO.

SVMMARIVM.

Quid ſit Canonica portio. num.1.
Quare Canonica dicatur. ibid.
Quid de diuiſione illius. ibid.
Ad quem hæc Canonica portio ſpectet. num.2.
Quid de quantitate iſtius Canonicæ portionis. num.3.
An debita ſit hæc portio. num.4.
Ex quibus præberi debeat. ibid.
Ad quos ſpectet. num.5.
An Monaſteria, & loca exempta ſoluere debeant hanc portionem. num.6.
Quid de Eccleſijs curatis Monaſterio vnitis exempto cum populo. ibi.
Quid de Hoſpitali Religioſorum auctoritate Epiſcopi conſtructo. ibid.
Quid de priuilegijs Regularium circa hanc portionem. num.7.
Quid de illis, qui communicationem priuilegiorum Regularium habent. ibid.
An derogata ſint priuilegia Mendicantiũ circa hanc portionem. nu.8.
An confirmata Carmelitis, & à quo Summo Pontifice. ibid.
An ad quartam funeralem Mendicantes obligentur. ibid.
Quid ſi Regulares iure communi, & ex priuilegijs exempti non eſſent à ſolutione Canonicæ portionis. num.9.
Quid de conſuetudine ſolutionis Canonicæ portionis circa Regulares. ibid.
Alia remiſſiuè. num.10.

1 CANONICA portio eſt certa bonorum pars debita Epiſcopis, ſeu Eccleſijs Parochialibus à quibuſcunque de rebus illis prouenientibus. Siluester *in Summa verbo Canonica portio nu.1.* Miranda *in Manual. Prælator. to.2 quæſt.4. art.1.* Dicitur *Canonica*, quia eſt à Sacris Canonibus inſtituta. Miranda *ibid.* Eſt duplex: alia Parochialis, alia Epiſcopalis. Parochialis eſt, quæ debetur Eccleſiæ Parochiali, ſeu Rectori illius de funeralibus, & legatis relictis Eccleſiæ apud quam Parochianus eligit ſepulturam, de qua egi *tom.1.cap.3.num.12.* Epiſcopalis verò, quæ debetur Epiſcopo ab omnibus Eccleſijs ſuæ Diœceſis de legatis, aut relictis

eiſ-

eiſdem. De ea *ca. de his 10. quæſt. 1. can. decreuimus ibid. & can conſtitutum 16. quæſt. 1. Clement. dudum de Sepultur.* Silueſter *ſupra*. Miranda *in Manual. tom. 2. quæſt. 48. art. 1.* De hac agitur in præſenti.

2 Debita eſt hæc portio Canonica Epiſcopo ratione oneris, quod in adminiſtratione Epiſcopatus ſuſtinet, ad inſtar legitimæ, quæ debetur patri, vel patrono ex bonis filij, vel liberti. Barboſa *d. offic. & poteſt. Epiſcop. Allegat. 86. num. 1.* Tamburinus *de Iure Abbatum to. 1. diſp. 15. quæſit. 16. num. 1.* Item in recognitionem ſuperioritatis, & ob communicationem, quæ eſt inter Epiſcopum, & Eccleſias ſibi ſubiectas, præſertim ob curam, & pabulum ſpirituale, quod illis præbet. Barboſa *ibid. num. 7.*

3 Huius Canonicæ portionis quantitas eſt varia, & diuerſa, diuerſisq. nominibus vocata, iuxta varietatem temporum, Prouinciarum, & conſuetudinum. Aliquando enim eſt quarta pars, aliquando tertia, aliquando media, & aliquando eſt certa pars argenti, vel auri, vel in moneta, vel in materia, & in Hiſpaniæ partibus vocatur *Inctuoſa*. Barboſa *num. 3. 4. 5. & 6.*

4 Debita eſt hæc portio de legatis relictis Eccleſijs, & alijs pijs locis, *cap. conquærente de offic. Ordinar.* vbi Gloſ. *verbo Mortuariorum, cap. requiſiſti, & cap. vlt. de teſtament. cap. de quarta de præſcript.* Riccius *in praxi aurea reſolut. 209. num. 1.* Tamburinus *ſupra nu. 2.* Non tamen debetur de relictis particularibus perſonis. Miranda *ſupra art. 3.* ex Silueſtro.

5 Debita eſt non ſolum Epiſcopis, ſed etiam alijs Prælatis inferioribus, ſcilicet Archidiaconis, Presbyteris, Abbatibus, &c. habentibus iuriſdictionem Epiſcopalem, vel quaſi Epiſcopalem in dictis Eccleſijs, vel locis pijs. Ratio eſt, quia ea eſt debita ratione iuriſdictionis, quam etiam iſti habent, & cui eſt annexa. Petrus Vualdus *de Canonic. Epiſcop. cap. 1. num. 4.* Barboſa *ſupra num. 8.*

6 Monaſteria autem, ſeu Eccleſiæ Regularium, & alia loca exempta non debent ſoluere iſtam Canonicam portionem. Ratio eſt, quia cum ea ſint immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiecta, nullam in ea ſuperioritatem habent Epiſcopi, nec in illis procedunt rationes ſupra aſſignatæ, propter quas ea debetur illis ab Eccleſijs ſibi ſubiectis. Ita communiter Doctores, ſpecialiter ex relatis Vualdus *cap. 4. quæſt. 6.* Miranda *art. 2.* Barboſa *num. 20. & ſequentibus.* Tamburinus *num. 4.* Similiter, ſi Summus Pontifex vniret Eccleſiam curatam Monaſterio exempto cum populo non deberetur. Iulius Lauorius *variarum elucubrat. tit. 2. cap. 17.* Tamburinus *ſupra num. 5.* Si tamen Eccleſia, vel Monaſteria exempta haberent Capellas, vel populum non exemptum, te-

nerentur ſoluere dictam portionem, *cap. ex ore de priuileg.* Barboſa, & Tamburinus ex alijs. Similiter ſi Hoſpitale eſt Religioſorum, & conſtructum auctoritate Epiſcopi, ea debetur. Miranda *ſupra art.* 3. ex Siluestro.

7 Ex priuilegijs etiam Regularium habetur non deberi hanc Canonicam portionem, ſaltem de legatis ad certos vſus eorum. Id conſtat ex priuilegijs Innocentij IV. Alexandri IV. & Clementis IV. pro Minoribus, quæ refert Caſſarubius *verbo Canonica portio num.* 1. 2. & 3. Iulij II. pro Minimis apud Peirinis *in* 1. *tom. Priuilegior. Minimor. in Conſtit.* 2. *Iulij II.* Maximè ex priuilegio Nicolai V. pro Carmelitis, de quo ait idem Caſſarubius *ibi num.* 5. ſic: *Iſta eſt melior, & copioſior conceſſio, quam ſit in omnibus alijs priuilegijs Fratribus Mendicantium in materia iſta.* Quod etiam referunt Rodriguez *to.* 1. *Quæſtion. Regular. quæſt.* 39. *art.* 1. & Miranda *ſupra art.* 6. *concl.* 4. Quia tamen illud eſt ampliſſimum, ipſoque fruuntur omnes Mendicantes, & alij, qui cum eis communicationem priuilegiorum habent, ideo hic apponendum, quod eſt huius tenoris: *Vobis, & dicto Ordini veſtro perpetuò concedimus, vt de illis, quæ vobis pro fabrica Eccleſiarum, & Conuentuum veſtrorum, Eccleſiaſticis ornamentis, luminaribus, anniuerſarijs, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo, & alijs diuinis cultibus, pitantijs, indumentis, calceamentis, emendis, celebrandis, & habendis in eiſdem, necnon annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem aliquæ domus, prædiaque cum hortis, & alijs locis Ordinis eiuſdem obligatæ noſcuntur, per Chriſtifideles eleemoſynæ pietatis intuitu, ſiue in funeralibus, oblationibus, ſepulturis, vltimis voluntatibus, legatis, aut aliàs quoquomodo etiam abſolutè iam erogata ſunt, & in poſterum forſan erogentur, bonis, & etiam abſolutè elargientur, nulli Canonicam portionem aliquam teneamini exhibere, aut ad id valeatis coarctari, & ne quis à vobis, vel vltimarum executoribus voluntatum, ſeu decedentium hæredibus de præmiſſis bonis aliquid extorquere, vel exigere præſumat diſtrictius inhibemus, non obſtantibus piæ memoriæ Clementis Papæ Quarti prædeceſſoris noſtri in Concilio Vienneñſi edita, quæ incipit* Dudum, *& alijs Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon priuilegijs, & conceſſionibus, &c.* Quæ omnia ampliſſimè confirmat Sixtus IV. in Bulla *Dum attenta, &c.* quæ eſt Maremagnum Ordinis.

8 Circa ea verò, primò animaduertendum Bonifacium VIII. in Extrauaganti *Super Cathedram, &c.* quæ habetur inter communes ſub *titulo de Sepulturis* §. *verum*, & refertur *in Clement. dudum* eodem titulo, ſtatuiſſe, quod Mendicantes ſoluerent quartam Parochis, quam tamen Benedictus XI. in alia Extrauaganti *Inter cunctas* inter com-

munes

munes ſub *titulo de priuilegijs* reuocauit, & Clemens V. in Concilio Viennenſi *in Clement. Dudum* (reuocata illa Benedicti XI.) innouauit: ideo Nicolaum V. prædicta priuilegia Ordini noſtro conceſſiſſe, non obſtante dicta Clementina *Dudum* confirmatoria illius Extrauagantis Bonifacij VIII. & caſſatoria Extrauagãtis Benedicti XI. Vide Mirandam *ſupra art. 6. concluſ 3.* & Caſſarubium *in compend. Priuilegior. Mendicant. verbo Canonica portio num.* 4. Deinde notandum, quod attinet ad quartam funeralem, ſtandũ eſſe decreto Concilij Tridentini *ſeſſ.* 25. *de reformat. cap.* 13. De qua egi *tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 12. & dicam 4. to. verbo *Quarta funeralis*. Solum ergo portio Canonica Epiſcopalis eſt ſublata dicto priuilegio. Vnde Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium apud Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Quarta* declarauit. *Quartam legatorum piorum exigere non poteſt Ordinarius à Regularibus, niſi eam ſoluere ſint ſoliti, aut abhinc quadraginta annis citra, iuxta diſpoſitionẽ Sacri Concilij Tridentini exegerit.* Idem colligitur ex alia declaratione authentica, quam refert Rodriguez *tom.* 1. *queſt.* 39. *art.* 2.

8 Caſu verò, quod nec iure communi, nec ex priuilegijs exempti eſſent Regulares à ſolutione dictæ Canonicæ portionis, excepti eſſent ab illa ratione conſuetudinis præſcriptæ de illa non abſoluenda. Poteſt enim contra illam præſcribi, vel in totum, vel in partem, prout habent Silueſter *in Summa verbo Canonica portio num.* 2. & 2. Miranda *ſupra art.* 5. Notant autem ex Panormitano, quod quando conſuetudo eſt præter ius ad eam valet tempus decem annorum, quando verò eſt contra ius requiritur tempus quadraginta annorum.

10 Vide alia in Miranda *dicta quæſt.* 48. Barboſa, & Tamburino relatis, ac dicenda 4. tom. verbo *Quarta funeralis*.

CAPELLA, ET CAPELLANVS.

Vide circa hoc dicta *tom.* 1. *cap.* 21. & ſupra verbo *Beneficium*. Summiſtas *verbo Capella, & Cappellanus*, & Portellum *in dub. Regular. verbo Capellæ Monaſteriorum num.* 1. Ac, quoad declarationes Sacræ Congregationis Barboſam *in Collect. Bullar. verbo Capella, Capellania, & Capellanus.* Item dicenda verbo *Eccleſia*, & 4. to. verbo *Miſſa*.

CAPITVLVM.

SVMMARIVM.

Aliqua remiſſiuè de Capitulo. num. 1.

Quid

nerentur ſoluere dictam portionem, *cap. ex ore de priuileg.* Barboſa, & Tamburinus ex alijs. Similiter ſi Hoſpitale eſt Religioſorum, & conſtructum auctoritate Epiſcopi, ea debetur. Miranda *ſupra art.* 3. ex Siluestro.

7 Ex priuilegijs etiam Regularium habetur non deberi hanc Canonicam portionem, ſaltem de legatis ad certos vſus eorum. Id conſtat ex priuilegijs Innocentij IV. Alexandri IV. & Clementis IV. pro Minoribus, quæ refert Caſſarubius *verbo Canonica portio num.* 1. 2. & 3. Iulij II. pro Minimis apud Peirinis *in* 1. *tom. Priuilegior. Minimor. in Conſtit.* 2. *Iulij II.* Maximè ex priuilegio Nicolai V. pro Carmelitis, de quo ait idem Caſſarubius *ibi num.* 5. ſic: *Iſta eſt melior, & copioſior conceſſio, quam ſit in omnibus alijs priuilegijs Fratribus Mendicantium in materia iſta.* Quod etiam referunt Rodriguez *to.* 1. *Quæſtion. Regular. quæſt.* 39. *art.* 1. & Miranda *ſupra art.* 6. *concl.* 4. Quia tamen illud eſt ampliſſimum, ipſoque fruuntur omnes Mendicantes, & alij, qui cum eis communicationem priuilegiorum habent, ideo huc apponendum, quod eſt huius tenoris: *Vobis, & dicto Ordini veſtro perpetuò concedimus, vt de illis, quæ vobis pro fabrica Eccleſiarum, & Conuentuum veſtrorum, Eccleſiaſticis ornamentis, luminaribus, anniuerſarijs, ſeptimo, vigeſimo, trigeſimo, & alijs diuinis cultibus, pitantijs, indumentis, calceamentis, emendis, celebrandis, & habendis in eiſdem, necnon annuis cenſibus redimendis, ad quorum ſolutionem aliquæ domus, prædiaque cum hortis, & alijs locis Ordinis eiuſdem obligatæ noſcuntur, per Chriſtifideles eleemoſynæ pietatis intuitu, ſiue in funeralibus, oblationibus, ſepulturis, vltimis voluntatibus, legatis, aut aliàs quoquomodo etiam abſolutè iam erogata ſunt, & in poſterum forſan erogentur, bonis, & etiam abſolutè elargientur, nulli Canonicam portionem aliquam teneamini exhibere, aut ad id valeatis coarctari, & ne quis à vobis, vel vltimarum executoribus voluntatum, ſeu decedentium hæredibus de præmiſſis bonis aliquid extorquere, vel exigere præſumat diſtrictius inhibemus, non obſtantibus piæ memoriæ Clementis Papæ Quarti prædeceſſoris noſtri in Concilio Viennenſi edita, quæ incipit* Dudum, *& alijs Conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon priuilegijs, & conceſſionibus, &c.* Quæ omnia ampliſſimè confirmat Sixtus IV. in Bulla *Dum attenta, &c.* quæ eſt Maremagnum Ordinis.

8 Circa ea verò, primò animaduertendum Bonifacium VIII. in Extrauaganti *Super Cathedram, &c.* quæ habetur inter communes ſub *titulo de Sepulturis* §. *verum*, & refertur *in Clement. dudum* eodem titulo, ſtatuiſſe, quod Mendicantes ſoluerent quartam Parochis, quam tamen Benedictus XI. in alia Extrauaganti *Inter cunctas* inter communes

munes ſub *titulo de priuilegijs* reuocauit, & Clemens V. in Concilio Viennenſi *in Clement. Dudum* (reuocata illa Benedicti XI.) innouauit: ideo Nicolaum V. prædicta priuilegia Ordini noſtro conceſſiſſe, non obſtante dicta Clementina *Dudum* confirmatoria illius Extrauagantis Bonifacij VIII. & caſſatoria Extrauagãtis Benedicti XI. Vide Mirandam *ſupra art. 6. concluſ 3.* & Caſtarubium *in compend. Priuilegior. Mendicant. verbo Canonica portio num. 4.* Deinde notandum, quod attinet ad quartam funeralem, ſtandũ eſſe decreto Concilij Tridentini *ſeſſ. 25. de reformat. cap. 13.* De qua egi *tom. 1. cap. 3. num. 12.* & dicam 4 to. verbo *Quarta funeralis*. Solum ergo portio Canonica Epiſcopalis eſt ſublata dicto priuilegio. Vnde Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium apud Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Quarta* declarauit. *Quartam legatorum piorum exigere non poteſt Ordinarius à Regularibus, niſi eam ſoluere ſint ſoliti, aut abhinc quadraginta annis citra, iuxta diſpoſitionẽ Sacri Concilij Tridentini exegerit.* Idem colligitur ex alia declaratione authentica, quam refert Rodriguez *tom. 1. quæſt. 39. art. 2.*

8 Caſu verò, quod nec iure communi, nec ex priuilegijs exempti eſſent Regulares à ſolutione dictæ Canonicæ portionis, excepti eſſent ab illa ratione conſuetudinis præſcriptæ de illa non abſoluenda. Poteſt enim contra illam præſcribi, vel in totum, vel in partem, prout habent Silueſter *in Summa verbo Canonica portio num. 2. & 2.* Miranda *ſupra art. 5.* Notant autem ex Panormitano, quod quando conſuetudo eſt præter ius ad eam valet tempus decem annorum, quando verò eſt contra ius requiritur tempus quadraginta annorum.

10 Vide alia in Miranda *dicta quæſt. 48.* Barboſa, & Tamburino relatis, ac dicenda 4. tom. verbo *Quarta funeralis*.

CAPELLA, ET CAPELLANVS.

Vide circa hoc dicta *tom. 1. cap. 21.* & ſupra verbo *Beneficium*. Summiſtas *verbo Capella, & Cappellanus*, & Portellum *in dub. Regular. verbo Capellæ Monaſteriorum num. 1.* Ac, quoad declarationes Sacræ Congregationis Barboſam *in Collect. Bullar. verbo Capella, Capellania, & Capellanus.* Item dicenda verbo *Eccleſia*, & 4. to. verbo *Miſſa*.

CAPITVLVM.

SVMMARIVM.

Aliqua remiſſiuè de Capitulo. num. 1.

Quid

Quid Capitulum significet. num.2.
Vnde hoc nomen Capituli, seu Collegij deueniat. num.3.
An Capitulum aliquod possit alterare, immutare, vel supplere electionem per modum Scrutinij. num.4.
An quodlibet Capitulũ exercere possit actus iurisdictionis, quos Prælati. num.5.
Alia de facultatibus ipsius. num.6.
Quomodo Capitula interdicantur in Bulla Cœnæ. num.7.
Quomodo Capitula suspendantur à Beneficiorum suorum perceptione. num.8.
An hæc suspensio solum Capitulum in communi comprehendat. ibid.
An, & quomodo Capitula, & Collegia Regularia, seu Conuentus suspendantur ab Officio, & Beneficio. num.9.
Quid nomine bonorum intelligi debet. ibid.
An licitum sit Capitulis, & Conuentibus, aut singularibus personis ipsorum aliquid exigere ob receptionem alicuius in Religionem. num.10.
Quid de exigentia dotis circa Moniales. ibid.
Quid de receptione bonorum Religiosi ad victum, & alia. ibid.
An Capitula, aut singulæ personæ resignationem Beneficiorum admittentes in pœnam incurrant, & quibus casibus. num.11.
In quas censuras incurrere possint. num.12.
Quid de capacitate illorum ad excommunicationem. num.13.
Quando contingat Capitulum, & ipsius membra suspensionem incurrere. ibid.
Quid de discrimine inter interdictum, & suspensionem. ibid.

1 DE his, quæ spectant ad Capitula Generalia, Prouincialia, vel Localia Regularium, dixi *tom.2.cap.12.* ea verò, quæ spectant ad Capitula Ecclesiarum sæcularium, cum parum referant ad nostrum intentum, quod præcipuè est de spectantibus ad Regulares, iure omittenda. De illis Summistæ *verbo Capitulum*, & pro declarationibus Sacræ Congregationis circa ea, vide Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Capitulum.* Aliqua tamen nostro instituto deseruientia addere placuit.

2 Capitulum aliquando sumitur pro loco, vbi res Capitulares tractantur, aliquando pro lectione, aliquando pro distinctione, aliquando verò, prout in præsenti, pro Congregatione multorum, præsertim Regularium. Siluester *in Summa verbo Capitulum num.1.*

3 Capitulum, seu Collegium non venit appellatione personarum, seu Prælatorum in materia pœnali. Vnde pœna imposita contra aliquos,

quos, siue Regulares, siue sæculares non tangit eorum Capitulum, nisi exprimatur. Habetur hoc ex *cap. graue nimis de præbend.* Vbi pœnam quamdam suspensionis expressè extendit Pontifex ad Capitula. Naldus *in Summa verbo Capitulum num.* 1.

4 Non potest Capitulum aliquod alterare, immutare, vel supplere in electionibus factis per modum scrutinij, quales sunt eæ, quæ communiter sunt in vsu Religionum, modum electionis designatum in *cap. Quia propter de elect.* de quo dixi *tom.* 2. *cap.* 12. *à num.* 26. Etiam ex vi cuiuscunque priuilegij, nisi in eo fiat expressa mentio de dicto *cap. Quia propter*. Ratio est, quia hoc Capitulum continet Constitutionem Concilij Generalis Lateranensis celebrati sub Innocent. III. cuius decretis numquam censetur derogatum per clausulas generales in priuilegijs apponi consuetas, nisi fiat expressa mentio his verbis: *Non obstante lege aliqua, aut Constitutione in Concilio Generali edita.* Ita enim colligitur ex *cap. ex parte, & cap. vlt. de Capell. Monach. & cap. eam te de ætat. & qualit. & cap. Nonnulli de rescript.* Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *num.* 265. Tamburinus *de Iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 5. *quæst.* 5. *num.* 6. Vnde multo minus delegare potest aliquem compromissarium, qui eligat contra formam præscriptam in illo Capitulo. Si enim hanc facultatem non habet pro se, multò minus eam poterit alij cõmunicare. Naldus *in Summa verbo Capitulum nu.* 11.

5 Potest quodlibet Capitulum, siue Generale, siue Prouinciale, siue etiam Locale exercere omnes actus iurisdictionis, quos siue iure ordinario, siue ex priuilegio, exercere possunt Prælati ipsarum Religionum respectiuè, scilicet Capitulum Generale, quos Generalis, Prouinciale quos Prouincialis, & Locale, quos Prælatus localis. Ita vt possint sicut illi imponere censuras, & absoluere ab illis, dispensare, & commutare vota, concedere facultates, & licentias Fratribus, prouidere Officia, & Beneficia, ac similia: secundum Statuta tamen, & Iura Religionum. Ratio est, non solum, quia in istis Capitulis sunt prædicti Prælati, vel alij eorum Vices gerentes, sed etiam, quia dato, quod illi non assisterent, sentiendum est de eis, sicut de Capitulis Ecclesiarum sæcularium Sede vacante, quæ succedunt Episcopis in cunctis spectãcibus ad ordinariam iurisdictionem ipsorum, prout ex pluribus afferunt Siluester *in Summa verbo Capitulum num.* 2. & Barbosa *de offic. & potest. Episcop. Allegat.* 36. *num.* 9. *& sequentibus*. Etsi quoad hoc sint aliquæ exceptiones, de quibus Laymanus *lib.* 1. *tract.* 4. *cap.* 7. § 4 *à num.* 13. Quæ autem efficere possunt dicti Prælati ex potestate Ordinis, vt puta audire confessiones, & administrare Sacramenta, hæc nõ possunt competere Capitulis. Sunt enim actiones personales.

6 Succedunt etiam in facultatem alienandi, seruatis tamen seruandis,

dis, iuxta dicta ſupra verbo *Alienatio*, & in poteſtatem viſitandi, deſignando videlicet Viſitatores idoneos, item inquirendi de criminibus: eaque puniendi, modo aſſignato, ſcilicet, iuxta Ordinum Statuta. Silueſter *ſupra num.* 3.

7 Capitula quæcunque appellantia ab ordinationibus, ſeu mandatis Summorum Pontificum ad vniuerſale futurum Concilium, interdicuntur in Bulla Cœnæ, iuxta dicta ſupra verbo *Bulla Cœnæ num.* 10. & 11.

8 Capitula Eccleſiæ, etiam Regularis, vel Monaſterij, quæ Epiſcopum, aut Prælatum Religioſum à Sede Apoſtolica prouiſum ſine litteris eiuſdem Sedis recipiunt, aut illi obediunt, ſuſpenduntur à Beneficiorum ſuorum perceptione, donec à Summo Pontifice gratiam obtineant. Extrauagant. 1 *de Election.* inter communes. Suarez *de Cenſur. diſp.* 31 *ſect.* 5 *num.* 23 Bonacina *de Cenſur. diſp.* 3 *punct.* 5. §. 2 *nu.* 1. & §. 3 *num.* 1. Quamuis autem Suarez dicat non conſtare, an hæc ſuſpenſio comprehendat ſolum Capitulum in communi, an verò etiam ſingulos Capitulares in particulari, probabilius tamen eſt prius, cum odia reſtringi debeant, non ampliari.

9 Capitula, & Collegia Regularia, ſeu Conuentus, quæ Sede Cathedrali, Collegiata, vel Regulari vacante, occupant, vel delapidant bona ad Prælatum defunctum, vel ad ipſam Eccleſiam, vel ad Succeſſorem pertinentia, ſuſpenduntur ab Officio, & Beneficio, donec plenam reſtitutionem fecerint, *cap. Quia ſæpè de elect. in 6.* Suarez *ſupra ſect.* 3. *num.* 3. Bonacina *dicto* §. 3. *num.* 2. Hæc verò cenſura afficit etiam ſingulares perſonas huiuſmodi delictum patrantes. Bonacina *ibid.* Quæ autem bona hic intelligantur, ſatis declarat textus, cum dicit, bona à Prælatis ipſarum dimiſſa, vel vacationis tempore obuenientia, quæ in vtilitatem dictarum Eccleſiarum expendi, vel futuris deberent ſucceſſoribus fideliter tribui. De quibus Suarez *ſupra*. Comprehenduntur etiam Regulares, ſi ea commiſerint, prout ex textu habetur.

10 Capitula, & Conuentus, & ſingulares perſonæ ipſorum, quæ aliquid directè, vel indirectè petunt, aut exigunt ob receptionem alicuius in Religionem, aut ante, vel poſt illam, incurrunt ipſo iure ſuſpenſionem totalem, ideſt ab Officio, & Beneficio Papæ reſeruatam, ſiue quod accipiunt ſit pecunia, cibaria, prandia, cœnæ, iocalia, aut alia etiam ad pium vſum pertinentia. Extrauagant. *Sanè de Simonia.* Suarez *ſupra diſp.* 22 *ſect.* 5. Bonacina *ſupra num.* 3. Qui obſeruat *num.* 4. Moniales conuentionem de dote facientes ante receptionem nulli pœnæ ſubiacere, conſequenter neque contra præfatam Extrauagantem delinquere, exigendo paſtus, & prandia fieri conſueta, quia hæc ad dotem quodammodo reduci poſſunt, cum id fieri videatur obincommodum

ipſa-

ipſarum victum. Adde etiam, nec viros Religioſos incurrere hanc, vel aliam pœnam, quando aliquid recipiunt, non pro ipſo ingreſſu, aut receptione, ſed ad ſuſtentationem eius, qui ingreditur, iuxta dicta *tom. 1. cap. 24. num. 30.* Nauarrus *in Manual. cap. 27. num. 106.* Suarez *ſupra num. 9.* Nec quando datur, vel accipitur aliquid abſque pacto, aut ob conſuetudinem, vel antiqua iura. Caietanus *in Summa verbo Excommunicatio cap. 73.* Nauarrus *ſupra*.

11 Capitula, aut ſingulæ perſonæ reſignationem Beneficiorum admittentes extra caſus, & formam Bullæ Pij V. quæ incipit *Quanta Eccleſiæ, &c. in 2. tom. Bullar.* inter Conſtitutiones ipſius *num. 58.* incurrunt ſuſpenſionem Papalem à collatione, electione, præſentatione, confirmatione, & inſtitutione Beneficiorum, & Officiorum: & Capitulum, ſeu Conuentus faciens contra iſtam ſuſpenſionem afficitur ſuſpenſione à diuinis Papæ reſeruata. Bonacina *ſupra num. 4.* De hac Pij V. Bulla vide dicta ſupra verbo *Beneficium*.

12 Quamuis, iuxta dicta, Capitulum, ſeu Conuentus ſuſpenſionis capacia ſint, imò etiam interdicti (Cornexo *tract. 5. de Suſpenſione, diſp. 3. dub. 1. num. 2. & 3.* Laymanus *lib. 1. tract. 5. par. 3. cap. 2. nu. 3.*) non tamen excommunicationis. Ratio eſt, non ſolum, quia grauior cenſura eſt excommunicatio, quam ſuſpenſio, & interdictum, & ita oportuit, quod Capitulum, Conuentus, aut Communitas, etſi ſuſpendi, & interdici poſſint, non tamen excommunicari: ſed etiam (quod ad idem tendit) quia excõmunicatio afficit animam, quoad interiora bona ipſius, priuando illis, & ſic eſt cenſura ſolum perſonalis; ſuſpenſio verò priuat officijs, & Beneficijs; & interdictum vſu diuinorum, quæ tam perſonis particularibus, quàm Communitati ipſi communia ſunt. Cornexo *ſupra num. 4.*

13 Vnde fit, quod etſi quando excommunicatio ferretur cõtra Communitatem illa nõ ligaret ipſam communitatem collectiuè ſumptam, quia eſt incapax illius, ſed tantum perſonas determinatas, quæ commiſerunt delictum, propter quod ipſa fertur; quando tamen ſuſpenſio fertur in aliquod Capitulum, vel Conuentum poteſt ligare tum ipſum collectiuè, tum diſtributiuè, ideſt, ſingulas perſonas. Conſtat hoc ex ſuſpenſione adducta ex *cap. Quia ſæpè de elect. in 6.* quæ ligat Capitulum, & Capitulares ſigillatim. Laymanus *ſupra.* Bonacina *de Cenſur. diſp. 1. quæſt. 1. punct. 4. num. 8.* Si tamen, quando ſuſpenſio fertur in Capitulum, & in membra ipſius, contingat, quod aliqui ex illis non commiſerint culpam, propter quam imponitur ſuſpenſio, non incurrerent illam, vt priuatæ perſonæ, licet illam incurrere poſſint, vt partes Capituli, ſi maior pars ipſius deliquerit. Cornexo *ſupra* Suſpenſio tamen lata ſimpliciter, & abſolutè in Capitulum, ſi nihil aliud exprimat,

neque

neque ex adiunctis colligatur, non extenditur distributiuè ad singulas personas, vt priuatæ personæ sunt, quia vox *Capitulum* propriè non significat personas, sed collectionem earum. Cornexo, & Laymanus *supra*. Secus videtur dicendum de interdicto, etenim cum Capitulum, vel populus interdicitur, singuli etiam interdicuntur. Et ratio est, quia per interdictum prohibentur diuina, & Sacramenta, quorum, vniuersitas vt talis non est particeps, sed singuli de vniuersitate, sed per suspensionem prohibetur exercitium Officij, vel Beneficij, cuius Collegium, & Vniuersitas capacia sunt. Naldus *in Summa verbo Capitulum num.* 5. Addens nihilominus *num.* 6. ex Nauarro, quod Capitulo interdicto, ac pro tali denunciato, non propterea sequitur, quod sicut singuli intelliguntur interdicti, ita etiam singuli per eiusdem denunciationem intelligantur nominatim denunciati: hoc enim est diuersum ab illo. Ideo Canonicus talis Capituli posset in loco Sacro sepeliri, cum non censeatur nominatim interdictus. Sed de hoc infra verbo *Interdictum num.* 34.

CARDINALIS.

SVMMARIVM.

Vnde Cardinalis nomen deueniat. num. 1.
Aliaremissiuè de ipsis. ibid.
Quid de eorum Dignitate. num. 2.
An Cardinalatus sit Ordo, aut Sacramẽtum à Christo institutum. ibid.
An deceat Summum Pontificem ardua Ecclesiæ negotia sine Cardinalium consilio decidere. num. 3.
An Cardinales habeant ius præsentiæ in Concilijs Generalibus. num. 4.
Quid possint facere in Ecclesijs suorum titulorum. num. 5.
Alia remissiuè. ibid.
An Cardinales Episcopi teneantur ad residentiam. num. 6.
An eligere sibi possint Confessarios non approbatos ab Ordinarijs. n. 7.
An Cardinales comprehendantur in generalibus Constitutionibus Pontificijs, censuras, & pœnas imponentibus. num. 8.
Quædam eorum priuilegia, & facultates. ibid.
Quid de iure circa eorum Ecclesias Titulares, quæ sunt Monasteria Regularium. num. 9.
Alia remissiuè. num. 10. & 11.

1 CARDINALIS dictus est à cardine super quo quiescit ostium aperiendum, & claudendum. Thomas Vualdens. *to.* 1. *doctrin.*

doctrin.fid.lib.2.art.3.cap.54.num. 3. Siluester *in Summa verbo Cardinalis nu.* 1. De varijs Epithetis ipsorum, vide dicta *to.2.cap.9.nu.* 1. Quibus cõcinunt Eugenius IV. in Bulla *Non mediocri*, Leo X. in Bulla *Supremæ*, & Sixtus V. in Constitutione *Postquam*, ac Vualdensis *dicto cap.* 54. De illorum obligationibus, si ex Religionibus assumantur, dixi *tom.1.cap.* 17. & de facultatibus, iuribus, & priuilegijs ipsorum, cum munus Protectoris gerunt, eo *tom.2.cap.9.per totum*, nunc alia addenda, ea præsertim, quæ ad forum animæ spectant, ijs omissis, quæ ad forum fori, vel in tantæ eorum Dignitatis gratiam.

2 Est enim eorum Dignitas prima post Papatum, cum sint veluti membra, & pars ipsius, cum Summo Pontifice vnum corpus mysticum constituentes. Moneta *de Decimis cap.9.quæst.3.num.* 14. Adeo quod inter Papam, & Cardinales non simplex vnitas, verum etiam quædam veluti identitas intercedat. Ioannes Andreas *in cap.requisisti num.*12.*ad fin.vers.imo, & quasi de testament.* Iacobatius *de Conciliis lib.*1. *sub num.* 172. *vers.ad quod est.* Suntq. Collaterales, & Coadiutores Papæ in Ecclesiæ regimine, iuxta dicta eo *cap.*9. *num.* 1. & veluti Assessores, Consiliarij, atque cooperatores. Vualdensis *supra num.*6. Est ergo Cardinalitia Dignitas maior Episcopali, Archiepiscopali, & Patriarchali, iurisdictione, & administratione: esto Ordinis potestate illis inferior sit, ad modum sanè, quo Archidiaconus superior est iurisdictione, & administratione, Presbytero, inferior tamen illo Ordinis potestate. Bellarminus *to.*1.*lib.*1.*de Cleric.cap.*16.*§.quantum ad tertium.* Vasquez *in* 3.*part. tom.*3.*disp.*262. *cap.*5. Non tamen propterea Cardinalatus est Ordo, aut Sacramentum à Christo institutum, quia nec ordinatur ad Eucharistiam, nec confert gratiam, nec id constat ex Sacra Scriptura, aut traditione. Sotus *in* 4.*dist.*24. *quæst.*2.*art.*4. Sanchez *in Opusc. Moral. tom.*2. *lib.*7. *cap.*1. *dub.*10. Iure ergo Pontificio institutus est, à Pontifice pendens in fieri, & conseruari. Palacius *in* 4.*dist.*24.*quæst.*2. Sanchez *supra.* Et valdè conformis Iuri diuino in Lege Euangelica, propter septuaginta duos Christi Discipulos, imò in Lege Veteri *Deuteronom.* 17. propter Sacerdotes Leuiticos, qui simul cum supremo Iudice iudicabant *inter sanguinem, & sanguinem; causam, & causam; lepram, & lepram.* Eugenius IV. Bulla relata, *cap. per Venerabilem, qui filij sint legitimi §.rationibus.* Turrecremata *lib.*1.*de Ecclesia cap.*80. Iodocus Lotichius *in thesaur. Theolog.verbo Cardinal.§.*10.

3 Decet Summum Pontificem ardua Ecclesiæ negotia sine consilio Cardinalium non decidere, sunt enim cum illo veluti Coniudices, quemadmodum olim Sacerdotes Leuitici erant cum supremo Iudice Synagogæ. *Deuteronom.*17. Ita enim colligitur *ex cap.per venerabi-*

lem

cum relato cap. fundamenta §. decet de elect. in 6. Diana *par. 5. tract. 2. de Cardinalib. resolut. 4.* Quo sensu, & non alio accipienda est sententia plurium apud Laudensem *de Cardinalib. quæst. 45.* asserentium, non posse aliter facere Summum Pontificem.

4 Habent Cardinales ius præsentiæ in Concilijs Generalibus, tum propter dicta, tum quia habent iurisdictionem quasi Episcopalem in suis titulis. Didacus ab Alaua *de Concilijs par. 1. cap. 6 num 2. fol. 33.* Malderus 2.2. *quæst. 1. art. 10. dub. 4. §. 4.* Tuncq. præferendi Episcopis, etiam Patriarchis. Diana *supra resolut. 3.*

5 Possunt in Ecclesijs suorum titulorum tonsuram, & Minores Ordines conferre. Esto enim id derogatum esset per Concilium Tridentinum, vt habet Sanchez *supra dub. 19. num. 21.* consuetudine tamen, quæ vel dat hanc potestatem, vel arguit illam habere à Papa, ita habetur, sicque à Rota in vna Cremonensi *pensionis* 3. Decembris 1582. decisum. Barbosa *de offic. & potest. Episcop. Allegat. 5. num. 19.* & alij. Loquuntur autem de Cardinali Presbytero, & quo ad suos familiares. Similiter concedere Indulgentias centum dierum, ex consuetudine, vel facultate Papæ, vel ex vtroque: Corduba *de Indulgent. quæst. 10.* Diana *supra resol. 6.* Forsan etiam cognoscere de causis Clericorum ibi, cum habeant iurisdictionē quasi Episcopalem. Germonius *Tract. de Indult. Cardin. §. tam ratione num. 34.* Item ibi excommunicare, suspendere, interdicere, & vti Pontificijs insignibus, propter eamdem rationem. Germonius *supra num. 18.* Similiter assistere, & dare licentiam assistendi Matrimonijs, ob eamdem rationem. Sanchez *de Matrimon. lib. 3. disp. 28. num. 7.* Item ibi conferre Beneficia, quando sunt in Vrbe, *cap. bis quæ de maiorit. & obedient.* Idem Germonius *nu. 14.* Ex quo etiam videtur sequi posse recipere resignationes Beneficiorum existentium in suo titulo. Diana *supra resolut. 14.*

6 Quoad residentiam Cardinalium Episcoporum, licet plures asserant non teneri ad illam, si Romæ Summo Pontifici assistant, quos sequitur Hieronymus Gigas *in tract. de resident. Episcopor.* & alij. Sed hodie attendendum est tum ad decretum Concilij Tridentini *sess. 23. cap. 1. de reformat.* tum ad nouam Constitutionem Sanctiss. D. N. Vrbani VIII. Excusantur tamen Cardinales habentes Episcopatus Vrbi proximos. Sanctarellus *variar. resolut. tom. 1. quæst. 2.*

7 Cardinales possunt eligere sibi Confessarios, etiam aliàs non approbatos ab Ordinarijs. Ratio est, tum quia id colligitur ex *cap. vlt. de pœnit. & remiss.* vbi hæc facultas conceditur Episcopis, & ipsorum Superioribus. Cardinales autem, iuxta dicta, Superiores dignitate, iurisdictione, & administratione sunt Episcopis. Tum quia esto id clarè non colligatur ex dicto textu, consuetudine tamen, ita obtentum est

Regi-

Reginaldus *in praxi pœnit. tom. 1. lib. 1. cap. 5. sect. 1. num. 32.* Toletus *in Summa lib. 3. cap. 13. nu. 5.* Lugo *de Sacrament. Pœnitent. disp. 19. sect. 1. num. 5.* Quod intellige, etiam si tales Cardinales Episcopi non sint. Toletus, & Lugo *ibidem.* Possunt etiam suis familiaribus commensalibus Cõfessarium, etiam aliàs non approbatum, designate; ex eodem fundamento, & quia sunt veluti pastores proprij suæ familiæ, ita vt ea non subijciatur quoad Sacramenta, Parochiali locorum, in quibus residents Cardinales, sed solum ipsis. Naldus *in Summa verbo Cardinales nu. 8.* Lugo *supra.* Hinc etiam, ex praxi Curiæ, in Cardinalium Oratorijs die Paschatis Communionem accipiunt dicti familiares. Ludouicus à Cruce *de Expos. Bull. Cruciat. disp. 1. cap. 2. dub. 22. num. 17.* Diana *supra resolut. 10.*

8 Non comprehendi Cardinales, nisi exprimantur, in generalibus Constitutionibus Pontificijs imponentibus censuras, & pœnas, neque in Regulis Cancellariæ odiosis, plures aiunt, tum ex benigna interpretatione mentis Pontificis, saltem pro aliquibus casibus, tum quia illi sunt personæ speciali nota dignæ, quæ nisi exprimantur non censentur comprehendi. Alij verò negant, tum quia comprehenduntur legibus communibus, etiam odiosis, iuris communis, etiam si censuras, irregularitates, & pœnas contineant, tum quia cum sint subditi Papæ, & lex sit generalis omnes debet obligare. Sed de hoc vide Mandosium *regul. 19 de infirmis quæst. 2.* Azorium *tom. 1. Institut. Moral. lib. 5. cap. 11. quæst. 5.* & Dianam *resolut. 16.* & *17.* & attende ad praxim Curiæ. Illud certius, in sententijs suspensionis, & interdicti frui posse Episcoporum priuilegio, etiam si Episcopi non sint, quod scilicet non comprehendantur, nisi exprimantur, *cap periculosum de sentent. excommunicat. in 6.* Quia sunt quasi Episcopi, imò dignitate superiores. Azorius *tom. 2. Institut. Moral. lib. 4. cap. 3. quæst. 20.* Cornexo *in 3 part. tract. 5. de suspers. disp. 3. dub. 1. quæst. 2.* Ex eo autem quod Cardinales sint quasi Episcopi, imò Episcopis dignitate superiores, inferunt aliqui, non solum posse gaudere priuilegijs Episcoporum, *cap fin. de pœnitent. & remiss.* vt dixi *num. 7.* & *cap. periculosum de sentent. excommunicat. in 6.* vt etiam modo dixi, sed & facultate exigendi charitatiuum subsidium à suis Ecclesijs Titularibus, qua fruũtur Episcopi, *cap conquerente de offic. Ordinar.* & *cap. cum Apostolus § probabimus de cens* Barbosa *de offic. & potest. Episcop. Allegat. 87. nu. 15.* Item facultate celebrandi, vel faciendi celebrare in itinere ante auroram, & post meridiem. Sotus *in 4. dist 13. quæst. 2. art. 2. ant. finem.* Item facultate commutãdi in suis Ecclesijs Titularibus vltimas voluntates ad instar Episcoporum, & dispensandi in votis, sicut Episcopi. Item facultate derogandi fideicommissis ad suas Ecclesias pertinenti-

bus. Diana *resolut.* 57. 58. & 61. Imò de facultate concessa Episcopis in Concil. Trident. *sess* 24. *cap.* 6. *de reformat.* idem indicare vult *resolut.* 59. In his tamen omnibus cum ad factum pertineant, ad consuetudinem, & praxim attendi debet, vt habet Suarez *to.* 2. *de Relig. lib.* 6. *de voto cap* 10. *num.* 10 loquens de facultate dispensandi in votis.

9 In Ecclesijs porrò Titularibus ipsorũ Cardinalium, quæ sunt Monasteria Regularium, quales sunt ex Ordine nostro Ecclesia S. Syluestri, & Martini in Montibus, Ecclesia S. Chrisogoni, & Ecclesia S. Mariæ Transpontinæ, nullum ius video exercere ipsos Dominos Cardinales, quod idem credo de alijs Monasterijs, cum enim Religiosi ex vi priuilegij exemptionis, quod habẽt, exempti sint à iurisdictione Episcoporum, & immediatè subsint Summo Pontifici, & ipsorum Prælatis, non videntur subijci ipsis Cardinalibus, qui sunt veluti Episcopi, & Ordinarij. Vide Mandosium *ad reg.* 7. *Cancellar. quæst.* 2. *num.* 10.

10 De alijs, quæ spectant ad facultates, vel priuilegia DD. Cardinalium ad forum externum spectantia, agunt Manfredus, Laudensis, Germonius Barbatius, & Albanus *in Tract. tibus de Cardinalibus*, Sebastianus Cæsar *in select. de Ecclesiast. Hierarch.* Palcotus *de Sacro Consistor.* Bagnus *de dignitatibus S.R.E.* & Diana *loco relato.* Vide & Gauantum *in Manual. Episcopor. verbo Cardinalis.*

11 An Cardinales ex Religionibus assumpti possint exercere munus Patrinorum in Baptismo, dixi supra verbo *Baptismus num.* 1. De excommunicatione quam incurrunt illos hostiliter insequentes verbo *Bulla Cœnæ num.* 31. De Sacris Congregationibus eorumdem DD. Cardinalium, earumque authoritate infra verbo *Sacra Congregatio.* An eorum palatia gaudeant Immunitate Ecclesiastica infra verbo *Immunitas Ecclesiarum num.* 2.

CASVS RESERVATI REGVLARIVM.

SVMMARIVM.

Vnde hoc nomen Casus. num. 1.
Quid nomine Casuum reseruatorum intelligatur. ibid.
In quibus potestas eos reseruandi residеat. ibid.
Quid de Casibus Episcopis reseruatis. num. 2.
An dentur Casus illis reseruati de Iure, aut solum ex consuetudine. ibid.
Qui Casus pro reseruatis habendi. num. 3.
An Casus abortus Episcopo reseruetur. num. 4.

An

An Confessarij virtute Priuilegiorum absoluere possint pœnitentes intra, vel extra Italiam à Casibus Ordinario loci reseruatis. ibid.
Quid, quando aliquos tantum reseruant. num.5.
Quid de Casibus Prælatorum Regularium ipsismet reseruatis. num.6.
An faciliter concedenda sit licentia absoluendi ab ipsis. num.7.
An Superiores Regulares determinare possint pœnitentias graues à Confessarijs imponendas quibusdam peccatis, etiam non reseruatis. num.8.
Regulæ generales pro Casuum reseruatione. num.9.
An expediat peccata venialia de facto reseruari. num.10.
Quid de peccatis dubijs sentiendum est. ibid.
An peccata mortalia aliàs ritè confessa cadant sub reseruatione. n.11.
Quando peccata intelligantur reseruata. num.12.
Casuum reseruatio debet restringi. num.13.
Quid sentiendum de percussione dubia Clerici, an sit leuis, vel grauis. num.14.
Ad quos Casuum reseruatio spectet. num.15.
An qui possunt sibi reseruare casus, possint etiam reseruare peccata, & censuras. ibid.
An valida sit Casuum reseruatio absque legitima causa. num.16.
Quando contingat Casus reseruatos cessare à reseruatione. num.17.
An liceat Superioribus Regularium subditorum Confessiones audire, & illos tam à reseruatis, quàm à non reseruatis absoluere. num.18.
Quid faciendum Superiori, quando non poterit, vel noluerit, Confessionem integram pœnitentis ad se venientis audire. num.19.
An teneatur Prælatus ad sigillum Confessionis, quando audiuit aliquem casum ratione Confessionis. ibid.
Quid faciendum est pœnitenti, quando illi molestum est manifestare peccatum reseruatum suo Superiori. num.20.
An liceat Superiori solum Confessionem pœnitentis audire de reseruatis, & remittere illum, vt de alijs alij confiteatur. num.21.
Quid facere debeat Confessarius cum audit casus reseruatos, quorum facultas absoluendi ipsi non est. num.22.
An teneatur Confessarius ex charitate adire Superiorem ad exigendam facultatem pro reseruatorum absolutione. num.23.
Quid faciendum, si illi à Superiore denegetur. ibid.
Quibus casibus deneganda est à Superioribus similis absoluendi facultas. ibid.
Quænam diligentia adhibenda sit, quando Superior distat à partibus, vbi pœnitens est cum casu reseruato. num.24.
Quid, quando pœnitens ligatus est excommunicatione. ibid.

An absolutio à reseruatis extra articulum mortis, sit valida. num. 25.
Aduertentiæ circa illos, qui facultatem habent absoluendi à casibus reseruatis. num. 26.
An tales dispensent, vel commutent vota, &c. num. 27.
Cui conceditur facultas absoluendi à Casibus Papalibus non conceditur à casibus Bullæ Cœnæ. num. 28.
Nec cui conceditur facultas à casibus Bullæ Cœnæ conceditur ab hæresi. ibid.
An habens casum reseruatum, & illius obliuiscens in Confessione censeatur absolutus. ibid.
Facultas absoluendi à reseruatis, an extendatur ad futura. ibid.
Qui habet facultatem delegatam absoluendi ab omnibus reseruatis, an possit illam subdelegare. num. 29.
Quid declaratum est à Sacra Congregatione pro casibus ab Episcopis reseruandis. num. 30. & 31.
De casibus, qui inter Regulares reseruari possunt, remissiuè. num. 32.

1 CASVS dicitur *à cadendo*, vt ait Siluester *in Summa verbo Casus num.* 1. Et quia aliquis potest cadere in peccatum, & in censuram, ideo vtrumque dicitur casus. Illi autem casus dicuntur reseruati, qui absolui non possunt à quocunque, etiam Confessario, sed ab eo duntaxat, qui eos reseruauit, successoribus, vel Superioribus ipsius, & quibus ipsi ad id facultatem delegant. Suarez 4. *tom. in* 3. *part. disp.* 30 *sect.* 1. *à principio.* Est enim de fide potestatem esse in Ecclesiam reseruandi casus, prout habetur in Concil. Trident. *sess.* 14. *can.* 7. & *ead. sess. can.* 11. & contra Vuiclephum ostendit Vualdensis *tom.* 2. *de Sacrament. cap.* 149. Hæc verò potestas residet, non solum in Summo Pōtifice, sed etiam in Episcopis, & alijs Prælatis iurisdictionem quasi Episcopalem Ordinariam, vel Delegatam habentibus. Vnde casus reseruati alij sunt Papales, alij Episcopales. Papales, qui Papæ reseruantur, quales sunt illi de quibus in Bulla Cœnæ, & alij de quibus in discursu operis dicitur. Episcopales verò, qui solis Episcopus reseruantur. Inter quos numerantur illi quos Prælati iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, quales sunt Prælati Regulares, sibi reseruant. De quibus omnibus sigillatim est dicendum.

2 Et primò, loquendo de casibus Episcopalibus, plures Doctores volunt alios esse de iure ipsis reseruatos, & alios solum ex consuetudine, vel expressa eorum reseruatione. De his posterioribus postea dicetur. De prioribus verò numerantur, vt ait Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *num.* 262. communiter quatuor, quinque, aut sex, sed communius hi quinque: Primus, peccatum, quod à iure habet annexum publicam

pœ-

pœnitentiam. Secundus, id quod habet annexam excommunicationem maiorem. Tertius, quod habet annexam irregularitatem. Quartus, peccatum incendiarij. Quintus, publica blasphemia. Hos refert Suarez 4.*tom.in* 3.*part.disp.*29.*sect.*3.*à num.*6. Sed merito ipse Suarez *ibidem*, quem sequuntur Fagundez *in* 2.*Eccles.præcept.lib.*8.*cap.*2. Peirinis *tom.*1.*Priuilegior.Minimor. in constit.Pyrrhi* §.8 *num.*38, & alij, dicunt ex solo iure communi nullum esse casum Episcopis reseruatum. Probant hoc, quia Extrauagans Bonifacij VIII. *Super Cathedram*, ex qua id deduci videtur, reuocata est in Clement. *Dudum de Sepulturis* per Clement. V. Sed hoc non est verum, quia in dicta Clement. *Dudum* non reuocatur ista Extrauagans *Super Cathedram* Bonifacij VIII. sed potius innouatur, propterea enim de verbo ad verbum refertur in ea, vt legenti patebit, & habet Glossa in titulo dictæ Extrauagantis. Alia ergo Extrauagans Benedicti XI. est quæ ibi reuocatur, vt dixi supra verbo *Canonica portio num.*8. Melius ergo id probari potest, quia casum aliquem propriè esse reseruatum Episcopis à iure, est in iure reperiri aliquem textum, qui reseruet illum: nullus autem textus talis datur, illi enim, qui à Summistis referuntur, vel solum supponunt dari aliquos ex prædictis casibus Episcopis reseruatos, quod sufficienter intelligi potest propter consuetudinem, quæ erat illis temporibus illos reseruandi, vel solum loquuntur, quoad pœnam aliquam pro illis in foro contentioso infligendam, vt discurrenti constabit. Vide Suarez, & Fagundez *locis relatis*. Barbosam *de offic.& potest.Episc. Allegat.*51 *num.*2. & Ludouicum à Cruce *in Exposit.Bullæ Cruciatæ disp.*1.*cap.*3.*dub.*2. Qui rectè notat, quod cum casus aliquis est per se reseruatus Papæ, & solum pro aliquo casu particulari commissus Episcopo, vt contingit in percussione Clerici, iuxta dicenda infra verbo *Clericus à num.*12. & constat ex decreto Concilij Tridentini *sess.*24. *cap.*6. tunc ille casus potius dici debet delegatus Episcopo, quam reseruatus ipsi.

3 Referri autem solent plures alij casus Episcopis ex consuetudine reseruati. Quia tamen illi varij sunt, nec authores in eis referendis conueniunt, vt videre est apud Angelum, & Siluestrum *in Summa verbo Casus*. Medinam *in Summa lib.*1.*cap.*10.§.3. Toletum *lib.*3.*cap.*14. & alios: neque hæc consuetudo generalis, aut eiusdem modi in omnibus Episcopatibus videtur esse. Ideo, quando de hac consuetudine in singulis Episcopatibus certò non constat, solum habendi sunt pro reseruatis illi quos specialiter, & expressè ipsi Episcopi reseruant. Peirinis *supra num.*40. Ludouicus à Cruce *supra dicto dub.*2.*num.*14.

4 Addendum est, casum abortus esse Episcopis reseruatum, quia vt dixi supra verbo *Abortus num.*7. hunc casum aliàs ex Constitutione

Sixti V. Papalem Gregorius XIV. fecit Episcopalem, dum præcepit, quod in illum cadẽtem solum absoluere possit Confessarius *ad hos casus specialiter per loci Ordinarium deputatus*. Ex hoc enim denotatur hunc casum Episcopis, & Confessario ab ipsis specialiter ad eum deputato reseruatum esse. Vnde inter casus Episcopales hunc solum refert noster Reuerendiss. Theodorus Stratius *in Instruct. pro Carmelit. cap. 7. num. 8. & 9.* Vide tamen dicenda inferius *num. sequent.*

4 Ex quo ad praxim Confessariorum, præsertim Regularium, inferri debet, quod cum iuxta dicta *tom. 1. cap. 19. num. 17.* nulli Confessarij siue sæculares, siue Regulares, etiam virtute quorumcunque priuilegiorum absoluere possint pœnitentes nec intra, nec extra Italiam à casibus Ordinario loci reseruatis, propter decreta, & declarationes Sacræ Congregationis *ibi, & num. 15. & 16.* præcedentibus relata, quæ etiam refert Ludouicus à Cruce *in Exposit. Bullæ Cruciat. disp. 1 cap. 3. dub. 5.* hoc non debet intelligi de casibus, qui dicuntur a iure Episcopis reseruatis, quia nulli tales sunt, vt dictum est, sed de ijs, quos ipsi expresè reseruant, aut reseruabunt, ac de illis (si qui forsan fuerint) quos certò constaret consuetudine antiqua in eo Episcopatu reseruari solitos, iuxta dicta. Idem dico de casu abortus cum Reuerendiss. nostro Stratio relato. Licet aliqui, iuxta dicta *supra* verbo *Abortus num 7.* dicant hunc casum non comprehendi dictis decretis, quia in illis solum est sermo de casibus, quos Ordinarij sibi expresè reseruant, hic verò casus non est talis, saltem necessariò, sed est illis iure Põtificio reseruatus.

5 Similiter quoad praxim eorumdem Confessariorum quoad casus Episcopales reseruatos, illud spectat, quod cum Ordinarij expresè aliquos casus tantum sibi reseruauerint, credere debent nullum alium casum in ea Diœcesi ex consuetudine reseruatum esse, quia si talis esset, eum ipsi Ordinarij deberent exprimere. Casum abortus excipio, quia vt dixi à Papa est Ordinario reseruatus, iuxta dicta.

6 Loquendo autem de casibus Prælatis Regularium actu reseruatis, cum ea res ad factum pertineat, nihil certi affirmari potest, sed quod iuxta Religionum diuersitatem diuersi quoque casus reseruati sint. Quoad ius verò reseruandi illos, posse eos reseruari, sed non omnes (etiam quoad censuras duntaxat) sed quosdam specialiter determinatos à Clemente VIII. constat ex dictis *tom. 1. cap. 18. nu. 19. 20. & 21.* Non tamen propterea teneri subditos confiteri sua peccata suis Superioribus, & quid dicendum in casu quo Superior negaret Confessario facultatem absoluendi à reseruatis, & de alijs ad hoc spectantibus, dixi eo *cap. 18. num. 29. & cap. 19. num. 29. 36. & 37.* Quibus addendum, vel pro maiori explicatione, primò, quod quamuis prædictus Clemens VIII. in dictis decretis præscribat numerum casuum reseruabi-

uabilium inter Regulares, non tamen propterea reuocat casus antiquos in Religionibus per Regulam, vel Constitutiones aliàs reseruatos. Nullum enim Verbum est in prædictis decretis quo denotetur talis reuocatio, potius ex ipsis constare videtur mentem ipsius esse solum prohibere reseruationes, veluti ab homine factas, seu faciendas à Prælatis, non eas, quæ sunt veluti à iure Regulæ, vel Constitutionum. Sic enim ibi dicitur: *Sanctitas sua decreuit, vt nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi reseruet exceptis iis, quæ sequuntur, &c.* Ecce quomodo non reuocat reseruationes, quæ in Regulis, vel Constitutionibus continentur. Sed eas, quas Prælati sibi facere soliti erant. Hæc dixerim contra Peirinis *tom 2. Priuilegior. Minimor. in Constit. 10. Vrbani num. 12. & tom. 2. de Prælato quæst. 3. cap. 2. num. 34.* oppositum asserentem.

7 Secundò, quod licet regulariter loquendo Superior potius se facilem, quam difficilem in concedenda facultate absoluendi à reseruatis debeat exhibere, tum quia moraliter loquendo minus periculi est in cõcessione, quam in negatione illius, tum quia cum reseruatio sit quædam medicina rigorosa potius temperari, quam augeri debeat, nihilominus non semper tenetur hanc facultatem concedere, quia aliàs nullius momenti esset reseruatio, præsertim si id iudicet conueniens bono communi, aut conscientiæ pœnitentis. Candidus *tom. 2. Disquisit Moral. disquis. 24. art. 68.* Lugo *de Sacrament. Pœnit. disp. 20. sect. 4. num. 41.* Casu tamen quo Confessarij designati à Superioribus pro singulis Conuentibus (prout debet fieri, iuxta decreta eiusdem Clementis VIII. & dicta eo *cap. 18. num. 29.*) iudicauerint conueniens, quod sibi detur talis facultas debent illam dare, & si non dent, possunt pro illa vice eos absoluere, iuxta dicta eo *cap. 18. num. 29. & cap. 19. num. 36. & 37.* Cui doctrinæ concinit declaratio Visitationis Apostolicæ, quæ die 13. Martij 1601. ad instantiam Custodis Fratrum Reformatorum S. Francisci Prouinciæ Romanæ, declarauit, quod si casus occurrerit singularis pro cuius absolutione quicunque Confessarius ex deputatis institerit, debeat Superior prompto animo facultatem huiusmodi concedere: si tamen neget, Sanctiss. D. intendit posse Confessarium, licitè ab eo casu absoluere. De quo Ludouicus à Cruce *supra dicta disp. 1. cap. 3. dub. 3. præsertim num. 8.* Nota tamen verbum illud *illa vice* positum in prædictis decretis Clementis VIII. idem valere, ac *vna vice tantum*, prout illud intelligit Tamburinus *de Iure Abbatum tom. 2. disp. 13. quæst. 8. num. 4.* etsi Alfonsus Leo *in Tract. de offic. & potest. Confessar. tom. 2. recollect. 6. num. 178.* de hoc dubitet.

8 Possunt autem dicti Superiores Regulares determinare pœniten-

tias graues quibusdam peccatis, etiam non reseruatis, à Confessarijs imponendas. Ita enim habetur ex dicto decreto Clement. VIII. prout retuli eo *cap.19. num.36.* & affert Naldus *in Summa verbo Casus reseruatus num.2.* Et ratio est, quia cum Superiores sint Ordinarij Iudices in illa causa, sicut possunt eam non committere, ita dum committunt, possunt præscribere modum, taxando pœnitentiam, &c. Idem Ludouicus *supra dub.4.* Addit ibidem, posse in aliquo casu Superiorem obligare pœnitentem ad comparendum coram ipso, non obstante, quod à Confessario ex facultate ipsi concessa absolutus sit. Contrarium tamen videtur menti Pontificis in illis decretis, nisi forsan pro casu aliquo raro. Vide alia locis relatis.

9 Nunc iam aliquæ regulæ generales assignandæ sunt pro casuum reseruatione. Prima, est iuxta dicta illo *cap.18. num.19.* nullum peccatum merè internum est reseruatum de facto. Ratio est, quia cum Ecclesia non iudicet de internis, nec etiam punit, aut reseruat illa. Henriquez *lib.6. cap.14. num.6.* Posse autem id fieri, communiter recipitur à Theologis, quia nulla ratio est cur Prælatus Regularis v.g. pro maiori obseruantia suæ Religionis non possit id facere. Suarez *tom.4. in 3.part. disp.29 sect.3.* Regulariter autem loquendo, nec expedit id facere, nec prudenter fieret. Non solum, quia esset contra vsum Ecclesiæ, sed etiam, quia cum actus interni difficilè cognoscantur, durum esset, & scrupulis obnoxium, illos reseruare. Ludouicus à Cruce *supra dicta disp.1. cap.3. dub.1. num.17.*

10 Similiter dicendum, iuxta dicta eo *cap.18. num.19.* peccata venialia de facto non reseruari, nec expediens esse, vt reseruentur à quocunque Superiore. Tum quia facilè committuntur, nec sunt materia necessaria confessionis, & quilibet Sacerdos ex vi suæ Ordinationis habet facultatem ad absoluendum ab illis: tum quia durissimum esset obligare ad confitendum illa. Suarez *supra.* Laymanus *lib.5. tract.6. c.12. num.3.* Imò etiam peccata, de quibus dubitatur, an sint mortalia, vel venialia, reseruari non posse, vel non fieri debere, probabile est. Comitolus *in respons. Moral. lib.1. quæst.34. num.3.* An verò possint venialia reseruari, plures affirmant, saltem de Summo Pontifice loquentes. Bonacina *de Sacrament. disp.4. quæst.7. punct.5. §.1. num.3.* Vnde infer, quod faciens aliquod opus externum, quod de se non est sufficiens ad peccatum mortale, etiam dato, quod intentio esset mortaliter peccaminosa, talis non incideret in casum reseruatum. V.g. si sit casus reseruatus loqui cum Monialibus, qui pauciſſima verba cum ipsis loqueretur, etiam si intentio esset inhonesta, non incurreret casum reseruatum, quia reseruatio requirit opus externum peccaminosum mortaliter. Bonacina *supra num.4.*

11 Nec

11 Nec etiam cadunt sub reseruatione peccata mortalia aliàs ritè confessa, tum quia durissimum quoque esset ad hoc obligare subditos, tum etiam, quia illa non sunt materia necessaria confessionis, & ideo, ad illa accipit quilibet Sacerdos ex vi suæ Ordinationis potestatem. Peirinis *tom.2.de Prælato quæst.3.cap.2.num.5.*

12 Similiter peccata, quantumuis mortalia non intelliguntur reseruata, nisi quando completa,& consummata sunt. Ratio est,quia crimen non intelligitur,nisi sit consummatum,iuxta *ca.hæc autem dist.1. de pœnit.* iuncta Glossa *ibidem*, & verba debent intelligi cum effectu *l.1.§.hæc verba ff.quid quisque iuris*,maximè in materia odiosa,qualis est præsens reseruationis.Bonacina *supra*. Laymanus *supra*. Vnde si incestus sit reseruatus,si non fiat cum effusione seminis (prout continget inter impuberes)non censebitur tunc reseruatus.Finelius *de casibus reseruatis cap.5. num.4.* Floronus *de casibus reseruatis part.1. cap.1.num.34.*Quando tamen attentatio ipsa criminis expressè reseruatur, non requiritur opus consummatum, & completum, sed sufficit inchoatum. Laymanus *ibid.*Peirinis *supra num.9.*

13 Casuum reseruatio,cum habeat quamdam rationem pœnæ, quæ est odiosa,restringi debet. Vnde in hac materia non spectatur paritas rationis, nec argumentum à simili, ab æquipollenti,à maiori, &c. Reseruatio enim pendet ex voluntate sola reseruantis. Naldus *in Summa verbo Casus reseruatus num.3.*

14 Hinc in dubijs non est censendus aliquis incidisse in casum reseruatum,quia reseruatio est materia odiosa,& restringi debet. Naldus *ibid.* Excipe primò casus Bullæ Cœnæ, quoad absolutionem dandam per Confessarios virtute priuilegiorum per vniuersam Italiam extra Vrbem in terminis decreti Clementis VIII. quod retuli *to.1. cap.19. num.15.* ibi enim dicitur non posse Confessarios prædictos absoluere *ab vllo ex casibus clarè, vel dubiè in Bulla Cœnæ contentis*. Naldus *ibid.* Excipe secundò, quando dubium esset, an percussio Clerici esset leuis,vel grauis,tunc enim credendum est esse grauem, iuxta Extrauagantem quandam, quam refert Nauarrus *in Manual.cap.27.num.91.* Naldus *ibid.*Hinc collige,quod in dubio,an casus sit reseruatus præsumi debet non reseruatus, & ab eo potest quis absolui tamquam à non reseruato. Portellus *in Dub.Regular.verbo Casus reseruati num.7.* ex Sa,& Suarez. Excipe,vt dixi,casus adductos.

15 De Prælatis potrò, qui possunt casus reseruare,dicendum eos esse non solum Generales,& Prouinciales,vt de se constat, sed etiam Prælatos immediatos,scilicet Priores,Guardianos,&c.Ratio est,quia omnes isti habent iurisdictionem quasi Episcopalem supra subditos, & sunt Prælati Ordinarij, consuetudine etiam ita habetur, & priuilegio

Ale-

Alexandri VI. pro Minoribus, quod refert Cassarubius *in Compend. Priuileg. Mendicant. verbo Absolutio Ordinar. quoad Fratres nu.* 17. Suarez 4. *tom. de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 14. Peirinis *supra num.* 11. Si tamen Constitutionibus Religionum hæc facultas Prælatis immediatis ablata sit, prout de Guardianis Minorum refert idem Cassarubius, standum est dictis Constitutionibus. Qui autem possunt sibi reseruare casus, possunt etiam reseruare tam peccata, quàm censuras, nisi aliquod istorum sit illis prohibitum, quia eadem est ratio de vtrisque. Licet autem regulariter saltem loquendo, nullum peccatum reseruetur à Papa, quod non habeat annexam censuram, vt habent Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *nu.* 261. Toletus *in Summa lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 2. Episcopi tamen, & alij Prælati inferiores, & Regulares solent peccata sola sine censuris reseruare. Toletus *ibid. num.* 3. Ludouicus à Cruce *disp.* 1. *cap.* 3. *dub.* 1. *num.* 27.

16 Reseruatio casuum non fit licitè sine legitima causa, tum quia est onerosa subditis, & reddit illis difficilem peccatorum confessionem, tum quia per eam tollitur ius, quod alij habebant ad absoluendum à peccatis, quæ reseruantur, Ludouicus à Cruce *supra num.* 18. & 19. Valida tamen est etiam sine legitima causa facta, non solum loquendo respectu Confessarij, à quo Prælatus per reseruationem casus aufert facultatem absoluendi ab illo, sed etiam respectu Prælati inferioris, à quo similiter eam aufert Prælatus Superior, quando illum reseruat. Vtroque enim casu reseruans vtitur iure suo, respectu quidem Confessarij limitando facultatem illi delegatam, quæ ab ipso dependet, respectu verò Prælati inferioris, quia etsi is habeat auctoritatem ordinariam, est tamen subordinata Prælato superiori. Suarez 4. *tom. in* 3. *par. disp.* 19. *sect.* 4. *num.* 8. Fagundez *in* 2. *præcept. Eccles. lib.* 8. *cap.* 1. *num.* 25. Nota tamen oppositam sententiam probabilem esse, quia cum potestas Prælatorum data sit in ædificationem, non in destructionem, si non est rationabilis causa ad reseruandum casus, videtur esse in damnum subditorum, ac per consequens inualidè fieri. Finellus *de casibus reseruatis cap.* 4. *num.* 4. Peirinis *dicto tom.* 2. *de Prælat. quæst.* 3. *cap.* 2. *num.* 7. Illud autem certum, quod in dubio, an Superior ex causa rationabili casus reseruauerit, illam habuisse credendum est. Vasquez *tom.* 4. *in* 3. *part. quæst.* 91. *art.* 3. *dub.* 4. *num.* 4. Peirinis *supra*.

17 Casus reseruati cessant, aut tolluntur, primò ob mortem reseruantis, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 19. ex Sa, & Quaranta ibi relatis. Quod tamen intellige de casibus per simplicem ordinationem, & ab homine reseruatis, quia reseruati à Synodo, vel per Constitutionem, aut Statutum, quia sunt veluti à iure, durant etiam post mortem Legislatoris. Zerola *in praxi verbo Casus reseruati ad* 4. Gauãtus *in Manual. Episcopor.*

scopor. verbo Casus reseruati num. 16. Secundò, si reseruans renunciat Officio, priuatur illo, vel suspenditur, aut declaratur excommunicatus. Naldus *in Summa verbo Casus reseruatus num.* 10 Vbi tractat, quid sentiendum, si reseruans assumitur ad Papatum, vel quod idem videtur, si reseruans qui erat Prouincialis fit Generalis. Tertiò, authoritate Superioris illius Prælati, qui eos reseruauit; vt si Prior reseruat casus, potest illos tollere Prouincialis, habet enim auctoritatem supra illum. Quartò, mutatione domicilij habentis casum reseruatum, si enim aliquis commisit aliquod peccatum reseruatũ in vna Prouincia, vel Conuentu, & transeat in aliam, vel alium, vbi talis casus non est reseruatus, dum ibi moratur, cessat reseruatio illius casus, & ibi potest absolui à quocunque Confessore. Ratio est, tum quia reus iudicari solet iuxta leges, & consuetudines loci in quo reperitur, tum quia consuetudine satis cõformi pietati introductum est, vt quisque possit absolui ab omnibus, à quibus possunt absolui incolæ. Suarez *supra disp. 30. sect. 1. num.* 4. Portellus *verbo Casus reseruatus nu.* 16. Fagundez *in 2. præcept. Eccles. lib. 8. cap. 8. num.* 22. Quod præcipuè procedit in Religiosis, qui regulariter loquendo subditi fiunt Conuentuum, in quibus hospites morantur, Portellus *supra.* Peirinis *supra nu.* 24. Addens *nu.* 25. etiam id esse verum, quando Religiosus ad illum Conuentum perrexisset malitiosè, vt à dicto casu reseruato absolueretur. Addit Medina *in Instruct. Confess. cap.* 10. §. 3. quod approbare videtur Fagundez relatus, etiam Religiosos euntes ad alium Conuentum, vt statim regrediantur ad suum, posse in illo absolui à casu reseruato in suo Conuentu ex priuilegijs Mendicantium, & consuetudine. Sed ego non video tale priuilegium, aut consuetudinem, nisi pro casu quo transitus ad illum Conuentum esset factus bona fide, non verò ad illudendum reseruationi, iuxta dicenda infra verbo *Confessarius num.* 19. Quintò, tolluntur per ablationem censuræ, quæ est annexa talibus casibus reseruatis, vt enim dixi supra verbo *Bulla Cruciatæ nu.* 21. ablatis censuris casuum reseruatorum, iam peccata non manent amplius reseruata, ita vt postea possint à quocunque Confessario absolui. Et quamuis hoc solum sit certum in casibus Papalibus, quia illi, vt dixi supra, regulariter loquendo habent annexam censuram, nihilominus idem credo dicendum in casibus tam Episcopalibus, quam aliorum Prælatorum, quia etsi plures ex illis sine censura reseruentur, de ijs tamen, qui reseruantur cum illa, videtur esse eadem ratio, ac de Papalibus. Et ita hanc doctrinam admittit Ludouicus à Cruce *supra cap. 3. dub. 1. num.* 27. loquens de casibus Episcopalibus. Sextò, tolluntur, aut cessant casus reseruati per absolutionem. Quod, quia multis modis contingere potest, & est valdè necessarium pro pluribus casibus

sibus quoad praxim occurrentibus, diligentiùs examinandum restat.

18 Et primò, si pœnitens v. g. Religiosus adeat Superiorem, cui casus reseruatus est, potest Superior illius confessionem audire, & absoluere tam à casu reseruato, quàm ab alijs non reseruatis, si illos habeat. Etsi enim, iuxta prædicta decreta Clementis VIII. Superioribus non liceat Regularium subditorum confessiones audire, id tamen limitat ipsemet Pontifex dicens: *Nisi, quando peccatum aliquod reseruatum admiserit, aut ipsimet subditi sponte, ac proprio motu id ab ijs petierint.* Quæ duo in præsenti casu concurrunt. Hic autem modus absoluendi à casibus reseruatis conueniétissimus est, vt ait Laymanus *lib. 5. tract. 6. cap. 12. num. 8.* Vbi nota, quod si tunc pœnitens confitens sua peccata Superiori velit confiteri omnia reseruata, & obliuiscatur alicuius, tunc ille casus cessat esse reseruatus, & ideo potest illum Confessori Ordinario confiteri, propter dicenda infra *num. 28* & verbo *Iubilæum num. 17.* Portellus *supra num. 9.*

18 Si autem noluerit, vel non potuerit Superior confessionem integram pœnitétis ad se venientis audire, poterit illum interrogare, etiam extra confessionem, de casu reseruato quem habet, & si eum explicet, vel concedat illi facultatem, vt absoluatur ab aliquo Confessario, quod etiam est satis conueniens, vel absoluat eum à censura, si talis casus eam habet annexam, & imposita salutari pœnitentia dimittat, vt absoluatur ab alio Confessario tam à peccato reseruato, quàm à non reseruatis. Laymanus *supra*. Quo casu certum est teneri Prælatum ad sigillum Confessionis de illo casu sibi manifestato. Quia sigillum Confessionis non solum est de peccatis auditis in confessione, sed etiam de illis, quæ audiuntur ratione confessionis. Graffius *in decis. aur. lib. 1. cap. 13 num. 73.* Peirinis *supra num. 15.*

20 Si verò pœnitenti graue, vel molestum fuerit manifestare peccatum reseruatum, quod habet, suo Superiori, saltem extra confessionem, tunc remittat eum ad aliquem Confessarium, qui eum absoluat ab illo reseruato, & ab alijs non reseruatis, vt dictum est. Quod debet facere Prælatus ex lege charitatis quoties id iudicat conueniēs pro salute animæ subditi, maximè si timeat ipsum aliàs peccatum reseruatum non confessurum. Sotus *in 4. dist. 28. quæst. 2. art. 5. vers. circa tertium.* Henrriquez *lib. 6. cap. 15. num. 6.* An verò teneatur semper id facere, postea dicetur.

21 Addunt non pauci Doctores eo casu quo pœnitens adit Superiorem cum casu reseruato, posse audire confessionem ipsius solum de reseruatis, & absoluere sacramentaliter ab ipsis, ac remittere ad alium Confessarium, vt eum audiat de non reseruatis, & ab illis, etiam sacramen-

mentaliter abſoluat. Sed hæc ſententia, nullatenus admittenda eſt, nec à bonis, & doctis Prælatis eſt in vſu recepta. Cum enim integritas cõfeſſionis ſit de iure diuino, nullo pacto admitti debet, vt propter ſolam voluntatem, aut aliqualem commoditatem Prælati dimidietur. Portellus *ſupra num.* 21. Laymanus *ſupra num.* 8. §. *verum extra caſum.* Bonacina *de Sacrament. diſp.* 5. *quæſt.* 7. *punct.* 5. §. 3. *num.* 1. Lugo *de Sacrament. Pœnitent. diſp.* 20. *ſect.* 6. poſt Silueſtrum, Rodriguez, Suarez, Henrriquez, Coninch, & alios. Vnde Fagundez *in* 2. *Eccleſ. præcept. lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 16. dicit Superiorem ſic facientem peccare mortaliter, & talem abſolutionem ſacrilegam, & inualidam eſſe. Admitti tamen poteſt, quod in caſu præciſæ, & grauis neceſſitatis, videlicet, quando ob iuſtum, & graue impedimentum, Superior non poteſt audire integram confeſſionem pœnitentis, & expediens non iudicat illum remittere ad alium Confeſſarium, & vrgeat neceſſitas confitendi, poſſit auditis in confeſſione ſolum reſeruatis, ab illis directè, & à non reſeruatis indirectè, ipſum abſoluere: tunc enim non fiet contra integritatem confeſſionis, quæ ſolum petit, vt ſit integra, quatenus moraliter fieri poteſt. Laymanus *dicto num.* 8. Lugo *ſupra num.* 78. Quo caſu non tenetur iterum alij Confeſſario confiteri peccata illa reſeruata, quæ Superiori confeſſus fuit, quia illa ſunt iam legitimè abſoluta, cum illa confeſſio fuerit formaliter, & moraliter integra, ſed ſufficit confiteatur illi ſolum non reſeruata. Lugo *ſupra num.* 82. Fagundez *ſupra num.* 7. Addens *num.* 12. iuxta ea, quæ dixi *ſupra num.* 18. quod ſi tunc ſubditus haberet plures caſus reſeruatos, & confitendo cum ſuo Superiori oblitus eſt inculpabiliter vnum illorum confiteri, ſi abſolutus eſt generaliter ab omnibus reſeruatis, illum caſum oblitum non manere iam reſeruatum.

22 Cum verò pœnitens habens caſum reſeruatum non adit Superiorem, ſed Confeſſarium, tunc Confeſſarius auditis in confeſſione peccatis tam reſeruatis, quàm non reſeruatis debet illum remittere ad Superiorem. Sic enim præcipit Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 14. *c.* 7. illis verbis: *Sacerdotes cum nihil poſſint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitentibus perſuadere nitantur, vt ad Superiores, & legitimos Iudices pro beneficio abſolutionis accedant.* Laymanus *ſupra nu.* 9. Quod enim aliqui dicunt poſſe tunc eum abſoluere à non reſeruatis, & mittere ad Superiorem pro abſolutione reſeruatorum, prorſus eſt contra integritatem confeſſionis, vt ſupra dictum eſt, & contra mentem Concilij, vt patet in verbis adductis, niſi adſit rationabilis valdè cauſa, puta neceſſitatis, de qua infra. Bonacina *ſupra num.* 5. Vincentius Candidus *tom.* 1. *Diſquiſit. Moral. diſquiſit.* 3. *art.* 4. poſt Henrriquez, Suarez, Vaſquez, & alios.

23 Si autem pœnitens molestè, aut grauiter ferat, prout regulariter cõtingit, adire Superiorem pro absolutione, tenetur ex charitate Confessarius, si potest, adire illum, & petere facultatem absoluendi à reseruatis, & ex vi illius ipsum absoluere. Regulariter autem loquendo Prælatus tenetur hanc licentiam concedere, iuxta dicta *num.* 7. maximè, quando Confessarius id iudicat conueniens, prout colligitur ex verbis Clementis VIII. *in decretis pro reseruat. casuum*, quæ retuli *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 29. Vbi inquit, quod Confessarijs in Conuentibus designatis absolutio reseruatorum debet committi, *quando casus occurrerit* (inquit Pontifex) *in quo eam debere committi ipse in primis Confessarius iudicauerit.* Et etiam si Confessarius id non iudicet, Quia moraliter, & regulariter loquendo minus periculi est in concessione, quam in negatione talis facultatis. Ludouicus à Cruce *dicta disp.* 1. *cap.* 3. *dub.* 3. *num* 9. Nihilominus, non semper tenetur id facere, si enim videat talem commissionem sæpè à se postulari, & quod propter illam Religionis disciplina relaxetur, & prudenter credat se per se ipsum remedium efficacius adhibiturum, tunc licentia alteri confitendi neganda erit. Ita Laymanus *supra nu.* 6. §. *Quæstio quarta.* Ludouicus à Cruce *supra num.* 3. Tunc autem Confessarius non absoluat pœnitentem, sed ipse pœnitens se gerat, vt dixi loco relato ex primo tomo. Nec obstat, si contra hoc dicatur, eumdem Pontificem, iuxta dicta ibidem, declarasse, quod si huiusmodi Regularium Confessarijs casus alicuius reseruati facultatem petentibus Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessarij *illa vice* pœnitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiore facultate, absoluere. Id enim intelligendum est, vt ibi dixi, pro vna vice. Ita vt illud pro *illa vice*, idem sit, ac pro vna vice tantum, prout idem verbum intellexisse videtur Naldus *in Summa verbo Casus reseruatus num.* 2. Non pro semper, quidquid dicant alij. Primò, quia si Pontifex voluisset semper id fieri, non diceret *pro illa vice*, quod est verbum coarctatiuum, & limitatiuum, sed illud omitteret. Secundò, quia sibi contrarius esset, dicit enim in eisdem decretis: *Non liceat Superioribus Regularium Confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reseruatum admiserint, aut ipsimet subditi sponte, ac proprio motu id ab ijs petierint.* Cum enim ijs verbis *illud peccatum aliquod reseruatum admiserint* condistinguat ab eo, *aut ipsimet subditi sponte, &c.* manifestè colligitur posse Prælatum in aliquo casu non dare hanc facultatem Confessarijs. Tertiò, quia aliàs parum, aut ferè pro nihilo vtilis esset reseruatio casuum in Religionibus, si enim subditi crederent, eo ipso, quod Confessarij petunt à Superioribus facultatem absoluendi ab eorum casibus, illam teneri cõcedere, & si non concedant, posse semper sine illa à Confessarijs absolui, parum certè,

aut

aut nihil curarent de tali reseruatione. Demum, hoc esset contra disciplinam Regularem, quia certum, & indubitatum est posse multos casus occurrere, in quibus Regulari disciplinæ consonum est, quod Prælatus ipse subditorum confessiones audiat. Hæc verò dixerim contra aliquos, qui dum benigni esse volunt in subditos, contrarij sunt Superioribus, & toti Communitati, quibus magis fauendum erat. Quid autem eo casu gerere debeat subditus, si illi necessarium sit communicare, vel celebrare, dixi eo *cap.* 18. *num.* 19.

24 Maius dubium est, quid faciendum in casu quo Prælatus, cui casus reseruatus est, longè distat à loco, vbi est pœnitens, qui casum reseruatum commisit, vt si v.g. aliquis in Indiæ partibus existens casum hæresis incurrat, à quo à solo Papa absolui potest, iuxta dicta in superioribus, & idem est respectiuè de alijs casibus, à quibus, nec per priuilegia Regularium, nec per Bullam Cruciatæ absolui quis potest. Et procedit difficultas in casu quo talis celebrare, vel communicare debet, ita vt si id non faciat, scandalum, vel infamia inde oriretur: nec potest se vllo modo sine mendacio excusare. Ad quod primò dicendum, quod si talis necessitas non occurrat, debet ille abstinere à communione, vel celebratione, & procurare per se, vel per alium, vel saltem per litteras facultatem à Superiore, cui casus reseruatus est, vt possit absolui à casu reseruato. Imò, si excommunicationem incurrit, abstinere debet ab omni alia communicatione in diuinis, & humanis, prout ipsa excommunicatio exigit, & quantum sine scandalo, aut infamia propria id fieri potest. Quod enim aliqui existimare videntur posse talem in eo casu celebrare, si per eum non stat quominus absoluatur, quia non habet à quo obtineat absolutionem, & alias est contritus (de quo Fagundez *de præcept. Eccles. tract. 1. lib. 3. cap. 12. num. 12*) non videtur probabile, nec placet Dianæ *part. 1. Tract. de absolut. ab hæres. resolut. 4.* Casu tamen necessitatis communicandi, vel celebrandi, ita vt si id non fiat, scandalum, aut infamia inde sequatur, inter varias Doctorum sententias illa est satis probabilis, & in praxi secura, quod potest, & tenetur confiteri sua peccata tam reseruata, quàm non reseruata Confessario habenti facultatem absoluendi à non reseruatis, & tunc absolui à non reseruatis directè, à reseruatis verò indirectè, cum onere tamen procurandi absolutionem à Superiori, cui casus sunt reseruati, & sic communicare, vel celebrare. Ratio est, quia etsi Confessarius ordinarius non possit absoluere à reseruatis, iuxta doctrinam Concil. Trident. supra traditam, quia tamen potest absoluere à non reseruatis, & ex alia parte occurrit pœnitenti necessitas grauis communicandi, vel celebrandi, vt supponitur, propter vitandum scandalum, & iacturam suæ famæ, ideo in tali casu præsumitur pia mater Ecclesia consentire, quod

absol-

absoluatur, etiam à reseruatis. Bonacina *dicta disp.4. quæst.7. punct.5. §.3. num.6.* Naldus *in Summa verbo Bulla Cœna num. 62.* Portellus *supra num.22.* post plures alios quos referunt. Extenditur hoc etiam ad casum quo ille pœnitens esset ligatus excommunicatione, tum propter eamdem rationem, tum etiam, quia etsi verum sit, quod excommunicatio arceat hominem à Sacramento pœnitentiæ, hæc tamen prohibitio cessat in hoc casu, quia lex de vitando scandalo, & iactura famæ præfertur cuicunque legi Ecclesiasticæ. Tum præcipuè, quia *in cap. eos qui de sentent. excommunicat. in 6.* declaratur, quod tam in periculo mortis, quam dum adest impedimentum legitimum comparendi coram Superiore potest quis absolui à censura, cum onere comparendi, quam primum potuerit. Bonacina *ibidem num.8.* Naldus *ibidem*. Portellus *ibidem*, post alios. Supponunt autem communiter Doctores sic absolutum indirectè à casibus reseruatis teneri quam primum obtinere directam ipsorum absolutionem à Superiore, cui sunt reseruata, vel coram ipso comparendo, vel ab eo impetrando facultatem ad recipiendum absolutionem ab alio, postulando id per se, vel per litteras, aut libellum supplicem, proprio nomine suppresso, prout fit in Pœnitentiaria. Si autem id non faciat, peccat mortaliter. Addit Portellus *supra* ex Nauarro, talem absolutum à non reseruatis adeuntem Superiorem teneri solum ad confitendum illi reseruata.

25 Absoluens à casibus reseruatis extra articulum mortis, vel extra prædictum casum vrgentis necessitatis, non solum grauissimè peccat contra præceptum Superioris reseruantis, sed etiam absolutio est nulla, ob defectum iurisdictionis. Incurrit etiam in aliquibus casibus excommunicationis sententiam, iuxta dicta *tom.1. cap.19. num.43. & supra verbo Bulla Cœnæ num.57.* Confessarij etiam, virtute Indultorum, seu priuilegiorum absoluentes ab aliquo casu ex designatis à Sacra Congregatione sub Clemente VIII. anno 1601. iuxta moderationem tamen ab eadem Sacra Congregatione factam anno 1602. quæ retuli *tom.1. cap.19. num.15.* incidunt in pœnas excommunicationis latæ sententiæ, priuationis Officiorum, & Dignitatis, aut Beneficiorum, & inhabilitatis ad quæcunque Officia, Prælaturas, & Beneficia, soli Papæ reseruatas. Vide has declarationes apud Quarantam *in Summa Bull. verbo Casus reseruat.* & Barbosam *de offic. & potest. Episcop. Allegat.50. propè finem*. Et nota, inhabilitatem ad audiendas confessiones, quæ posita erat in declaratione anni 1601. sublatam esse in declaratione anni 1602. Quod non animaduertit Peirinis *supra nu.18.* vbi loquitur de his pœnis. Vide & Fagundez *in 2. præcept. Eccles. lib.8. cap.1. num.29.* Pro alijs etiam pœnis, quas incurrunt absoluentes à casibus

sibus reseruatis sine facultate, vide Thesaurum *in praxi part.* 2. *verbo Absoluens à casibus reseruatis cap.* 3.

26 Circa eos autem quibus delegatur facultas absoluendi à casibus reseruatis, primò animaduertendum, quod etsi, iuxta plurium sententiam, cui delegata est facultas absoluendi à casibus non debeat intelligi delegata facultas absoluendi à censuris, quia censuræ, vt ipsi dicunt non sunt casus, sed pœnæ casus, sic enim colligunt ex Nauarro *in Manual. cap.* 27. *num.* 261. Graffio *in decis. aur. lib.* 1, *cap.* 13. *nu.* 63. & alijs. Nihilominus oppositum est mihi satis probabile, prout tenent Suarez *tom.* 5. *de Censur. disp.* 7. *sect.* 4. *num.* 13. & Portellus *supra num.* 4. Nisi ex circunstantijs antecedentibus, vel consequentibus aliud colligatur. Tum quia ipsæ censuræ, etiam si sint pœnæ, etiam comprehenduntur nomine casus, & in communi modo loquendi, sicut homo dicitur cadere in peccatum, sic dicitur cadere, seu incidere in excommunicationem. Tum etiam, quia cum in Concilio Tridentino *sess.* 24. *cap.* 6. detur facultas Episcopis absoluendi à casibus occultis, ex communi omnium sententia ibi per casus intelliguntur tam peccata, quàm censuræ illi annexæ. Nec obstat, quod dicunt id esse solum verum in casibus Papalibus, quibus regulariter semper est annexa censura. Etsi enim id ita sit, iuxta dicta in superioribus, nihilominus ex hoc habetur nomen casus tam ad peccata, quàm ad censuras extendi. Qui ergo habuit à Superiore auctoritatem absoluendi à casibus, habuit etiam absoluendi à peccatis, & censuris, nisi aliud, vt dixi ex circunstantijs colligatur.

27 Illud autem est verum, quod qui delegatus est ad absolutionem casuum, non propterea accepit facultatem ad dispensandum, vel commutandum vota, vel iuramenta, quia ista non sunt casus. Nauarrus, & Graffius *supra*. Idem dicunt de irregularitatibus. Sed hoc non omnino placet, quia etiam vocari possunt casus, & homo dicitur cadere in irregularitatem. Ex alio tamen capite horum sententia videtur probabilior, eo quod irregularitas non absoluitur, sed dispensatur. Rursus est difficilis dispensationis, & ita si expressè non concedatur, non censetur concessa, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 19. Nihilominus ad circunstantias, & modum quo hæc facultas concedi solet, attendendum est.

28 Cui conceditur à Papa facultas absoluendi à casibus ipsi reseruatis, non conceditur, nisi exprimatur, à casibus Bullæ Cœnæ, quia isti sunt specialis notæ digni. Et ita vsu receptum est. Suarez *tom.* 5. *in* 3. *part. disp.* 21. *sect.* 3. *num.* 3. Riccius *in praxi aurea resolut.* 333. Nec cui conceditur facultas à casibus Bullæ Cœnæ conceditur ab hæresi, propter maiorem specialitatem huius casus. Henrriquez *in Summa lib.* 8. *cap.* 16. §. 3. Azor *Institut. Moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.* 10. *quæst.* 12.

vbi, oppoſita ſententia relata, hanc vocat veram, & conformem vſui, ac ſtylo Curiæ Romanæ.

28 Si quis durante termino illi præfixo, vt poſſet abſolui à reſeruatis validè confeſſus eſt, & oblitus alicuius reſeruati quem habebat, poteſt tranſacto illo termino ab eo abſolui, iuxta dicenda infra verbo *Iubileum num.* 17. Portellus *ſupra num.* 8. ex Sa, & Sanchez. Dixi *validè confeſſus eſt*, quia confeſſus inualidè non fruitur hoc priuilegio, iuxta dicenda eo loco. Portellus *ſupra*. Quando autem Prælatus concedit facultatem perpetuam abſoluendi à reſeruatis intelligitur de præteritis, & futuris. Portellus *ſupra num.* 13. ex Vega *in Summa*.

29 Poſſe illum cui delegata eſt facultas abſoluendi ab omnibus caſibus reſeruatis ſubdelegare illam (eo quod licet delegatus ad vnam cauſam in particulari ſubdelegare non poſſit *l. à Iudice C. de Iud. cap. fin. de offic. delegat.* delegatus tamen ad vniuerſitatem cauſarum ſubdelegare poteſt) colligi poteſt ex Nauarro *in Manual. cap.* 27. *num.* 45. Sorbo *in Additionib. ad compend. verbo Abſolutio Ordin. quo ad Fratres in fine*, & tenet Peirinis *ſupra num.* 27. & 2. *tom. priuileg. Minim. in Conſtit.* 10. *Vrbani VIII. num.* 14. Limitatione tamen eget. Si enim alicui delegata eſt hæc poteſtas, vt Iudici, vel Prælato, & pro vtroque foro, veluti ſi Generalis concederet Prouinciali facultatem abſoluendi ab omnibus caſibus ipſius, vel Prouincialis, Priori, aut Guardiano, cum facultate explicita, vel implicita ſubdelegandi (de quo Portellus *ſupra in Additionib. num.* 1.) ſic admittenda eſt hæc doctrina. Neganda tamen, quando ea facultas conceſſa eſt alicui, vt Confeſſario dumtaxat, & ſolum pro foro interno, hæc enim indelegabilis eſt, vt patet ex vſu Eccleſiæ.

30 Pro caſibus ab Epiſcopis reſeruandis hæc ſtatuit Congregatio Epiſcoporum, & Regularium ſub Clemente VIII. in decretis anni 1601. de quibus ſupra dixi: *Monentur omnes, vt paucos, eoſque tantum, quos ad Chriſtianam diſciplinam retinendam, animarumque ſibi creditarum ſalutem pro cuiuſuis Diœceſis ſtatu, & qualitate neceſſariò reſeruandos eſſe iudicauerint*. Item eadem Sacra Congregatio in decretis moderatorijs præcedentium de anno 1602. de quibus etiam ſupra dixi, hæc ſtatuit: *Illos rurſus magnoperè admonendos cenſetur, vt non paſſim, ſed cum id videbitur communi bono expedire, atrociorum tantum, & grauiorum criminum abſolutionem ſibi reſeruent, quorum reſeruatio ad Chriſtianam diſciplinam retinendam conferat in ædificationem, non autem in deſtructionem cedat, &c.* Et infra: *Prohibet etiam ne ſibi ſuperfluè reſeruent caſus in Bulla die Cœnæ Domini legi conſueta contentos, neque alios Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter reſeruatos.* Subiungitur etiam: *Facultatem verò, & licentiam abſol-*

absoluendi à casibus reseruatis, quam in scriptis tantum concedi permittebatur, etiam viua voce concedi posse declarat. Extant etiam litteræ eiusdem Sacræ Congregationis eodem anno missæ ad Archiepiscopum Neapolitanum (quarum etiam copia ad alios Ordinarios mittebatur) in quibus regulæ designãtur circa hoc casus ab Episcopis reseruandos. Vide Barbosam *de offic. & potest. Episcop. Allegat.* 50. *in fine, & in Collectan. Bullar. verbo Casus reseruati.*

31 Declaratum etiam est ab eadem Sacra Congregatione non posse esse casum reseruatum restitutionem incertorum, nec eorum, qui nocte per Ciuitatem inhonesta cantant, nec violatores festorum. Cauantus *in Manual. Prælator. verbo Casus reseruati.* Barbosa *supra in Collectan. Bullar.*

32 De Casibus autem ex decreto eiusdem Clementis VIII. permissis reseruari à Superioribus Regularium, in genere dixi *tom.* 1. *cap.* 18. *nu.* 20. in specie verò, & particulariter in huius summæ discursu de illis loquor. Etenim de primo, qui est *Veneficia, incantationes, & sortilegia*, dicam verbo *Veneficia*. De secundo, qui est *Apostasia à Religione, siue habitu dimisso, siue retento, quando eo peruenerit, vt extra septa Monasterij, seu Conuentus fiat egressio*, & de tertio, qui est *Nocturna, ac furtiua è Monasterio, seu Conuentu egressio, etiam non animo Apostatandi facta*, præter dicta supra verbo *Apostata, & Apostasia*, plura dixi eo *tom.* 1. *cap.* 13. & 16. De quarto, qui est *Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale*, plura etiam dixi eo *tom.* 1. *cap.* 6. De quinto, qui est *Iuramentum falsum in iudicio Regulari, seu legitimo*, dicam infra verbo *Iuramentum*. De sexto, qui est *Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum factum, etiam effectu non secuto*, dixi supra verbo *Abortus*. De septimo, qui est *Falsificatio manus, aut sigilli Officialium Monasterij, aut Conuentus*, dicam verbo *Falsarius*. De octauo, qui est *Furtum Monasterij, seu Conuentus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale*, dicam verbo *Furtum*, & aliqua dixi *tom.* 1. *cap.* 6. De nono, qui est *Lapsus carnis voluntarius operè consumatus*, dixi eo *tom.* 1 *cap.* 5. De decimo, qui est *Occisio, seu vulneratio, seu grauis percussio cuiuscunque personæ*, dicam verbo *Homicidium*. Ac de vndecimo, qui est *Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut apertio litterarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiores*, dixi eo *tom.* 1. *cap.* 8. *num.* 30. De illis etiam agunt Quaranta *in Summa Bullar. verbo Casus reseruati*. Coriolanus *in Tract. de Casibus reseruatis*. Peirinis *tom.* 2. *de Prælato quæst.* 3. *cap.* 2. §. 1. & alij.

Digitized by Google

CAVSA IVDICIALIS REGVLARIVM.

SVMMARIVM.

Cauſa iudicialis, quid, & quotuplex ſit. num.1.
Cauſæ ciuiles Regularium cum ipſi ſunt actores à quibus cognoſcuntur. num.2.
An poſſint tunc agere coram Iudice ſæculari. num.3.
Quid, quando ipſi Regulares ſunt rei. num.4.
Quid de Regularibus extra Monaſterium degentibus. num.5.
Qua ratione caput volentes de priuilegijs,*& Concilium Tridentinum intelligenda. num.6*
Nec in prima inſtantia coram Ordinarijs conueniri poſſunt. num.7.
Quomodo Bulla Pauli V. intelligenda. num.8.
Cauſæ de nullitate profeſſionis apud quos tractandæ. num.9.
Quid de cauſis criminalibus Regularium. num.10.
An poſſint trahere ſuos reos coram alijs iudicibus. num.11.
Quid, quando ipſi ſunt rei. num.12.
Coram Ordinarijs, quando trahi poſſunt. num.13.
Quid de cauſis ſpectantibus ad Sanctum Officium. num.14.
Quid ſi Ordinarij procedant contra ipſos in caſibus non permiſſis. n.15.
An propter Prælatorum negligentiam id liceat. num.16.
Alia remiſſiuè. num.17.

1 CAVSA iudicialis eſt materia nondum diſcuſſione,& examine patefacta, quæ dum proponitur dicitur *iudicium*, & cum definitur dicitur *iuſtitia*, cap *forus de verb.ſignificat.* Eſt autem duplex; quædam ſæcularis, quædam Eccleſiaſtica; rurſus alia criminalis, alia ciuilis; ſimiliter aliæ ſpiritualis, alia ſpiritualibus annexa. Siluester *in Summa verbo Cauſa dub.*3.& 5.Sanchez *in opuſc. Moral. tom.*2.*lib.*6.*cap* 3 *dub.*8. De his breuiter agendum,ſaltem remiſſinè,quatenus ad Regulares ſpectat.

2 Et quidem loquendo de cauſis ciuilibus Regularium cum ipſi ſunt actores, & illis illata eſt iniuria manifeſta, vel violentia,cognoſci poſſunt à Conſeruatoribus,iuxta dicta *tom* 2 *cap.*10.*num.*62. ex Conſtitutione Gregorij XV.quæ incipit *Sanctiſſimus*, & declaratione Sacræ Congregationis eo cap.relatis, & iuxta modum ibi præſcriptum. Etſi oppoſitum defendat Sanchez *ſupra cap.*9.*dub.*6. niſi in caſu quo Religio ſpoliaretur aliquibus bonis, quæ poſſidet. Cum autem non eſt

illis

illis illata manifeſta iniuria, aut violentia, & ipſi ſunt actores non poteſt cauſa cognoſci ab eorum Conſeruatoribus, ſed ab alijs Iudicibus competentibus. Ratio eſt, quia etſi ante dictam Conſtitutionem Gregorij XV. id fieri poſſet, iuxta dicta eo *cap.* 2. *num.* 30. poſt illam tamen id fieri non licet, eo quod in ipſa Conſtitutione clarè decernitur, vt retuli *ibid. num.* 42. quod Conſeruatores nullam habeant iuriſdictionem *in cauſis in quibus Regulares actores fuerint*. Quod limitans Sacra Congregatio, vt ibidem etiam retuli *num.* 47. dicit, quod in manifeſtis iniurijs, & violentijs defendi poſſunt à Conſeruatoribus. Ex hoc enim infertur non poſſe id fieri, quando non eſt manifeſta iniuria, aut violentia. Hoc etiam ſenſu accipi debet, id quod *ibid. num.* 61. dixi, videlicet non poſſe procedere hoc tempore Conſeruatores Regularium in cauſis ciuilibus eorum, qui aliquam pecuniæ ſummam, vel aliquam rem ipſis debent, ex locationibus, legatis, teſtamentis, &c. Intellige, quando non eſt manifeſta iniuria, aut violentia, quia ſi illa eſſet, poſſent id facere ex vi declarationis Sacræ Congregationis relatæ.

3 Poſsũt ſimiliter Regulares in eiſdem cauſis ciuilibus, in quibus ipſi actores ſunt, ſiue cum adeſt manifeſta iniuria, aut violentia, ſiue cum non adeſt, agere coram Iudice ſæculari, iuxta dicta eo *cap.* 10. *num.* 73. & cum conditionibus ibi ex prædicta Conſtitutione Gregorij XV. deſignatis. Nec propterea, quod non agant coram Cõſeruatoribus, etiam quando poſſunt, ſibi vllo modo præiudicant, vt habent Federicus de Senis *in conſ.* 14. *num.* 5. & Lauretus de Franchis *in controuerſ. Epiſcop. & Regular. ſupra dict. Conſtitution. Gregorij XV. pag.* 178. *in ſolut. ad* 4. Quando autem Religioſus hoc modo ageret in iudicio forenſi contra aliquem debet habere licentiam ſui Superioris, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 11. *& ſupra verbo Accuſare, & accuſator nu.* 1. cum limitationibus tamen ibi adductis.

4 In prædictis autem cauſis ciuilibus, quando Regulares ſunt rei trahi debent coram eorum Superioribus. Illi enim ſunt legitimi eorum Iudices. Idque conſtat, non ſolum ex eorum exemptione à quibuſcunque Iudicibus, etiam Eccleſiaſticis, de quo verbo *Exemptio* dicetur, ſed ex dictis *tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 10. Poſſe etiam trahi coram eorum Conſeruatoribus colligitur, tum ex declaratione Sacræ Congregationis ſub Paulo V. tum ex Conſtitutione relata Gregorij XV. Vt enim retuli *tom.* 2. *cap.* 10. *num.* 42. expreſsè ibi aſſerit poſſe Regulares coram ſuis Conſeruatoribus trahi, aut conueniri.

5 Regulares tamen extra Monaſterium degentes, etiam ſi certum Iudicem a Sede Apoſtolica deputatum in partibus habeant, in alijs verò, ſi ipſum Iudicem non habuerint, conueniri debent coram Ordinarijs tanquam in hoc à Sede Apoſtolica delegatis, in ciuilibus cau-

ſis mercedum, & miſerabilium perſonarum. Ita enim decernitur in Concil. Trident. *ſeſſ.7. cap.*14. de quo dixi *tom.*1.*cap.*11.*num.*10. *& tom.*2.*cap.*10.*num.*6.*&* 7. Circa quæ, præter ibi dicta, nota, quod Monachus dicitur habitare intra Monaſterium, quando ex licētia ſui Prælati degit extra Monaſterium. Ita ex Abbate antiquo, Panormitano, Angelo, Siluestro, Nauarro, & Henrriquez affert Sanchez *in opuſc. Moral.tom.*2.*lib.*6.*cap.*9 *dub.*2 *num.*4. Vnde quantumcunque Religioſus extra clauſtra degat ex legitima licentia ſui Prælati, non poteſt conueniri coram Ordinarijs, etiam in dictis cauſis ciuilibus mercedum, & miſerabilium perſonarum, quia iſte reputatur eſſe intra Monaſterium. Vnde etiam inferunt Rodriguez *tom.*2.*Quæſtion.Regular. queſt.*2.*art.*8. Peirinis *tom.*1 *Priuilegior. Mendicant.in Conſtitut.*2. *Sixti IV. num.* 29 & Tamburinus *de Iure Abbatum tom.*1. *diſp.*15. *queſit.*7. *num.*9. inſeruientes alicui beneficio, vel addictos ſeruitio Monialium, non comprehendi hoc decreto, quia non degunt extra Monaſterium ex ſpeciali priuilegio, aut licentia, ſed ex inſtituto. Nota etiam, quod per cauſas mercedum intelliguntur cauſæ ſtipendiorum, ſeu ſalariorum debitorum operarijs, vel mercenarijs. Henrriquez *lib.*7.*de Indulgent.cap.*25.*num.*5. *in comment.littera O.* Sanchez *ſupra num.*5. Vbi etiam *num.*6. tractat, quæ ſint iſtæ miſerabiles perſonæ, de quibus loquitur Concilium.

6 Maius dubium eſt, an ratione *cap.volentes de priuileg.in* 6. quod Concilium *dicta ſeſſ.*7 *cap.*14. innouat, & obſeruari præcipit in cauſis exemptorum, poſſint Regulares trahi coram Ordinarijs. Dicit enim Innocent.IV. eo cap. de exemptis loquens ſic: *Declaratione irrefragabili definimus, quod quantumcunque ſic exempti gaudeant libertate, nihilominus tamen ratione delicti, ſiue contractus, aut rei de qua contra ipſos agitur, ritè poſſunt coram locorum Ordinarijs conueniri.* Cum ergo Concilium hoc caput innouet, videtur iuxta illud dicēdum poſſe Regulares conueniri coram Ordinarijs. Nihilominus oppoſitum dicendum eſt, maximè propter dicta eo *cap.*11.*num.*10. expreſsè enim Paulus V. in Bulla ibi adducta, & Sacra Congregatio in decreto in Bulla relato declararunt ad inſtantiam Procuratoris Generalis Carmelitarum non comprehendi Regulares Conſtitutione illa dicti *cap. Volentes.* Accedit, quod, vt probat ex multis Sanchez *dicto tom.*2.*Opuſc. Moral. lib.*6.*cap.*9.*dub.*1.*num.*25. dictum *cap. Volentes* ſolum loquitur de exemptis ratione loci, iſti enim quoties deliquerint, vel contraxerint in loco non exempto, vel circa rem ſitam in loco non exempto conueniri poterunt coram Ordinarijs, non verò loquitur de habentibus exemptionem perſonalem, quales ſunt Religioſi. Idem ſequitur etiam ex multis alijs Barboſa *de offic.& poteſt.Epiſc.Alleg.*105.*nu.*23.

7 Si-

7 Similiter, nec conueniri poſſunt, etiam in prima inſtantia, coram Ordinarijs, propter decretum Concilij Tridentini *ſeſſ.24.cap.20.* vbi dicitur: *Cauſæ omnes ad forum Eccleſiaſticum, quomodolibet pertinentes, etiã ſi Beneficiales ſint, in prima inſtantia corã Ordinarijs locorum dumtaxat cognoſcantur.* Ratio eſt, quia Paulus V. in dicta Bulla, & Sacra Congregatio in ea relata declararunt ad Regulares non pertinere, nec per illud imminutas, aut reſtrictas eſſe eorum Conſeruatorias, nec aliquid noui inductum, quoad illarum primam inſtantiam. Ita etiam ſequitur Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. Allegat.81. num.13.* aſſerens etiam declarationem aliam Sacræ Congregationis, & Rotæ deciſionem in Oſcenſi *iuriſdictionis* 12. Decembris 1614.

8 Hic notandum pro ijs, quæ dicta ſunt de iſta Bulla Pauli V. & declaratione Sacræ Congregationis in ea inſerta, quod licet ſupplicatio facta per dictum Procuratorem Generalem Carmelitarum ad Sacram Congregationem ſolum eſſet de Regularibus intra clauſtra degẽtibus, an comprehenderentur tum *dicto cap. Volentes* innouato à Concilio Tridentino *ſeſſ.7. cap.14* tum decreto eiuſdem Concilij Tridentini *ſeſſ.24.cap.20.* Ipſa tamen Sacra Congregatio vniuerſaliter reſpondit ſine dicta determinatione de Regularibus intra clauſtra degentibus, ſed indefinitè, & generaliter de ipſis Regularibus, quo denotari videtur, Regulares ſiue intra clauſtra, ſiue extra illa degentes non comprehendi *in cap. Volentes*, neque decreto Concilij Tridentini *ſeſſ.7.c.14.* illud innouantis, neque etiam decreto *ſeſſ. 24. cap.20.* Vide Bullam *in 3.tom. Bullar.* inter Bullas Pauli V. *num.34.* & apud Peirinis *tom.1. Priuilegior. Mendicant. in Conſtit.2. Sixti IV. num.32.* Vide etiam Barboſam loco relato *de offic. & poteſt. Epiſcop. Allegat.105. num.23.* & Ioannem Mariam Nouarium *in Lucerna Regular. verbo Cauſa num.3.4. & 5.*

9 Cauſæ etiam de nullitate profeſſionis tractari debent coram Ordinario, & Superiore Religionis, iuxta Concil. Trident. *ſeſſ.25. de Regularib. cap.19.* De quo aliqua *tom.1. cap.2. num.7. & 8.* & alia 4.19. verbo *Profeſſio Regularium*. Sed nota, quod ſi huiuſmodi cauſæ intra biennium non determinentur, ad Iudices Superiores trahi poſſunt, iuxta decretum eiuſdem Concilij Tridentini *ſeſſ.24. cap.20.* niſi aſſignentur cauſæ legitimæ, propter quas non ſunt definitæ: ita enim habetur ex declarationibus Sacræ Congregationis, quas referunt Armendariz *in additionib. ad recopilat. legum Nauarr. lib.2. tit.18. lib.7. de Relig. num.40.* Franciſcus Leo *in Theſaur. for. Eccleſiaſt. part.2. cap.1. num.72.* Rioctus *in praxi aurea reſolut.134.* & Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. Allegat.81. num.8. & in Collectan. Bullar. verbo Cauſa.*

10 Quoad causas verò criminales, quamuis ex dictis colligi possit ad quos pertineant, nihilominus maioris claritatis gratia dicẽdum, quod cum in illis sunt actores Regulares, & illis illata est manifesta iniuria, vel violentia, possunt reos trahere coram Conseruatoribus. Hoc enim illis videtur concessum, non solum in antiquis priuilegijs Religionum, de quibus egi *to.2.cap.10.à num.3.* Sed etiam colligi id potest ex Constitutione Gregorij XV. eo capite relata, adiuncta declaratione Sacræ Congregationis circa illam, quæ vt retuli *ibid.num.47.* declarauit: *Minime sublatam esse facultatem, quam habent Conseruatores defendendi Regulares à manifestis iniurijs, ac violentijs, dummodo obseruent formam præscriptam Constitutionibus Innoc. IV. & Bonifac. VIII. relatis in cap.1. & fin. de offic. delegat. in 6.*

11 Cum autem non est illis illata manifesta iniuria, vel violentia, possunt trahere suos reos coram Iudicibus competentibus, vel specialibus Iudicibus à Principibus, vel Magistratibus designatis, iuxta dicta *supra*, & dicto *cap.10.num.73.* cum conditionibus tamen vtroque loco notatis. Imò, si causa sanguinis versatur, obseruandum, quod dixi supra verbo *Accusare.*

12 Quando verò ipsi sunt rei, applicanda sunt ea, quæ superiùs dixi: quod scilicet trahi debeant coram eorum Superioribus, qui sunt legitimi, & Ordinarij eorum Iudices. Quamuis autem ex dictis ex Constitutione dicta Gregorij XV. & declaratione Sacræ Congregationis videatur colligi trahi etiam posse coram Conseruatoribus; id tamen expediens non est bono nomini, & famæ Regularium, nec vsu receptum.

13 Coram Ordinarijs autem nunquam trahi possunt, nisi in casibus à Concilio Tridentino permissis. De quibus egi *tom.1.* scilicet de Regularibus extra Monasterium degentibus, & delinquentibus, iuxta dicta ibi *cap.11.num.8. & 10.* Quod extendunt etiam ad Equites Ierosolymitanos Riccius *in Collectan. decis. 503.* & Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Delinquens num.2.* Et de illis, qui sine mandato suorum Superiorum in scriptis, extra suos Conuentus reperti fuerint, vel si missi ad vniuersitates in Conuentibus non inhabitant, iuxta dicta eo *cap.11.num.11.* Item de Religioso intra claustra degente, sed extra illa notoriè delinquente, iuxta dicta *ibid. cap.16.num.26. & 27.* & dicenda infra verbo *Delinquens Regularis.* Ac de Religiosis executoribus testamentorum, iuxta dicta eo *tom.1.cap.9.num.9.* Vide alia dicenda verbo *Episcopus.*

14 De casu hæresis qualiter spectet ad Sanctum Officium Inquisitionis, vel Ordinarios, dixi *tom.1.cap.18.num.18.* Quod idem similiter de casu Astrologiæ iudiciariæ, dixi *cap.10.num.27.* Et de casu eorum,

rum, qui Miſſas celebrant in gradu Sacerdotis non conſtituti, *ibidem num.* 22. Et de caſu ſollicitantium in Confeſſione, &c. ad illicita, *ibid. cap.* 19. *num.* 33 Ac de caſu obloquentium in materia Conceptionis puriſſimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ, *ibid cap.* 20. *num.* 12. Item de caſu eorum, qui indebitè colunt non Canonizatos, aut Beatificatos, *cap.* 12. *num.* 39. Caſum verò Monetariorum ad Ordinarios ſpectare eo *cap.* 10. *num.* 23. dixi.

15 Addendum, quod ſi Ordinarij tentent procedere contra Regulares exemptos in alijs caſibus eiſdem non permiſſis in iudicio, vel extra, vel contra res Monaſterij in quauis cauſa ciuili, criminali, &c. proceſſus, ſententiæ, & inde ſecuta ſunt ipſo iure irrita, & nullum parant præiudicium, nullumq effectum operãtur, nec ſententia tranſit in rem iudicatam, nec debet mandari executioni, cum nullam habeant iuriſdictionem ſic facientes. Henrriquez *lib.* 7. *de Indulgent. cap.* 25. *toto num.* 5. Sanchez *ſupra dicto cap,* 9. *dub.* 1. *num.* 27.

16 Quæ intelligenda etiam in caſu quo Prælati Regulares negligentes eſſent in ſubditorum correctione, quia non propterea ius aliquod deuoluitur ad Ordinarios, ſed ad Prælatum ſuperiorem illis Prælatis negligentibus. Henrriquez *ſupra num.* 4. Sanchez *ſupra num.* 26.

17 Alia circa hoc pũctum, vide verbo *Clericus*, & verbo *Delinquens Regularis*, verbo *Epiſcopus*, verbo *Exemptio Regulariũ*, & verbo *Immunitas Eccleſiaſtica Regularium*.

CENSVRA ECCLESIASTICA.

SVMMARIVM.

Cenſura quid, & quotuplex ſit. num. 1.
An aliæ præter excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum. ibid.
Qui poſſunt ponere cenſuras. num. 2.
Quæ conditiones pro eis requirantur. ibid.
Qualis iuriſdictio. num. 3.
Qui ligari poſſunt cenſura. num. 4.
Religioſi hoſpites, an ligentur cenſuris Conuentuum in quibus morantur. ibid.
Cenſura qualiter ferri debeat. num. 5.
An ſub conditione ferri poſſit. ibid.
Iuris forma in ea ſeruanda. num. 6.
Monitio ad eam requiſita. num. 7.

Qualis

Qualis esse debeat . ibid.
Praxis Regularium Prælatorum in ea ferenda . num.8.
An eam ferre possint extra proprium territorium . num.9.
Ferri non potest, nisi propter peccatum proportionatum . num.10.
Quale esse debeat tale peccatum . ibid.
Qui excusentur à censura incurrenda . num.11.
Quibus modis tollitur censura . num.12.
Censuræ non reseruatæ à quibus tollantur . num.13.
Alia remissiuè . num.14.

1 CENSVRA apud Romanos significabat sententiam Censoris mores corrigentis, aut pœnam discernentis, Hinc eadem vox translata est ad significandum spiritualem pœnam, quam Ecclesiæ Prælati contumacibus infligunt. Cornexo *tom.2 in 3.part tract.5.de Censur.disp 1.in principio*. Laymanus *lib.1 tract.5. part.1 cap.1*. Est autem Censura pœna spiritualis inflicta ab Ecclesiastica potestate priuans hominẽ baptizatum vsu aliquorum spiritualium. Bonacina *de Censur. disp.1.quæst.1 punct.1.nu.1*. Est triplex, scilicet excommunicatio, suspensio, & interdictum. Ita enim determinasse videtur Innocentius III. *in cap quærenti de verb. significat.* qui interrogatus, quid per Censuras intelligeretur, tres prædictas solum designauit. Estque hæc sententia stylo Curiæ conformis. Solum enim istas, & non alias pro Censuris vsurpat. Suarez *de Censur. disp.1.sect.3*. Auila *de Censur.part.1.dub.5*. Aliqui tamen auctores septem Censuras assignant, videlicet, præter tres relatas, Irregularitatem ratione delicti, degradationem, depositionem, & cessationem à diuinis. De quibus suo loco dicetur. Cornexo *supra dub.2.* & alij. Censura alia est à iure, ea videlicet, quæ fertur per legem, vel statutum perpetuò duratura; alia ab homine, ea scilicet, quæ fertur non per legem, aut statutum perpetuò duratura, sed per præceptum, decretum, vel sententiam. Laymanus *supra num.2*. Deinde, alia est latæ sententiæ, illa scilicet quam reus sine alia Iudicis sententia, ipso facto, vel criminis commissione incurrit; alia sententiæ ferendæ, quæ per Iudicis sententiam infligenda est. Laymanus *ibid.num.3*. Quando autem ex verbis colligatur Censuram esse latæ sententiæ, vel solum ferendæ, dixi *to.1. cap.10.num.29*. Item Censura alia est per modum legis, aut præcepti præcipientis aliquid sub pœna illius; alia est per modum sententiæ: quando scilicet Iudex, vel Prælatus condemnat reum ad illam. Suarez *supra disp.4.sect.5.num 1*.

2 Causæ efficientes Censurarum, seu illi, qui possunt infligere Censuras, non solum sunt Summus Pontifex respectu omnium Christianorum,

norum, Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ respectu sibi subditorum, vel illi quibus ipsi eam facultatem delegauerint. Sed etiam (vt ad nostra propria accedamus) Generales, Prouinciales, Priores, seu Guardiani, aut alij Superiores, etiam immediati Religionum, iuxta dicta *tom. 1. cap. 18. nu. 22.* De quibus, & alijs quibus similis potestas conceditur, Cornexo *supra disp. 3. dub. 1.* Ad hoc autem, quod Censuras aliquis imponat requiritur primò, & principaliter, quod habeat iurisdictionem in foro externo. Est enim Censura actus iurisdictionis Ecclesiasticæ externæ, vt sumitur ex *cap. cum ab Ecclesiarũ de offic. Ordinar.* Laymanus *supra cap. 3. num. 1.* Hinc requiritur secundò, quod sit Clericus, & non laicus, *cap. decernimus de Iudicijs, ca. iudicatum dist. 89.* quia solus Clericus saltem primæ tonsuræ est capax dictæ iurisdictionis, non quòd ferre Censuras sit actus Ordinis, sed quia per illum constituitur capax ipsius. Cornexo *supra disp. 2. dub. 3.* Vnde si casu aliquo laicus, aut Conuersus in Religione aliqua esset Prælatus, ille non posset imponere Censuras, iuxta dicta *2. tom. cap. 8. num. 18.* Ex potestate tamen Papæ id potest illi committi, quia, quod hoc nequeat facere laicus, vel Conuersus, solum prouenit ex iure Ecclesiastico, cui non subiacet Papa. Cornexo *supra disp. 2. dub. 3. num. 4.* Nouitio tamen Clerico id competere potest. Paludanus *in 4. dist. 10. quæst. 2. art. 1.* Hinc etiam requiritur tertiò, quod sit vir, & non fœmina, *cap. de Monialibus de sentent. excommunicat. cap. noua de pœnit. & remiss. & cap. dilecta de maiorit. & obed.* Vnde nec Abbatissis Monialium id competit, iuxta dicta *tom. 1. cap. 26. num. 11.* & supra verbo *Abbatissa nu. 16.* Vbi etiam notaui quo sensu dicantur aliquando suspendere. Probabile autem est de absoluta Papæ potentia id fieri posse, prout colligitur ex S. Tho. *in 4. dist. 19. quæst. 1. art. 1. quæst. 3. ad 4. & dist. 25. quæst. 2. art. 1. quæst. 1. ad 2.* & Soto *in 4. dist. 20 quæst. 1. art. 4. circa 4. argum.* Hinc quoque quarto requiritur, quod sit baptizatus. Etenim non baptizatus, nec potest esse Clericus, nec capax iurisdictionis. Cornexo dicto *dub. 3.* Propterea etiam communiter dicitur, debere esse hominem Viatorem, quia solus ille est capax talis iurisdictionis, cum iurisdictio sit quidam gladius Ecclesiæ militantis. Bonacina *supra punct. 2. num. 3.*

3 Præter hæc autem requiritur etiam ad hoc, vt aliquis ferre possit Censuras, quod iurisdictio quam habet, ligata, aut impedita non sit per excommunicationem, suspensionem, &c. iuxta dicta *tom. 1. cap. 18. num. 22.* vel per defectum vsus rationis, vt contingit in ebrio, furioso, vel insano, quia ferre Censuras est actio humana, quæ talibus conuenire non potest. Vgolinus *Tabula prima cap. 2.* Cornexo *supra disput. 2. dub. 4.*

4 Cau-

Digitized by Google

4 Causæ verò materiales Censuræ, seu illi, qui Censura ligari possunt; sunt primò, homines viuentes, non mortui. 24. *quæst.* 2. quia illi solum sunt subiecti iurisdictioni Ecclesiæ. Cornexo *supra disp.* 9. *dub.* 1. Vnde non dæmones, aut animalia irrationalia, nisi solum impropriè, propter eamdem rationem. Bonacina *supra punct.* 4. *num.* 4. Secundò, homines Viatores, seu viuentes vita mortali, non Beati. Propter eamdem rationem. Laymanus *supra cap.* 4. *num.* 2. Tertiò, homines baptizati, etiam propter eamdem rationem. Cornexo *supra dub.* 2. Quartò, habentes vsum rationis, quia solum isti obligari possunt præceptis Ecclesiæ, & esse capaces contumaciæ. Cornexo *supra dub.* 3. Quintò, subditi ferentis Censuras. Neque enim par in parem, aut inferior in superiorem habere potest iurisdictionem in foro externo. Cornexo *dub.* 4. Hic nota, Religiosos hospites per aliquod tempus commorantes in Conuentibus suæ Religionis regulariter censeri subditos Superiorum illorum Conuentuum, vbi commorantur, vt habet Peirinis *tom.* 2. *de Prælato quæst.* 1. *cap.* 8. *num.* 20. *& 21.* Ac perconsequens subijci Censuris ab ipsis impositis sicut legibus, & præceptis. Vnde quod *tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 22. dixi, intelligi debet de hospitibus transeuntibus, & non commorantibus in Conuentibus per aliquod notabile tempus.

5 Censura non potest ferri per actum merè internum, hic enim cum non sit sensibilis, non potest esse actus iurisdictionis externæ, nec operari aliquid in subditos. Cornexo *supra disp.* 4. *in princ. p.* Non tamen requiritur certa, & determinata verba, sed sufficit scriptura, vel aliquod signum exterius quo exprimatur voluntas imponendi Censuram. Suarez *tom.* 5. *in* 3. *par. de Censur. disp.* 3. *sect.* 2. Necessaria tamen sunt verba, vel signa determinata ad speciem Censuræ, excommunicationem v.g. suspensionem, &c. quia aliàs, nec voluntas Superioris sufficienter manifestaretur subdito, nec subditus teneretur obedire. Cornexo dicta *disp.* 4. *dub.* 1. Vnde si Prælatus dicat suspendo Petrum, nisi ex circumstantijs notum esset circa quod esset illa suspensio, Officium videlicet, vel Beneficium, &c. nihil faceret, propter eamdem rationem. Cornexo *ibid.* Qui secus, & rectè dicit sentiendum, quando Prælatus diceret excommunico Petrum, verbum enim *excommunico*, tum ex vsu Ecclesiæ, tum ex decisione *cap. si quem de sentent. excommunicat.* supponit solum pro excommunicatione maiori. Verba similiter, vel signa per quæ fertur Censura debent etiam esse determinata ad personam, vel personas, quæ ligantur illa, aliàs non ligarentur, quia Censuræ faciunt solum id, quod significant. Suarez *supra*. Bonacina *supra punct.* 7. *num.* 6. Potest ferri Censura solum sub conditione, vt si dicat Prælatus, nisi hoc feceris excommunico te, sic enim tenet vsus Ecclesiæ,

siæ,& habetur ex *cap.præterea 2.de appellation.* Quo casu Censura non incurritur,vsque ad aduentum conditionis.Cornexo *supra dub.2.* Imò si legitimè ab ea interim appellatur, non incurretur, etiam aduenientе conditione, prout habetur ex dicto *cap.præterea.* Et ratio est, quia Censura illa non habet effectum tunc nisi aduenientе conditione:ergo ante illam impediri legitimè potest. Idem Cornexo *ibid.* Vide dicta supra verbo *Appellatio num.11.* Si autem Prælatus ferat Censuras sub conditionibus impertinentibus, non solum grauiter peccat, quia irrationabiliter facit pendere Censuras à re impertinente,& quia abutitur potestate Ecclesiastica: sed etiam inualidus videtur esse talis modus ferendi Censuras, saltem, quando conditio est de futuro contingenti, quia continet intolerabilem errorem, & abusum potestatis spiritualis.Suarez *supra disp.3.sect.8.* Cornexo *supra dub.3.*

6 In ferenda Censura obseruari debet iuris forma, primò,quod non feratur diebus feriatis, illis scilicet, qui specialiter dicati sunt cultui diuino. Sayrus *lib.1.cap.14.* Est autem sermo de Censura,quæ fertur per modum sententiæ. Sententia enim cum non possit fieri sine præuia cognitione iudiciali causæ,non potest dari prædictis diebus. Cornexo *disp.6.dub,3.* Non de illa,quæ fit per modum legis,statuti,aut præcepti,quia ad istam non requiritur iudicialis cognitio. Cornexo *ibid.* Imò in casu vrgenti, & euidentis contumaciæ non videtur requiri dicta conditio.Idem Cornexo.Debet secundò Censura ferri in scriptis, *cap.cum Medicinalis de sentent.excommunicat.in 6.*Nauarrus *cap.27. num.8.*Suarez *disp.3.sect.13.num.2.*Et aliter faciens incurrit suspensionem ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis Officijs per mensem *dicto cap. cum Medicinalis.*Limita,nisi vrgeat iusta aliqua causa. Nauarrus *ibid.* Bonacina *supra punct.8.* Vel nisi adsit bona fides,aut ignorãtia,quia dictus textus solum videtur loqui contra eos, qui temere id faciunt. Bonacina *ibid. num.2.* Debet etiam causa Censuræ exprimi. Eo *cap. cum Medicinalis.*Suarez *supra dicta sect.13.num.5.* Cornexo *disp.6. dub.1.* Aliàs incurretur etiam prædicta pœna. Bonacina *supra.* Item exemplum huiusmodi scripturæ debet Cẽsura affecto tradi intra mensem,si id petierit,dicto *cap.Medicinalis,*& aliter faciens incurrit etiam dictam pœnam. Suarez *dicta sect.13. num 7.& 8.* Aduertunt autem communiter prædicti authores harum conditionum,vel alicuius ipsarum defectum non reddere Censuram nullam, aut irritam, sed peccare ita facientem,iuxta dicta etiam *tom.1.cap.18.num.22.*

7 Maximè seruandum est in Censura, quod non feratur,nisi præuia aliqua admonitione. Ita enim deciditur de excommunicatione *cap. sacro de sentent.excommunicat.& cap.Romana de sentent.excommunicat.in 6.* de Suspensione *cap.reprehensibilis de appellat.* & de Interdicto

dicto *cap. statutum de sentent. excommunicat. in 6.* Estque id conforme iuri diuino Math. 18. vers. 17. *Si Ecclesiam non audierit sit tibi sicut Ethnicus,* & naturæ ipsius Censuræ, quæ non ponitur ab Ecclesia, nisi propter contumaciam, & inobedientiam, ad quam requiritur admonitio, nullus enim est contumax, & inobediens, nisi qui est admonitus de præcepto Superioris. Cornexo *supra disp.* 5. *dub.* 1. Bonacina *disp.* 1. *punct.* 9. *num.* 1. Diuersimodè tamen requiritur hæc monitio. Quando enim Censura fertur siue à iure, siue ab homine pro futuris culpis vitandis, tunc non requiritur alia monitio distincta ab ipsa impositione Censuræ, ipsa enim impositio Censuræ, quandiu persæuerat, continuè admonet subditos ne committant illud crimen. Vnde est virtualis quædam monitio. Quando verò Cẽsura fertur pro culpis præteritis, vel præsentibus (eo modo, quo pro talibus culpis ferri potest, de quo infra) requiritur expressa monitio distincta ab impositione Censuræ. Cornexo *supra dub.* 1. & 2. Bonacina *supra*. Tunc autem debet esse trina, vel formaliter, vt cum fit per tres vices distinctas interposito aliquo spatio dierum, vel virtualiter, vt cum fit vna vice solum designatis tribus terminis, vt si Prælatus præcipiat, vt restituatur aliquid spatio sex dierum, designando primos duos dies pro primo termino, duos alios pro secundo, & duos posteriores pro tertio. Sic enim colligitur tum ex iure diuino Math. 18. vbi etiam triplex hæc monitio indicatur. Tum ex iure Ecclesiastico *16. quæst. 7. cap. omnes decimæ cap. constitut. de sentent. excommunicat. in 6. cap. statutum ibidem,* & alibi. Cornexo *dicto dub.* 2. Bonacina *num.* 5. Qui etiam aduertunt vrgente necessitate sufficere vnam monitionem. Nec ista requiritur ad validitatem Censuræ, cum nullus textus hoc dicat, sed solum ad hoc, quod licitè feratur. Suarez *dicta disp.* 3. *sect.* 12. Cornexo *supra dub.* 3. Excipe tamen casum quo Prælatus excommunicationem ferat in eos, qui cum excommunicatis participant, hæc enim requirit ad sui valorem trinam monitionem *ex cap. constitut. de sentent. excommunicat. in 6.* Bonacina *supra num.* 6. Laymanus *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 1. *cap.* 6. *in fine.*

8 Pro praxi ergo Prælatorum Regularium noto, quod cum ferunt Censuras per modum legis, statuti, aut præcepti, videlicet præcipiendo sub pœna Censuræ ipso facto infligendæ ne committatur aliquod delictum, non exigitur alia monitio, præter impositionem ipsius, iuxta dicta. Quod idem dico, quando est aliqua lex, vel statutum iure communi eodem modo latum. Nihilominus, vt declarent talem transgressorem incurrisse eam Censuram debent eum citare ad respondendum quare ita gesserit, nam contra inauditam partem non debet ferri sententia. Suarez *supra sect.* 10. *num.* 15 Cum verò ferunt Censuras per modum sententiæ, vt si velint aliquem excommunicare, suspendere,

vel

vel interdicere propter inobedientiam ipſius, tunc debent præmittere dictam trinam monitionem, vel vnam æquiualentem tribus, prout benè Cornexo *ſupra dub.2. quæſit.11.* Quia illa eſt iure communi requiſita, &, ſi oppoſitum non habeant ex Cõſtitutionibus à Sede Apoſtolica approbatis, illi ſtandum eſt. Similiter etiam, quando eſt aliqua lex iuris communis, vel Religionis præcipiens aliquid ſub pœna alicuius Cenſuræ non latæ ſententiæ, ſed ferendæ, v.g. excommunicationis ferendæ, tunc ad hoc, quod illam ferat Prælatus in tranſgreſſorem probabilius eſt requiri, etiam præfatam monitionem, quia hoc eſt conformius intentioni Eccleſiæ, quæ ſuauitatem ſeruat inferendis Cenſuris, & iuri communi præcipienti illam. Caietanus *in Summa verbo Clericorum peccata, & verbo Præceptum.* Cornexo *dicto dub.2. quæſit.5.* Qua præmiſſa, ſi ſubditi non reſipiſcant, maximè ſi inde ſequatur aliquis abuſus, eam Cenſuram in ipſos ferat. Suarez *ſupra n.20. & 21.*

9 Nota etiam, quod eſto, quod Epiſcopi, aut alij Prælati ſæculares non poſſent extra proprium territorium Cenſuras ferre (de quo Cornexo *diſp.6. dub.2.*) nihilominus Prælati Regulares id poſſunt facere, iuxta dicta *tom.1. cap.4. num.37.* ex Silueſtro *in Summa verbo Excommunicatio 2. num.15.* & Cornexo *dicto dub.2. quæſit.4.* Eo quod ipſi non habent territoria diuiſa, ſed iuriſdictionem ſupra ſubditos vbicunque fuerint, cum ratione voti obedientiæ ſe illis abſolutè ſubiecerint.

10 Cenſura ferri non poteſt ob meram voluntatem Superioris eam ferentis, ſed ex rationabili cauſa, alias eius poteſtas non eſſet in ædificationem, ſed in deſtructionem, contra doctrinam Pauli 2. *Corint.10. verſ.8.* Auila *de Cenſur.1. part. dub.9.* Cornexo *diſp.8. dub.1.* Vnde ſolum propter peccatum inferri poteſt, quia Cenſura eſt pœna ſpiritualis. Cornexo *ibi dub.2.* Bonacina *ſupra punct.3 num.2.* Tale peccatum debet eſſe externum, quia Eccleſiaſtica poteſtas non eſt circa mere interna. Suarez *diſp.4 ſect.2.* Cornexo *ſupra dub.3.* Imò perfectum, & conſummatum, quia cum Cenſura ſit pœna, eſt odioſa, & ita reſtringenda. Suarez *ſect.3.* Quod ſit peccatum mortale, quia debet eſſe proportionatum pœnæ, quæ eſt grauis. Bonacina *ſupra nu.6.* Excipe Cenſuras leues, ſcilicet excommunicationem minorem, & ſuſpenſionem leuem, ſi datur, de quibus ſuis locis. Deinde, tale peccatum debet eſſe inobedientiæ, & contumaciæ, iuxta illud Math.18 relatum: *Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam Ethnicus, &c.* & colligitur ex *cap. ex part.1. de verbor. ſignificat.* Sayrus *lib.1. cap.9. num.28.* Laymanus *ſupra cap.5. aſſertione 3.* Similiter, tale peccatum debet eſſe proprium, loquendo de excommunicatione, licet ſufficiat alienum pro ſuſpenſione, & interdicto, vt ſuis locis dicetur. Nec ferri

poteſt

potest Censura propter peccatum purè præteritum, nisi includat ordinem ad aliquid futurum, scilicet resipiscentiam, satisfactionem, vel pœnitentiam,&c. Ratio est,non solum quoniam ad Censuram requiritur monitio,quæ superflua esset, si solum esset pro præterito peccato, sed etiam, quia Censura non est purè vindicta, sed medicina præseruans à peccato. Ergo includit ordinem ad futura. Cornexo *supra dub.*4. Bonacina *supra num.*19.Qui tamen benè animaduertunt posse Prælatum peccata præterita punire alijs pœnis, quæ non sint Censura, v. g. priuatione Officiorum, Dignitatum,&c. Vide alia pro qualitate peccati requisiti ad contrahendum Censuram dicenda inferius verbo *Clericus nu.*4. dum de excommunicatione, quæ incurritur ob Clerici percussionem erit sermo.

11 Hinc excusantur à Censura incurrēda,qui non committunt peccatum, quod supra dixi esse necessarium pro ipsa ferenda. Cum enim solum propter ipsum validè ferri possit,vt communiter supponūt Doctores,sanè si illud non committatur,non incurretur Censura. Similiter quoties Censura inualida est,non incurretur ab aliquo,prout etiam supponunt Doctores. Consequenter etiam, si Censura lata est contra innocentem, eo quod iuxta allegata, & probata probatus est nocens, quoad Deum nullius est momenti; quoad forum tamen externum, apud illos, qui ipsius innocentiam nesciunt, habet effectum. Auila *part.*2.*cap.*6.*disp.*1.*dub.*2. & 3. Laymanus *supra cap.*6. *num.*3. Specialiter etiam excusat à Censura ignorantia culpæ, propter quam fertur, quando est antecedens, & inculpabilis, quæ solet vocari probabilis,siue sit iuris,siue facti, quia ea excusat à culpa, ac per consequens à pœna. Sotus *in* 4. *dist.* 22. *quæst.* 1. *art.* 2. Cornexo *supra disp.*13. *dub.* 2. Idem dico de ignorantia concomitanti, quia actus factus ex illa non est voluntarius, ac perconsequens, nec culpabilis. Suarez *disp.*4 *sect.*8.*num.*8. Cornexo *supra*. Ignorantia autem culpabilis, & consequens, sicut regulariter non excusat à culpa, nec etiam à pœna Censuræ, nisi quando est lata contra præsumentes, iuxta dicta *tom.*1. *cap.*1.*nu.*33. Similiter, quando quis habet ignorantiam solius Censuræ, tametsi sciat opus esse prohibitum,etiam Ecclesiastica lege,excusatur à Censura, quia Censura non incurritur, nisi præcedat monitio ipsius, iuxta dicta. Suarez *disp.*4.*sect.* 9. Cornexo *supra dicto dub.*2. *quæsit.*3. Metus etiam grauis, & cadens in virum constantem excusat à Censura, quia excusat à transgressione præcepti Ecclesiastici, cui est annexa. Præceptum enim Ecclesiasticum non obligat cum tanto detrimento. Cornexo *supra dub.*1.

12 Circa absolutionem à Censuris, præter dicta supra verbo *Absolutio*, verbo *Bulla Cœnæ*, verbo *Bulla Cruciatæ*, & verbo *Casus reseruati*

ſeruati, addenda alia pro maiori notitia. Et primò, Cenſura incurſa propriè non tollitur, niſi per abſolutionem ab illa, quia non tollitur per mortem ferentis, *ca. ſi Epiſcopus* 11. *quæſt.* 3. Nec per mortem illius, qui Cenſuram contraxit, cum etiam mortuus excommunicatus priuetur Eccleſiæ Suffragijs, & Sepultura, *cap. à nobis* 2. *de ſentent. excommunicat. & cap. is cui eodem titulo in* 6. Nec per ceſſationem à contumacia, *cap. cum deſideres de ſentent. excommunicat.* Nec per pœnitentiam illius peccati, cuius cauſa incurritur Cenſura, *cap. à nobis* 2. *& cap. cum deſideres* relatis. Et ratio omnium eſt, quia Cenſura eſt quoddam ligamen, quod non tollitur, niſi ſoluatur. Cornexo *ſupra diſp.* 11. *dub.* 1. Laymanus *ſupra cap.* 7. *num.* 1. Intelligitur tamen hoc de Cenſura abſolutè, & indefinitè lata, nam illa, quæ imponitur ſolum ad tempus, ſcilicet, donec fiat ſatisfactio, tollitur poſita conditione ſine noua abſolutione. Cornexo *dub.* 2. Laymanus *ſupra*, poſt Couarrubiam, Suarez, & alios. Deinde Cenſuræ non reſeruatæ abſoluuntur à quocunque Superiori delinquentis, vel à quocunque habente iure ordinario, vel ex priuilegio facultatem abſoluendi à Cenſuris, quia eo ipſo, quod nulli reſeruatæ ſunt, videntur remitti quibuſcunque iuriſdictionem habentibus, vel Ordinariam, vel Delegatam, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 28. *& cap.* 19 *num.* 14. ex *cap. Nuper de ſentent. excommunicat.* Vnde conſequẽter Cenſuræ iuris nulli reſeruatæ abſolui poſſunt à quocunque ex prædictis, propter eamdem rationem. Suarez *ſupra diſp.* 7. *ſect.* 3. *nu.* 2. Bonacina *ſupra diſp.* 1. *quæſt.* 3 *punct.* 1. *nu.* 9. Idem dicendum de Cenſuris ab homine latis per ſententiam generalem nemini tamen reſeruatis, quia huiuſmodi Cenſuræ æquiparantur Cenſuris iuris, & non continent propriè ſentẽtiam Iudicis, ſicut continet ea, quæ fertur per ſententiam particularem. Portellus *in Dub. Regular. verbo Excommunicatio num.* 21. Laymanus *ſupra num.* 3. Vnde ſecus dicendum de Cenſura lata ab homine per ſententiam particularem, quia hæc cenſetur reſeruata ei, qui eam tulit, vel eius Superiori, aut ſucceſſori, vel delegato, ne perturbetur ordo iudicandi, & iuriſdictio Prælati talem ſententiam ferentis, quod fieret ſi aliquis ſe intromitteret in abſoluendo eo quem ipſe per ſententiam ſpecialem Cenſura ligauit. Bonacina *ſupra num.* 5. Portellus *ſupra*. Laymanus *ſupra nu.* 2. Nota autem, quod ſentẽtia illa, quæ fertur in authorem particularis delicti, etiam incognitum, vocatur, etiam particularis, ſeu ſpecialis. Peirinis *to.* 1. *Priuileg. Minim. in Conſtit.* 2. *Iulij* 11. §. 9. *num.* 28. De Cenſuris etiam reſeruatis, ſiue à iure, ſiue ab homine, ſiue per ſententiam generalem, ſiue per ſpecialem dicendum ſolum abſolui poſſe per eos, qui eas tulerunt, aut quibus reſeruarunt, vel per eorum Superiores, ſucceſſores, vel delegatos. Colligitur ex *cap. per tuas, cap. ſacro de ſent.*

sent. excommunicat. & quia hæc est natura casus, siue Censuræ cum reseruantur.

13 Hic notandum quemlibet Confessarium habentem facultatem absoluendi à peccatis mortalibus pœnitentes, habere etiam facultatem ad absoluendum illos in foro interno à Censuris non reseruatis, iuxta dicta *cap. 19. num. 14.* Eo enim ipso, quod non sunt reseruatæ, committuntur proprijs Sacerdotibus, Confessarij autem subeunt vicem proprij Sacerdotis. Nauarrus *in Manual. cap. 27. nu. 39.* Toletus *lib. 1. Summ. cap. 16. num. 2.* Suarez *dicta disp. 7. sect. 4. num. 9.* Dixi in foro interno, quia absoluere in foro externo non spectat ad Confessarium, sed ad Prælatum, vel Iudicem.

14 Vide alia dicenda verbo *Cessatio à diuinis*, verbo *Interdictum*, verbo *Irregularitas*, & 4. tom. verbo *Suspensio*.

CESSATIO A DIVINIS.

SVMMARIVM.

Cessatio à diuinis quid sit. num. 1.
An differat à censuris. ibid.
Qui possint illam imponere. num. 2.
Effectus illius. num. 3.
De quodam priuilegio Leonis X. ibid.
Priuat Sacramentis. num. 4.
Sepultura sacra. num. 5.
Culpa, & pœnæ violantis cessationem. num. 6.
Quid de Religiosis Mendicantibus. num. 7.
Quomodo tollatur. num. 8.

1 CESSATIO à diuinis, quæ & *suspensio Organorum* dicitur, est simplex quædam prohibitio quæ ministri Ecclesiæ prohibentur persoluere diuina officia, ministrare Sacramenta, & sepelire laicos in loco sacro, itaut eius effectus sit, vt dicetur postea, omissio, seu desistentia à diuinis officijs, administratione Sacramentorum, & sepultura laicorum. Nauarrus *in Manual. cap. 27. num. 188.* Suarez *tom. 5. de Censur. disp. 39. sect. 1.* Vnde quamuis Cornexo *tom. 2. in 3. part. S. Tho. disp. 1. dub. 2.* eam vocet Censuram, communiter tamen tenetur oppositum, eo quod nec sit pœna, sed vt dixi, simplex prohibitio diuinorum in signum grauissimi mœroris Ecclesiæ, propter grauissimam iniuriam sibi illatam, nec qui illam violat, incurrit

rit irregularitatem, nec ſertur directè in perſonam aliquam, ſed in locum. Laymanus *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 4. *cap.* 6. *num.* 1. Bonacina *de Cenſur. diſp.* 6. *punct.* 1. *num.* 4. Alia eſt generalis, qua prædicta prohibentur in loco vniuerſali, vt in Regno, Caſtro, aut Ciuitate, alia particularis, qua prohibentur in loco particulari, v.g. in vna Eccleſia. Siluester *in Summa verbo Ceſſatio à diuinis num.* 1. In quo autem differat ab Interdicto conſtabit ex dicēdis tum infra, tum verbo *Interdictum.*

2 Cauſa efficiens ceſſationis à diuinis, ſeu ille, qui illam imponere poteſt eſt Summus Pontifex pro tota Eccleſia, & Epiſcopus pro ſua Diœceſi, vel alij habentes iuriſdictionem in foro contentioſo. Sayrus *lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 3. Hinc credunt aliqui poſſe id competere Abbatibus. Tamburinus *de Iure Abbatum tom.* 2. *diſp.* 16. *quæſt.* 8. Sed ſolum eſt admittendum, quando habent populum ſubiectum, & iuriſdictionem in foro contentioſo. Finis illius eſt reſipiſcentia, & emendatio illius, cuius cauſa lata eſt ceſſatio. Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 2. *art.* 2. *concluſ.* 2. Cauſa veluti materialis eſt delictum, & culpa, ratione cuius ponitur. Bonacina *ſupra num.* 4. Etſi proprius loquendo cauſa materialis illius ſit locus in quo ponitur. Formalis verò ſunt verba quibus ponitur, videlicet, *Nos ob talem cauſam præcipimus, &c.* vel ſimilia. Sayrus *dicto cap.* 18. *num.* 11. De conditionibus porrò in ea ferenda ſeruandis, Siluester *ſupra quæſt.* 1. Suarez *ſupra ſect.* 3. Tamburinus etiam *ſupra*.

3 Effectus illius ſunt, primus, omiſſio recitationis publicæ officij diuini, ideſt horarum Canonicarum, Miſſarum, &c. etiam ſi ſeruetur moderatio, *cap. Alma mater*, pro diebus quibus tempore interdicti generalis id permittitur in eo cap. De quo dixi *tom.* 1. *cap.* 21. *num.* 19. quia ibi ſolum eſt ſermo de interdicto generali non de ceſſatione. Sayrus *ſupra cap.* 19. Suarez *ſupra ſect* 2. (licet oppoſitum pro feſtiuitatibus eo *cap. Alma mater* relatis probabiliter teneant aliqui apud Henriquez *lib.* 13. *cap.* 53. *num.* 3. Layman. *ſupra num.* 3. eo quod ea conceſſio facta credatur ob reuerentiam dictarum feſtiuitatum.) Vnde conſequenter tali tempore non licet pulſare campanas, quia illæ pulſantur, propter diuina officia, licet ad concionem, ad *Aue Maria*, & ſimilia, quæ non ſunt officia diuina pulſari poſſint, niſi obſtet conſuetudo. Suarez *ſupra num.* 17. Bonacina *ſupra punct.* 3. *num.* 2. Licent tamen priuatæ orationes, etiam in Templis, & horæ Canonicæ priuatim dictæ, etiam ex obligatione, quia etiam iſtæ computantur inter priuatas orationes. Suarez *ſupra num.* 2. Imò, vt aliqui probabiliter exiſtimāt, poſſunt dici etiam in Eccleſia horæ Canonicæ à duobus, clauſis ianuis, & voce ſubmiſſa, ac ſine cantu, quia hoc modo non reputantur publicum officium. Epiſcopus etiam poteſt celebrare in Ec-

cleſia durante ceſſatione. Sayrus *lib.1. de Cenſur.cap.19.num.5.* Gauantus *in Manual. Epiſcopor. verbo Ceſſatio à diuinis num.7.* Quod maximè credo, quando ceſſatio poſita eſt ab ipſo. Similiter ſemel in hebdomada celebrare licet cum vno miniſtro ad renouandam Euchariſtiam, ob neceſſitatem infirmorum ne ſpecies putrefiant. Bonacina *ſupra nu.3.* Laici verò eo tempore prohibentur diuinis aſſiſtere, quia pro illis præſertim ponitur ceſſatio. Suarez *ſupra num.* 14. Bonacina *ſupra num.4.* Hic nota, Rodriguez *to.2. Quæſtion.Regular.quæſt.116. art* 3. & Portellum *in Dub. Regular. verbo Interdictum num.74.* tenere licitum eſſe Regularibus tempore ceſſationis à diuinis celebrare ſecretò, propter priuilegium Leon.X. quod refert Caſſarubius *in Compend. verbo Interdictum 1. num.17.* Sed cum tale priuilegium fuerit viuæ vocis oraculum, vt conſtat ex ipſo Caſſarubio, qui propterea notat illud littera O, & huiuſmodi priuilegia abrogata ſint hoc tempore à Gregorio XV. & Sanctiſs. D.N. Vrbano, vt ſæpius dixi, ideo niſi poſtea per Bullam innouatum fuerit, nihil valet. Vide dicenda infra *nu.7.*

4 Secundus ceſſationis effectus, eſt priuatio Sacramentorum. Ita vt nec Matrimonium, nec Ordo, nec extrema Vnctio eo tempore adminiſtrari poſſint, ſed ſolum propter grauem neceſſitatem Baptiſmus parulorum, Sacramentum pœnitentiæ pro morientibus, & Euchariſtiæ pro viatico, *cap. non eſt vobis de Sponſalibus.* Vnde etiam conſequenter admitti poteſt ea celebratio, quæ neceſſaria eſt pro conſecratione Hoſtiæ tribuendæ morienti, ſi alias non eſſet alia conſeruata. Extendunt id aliqui ad Sacramentum pœnitentiæ extra articulum mortis, & Baptiſmum adultorum, quod etiam dicunt quidam de Sacramento Confirmationis. De quibus Suarez *dicta ſect.2.* Laymanus *num.3.* Bonacina *dicto punct.3.* Alij etiam id extendunt ad Sacramentum Ordinis, quando deeſſent Sacerdotes neceſſarij. Sayrus *ſupra num.11.* Gauantus *ſupra num.8.*

5 Tertius effectus, eſt priuatio Sepulturæ ſacræ, quoad laicos. Nam quoad Clericos, ſeu Eccleſiaſticas perſonas, inter quas Religioſi numerantur, plures aſſerunt non eſſe prohibitam, modo ſepeliantur ſine officijs diuinis. Imò quoad laicos id etiam admittunt aliqui, cum nullo iure, vt inquiunt, oppoſitum oſtendatur. De quibus relati auctores, Henrriquez *lib.3.cap.53* & alij.

6 Violans ceſſationem grauiter peccat, cum faciat contra Eccleſiæ prohibitionem in re grauí. Non tamen incurrit irregularitatem, cum ea non ſit in iure expreſſa, & nulla irregularitas ſit, niſi in iure expreſſa. Bonacina *ſupra num.9.* Verumtamen Religioſi non obſeruantes ceſſationem generalem ſubiacent excommunicationi, ex Clement.1. *de ſent.excommunicat.* Silueſter *ſupra quæſt.5.* Suarez *ſupra nu.36.*

7 Notat

7 Notat præterea Silueſter *ibid.* quod Prædicatores, & Minores in hoc ſunt priuilegiati, quo denotare videtur non teneri obſeruare ceſſationem. Pro quo vide dicta *tom.*1.*cap.*21.*num.*20. Et animaduerte, quod cum Interdictum, & ceſſatio ſint valdè diuerſa, ideo priuilegiati pro tempore Interdicti non cenſentur priuilegiati tempore ceſſationis. Solum ergo ſpecialia priuilegia pro tempore ceſſationis quærenda ſunt.

8 Tollitur ceſſatio à diuinis ab eo à quo ponitur, vel à Superiore, vel à ſucceſſore, aut ab habente facultatem delegatam ad id faciendum, ſicut in ſimili diximus de abſolutione à Cenſuris ſupra verbo *Cenſuræ num.*12. Tamburinus *ſupra quæſit.*9. Forma autem tollendi ceſſationem, cum non ſit iure præſcripta, erit ea per quam manifeſtetur voluntas eam tollendi. Reginaldus *in praxi fori pœnitent.lib.*32.*tract.*3: *num.*84. Tamburinus *ſupra*.

CLAVSVLA.

SVMMARIVM.

*Clauſularum notitia quomodo vtilis Regularibus. num.*1.
*Verba in Bullis contenta aliquid debent operari. num.*2.
*Clauſula in fine poſita refertur ad præcedentia. num.*3.
*Quid de Clauſula poſita in vna parte diſpoſitionis. num.*4.
*Quid de Clauſula poſita in vno verſiculo. num.*5.
*Clauſula generalis ad quos caſus extendatur. num.*6.
Clauſula Abſoluentes à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, &c. *quid importet. num.*7.
Clauſula Actum, &c. *quid importet. num.*8.
Clauſula Ad beneplacitum noſtrum, *vel ſimiles quid denotent. nu.*9.
Clauſula Appellatione remota, *quomodo intelligenda. num.*10.
Clauſula Arbitrio tuo, *quid ſignificet. num.*11.
Clauſula Auctoritate noſtra, *vel ſimiles, quam vim habeant. num.*12.
Clauſula Beneplacito tuo, *quid importet. num.*13.
Clauſula Canonica monitione præmiſſa, *quid ſignificet. num.*14.
Clauſula Citra pœnam ſanguinis. *num.*15.
Clauſula Confirmamus, & innouamus, *quod ius tribuat. num.*16.
Clauſula Conſcientiam tuam oneramus, *quid operetur. num.*17.
Clauſula Contradictores quoſcumque compeſcendo, *quam facultatem tribuat. num.*18.
Clauſula Decernentes irritum, & inane, &c. *num.*19.

Digitized by Google

Clauſula De plano, *vel ſimiles, quid importent*. *num.*20.
Clauſula De plenitudine poteſtatis, *quos effectus operetur*. *num.*21.
Clauſula Dicitur pleniùs continere. *num.*22.
Clauſula Diſcreto viro ex approbatis ab Ordinario. *num.*23.
Clauſula Diſtinctè iniungimus, præcipimus, &c. *num.*24.
Clauſula Dum modò aliam in eadem Eccleſia non conceſſerimus. *num.*25.
Clauſula Et decretis Concilij Tridentini non aduerſentur. *num.*26.
Clauſula Et ſacris Canonibus, &c. *num.*27.
De Clauſula Et pro potiori cautela. *num.*28.
De Clauſula Ex certa ſcientia. *num.*29.
De Clauſula Ex tunc prout ex nunc. *num.*30.
De Clauſula Facies, quod tibi videbitur. *num.*31.
De Clauſula Gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ. *num.*32.
De Clauſula Habeas liberum arbitrium iudicandi. *num* 33.
De Clauſula Indignationem omnipotentis Dei. *num.*34.
De Clauſula Indignationem Apoſtolorum Petri, & Pauli. *num.*35.
De Clauſula In foro conſcientiæ. *num.*36.
De Clauſula In omnibus, & per omnia. *num.*37.
De Clauſula In quo conſcientiam tuam oneramus. *num.*38.
De Clauſula Inuocato auxilio brachij ſæcularis. *num.*39.
De Clauſula Iudicio tuo. *num.*40.
De Clauſula Motu proprio. *num.*41.
De Clauſula Non obſtantibus. *num.*42.43.44.45.46.
Pro praxi priuilegiorum Regularium. *ibid.*
De Clauſula Non poteſt. *num.*47.
De Clauſula Omni meliori modo. *num.*48.
De Clauſula Parte ſatisfacta. *num.*49.
De Clauſula Pœnitentia ſalutari iniuncta. *num.*50.
De Clauſula Pro expreſſis, &c. *num.*51.
De Clauſula Pro potiori cautela. *num.*52.
De Clauſula Prout conſcientiæ tuæ. *num.*53.
De Clauſula Prout de iure. *num.*54.
De Clauſula Prorſus eximimus. *num.*55.
De Clauſula Quatenus ſunt in vſu. *num.*56.
De Clauſula Quorum tenores. *num.*57.
De Clauſula Quoties expediens fuerit. *num.*58.
De Clauſula Ratum, & firmum. *num.*59.
De Clauſula Recuſatione remota. *num.*60.
De Clauſula Relinquo conſcientiæ tuæ. *num.*61.
De Clauſula Saluo aſſenſu Apoſtolico. *num.*62.

De Clauſula Saluo iure Parochiali. *num.*63.
De Clauſula Si & in quantum. *num.*64.
De Clauſula Si & prout de iure. *num.*65.
De Clauſula Sicut accepimus. *num.*66.
De Clauſula Sola rei veritate conſpecta. *num.*67.
De Clauſula Sublata facultate. *num.*68.
De Clauſula Super omnes, & ſingulos. *num.*69.
De Clauſula Supplentes defectus. *num.*70.
De Clauſula Tuo iudicio, vel prudentiæ. *num.*71.
De Clauſula Vocatis vocandis. *num.*72.
*De alijs Clauſulis remiſſiuè. num.*73.

1 CLAVSVLARVM notitia valdè vtilis eſt Regularibus, quia in Bullis Pontificijs, priuilegijs, Conſtitutionibus, & decretis pro ipſis editis eædem ſæpius repetuntur, & non modicam difficultatem ingerere ſolēt. De principalium ergo, vſu frequentiorum, & magis communium intelligentia agendum, Alphabeti ordine ſeruato, in ipſorum Regularium gratiam, præmittēdo prius generales aliquas regulas ad ipſas ſpectantes.

2 Prima ſit. Verba quæcunque in prædictis Bullis, priuilegijs, Conſtitutionibus, &c. aliquid debent operari, aliàs eſſent ſuperflua, & impertinenter poſita, *l.* 3. *in princip. ff. de iure iur. cap. ſi Papa in fin. de priuileg. in* 6. Gonzalez *de Regul.* 8. *Cancellar.* §. 7. *præmial. num.* 127. Tamburinus *de Iure Abbatum tom.* 1. *diſp.* 18. *quæſit.* 6. *num.* 63.

3 Secunda. Clauſula in fine poſita refertur ad omnia præcedentia, *l* 1. *C. de liber præter l. ſi talis ſcriptura* § *fin. ff. de legat.* 1. *cap.* 2. Sanchez *lib.* 3. *de Matrimon. diſp.* 7. *num.* 17. Intellige, quando eſt eadem in illis ratio, & ſalua recta ratione ad illa referri poteſt, aliàs ſolum refertur ad id, quod poteſt de iure determinari. Sanchez *lib.* 6. *de Matrimon. diſp.* 22. *nu.* 19. *& lib.* 8. *diſp.* 16. *num.* 11. *& lib.* 10. *diſp.* 17 *in fin.*

4 Tertia, quæ coincidit cum præcedenti. Clauſula poſita in vna parte diſpoſitionis, ſiue in principio, ſiue in medio, ſiue in fine, refertur ad omnia contenta in illa, quando omnium eſt eadem ratio. Sanchez *de Matrimon. diſp.* 22. *in fin.* ex Decio, Nauarro, & alijs.

5 Quarta. Clauſula poſita in vno paragrapho, vel verſiculo non refertur ad alium paragraphum, vel verſiculum. Gloſſa *cap. vnic. verbo ſic ſcilicet, de poſtulat. Prælator. in* 6. Sanchez *lib.* 7. *de Matrimon. diſp.* 108. *num.* 3.

6 Quinta. Clauſula generalis ſubſequens aliquos caſus expreſſos ſpeciale mandatum petentes, extenditur ad alios caſus ſimiles exigentes ſimiliter ſpeciale mandatum, *cap. Qui ad agendum de procurator. in* 6.

Non autem ad longè maiores. Clement. *non poteſt de procurat.* Gloſſa *dicto cap. Qui ad agendum verbo non expreſſos.* Siluester *in Summa verbo Clauſula num.* 2. Sanchez *lib.* 2. *de Matrimon. diſp.* 11. *num.* 3.

7 His regulis præſuppoſitis, de ſingulis Clauſulis nobilioribus agendum; & primò; de Clauſula *Abſoluentes à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, &c. ſententijs*, quæ apponi ſolet in priuilegijs Summorum Pontificum, iam dixi ſupra verbo *Beneficium num.* 9. ad quæ valeat, vel non. Et nota, quod hæc Clauſula introducta fuit ad tollenda pericula nullitatum, quæ poſſent oriri ex aliquibus impedimentis, cenſura, &c. vel ſimili, & reddit gratias efficaces, & validas, non obſtantibus dictis impedimentis. Sayrus *lib.* 2. *de Cenſur. cap.* 5 *num.* 12. Henrriquez *lib.* 13. *cap.* 13. *num.* 3. Sic verò abſolutus nullam aliam gratiam conſequitur, niſi eam ad cuius effectum abſoluitur. Quare ſi celebret, diuinis interſit, &c. eas pœnas incurrit quas alias incurreret. Peirinis *tom.* 1. *Priuilegior. Minimor. in Conſtit.* 1. *Iulij II.* §. 30. *nu.* 54.

8 Clauſula *Actum, &c.* denotat inſtrumentum perfectum, & ipſa deficiente manet imperfectum. Baldus *in l. contractus num.* 15. *C. de fide inſtrumentor.* Naldus *in Summa verbo Clauſula.*

9 Clauſula *Ad beneplacitum noſtrum* denotat cõceſſionem eſſe perſonalem, ac perconſequens expirare per mortem, vel amotionem concedentis. Vnde approbatio Confeſſarij hoc modo conceſſa expirat per mortem, vel amotionem Epiſcopi concedentis. Quando verò dicitur *Ad beneplacitum Sedis noſtræ*, vel *Dignitatis noſtræ*, tunc eſt perpetua. Ratio eſt, quia in priori Clauſula ſolum denotatur voluntas perſonæ, quæ non eſt perpetua, ſed ſolum ad tempus. In poſteriori verò denotatur volũtas Sedis, vel Dignitatis, quæ eſt perpetua, quia cenſetur manere eadem in ſucceſſore, *cap. ſi gratioſè de reſcript. in* 6. Sanchez *lib.* 8. *de Matrimon. diſp.* 28. *à num.* 49. Naldus *in Summa verbo Clauſula, & verbo Gratia num.* 6.

10 Clauſula *Appellatione remota*, primò tollit appellationes friuolas, prout eſt certum apud omnes, cum illas abominetur totum ius commune. De quo plura Tamburinus *de Iure Abbatum to.* 1. *diſp.* 18. *quæſit.* 6 *num.* 57. Secundò, aliquando etiam tollit legitimas appellationes, quia ſi ſolum friuolas tolleret, nihil operaretur ſupra ius commune, cum illud illas etiam abominetur. Abbas *in cap. ſuper eo* 2. *num.* 9. *de appellat.* Peirinis *tom.* 1. *Priuilegior. Minimor. in Conſtit.* 7. *Iulij II.* §. 4. *num.* 3. Tamburinus *ſupra*. Vnde tertiò aliqui dicunt probabiliter tollere appellationes, etiam legitimas, quæ in iure non ſunt expreſſæ. Naldus *in Summa verbo Clauſula, & verbo Appellare num.* 1. vbi refert aliquos caſus, in quibus à iure expreſsè conceditur appellatio. Fauet Sanchez *tom.* 1. *opuſc. Moral. lib.* 3. *cap. vnic. dub.* 32. *nu.* 239.

*nu.*239. Melius videtur dicendum tollere omnes appellationes quantumuis legitimas, & iure expreſsè conceſſas, quando ſolum adeſt cauſa probabilis appellandi, ita vt ſolum propter grauem, iuſtam, & certam cauſam appellari poſſit. Sic enim ſaluantur tam ius naturæ, quàm ius poſitiuum, quæ appellationem permittunt, & ſimiliter, quod illa Clauſula aliquid vltra ius commune operetur. Sic colligo ex Franco *cap. poſtremo de appellat.* Speculatore 1. *part. tit. de recuſat.* §. 1. *num.* 5. & Sanchez *tom.* 2. *opuſc. Moral. lib.* 6. *cap.* 8. *dub.* 2. *num.* 24. Adde, per dictam Clauſulam non impediri quo minus Iudex ex legitima cauſa recuſari poſſit, quia alia ratio eſt de appellatione, & alia de recuſatione. Abbas *in cap. Nouit ille de appellat. num.* 3. Peirinis *ſupra*. Tamburinus *ſupra num.* 58. Operatur etiam reſpectu partium, non reſpectu tertij comparentis pro ſuo intereſſe, vt in *cap. ſuper eo de offic. delegat.* Panormitanus *ibid.* Naldus *ſupra verbo Clauſula.* Nec tollit appellationem ab interlocutoria, ſed ſolum à diffinitiua. Additio Panormitani *ad dict. cap. ſuper eo.* Tamburinus *ſupra num.* 60. vbi & alia. Nota etiam, quod hæc Clauſula in medio litterarū poſita reſpicit præmiſſa quibus annectitur, non ſequentia, niſi repetatur in fine litterarum, & hoc ſi negotia ſint ſeparata, *cap. Inquiſitionis tuæ de appellat.* Naldus *in Summa verbo Appellare num.* 1.

11 Clauſula *Arbitrio tuo* in Statuto diſponenti, quod Iudex procedat imponendo pœnas, intelligenda eſt de pœna proportionata, & ſolita apponi pro ſimili delicto. Quod etiam extendunt aliqui ad pœnam capitalem, niſi verba præcedentia aliud indicarent. Naldus *ſupra verbo Clauſula*.

12 Clauſula *Auctoritate noſtra*, ſeu *vice noſtra facias, &c.* quæ poni ſolet in aliquibus Litteris Apoſtolicis imprimit auctoritatem delegatam ad illum effectum, quando ponitur in Litteris directis Iudici, aliàs habenti iuriſdictionem Ordinariam. Naldus *ſupra verbo Clauſula*. Idem dicerem, ſaltem ſæpius, etiam ſi talis Iudex non haberet talem Ordinariam poteſtatem.

13 Clauſula *Beneplacito tuo* non importat liberam omnino voluntatem, ſed arbitrium boni viri, relinquitur enim ipſi, vt rectè, & prudenter arbitretur. Naldus *ſupra*.

14 Clauſula *Canonica monitione præmiſſa*, ſignificat præcedere debere monitionem trinam per tria interualla, ſeu vnam cum aſſignatione trium interuallorum, iuxta *cap. Conſtitut. de ſentent. excommunicat. in* 6. & dicta ſupra verbo *Cenſuræ Eccleſiaſticæ num.* 7.

15 Clauſula *Citra pœnam ſanguinis* ponitur ad effugiendam irregularitatem, propterea ea vtitur accuſator Clericus, quando aliquem accuſat, iuxta dicta ſupra verbo *Accuſator à num.* 18.

16 Clau-

16 Clauſula *Confirmamus, & innouamus* denotat cõfirmationem, & innouationem Quæ eſt duplex: alia in forma communi, alia quæ dicitur *ex certa ſcientia*. Prior non reſtituit priuilegia reuocata, vel quomodocunque ammiſſa, nec dat nouum ius, ſed antiquum conſeruat, *cap. quia intentionis de priuileg.* Poſterior verò confert nouum ius de ſe, & æquiualet conceſſioni, ideoque reſtituit priuilegium perditum. Suarez *de legibus lib.* 8. *cap.* 20. *nu.* 2. & 8. Peirinis *tom.* 2. *Priuilegior. Minimor in Conſtit. vnic. Gregorij XIV.* §. 1. *num.* 1. Vide dicenda infra *Clauſula Ex certa ſcientia*, & 4. tom. verbo *Priuilegium*.

17 Clauſula *Conſcientiam tuam oneramus*, remittit rigorem Iuris, & operatur, quod ſi appelletur à ſententia Commiſſarij non tenetur deferre appellationi, ex quo enim conſcientiæ ſuæ cauſa relicta eſt, appellatio non deuoluit illam ad Superiorem, nec ſuſpendit poteſtatem, eſto Superior poſſit emendare, quod malè geſtum eſt. Panormitanus *in Clement. vt Conſtitut. de Iur. patron.* Peirinis *tom.* 1. *Priuilegior. Minimor. in Conſtit.* 19. *Leon. X.* §. 2. *num.* 2. Non tamen operatur, vt ordo Iuris omittatur in iudicando. Naldus *ſupra*. Notans prædicta valere in praxi pro multis, ſcilicet executoribus teſtamentorum, & legatorum, quorum conſcientiæ remitti ſolent multa.

18 Clauſula *Contradictores quoſcunque compeſcendo, &c.* dat facultatem compeſcendi eos, qui de facto ſolum contradicunt, non eos, qui de iure, iuxta Gloſſam *in cap. pro illorum de præbend.* Vbi Abbas. Nauarrus *in cap. cum contingat de reſcript. num.* 3. Rodriguez *tom.* 1. *Quæſtion. Regular. quæſt* 8. *art.* 12. Dat tamen facultatem compeſcendi non ſolum partes moleſtantes, ſed etiam extraneos, vt ex Gloſſa, & Abbate notat Tamburinus *de Iure Abbatum ſupra num.* 56. Per eam non inducitur prohibitio appellationis, niſi forſan dicatur, remota quacunque contradictione, vel omni moleſtia, vel abſque aliqua contradictione. Naldus *ſupra verbo Clauſula* §. *Procedatur abſque*.

19 Clauſula *Decernentes irritum, & inane* irritat in priuilegijs, ſeu alibi appoſita omnia, quæ in contrarium fiant, *cap. ſi eo tempore de el. & in 6. & cap.* 1. *verſ. adijciebatur de conceſſ. præbend.* etiam *in 6.* Gonzalez *ad Regular.* 8. *Cancellar. Gloſſ.* 67. *à num.* 12. Tamburinus *ſupra num.* 47. Quod intellige, etiam ſi pars nihil opponat. Barboſa *in Tract. de Clauſul. vſu frequent. clauſul.* 40. *num* 3. Tamburinus *ibid.* Ligat etiam ignorantes, *dicto cap.* 1. Antonius Gabriel *lib.* 6. *concl. tit. de Clauſul. cap.* 3. *num.* 1. Peirinis *tom.* 1. *Priuilegior. Minimor. in conſtit.* 23. *Leon. X.* §. 4. *num.* 5. vbi alia. Non tamen quoad pœnam aliam præter irritationem, *cap. ſi Beneficia de præbend. in 6.* Naldus *ſupra* §. *irritans*, apud quem alia in ſequentibus.

20 Clau-

Digitized by Google

20 Clauſula *De plano*, & ſimiles, quid importent habes, 1. *to. cap.* 27. *num.* 26.

21 Clauſula *De plenitudine poteſtatis* operatur plures, & ſingulares effectus. Primus, quod quando Princeps ſic loquitur in priuilegio, nihil opponi poſſit contra illud. Barboſa *de Clauſul. vſu frequentib. clauſul.* 41. *num.* 21. *ſecundum Lugdun. impreſſ.* Tamburinus *ſupra nu.* 29. Secundus, tollit omnes defectus ſolemnitatis non prouenientes à natura, ac etiam obreptionem, & ſurreptionem. Taniburinus *num.* 30. Tertius, operatur in præiudicium tertij, vt habet Naldus *ſupra*. Etſi hoc neget Tamburinus *num.* 31. Conueniunt autem in hoc, quod non deroget iuri tertij, quando illud eſt adquiſitum. Barboſa *ſupra num.* 42. Alia apud hos auctores.

22 Clauſula *Dicitur plenius continere*, aut dicis *plenius contineri* apponi ſolita à Summis Pontificibus in gratijs conceſſis ad inſtantiam, referuntur ad petitionem ab ipſis factam, & quando ponitur primo modo non incumbit impetranti onus probandi, ſecus quando ſecundo modo ponitur. Nauarrus *in cap. ſi quando de reſcript. except* 3. *num* 2. Peirinis *tom.* 1. *Priuilegior. Minimor. in Conſtit.* 1. *Sixti IV.* §. 1. *num.* 1.

23 Clauſula *Diſcreto viro ex approbatis ab Ordinario* apponi ſolita à tergo litterarum Sacræ Pœnitentiariæ ab aliquibus extenditur, etiam ad Confeſſarios approbatos ab Ordinario non abſolutè, ſed limitatè. V. g. reſpectu virorum tantum, & non reſpectu fœminarum. Eò quod limitatio Confeſſariorum ad audiendas Confeſſiones virorum, & non mulierum non ſit ob defectum ſcientiæ; cum potius regulariter maior ſcientia requiratur ad audiendum Confeſſiones virorum, quàm fœminarum, ſed ob defectum ſolum ætatis. Pœnitentiaria autem Sacra per illa verba potius attendere videtur ad ſufficientiam litterarum, quam ad ætatem. Naldus *ſupra* §. *diſcreto viro*. Qui benè ſecus dicit eſſe dicendum de approbatis tantum ad tempus, quia hoc arguit ſcientiæ defectum. Idem dico de approbatis pro vno loco tantum, v. g. pro oppido aliquo, propter eamdem rationem, iuxta dicta ſupra verbo *Bulla Cruciatæ num.* 20. & 1. *tom. cap.* 19. *num.* 19.

24 Clauſula *Diſtrictè iniungimus*, vel *præcipimus*, aut *prohibemus*, vbi apponitur, inducit, ſecundum aliquos, peccatum mortale. Ex Clement. 1. *de offic. Iudic. Ordin. verbo Iniungimus* adiuncta Gloſſa marginali. Naldus *ſupra* § *diſtrictè*. Sed conſideranda eſt grauitas, vel leuitas materiæ, quia peccatum mortale non cadit niſi ſupra materiam grauem. In illa autem Clement. ſermo eſt de enormibus criminibus.

25 Clauſula *Dummodo aliam in eadem Eccleſia non conceſſerimus* apponi ſolita in conceſſionibus Indulgentiarum noſtri temporis, intelli-

telligitur de alia Indulgentia ſimili expreſſæ in eadem conceſſione ob dictionem *aliam*, quæ eſt repetitiua eiuſdem qualitatis, quæ prius, ſeu immediatè fuerat expreſſa. Ita Naldus *ſupra* §. *Dummodo aliam*. Idem ſequitur Gauantus *in Manual. Epiſc. verbo Indulgentia nu.* 17. Sicque video practicari.

26 Clauſula *Et decretis Sacri Concilij Tridentini non aduerſentur, &c.* quæ ſolet poni in confirmationibus priuilegiorum, intelligitur probabiliter, iuxta dicta *tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 58. ſolum de illis decretis Concilij, quibus apponitur Clauſula *non obſtantibus, &c.* non de alijs quibus non apponitur. Solum enim per illa, non per iſta, cenſentur reuocata priuilegia Regularium, quia priuilegia, quæ non ſunt reuocata per decreta Concilij non dicuntur ſimpliciter ipſis contraria, aut illis aduerſari. Sic fermè Tamburinus *ſupra dicta diſp.* 18. *quæſit.* 6. *num.* 3. Qui tamen rectè, & cautè in fine addit ex Peirino ſenſum communem iſtius Clauſulæ in praxi eſſe, vt per eam cenſeantur derogata priuilegia, non ſolum, quæ à Concilio per Clauſulam *non obſtantibus* derogantur, ſed etiam alia, quæ ſunt ei ſimpliciter contraria. Propterea enim ego loco relato dixi oppoſitam ſententiam ſatis probabilem, & ſecuriorem eſſe.

27 Clauſula etiam *Et Sacris Canonibus, &c.* quæ etiam in confirmationibus priuilegiorum apponi ſolet, & coniungitur cum præcedenti *Et decretis, &c.* refert quidem non Canones iuris Communis, quia aliàs cum omnia priuilegia ſint contra ius commune, ſi illa Clauſula illos referret huiuſmodi confirmationes parum, aut nihil operarentur. Solum ergo refert Canones Concilij Tridentini, ita vt particula illa *Et* ſit coniunctiua Canonum Concilij Tridentini cum decretis ipſius. Ita Sorbus *in Additionib. ad compend. Priuilegior. Mendicant. verbo Priuilegia Fratrum* §. *Eſt etiam aduertendum*. Fauet Rodriguez *tom.* 1. *Quæſtion. Regular. quæſt.* 8. *art.* 8. & ſequuntur Naldus *ſupra* §. *dummodo non aduerſentur*. Peirinis *tom.* 2. *Priuilegior. Minim. in Conſtit.* 1. *Gregorij XIII.* §. 3. *num.* 2. & Tamburinus *ſupra num.* 2.

28 Clauſula *Et pro potiori cautela*, ſeu *pro maiori cautela, &c.* quæ ad maiorem confirmationis priuilegiorum validitatem apponi ſolet, ſignificat, quod iam diſpoſita ſufficiant, & inducit abundantem diſpoſitionem Tuſchus *verbo Clauſul. concluſ.* 31. Operatur etiam in vim nouæ conceſſionis. Ita ex Rotæ deciſ. Naldus *ſupra* §. *& pro potiori*.

29 Clauſula *Ex certa ſcientia* poſita in cõfirmationibus priuilegiorum confert nouum ius, & æquiualet conceſſioni. Inſuper per ipſam actus nullus validus redditur, ſi Princeps de nullitate veriſimiliter habebat notitiam. Tamburinus *dicta diſp.* 18. *quæſit.* 1. *num.* 6. Naldus *ſupra* §. *ex certa ſcientia*. Operatur, vt id, quod confirmatur, fiat ſolem-

ſemne, ſi aliàs non erat tale. Barboſa *de Clauſul. vſu frequentib. clauſul.* 59. *num.* 13. In tertij graue præiudicium, nihil operatur: ſecus in modico. Naldus, & Barboſa *ſupra*. Nec operatur, niſi circa ea, quæ ſunt iuris, & non quæ ſunt facti. Sanchez *lib.* 8. *de Matrimon. diſp.* 4. *num.* 6. Naldus *ſupra*. Barboſa *ſupra num.* 34. & ideo, nihil operatur, quando apponitur ſuper negotio de quo Princeps non habet notitiam. Tamburinus *dicta diſp.* 18. *quæſit.* 6. *num.* 28. ex alijs. Vide plura in Naldo *ſupra*.

30 Clauſula *Ex tunc prout ex nunc* poſita in priuilegijs, & reſcriptis Apoſtolicis, operatur, quod vnum tempus videatur alteri ineſſe. Barboſa *ſupra clauſul.* 61. *num.* 6. Tamburinus *dicto quæſit.* 6. *num.* 51. Item, quod actus poſtea factus cenſeatur factus à principio. Barboſa *ibid. num.* 2. Tamburinus *num.* 52. Non eſt tamen retrotractiua ad diem datæ in præiudicium Iuris alteri quæſiti medio tempore. Barboſa *num.* 8. Tamburinus *num.* 53.

31 Clauſula *Facias prout tibi videbitur* intelligitur de Inre iuſto, importat enim arbitrium boni viri, ideſt arbitrium iuſtum. Naldus *ſupra* § *facias* ex Gloſſa *in cap.* 2. *de corp. vitiat. verbo Viſum fuerit*.

32 Clauſula *Gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ, &c.* quæ ſolet dici de Epiſcopis, intelligitur de Epiſcopo non excommunicato, ſuſpenſo, aut interdicto. Gloſſa *in cap. Veniens de præſcript. verbo Gratiam*, & Gloſſa *in cap. Quod Sedem de offic. Iud. Ordin. verbo Gratiæ*. Peirinis *tom.* 1. *Priuilegior. Minimor. in Conſtit.* 2. *Iulij II.* § 6. *nu.* 24. Sine dubio etiam propterea excluditur per iſtam Clauſulam Epiſcopus hæreticus, aut ſchiſmaticus.

33 Clauſula *Habeas liberum arbitrium iudicandi* non tollit ſolemnitatem iuris. Naldus *ſupra* § *Habens*. Nec tollit ea, quæ ſunt ſecundum rationem.

34 Clauſula *Indignationem omnipotentis Dei, &c.* facit vt contrauenientes peccent mortaliter, quia eſt virtuale præceptum obedientiæ. Peirinis *tom.* 1. *Priuilegior. Minimor. in Conſtit.* 3. *Sixti IV.* § 4. *nu.* 7. Tamburinus *ſupra nu.* 9. Non tamen denotat excommunicationem. Sayrus *lib.* 1. *de Cenſur. cap.* 11. *num.* 16. Importare tamen pœnam priuationis Officiorum ferendam colligitur ex Felino *in cap. Veniens de præſcript. num.* 1. Tuſco *verbo Indignationis pœna concluſ.* 91. Sed melius alij ſolum importare pœnam arbitrariam. Eraſmus Cokier *de iuriſdict. Ordinar. in exempt. part* 4. *quæſt.* 62. *num.* 1. Barboſa *ſupra clauſul.* 91.

35 Clauſula *Indignationem Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli* idem importare videtur, & eodem modo de ipſa philoſophandum. Naldus *ſupra* § *indignationem*.

36 Clau-

36 Clauſula *In foro conſcientiæ* quid importet, dixi *tom.1. cap.18. num.45.* & ſupra verbo *Abſolutio num.6.& 7.* Vide Henriquez *in Summa lib.7.cap.13.§.2. littera V. & lib.14.cap.20.§.1.* & Tamburinum *ſupra num.16.*

37 Clauſula *In omnibus, & per omnia* importat vim ſpecialis ſpecificationis. Tuſchus *verbo Clauſula concluſ.354.num.1.* Marta *de Clauſulis part.1.clauſul.62.num.4.* Vide Tamburinum *ſupra nu.19.*

38 Clauſula *In quo conſcientiam tuam oneramus* potius importat monitionem, quam formam delegationis, & ſic cauſa continens illam poterit per alium expediri. Naldus *ſupra §. In quo conſcientiam* ex Abbate, & Nauarro.

39 Clauſula *Inuocato ſi opus fuerit auxilio bracij ſæcularis,* vel alia ſimilis, importat, quod, quando remedia Eccleſiaſtica non iuuant, applicari poteſt brachium ſæculare. Vide Nauarrum *in cap.cum contingat de reſcript. remed.1.* & Rodriguez *tom.1. Quæſtion.Regular.q.8. art.14.* Et nota hanc Clauſulam implicitè contineri in omnibus litteris Papæ, tenentur enim Iudices ſæculares hoc auxilium Iudicibus Eccleſiaſticis præſtare iure communi, *can.Principes, & can.Adminiſtratores 23. quæſt.5.* licet ad maiorem cautelam in aliquibus Litteris Apoſtolicis ſtylo Curiæ exprimatur. Peirinis *tom.1.Priuilegior.Minimor.in Conſtit.1.Iulij II.§.38.nu.97.* Naldus *ſupra §.Inuocato.* Quod ſi non præſtent, peccabunt mortaliter, poſita grauitate materiæ, & puniri debent, excommunicatione forſan. Menochius *de arbitrar.lib.2. caſu 452.* Rodriguez *ſupra.* Cogi tamen ad id poſſunt per Conſeruatores Religionum. Peirinis *ſupra.* In terminis tamen Conſtitutionis Gregorij XV. de qua *tom.2.cap.10.* dixi.

40 Clauſula *Iudicio tuo* importat arbitrium boni viri. Naldus *ſupra §. Iudicio tuo.* Vide dicta ſupra in Clauſula *Facias prout tibi videbitur num.31.*

41 Clauſula *Motu proprio,* quæ eſt ſatis communis in Litteris Pontificijs ponitur ad denotandum Summum Pontificem concedere illam gratiam non ad inſtantiam alicuius, ſed ex mera voluntate ipſius. Si verò in priuilegio præcedit petitio, vel inſtantia, & nihilominus Pontifex vtitur ea Clauſula, denotat cauſam finalem conceſſionis non fuiſſe eam petitionem, ſed meram Papæ liberalitatem. Ita habetur *ex cap.Si motu proprio de præbend.in 6.* Habet autem conceſſio ex motu proprio facta tres conditiones, quibus ſuperat conceſſionem factam ad inſtantiam. Prima, quod conceſſio motu proprio facta eſt magis voluntaria, & maius Beneficium, & ideo amplianda quantum proprietas verborum patitur. Secunda, quod numquam retorquetur contra eum, cui conceditur, ſicut interdum ſolet retorqueri conceſſio ad

in-

inſtantiam. Tertia, quod priuilegium ad inſtantiam per ſurreptionem impetratum non valet; ſecus verò ſi motu proprio concedatur. Suarez *de legib. lib. 8. cap. 12. num. 8.* Peirinis *tom. 1. Priuilegior. Minimor. in Conſtit. 4. Sixti IV. §. 3. num. 2.* Hæc tamen ſurreptio, quam tollit, ſolum eſt ea, quæ oritur ex parte impetrantis, non ea, quæ oriri poteſt, vel ex re ipſa, vel ex cauſæ falſæ expreſſione, vel ex defectu perſonæ, puta ſi ſit inhabilis, irregularis, &c. vel ſi præiudicet iuri tertij. Suarez *ſupra num. 11. cum ſequentibus.* Sanchez *lib. 8. de Matrimon. diſp. 21. num. 47. & ſequentibus.* Barboſa *ſupra clauſul. 79. num. 16. & ſequentibus.* Naldus *ſupra §. motu proprio, & ſequentibus.* Tamburinus *ſupra num. 20. & ſequentibus*, apud quos alia.

42 Clauſula generalis *Non obſtantibus, &c.* hunc præcipuè operatur effectum, ſcilicet tollere ea, quæ obſtare poſſunt illi diſpoſitioni, in qua eſt appoſita. Barboſa *ſupra clauſul. 82. num. 4.* Non auget tamen, nec ampliat gratiam, ſed ad limites ipſius appoſita cenſetur. Tamburinus *ſupra num. 37.* Vnde prouenit, illam nihil operari, ſi diſpoſitio ſuper qua eſt appoſita aliàs nulla eſſet. Marta *de Clauſul. part. 1. clauſul. 79. num. 26.* Vnde nec tollit ſurreptionis vitium. Marta *ibid. nu. 10.* Gonzalez *ad Regul. 8. Cancellar. gloſ. 15. num. 32.* Non ſufficit ad derogandum Clauſulis derogatorijs derogatoriarum, niſi in illa addantur ſequentia, *etiam ſi de illis ſpecialis, ſpecifica, expreſſa, & indiuidua mentio, ac de verbo ad verbum facta fuiſſet.* Ita ex Rotæ *deciſ. 87. n. 4. part. 2.* Tamburinus *ſupra num. 39.* Similiter quoties ſecundum priuilegium habeat Clauſulam derogatoriam, cum illis verbis, *etiam ſi talia fuerint, de quibus mentio fieri oporteret de verbo ad verbum, &c.* cenſetur per illud reuocatum primum habẽs Clauſulam derogatoriam derogatoriarum. Menochius *de præſumpt. lib. 6. præſ. 41. num. 22.* Gonzalez *ſupra gloſſ. 26. num. 23.* Tamburinus *ſupra*.

43 Clauſula *Non obſtantibus etiam ijs, quorum tenor de verbum ad verbum exprimi deberet, quæ volumus pro expreſſis haberi*, tollit neceſſitatem inſerendi tenorem illorum, etiam ſi in priori illa diſpoſitione, cui derogandum eſt, diceretur, quod per hanc Clauſulam non poſſet ei derogari, cum contra plenitudinem poteſtatis Papæ, nihil poſſit ſtatui. Naldus *ſupra §. non obſtantibus*, etiam ex Rotæ *deciſ. 109.* & Nauarro.

44 Clauſula *Non obſtantibus priuilegijs, &c.* non derogat priuilegia ad pias cauſas, nec illa, quæ commiſerationis cauſa, vel publicæ vtilitatis gratia conceſſa ſunt. Barboſa *ſupra clauſul. 183. num. 18. cum ſequentibus.* Tamburinus *ſupra num. 40.*

45 Clauſula *Non obſtantibus quibuſcunque conſuetudinibus* non videtur derogare conſuetudini immemorabili, ea enim eſt ſpeciali

nota

nota digna. Colligitur ex declaratione Sacræ Congregationis de ann. 1575. & 1580. Gonzalez *ſupra gloſſ. 33. num. 5.* Peirinis *tom. 1. Priuilegior. Minimor. in Conſtit. 19. Leonis X. §. 3. num. 3.*

46 Circa hanc porrò difficillimam, & intricatiſſimam Clauſulam *Non obſtantibus, &c.* vide Ioan. Andr. *in cap. vnic. de exceſſib. Prælat. num. 6.* Panormitanum *in cap. nonnulli de reſcript. à nu. 10.* Felinum *ibid. à num. 2.* Rodriguez *tom. 1. Quæſtion. Regular. quæſt. 8. art. 11.* Suarez *de Legib. lib. 8. cap. 38. per totum*, & Naldum *ſupra*. Maximè tamen pro praxi priuilegiorum Regularium notandum eſt, quod priuilegia concedentia illis facultatem abſoluendi à caſibus Papalibus, de quibus dixi *tom. 1. cap. 18. & 19.* & ſupra verbo *Caſus reſeruati*, & dicam infra verbo *Confeſſarius* non cenſentur reuocata per Conſtitutiones Summorum Pontificum poſteriorum, in quibus prohibent, vel præcipiunt aliquid reſeruando ſibi talis caſus abſolutionem, etiam ſi addant Clauſulam iſtam *Non obſtantibus, &c.* niſi declarent ſe derogare priuilegia concedentia facultatem abſoluendi à dicto caſu, ſeu quod idem eſt, niſi derogatio intenta per illam Clauſulam *Non obſtantibus* cadat non ſolum ſuper rem prohibitam, aut præceptam, ſed etiam ſuper facultatem abſoluendi à tali caſu. Ratio eſt, non ſolum quia priuilegia Regularium, iſta præſertim, quæ ſolum concernunt ſalutem animæ, ſunt valdè fauorabilia, & latè explicanda, ſed etiam, quia quando Summi Pontifices volunt derogare dictæ facultati abſoluendi per priuilegia Regularium, illam exprimunt, prout fecit Sixtus V. in Conſtitutione aduerſus Clericos malè promotos, de qua dixi *tom. 1. cap. 18. num. 39.* Quando ergo id non exprimunt cenſendi ſunt non velle reuocare dictæ facultati. Vide dicta eo *cap. 18. num. 41.* & Peirinis *tom. 1. de ſubdito quæſt. 4. §. vnic. verſ. ad primum reſpondeo.* Et ante ipſum Rodriguez *tom. 1. Quæſtion. Regular. quæſt. 20. art. 8.*

47 Clauſula *Non poteſt* inducit ſecundum plures nullitatem actus. Ita Naldus *ſupra §. non poteſt.* Melius tamen dicitur, quod quando ea non ponitur ob vitium, ſeu defectum, ſed ſolum ob honeſtatem perſonæ, & perfectionem ſtatus, tunc non inducit talem nullitatem. Secus verò, quando ponitur ob vitium, ſeu defectum perſonæ. Gregorius Lopez *lib. 2. verbo Frailes tit. 10. part. 6.* Sanchez *lib. 6. in Decalog. cap. 11. num. 44. & cap. 12 num. 10.* Vide alia 4. tom. verbo *Leges.*

48 Clauſula *Omni meliori modo* denotat meliorem viam pro actus validitate. Naldus *ſupra §. omni meliori modo.*

49 Clauſula *Parte ſatisfacta*, quomodo intelligenda, dixi ſupra verbo *Bulla Cruciatæ.* Vide & Naldum *ſupra §. parte ſatisfacta.*

50 Clauſula *Pœnitentia ſalutari iniuncta* intelligitur de Orationibus, ſuſceptionibus Sacramentorum, & alijs ſpiritualibus operibus,

non de eleemoſyna, vel alia corporali afflictione, niſi ex adiunctis oppoſitum colligatur, ſecundum Naldum *ſupra* §. *Pœnitentia ſalutari*.

51 Clauſula *Pro expreſſis*, &c. ſeu alia ſimilis *quorum tenores pro expreſſis*, &c. habet vim ſpecialis, & indiuiduæ expreſſionis. Matta *de Clauſulis par.* 1. *clauſul.* 101. *num.* 6. Barboſa *ſupra de Clauſulis clauſul.* 102. *num.* 2. Tollit proinde neceſſitatem inſerendi tenorem illarum Conſtitutionum, quæ confirmantur, vel derogantur, etiam ſi in illis diceretur expreſsè, quod non intelligerentur reuocatæ, niſi fieret de eis expreſſa mentio. Nauarrus *cap. ſi quando de reſcript. except.* 1. *num.* 1. Peirinis *tom.* 1. *Priuilegior. Minimor. in Conſtitut.* 4. *Sixti IV.* §. 3. *nu.* 3. Quando tamen fallat hæc regula, vide Naldum *ſupra* §. *pro expreſſis*, & §. *Quorum tenores*, & Barboſam *dicta clauſul.* 102. & *clauſul.* 127.

52 Clauſula *Pro potiori cautela* quid importet, dixi ſupra *num.* 28. cum loquerer de Clauſula *Et pro potiori cautela*.

53 Clauſula *Prout conſcientiæ tuæ*, &c. quomodo intelligenda vide ſupra *num.* 17. circa Clauſulam *Conſcientiam tuam oneramus*. Cui ſimilis videtur alia Clauſula apponi ſolita *Prout videris expedire*. De qua Naldus *ſupra* §. *prout videris*, &c.

54 Clauſula *Prout de iure*, ſeu *ſi, prout de iure* ſignificat iuris ordinem ſeruandum. Tuſchus *verbo Clauſula concluſ.* 368. In reſcripto reſtringit tantum verba præcedentia, non autem refertur ad omnia contenta in commiſſione, in quibus adſit ſpecialis determinatio. Sic ex Rotæ deciſ 922. Naldus *ſupra* §. *prout de iure*.

55 Clauſula *Prorſus eximimus, ac liberamus*, cum ſit valdè generalis, non ſolum derogat priuilegijs priuatæ perſonæ conceſſis, ſed etiam vniuerſitati cuicunque, etiam motu proprio, & ex certa ſcientia. Henriquez *in Summa lib.* 7. *de Indulgent. cap.* 27. *num.* 4. aſſerens *in Comment. litter. F.* huiuſmodi Clauſulam ſic geminatam excludere omnem interpretationem in contrarium. Hoc enim poſtulat dictio illa prorſus. Lege Barboſam *de dictionibus vſu frequentibus dict.* 294. *num.* 1. Tamburinum *ſupra num.* 6. & 7.

56 Clauſula *Quatenus ſunt in vſu* qualiter intelligenda dum eſt ſermo de priuilegijs Regularium, dixi *tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 17. Vide & dicenda 4. tom. verbo *Priuilegia*, ac Reuerendiſſimum Stratium *in Inſtruct. pro Carmelit cap* 5. *num.* 7.

57 Clauſula *Quorum tenores*, &c. habet vim ſpecialis, & indiuiduæ expreſſionis, iuxta dicta ſupra *num.* 51. de Clauſula *Pro expreſſis*, & deſeruit ad tollendū ſurreptionem. Naldus *ſupra* §. *Quorum tenores*, &c.

58 Clauſula *Quoties expediens fuerit*, vel *Quoties opus fuerit*, importat quandam veluti infinitatem, prout etiam idem importat Clau-

ſula *Quandocunque*, vel *Quotieſcunque*. Tuſchus *verbo Clauſula concluſ.* 353. *num.* 2.

59 Clauſula *Ratum, & firmum* includit Ius, & factum: *ratum* enim refertur ad ius, *& firmum* ad factum. Naldus *ſupra* §. *Ratum, & firmum*.

60 Clauſula *Recuſatione remota* intelligitur, vt credo, reſpectiuè, ſicut & alia ſimilis, ſcilicet *appellatione remota*, de qua ſupra *num.* 10. prout indicat Naldus *ſupra* §. *Recuſatione*.

61 Clauſula *Relinquo conſcientiæ tuæ* videtur intelligenda, ſicut & illa, *prout conſcientiæ tuæ*, & illa *conſcientiam tuam oneramus*, de quibus ſupra *num.* 17. & 53.

62 Clauſula *Saluo aſſenſu Apoſtolicæ* non excuſat à pœnis contra alienantes res Eccleſiaſticas inflictis, eos, qui illas alienant, iuxta dicta *tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 61. Et quamuis Naldus *ſupra* §. *Saluo aſſenſu* ex Riccio quem refert dicat id eſſe intelligendum, quãdo non addunt illa verba *Et non aliàs, aliter, nec alio modo*, & res eſt facilis recuperationis, nihilominus etiam poſitis his conditionibus, ſi poſſeſſio tradatur ementi non effugiunt vendentes dictas pœnas, quia proteſtatio eſt contraria facto, iuxta dicta eo loco ex Quaranta, Peirinis, & Bonacinæ.

63 Clauſula *Saluo iure Parochiali*, ſeu *ſine Parochiæ præiudicio*, aut ſimilis intelligitur de decimis, & primitijs, aut alijs obuentionibus, quæ à laicis exhiberi debent Parochis. Ioannes de Cruce *de Stat. Relig. lib.* 2. *cap.* 5. *dub.* 7. *concluſ.* 157. Tamburinus *ſupra num.* 18. Barboſa *ſupra clauſul.* 157. Vbi plura circa Clauſulam *Sine præiudicio*. Maximè Reuerendiſs. Stratius *in Inſtruct. relata cap.* 6. *num.* 8. ex Sixto IV. *in Mari magno Carmelitar.*

64 Clauſula *Si & in quantum* operatur in appellatione admiſſionem eorum, quæ ſunt admittenda, & negationem illorum, quæ de Iure non debent admitti. Naldus *ſupra* §. *Si & in quantum* ex Marta. In electionibus verò, quando res eſt dubia, an aliquis admitti debeat, & admittitur cum proteſtatione *Si & in quantum*, iuxta dicta *tom.* 2. *cap.* 12. *num.* 30. operatur, quod valeat electio.

65 Clauſula *Si & prout de iure* aliquando importare videtur idem, quod præcedens *Si & in quantum*, aliquando verò ſignificat iuris ordinem ſeruari debere. Tuſchus *verbo Clauſula concluſ.* 368.

66 Clauſula *Sicut accepimus* poſita in gratia motus proprij nõ eget iuſtificatione, ſecus verò in gratia ad partis inſtantiam. Tamburinus *ſupra num.* 55. ex varijs Rotæ deciſionibus.

67 Clauſula *Sola rei veritate perſpecta*, cui adiungi ſolent *Summariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura Iudicij*, quid importet,

tet,dixi *tom.*1. *cap.*27. *num.*26. Vide Naldum *ſupra* §. *Sola facti,&c. & ſequentibus*.

68 Clauſula *Sublata facultate,&c.* claudit os iudici, & tollit illi facultatem aliter iudicandi,ita vt pars contraria audiri non debeat, niſi obtenta à Summo Pontifice gratia de oris aperitione. Gonzalez *ad Regul.*8.*Cancellar.gloſſ.*66.*num.*3.*cum ſequentibus*. Garzia *de Beneficijs part.*6. *cap.*3. *num.* 98. Vnde proceſſus in contrarium factus ſit nullus. Barboſa *ſupra clauſul.*175.*num.*5. Tamburinus *ſupra nu.*12. apud quos alia.

69 Clauſula *Super omnes,& ſingulos* importat ſpecificationem ſpecialem,ac ſi omnes in indiuiduo nominarentur. Tuſchus *verbo Clauſula concluſ.*296. *num.* 2. Vbi etiam *num.* 3. dicit comprehendere etiam exemptos.

70 Clauſula *Supplentes defectus,&c.* non ſupplet illos, qui ſunt iuris naturalis,vt ſunt citatio partis in cauſis damnum tertij concernentibus,quia Princeps non poteſt tollere id, quod iure naturæ eſt neceſſarium. Tuſchus *in verbo Clauſula concluſ.*343. Barboſa *ſupra clauſul.* 177. *num.* 8. Solum ergo ſupplere poteſt defectus Iuris poſitiui. Idem Barboſa *ibid. num.* 2. Cum autem huiuſmodi defectus ſint in duplici differentia alij ſubſtantiales, v. g. quo reſcriptum impetrans non ſit excommunicatus, aut quod non impetretur per ſubreptionem, alij accidentales, ſcilicet, qui pertinent ad iuris ſolemnitatem, vt puta, quod ſententia non ſit lata die feſto,&c. ad minus ſupplet hos poſteriores, & quandoque priores, iuxta modum reſcripti, vt ſi illud fuerit ex motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, vel id colligatur ex contextu,vel circunſtantijs. Suarez *lib.*8.*de Legib.cap.*20.*num.*12. Peirinis *tom.*1. *Priuilegior. Minimor. in Conſtitut.*1. *Sixti IV.* §.2. *num.*8. & 9. Barboſa *dicta clauſul.*177.

71 Clauſula *Tuo iudicio*, vel *tuæ prudentiæ*, videtur importare idem, quod *conſcientiam tuam oneramus*, de qua ſupra *num.* 17. Vide Naldum *ſupra* §. *Tuo iudicio*.

72 Clauſula *Vocatis vocandis*, ſeu *qui fuerint vocandi,&c.* intelligitur de ijs quorum intereſt. Naldus *ſupra* §. *Vocatis*, *&c.* Significat etiam Iudicem ea diſpoſitione datum teneri obſeruare formam iudicialem,& non eſſe merum executorem,ſed mixtum,ideſt, partim executorem, & partim Iudicem, ac debere ex vi huius Clauſulæ vocare omnes quorum intereſt,vel ſpecificè ſi certò ſciantur,vel per edictum publicum ſi ignorentur. Panormitanus *in cap.exhibita de Iud.num.*6. Peirinis *tom.*1. *Priuilegior. Minimor. in Conſtitut.*1. *Sixti IV.* §.2. *num.*4.

73 De alijs Clauſulis occurrentibus in diſcurſu operis dicetur.

CLAVSVRA.

SVMMARIVM.

De Clauſura Regularium remiſſiuè. num.1.
De Clauſura virorum Religioſorum. num.2.
An poſſint obligari à Prælatis ad illam ſeruandam. ibid.
Terminus huius Clauſuræ qualis ſit. num.3.
Egreſſio nocturna, aut furtiua è Monaſterio eſt Caſus reſeruabilis; num.4.
Quando incurratur hic caſus. ibid.
Clauſura Monialium à quo tempore ceperit. num.5.
Quæ Moniales hoc præcepto aſtringantur. num.6.
An detur in hoc paruitas materiæ. num.7.
Quid de Monialibus degentibus in domibus Monaſterijs contiguis; num.8.
Quid de Moniali ſupra murum Monaſterij ſedente. num.9.
De Moniali, cui vitæ periculum imminet. num.10.
De Moniali grauida effecta. num.11.
An propter habendam curam conſanguineorum licitè exeant Moniales. num.12.
De caſibus concedendi licentiam egrediendi. num.13.
Quid declaratum à Sacra Congregatione. ibid.
An poſſint Moniales tranſire de vna Religione ad aliam. num.14.
An eijci propter incorrigibilitatem. num.15.
An transferri ad aliud Monaſterium correctionis gratia. num.16.
An pro inſtitutione Nouitiarum. num.17.
Quid circa hoc Sacra Congregatio declarauerit. num.17.& 18.
An cum transfertur Monialis ſecum deferat dotem. num.19.
De abſolutione à Cenſuris contra tranſgredientes illam Monialium Clauſuram. num.20.
An ſpectet ad Prælatos Regularium. ibid.
Quid de diſpenſatione in pœnis incurſis. num.21.
De Clauſura Monialium, quoad ingreſſum aliorum in ipſarum Monaſteria. num.22.
Quæ perſonæ ingredi prohibeantur in illa. num.23.
De Superiore, qui poteſt concedere licentiam pro tali ingreſſu. num.24.
Qualis debeat eſſe hæc licentia. num.25.
Quæ eſt cauſa legitima ipſam concedendi. num.26.

De

De ſocio Confeſſarij intrantis ad miniſtranda Sacramenta. num.27.
De Moniali energumena quomodo exorcizanda. num.28.
An liceat ingreſſus titulo ſepulturæ, vel funeralis Monialium. nu.29.
Qui officiales Monaſterij ingredi poſſint. num.30.
De malefactoribus ad Monialium Monaſteria confugientibus. nu.31.
Quando poſſunt Epiſcopi, & alij Superiores eò ingredi. num.32.
An, & quando Dominis Cardinalibus, aut Epiſcopis id permiſſum. num.33.
De fœminis, quibus etiam eſt prohibitum ingredi Monaſteria Monialium. num.34.
De cenſuris, & pœnis quas incurrunt tranſgreſſores. num.35.
A quo abſoluantur, vel diſpenſentur. ibid.
Quid de alijs pœnis ab antiquioribus Pontificibus impoſitis. num.36.

1 DE Clauſura Regularium perſonarum non pauca dixi to.1. huius Summæ. De Clauſura quidem virorum Religioſorum, quantum ad prohibitionem quam habent non admittendi fœminas in eorum Monaſterio, *cap.*10. *à num.*9. & quoad Clauſuram, quam ipſi obſeruare debent, *cap.*16. & de Clauſura Monialium tam quoad egreſſum è proprijs Monaſterijs, quàm quoad ingreſſum aliorum in illa, *cap.*25. *à num.*16. Alia tamen, vel pro maiori materiæ complemento in præſenti addenda ſunt.

2 Et primò, loquendo de Clauſura virorum Religioſorum, quantum ad dictam prohibitionem non admittendi fœminas intra Clauſuram ſuorum Monaſteriorum, prætet dicta eo loco alia dicam 4.tom.verbo *Monaſteria*. Quod verò attinet ad Clauſuram, quam ipſi obſeruare debent; certum eſt eos non teneri ſicut Moniales ad Clauſuram perpetuam. Neque enim aliqua Lex Eccleſiaſtica ad eam eos obligauit, nec aliqua Religio cum tali, tantaue auſteritate inſtituta eſt. Bonacina *in Tract. de Clauſura quæſt.*2. *punct.*1. *num.*1. Prælatos quoque Regulares non poſſe illam inducere probabile eſt, quia iuxta dicta *tom.*1. *cap.*1. *num.*13. ea, quæ ſunt omnino ſupra Regulam non poſſunt præcipi à Prælatis. An verò Summus Pontifex poſſit hoc facere, Bañez 2.2. *quæſt.*1. *art.*10 *dub.*6. & Bonacina *ſupra*, *& de Legibus diſp.*1. *quæſt.*1. *punct.*3. *num.*19. affirmare videntur. Sanchez verò *lib.*6. *in Decalog. cap.*2. *num.*22. id negat, licet *num.*43 cum Bañez relato affirmet poſſe nedum Papam, ſed etiam Prælatos Regulares aliqualem Clauſuram Monachis indicere, vt puta, quod non exeant è Conuentibus, niſi cum tali, vel tali limitatione. Teneri autem Religioſos ad aliquem modum Clauſuræ, iuxta ſuam Regulam, decreta Summorum Pontificum, & Conſtitutiones Religionum, dixi eo *cap.*16. *num.*1.

& ſequentibus, & tractat Bonacina loco relato ex *Tractat. de Clauſura*.

3 Terminus verò huius Clauſuræ Religioſorum comprehendit totum circuitum Monaſterij, includendo etiam in illo hortum, nemus, & alia loca illi annexa, quæ muris Monaſterij, ſeu ſeptis cinguntur. Hæc enim omnia ſunt partes Monaſterij, & ea comprehendit ſeptorum nomine Clemens VIII. *in decretis ſuper caſ. reſeruat.* dum inter eos refert egreſſionem extra ſepta Monaſterij. Peirinis *tom. 2. de Prælato quæſt. 3. cap. 2. §. 1. num. 39.* Ioannes Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Clauſura num. 2.* Non tamen pertinent ad Clauſuram loca aliqua ſeparata à Monaſterijs, Infirmariæ videlicet, Hoſpitia, vel loca, quæ ædificari incipiunt. Naldus *in Summa verbo Clauſura num. 1.* Deſignare autem huius Clauſuræ terminos extra quos Religioſi non poſſint ſine licentia exire pertinet ad Prælatos ipſorum, illi enim ſunt Ordinarij Iudices, & paſtores ipſorum. Naldus *ſupra* ex Confectio.

4 Egreſſio nocturna, ac furtiua è Monaſterio, ſeu Conuentu, quæ eſt caſus reſeruabilis in Religionibus ex decretis Clementis VIII. ſupra relatis, intelligenda eſt copulatiuè, ſeu complexiuè, & non diuiſiuè, Suarez 4. *tom. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 18. num. 5.* Naldus *in Summa verbo Clauſura §. dummodo non.* Ideſt non ſufficit ſola nocturna, neque ſufficit ſola furtiua, ſed requiritur vtrumque. Nec enim gratis vſus eſt Pontifex coniunctione *ac.* Cum autem Pontifex dicat *nocturna*, & materia ſit odioſa, non videtur ſufficere, quod egreſſio ſit in crepuſculis, quia in illis non eſt nox, de cuius eſſentia eſt omnimodus receſſus à luce Solis. Peirinis *ſupra num. 40.* Cum verò dicat *furtiua*, ideſt, ſine licentia Superioris, ideo ſi quis exeat, videntibus, expectantibus, vel cuſtodiam facientibus aliquibus ſocijs de Monaſterio incidet in hunc caſum. Peirinis *ibid.* Secus ſi Superior daret licentiam ſic exeundi, talis enim egreſſio, eſto eſſet iniqua, non tamen eſſet furtiua. Peirinis *ibid.* quamuis Suarez *ſupra num. 5.* oppoſitum probaliter dicat, cum talis licentia non ſit legitima. Similiter, ſi ipſe Prælatus exiret dicto modo, etiam incideret in talum caſum, ſi alias eſſet reſeruatus à ſuo Superiori, quia talis egreſſio eſt contra voluntatem Religionis, Regulæ, & Superiorum. Suarez, & Peirinis relati. Vide pro hoc caſu Longum *de caſ. reſeruat. part. 2. caſ. 3.* Moltetium *tom. 1. Summ. tract. 7. cap. 25. à num. 16.*

5 Loquendo de Clauſura Monialium, quoad prohibitionem, quam habent non egrediendi è ſuis Monaſterijs, præter dicta *tom. 1. huius Summæ cap. 25. à num. 16.* addendum, vel pro pleniori notitia, tale præceptum initium aliquo modo habuiſſe in lege veteri, in qua etiam erant Virgines clauſæ propheticam vitam agentes, vt colligitur non

ſolum

ſolum ex *Iudit.8.verſ.5.* ſed clarius ex 4.*Reg.*11.*verſ.*2. & multo clarius ex 2.*Machab.3.verſ.* 19.illis verbis: *Virgines, quæ concluſæ erant præcurrebant ante Oniam.* De quo vide Abulenſem 1.*Reg.2.quæſt.*12. Caniſium *lib.2.de Deipar.cap.*12. Baronium *in Appar.ad Annal.§.ſi fidem adhibendam,* & alios. Habuit etiam initium in primitiua Eccleſia, in qua conſtat Sanctam Mariã Magdalenam, Martham eius ſororem, cum alijs Virginibus in quodã cœnobio viriſſe, vt teſtatur Theodorus Mellitus *in vita ipſarum cap* 9. & Tamburinus *de Iure Abbatiſſarum diſp.*18.*quæſit.2.num.*1. vbi *num.*2. id refert de alijs, & *quæſit.*3.*nu.*1. refert plura antiqua Concilia in quibus aliquod veſtigium huiuſmodi Clauſuræ Monialium cernitur. Quamuis ergo à tempore Bonifacij VIII. Monialium Clauſura ſit ſub præcepto, temporibus tamen antecedentibus aliquo modo initiata fuit, & poſt Bonifacium à Concilio Tridentino, Pio V. & Gregorio XIII. rigidiſſimis pœnis intimata, iuxta dicta eo *cap.*25.*num.*16.

6 Quæ Moniales ſint, quæ hoc præcepto obliganeur, dixi ibi *nu.*17. vbi etiam de Monialibus Nouitijs, Conuerſis, & Oblatis. De loco Clauſuræ, dixi etiam *num.*17. Nunc verò agendum de aliquibus caſibus particularibus, de quibus dubitari poteſt, an in illis tranſgrediantur Moniales hoc præceptum, & Cenſuras impoſitas.

7 Et primò, in hoc præcepto dari credo paruitatem materiæ, & minimum, ita vt Monialis egrediens non ſecundum totum corpus, ſed ſecundum partem tantum, ita vt vno pede ianuam Clauſuræ exierit, alio verò intus extiterit, non incidat in Cenſuras, aut caſum reſeruatum. Ratio eſt, quia vt dixi ſupra verbo *Caſus reſeruati num.* 12. ad caſum reſeruatum requiritur actio perfecta, & completa, in hoc autem caſu non eſt egreſſus completus, vel perfectus. Sanchez *lib.6.in Decalog.cap.*16.*num.*70. fauet Diana *part.*5.*tract.*5.*reſolut.*22. Idem credo, ſi Monialis eſſet in ipſo oſtio, quia oſtium eſt partim intra, partim extra Clauſuram. Portellus *in dub. Regular. verbo Clauſur. Monial. num.*25. Secus verò dicidebet de Moniali, quæ vtroque pede, & toto corpore egreſſa eſt Clauſuræ ianuam, etiam ſi ad vnum, vel duos tantum palmos egreſſa eſſet, hæc enim perfectè, & completè egreſſa eſt è Clauſura. Bonacina *ſupra quæſt.*1.*punct.*8.*num.*7.

8 Deinde, Moniales degentes in domibus Monaſterio contiguis pro eleemoſyna petenda, quales ſolent eſſe aliquæ Conuerſæ, ſeu potius Oblatæ, ex illis egredientes, etiam ad inhoneſta patranda, Clauſuram non frangunt, quia tales domus, nec ſunt Regulares, neque locus Clauſuræ. Tamburinus *de Iure Abbatiſſarum diſp.*19. *quæſit.*5. *in ſolut. ad* 6.

9 Item Monialis, quæ virili more quaſi equitans inſidet muro Mo-

naſterij non frangit Clauſuram, quia re vera non exit perfectè extra Clauſuram. Tamburinus *ſupra in ſolut. ad 7.* ex Suarez.

10 Similiter Monialis, cui vitæ periculum certò immineat ob graues moleſtias, & vexationes, quas iniuſtè patitur, ſi Epiſcopum, vel Superiorem à quo ſubleuetur habere non poteſt, non obligatur lege Clauſuræ, quia neceſſitas caret lege, & lex Eccleſiaſtica non obligat cum tanto diſpendio. Sanchez *dicto lib. 6. in Decalog. cap. 15. nu. 62.* Tamburinus *ſupra in ſolut. ad 8.*

11 Monialis autem grauida effecta exire non poteſt ſine legitima licentia è Clauſura, vt fœtum edat, & delictum ſuum abſcondat, niſi inde timeat mortis periculum, quia ſolum propter præfatum timorem excuſari poteſt à tractione huius præcepti tam neceſſarij pro bono regimine Monialium. Tamburinus *ſupra in ſolut. ad 12.* An verò etiam extra mortis periculum excuſari poſſit, ſi id faciat ad euitandum ſcandalum, vel infamiam, dubium ſanè difficile eſt, cum ex vna parte ius naturæ, quod dictat vitari debere ſcandalum, & infamiam propriam, præponendum videatur cuicunque præcepto Eccleſiaſtico ſeruandi Clauſuram, ex alia verò præponendum potius videatur bonum commune Religionis omni priuato incommodo, præſertim cum Summorum Pontificum Conſtitutiones quoad hoc punctum rigidiſſimè prohibeant egreſſum, niſi in caſibus ab ipſis deſignatis, vt dixi eo *cap. 25. num. 20.*

12 Multo minus excuſari poteſt Monialis à tranſgreſſione Clauſuræ, ſi exeat ex illa ſine legitima licentia Summi Pontificis, vel aliorum Superiorum, propter habendam curam Nepotum, etiam omni auxilio deſtitutorum, prout declaratum eſt à Sacra Congregatione apud Armendariz *in Additionib. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. lib. 7. de Relig. num. 105.* & Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Monialium Clauſura circa egreſſum.* Quod idem dico de egreſſu ad habendum curam conſanguineorum infirmorum. Cum iſti caſus non excipiantur à Pio V. in Conſtitutione, & Clauſuræ præceptum ſtrictiſſimè obliget Moniales. Bonacina *ſupra dicta quæſt. 1. punct. 9. num. 4. & 5.* Tamburinus *ſupra in ſolut. ad 13.* An autem exire poſſit ad ſuccurrendum extremæ neceſſitati patris, matris, filij, aut filiæ, quibus aliter ſuccurrere nequeat, difficilius dubium eſt, cum, vt ſupra dixi, ex vna parte lex naturæ, quæ anteponi debet cuicunque legi Eccleſiaſticæ obliget pro ea occaſione; ex alia verò bonum commune Religionis, & Summorum Pontificum Conſtitutiones id poſtulent. Alij ergo Iudices ſunto.

13 Circa ea tamen, quæ dixi *dicto cap. 25. num. 20.* de caſibus in quibus ſolùmodo concedi poteſt Monialibus licentia egrediendi è Clauſura,

ſuſa, ſcilicet magni incendij, infirmitatis lepræ, & epidemiæ, iuxta Conſtitutionem Pij V. ibi relatam, animaduerſione digna eſt declaratio quædam Sacræ Congregationis ad Nuncium Hiſpaniarum anno 1594. facta, quam refert Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Monialium Clauſura circa egreſſum* 4. quæ talis eſt: *Monialibus licentiam concedere exeundi à Clauſura non licet Ordinarijs in alijs quantumuis grauibus caſibus in Conſtitutione Pij V. non contentis, niſi in caſu lepræ, magni incendij, & epidemiæ. Nomine autem epidemiæ quicunque morbus popularis contagioſus intelligitur.* Nihilominus Ioannes Maria Nouarius *in Lucern. Regular. verbo Clauſura à num.* 10. allegationem quamdam affert Sanctiſs. D. N. Vrbano directam, in qua probat in cauſis ſimilibus poſſe concedi Moniali facultatem egrediendi è Monaſterio, quam legere poteris apud ipſum. Caſus verò ſimiles in quibus licitè concedi poſſe licentiam prædictam putãt plures Doctores, ſunt iſti: primus, tempus belli cum infidelibus, quando iuſtè timeri poteſt detrimentum Monialium, niſi ad locum tutum ſe recipiant, præſertim, quia de militibus extat illud carmen:

Nulla fides, pietasq. viris, qui caſtra ſequuntur.

Nauarrus *comment. 4 num. 48. de Regularib.* Azor *tom. 1. Inſtit. Moral. lib. 13. cap. 8. quæſt. 1.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. Alleg. 102. num. 22.* Secundus eſt, impetus magni torrentis, vel fluminis, aut imminẽs Monaſterij ruina. Scortia *in ſelect. Conſtit. Pontif. Theor. 228.* Barboſa *ſupra.* Tamburinus *ſupra diſp. 20. quæſt. 2. nu. 3.* Tertius eſt, ſi Monaſterium in alium locum de Epiſcopi conſenſu transferatur. Sanchez *dicto cap. 15. num. 53.* Bonacina *ſupra punct. 9. nu. 8.* Quoad hoc tamen extat declaratio quædam Sacræ Cõgregationis in vna Barcinonenſi ann. 1615. cui attendi debet, his verbis: *Monialium translatio Apoſtolica Sede inconſulta, minimè fieri poteſt.* Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Monialium translatio* 8. Item alia huius tenoris in vna Vlixbonenſi ann. 1615. *Moniales transferri non poſſunt in Monaſteria nouiter erecta, niſi eadem Monaſteria auctoritate Apoſtolica extructa fuiſſe prius conſtiterit, ipſaque, præuia viſitatione, earumdem Monialium capacia, eiſque accommodata, atque ita abſoluta reperta fuerint, vt cæmentarijs, aliſque fabris nulla ædificationis cauſa in ipſa poſtea ingrediendi neceſſitas relinquatur.* Barboſa *ſupra.* Vide alia infra *à num. 16.* Quartus eſt, ſi Abbatiſſa egrediatur è Monaſterio, propter præſtandum iuramentum fidelitatis, caſu omnino neceſſario alicui Domino temporali. De quo dixi eo *tom. 1. cap. 26. nu. 20.*

34 Non obſtãte etiam riguroſa Clauſura Monialium poſſunt ſeruatis ſeruandis tranſire de vna Religione ad aliam, iuxta dicta eo *cap. 25. num. 41.* Idque declaratum dicitur ſæpius à Sacra Congregatione in

vna

vna Nannatensi 1615.& alia Redonensi 1617. vt tradit Riccius in *tract.de iure personar. extra grem.Eccles.vagant.lib.8.cap.5.num.4.* Monialis autem transiens ad aliam Religionem debet in ea Nouitiatum habere,& professionem emittere,prout ex Rotæ *decis.109.num.2. & sequentib. in recentior.* elicit Tamburinus *supra disp.21.quæst.1. num.* 11. Vbi etiam ex eadem Rota habetur, quod si Monialis fuerit translata causa pœnitentiæ ali debet per Monasterium à quo transfertur.

15 Non tamen eijci posse Monialem à Religione propter incorrigibilitatem,dixi eo *cap.25.num.17.*ex declaratione Sacræ Congregationis, & ita decisum fuisse in dicta Redonensi affirmat Ricciullus loco citato *num.*8.& confirmat Bonacina *dicto punct.9.nu.14.* ex Rotæ decisione in vna Vlixbonensi 1625.Et ratio est,quia inde sequeretur magnum Clausuræ detrimentum,& quod Moniales ex suo delicto commodum,& vtilitatem reciperent,dareturq.occasio,vt aliquot ipsarum incorrigibilitatem fingerent,vt vel sic eijci possent. Quare,etsi in iure communi stando id licitum esset, vt habet Sanchez *lib.6.in Decalog.cap.5.num.6.* & forsan ex priuilegio Innocentij III.pro Cisterciensibus, quod refert Hieronymus Rodriguez *in compend.Quæstion. Regular resolut.57.num.3.*propter decisiones tamen adductas,& praxim Ecclesiæ,nullatenus admitti debet expulsio Monialis à Religione.

16 Addendum etiam, nec ad aliud Monasterium eiusdem Religionis transferri debere Monialem correctionis,vel punitionis gratia,Sede Apostolica inconsulta. Ratio est, quia etsi id iure communi vetitum non sit,quin imò aliquo modo permissum *in cap.quoniam de Simonia*, & ita sentiant Rodriguez *tom.1.Quæstion.Regular. quæst 49. art.5.*Sanchez *lib.6.in Decalog.cap.15.num.47.*Portellus *in Dub.Regular.verbo Clausura Monialium nu.22.* & Bonacina *supra nu.12.* nihilominus oppositum videtur declaratum à Sacra Congregatione Episcoporum,& Regularium his verbis: *Monialem nullam sibi subiectam ex vno Monasterio ad aliud transmittere possunt locorum Ordinarij, vel Superiores Regulares, etiam ex causa seditionis, vel incorrigibilitatis,aut criminis perpetrati.* Barbosa *in dictis Collectan.Bullarij verbo Monialium translatio* 8. Tamburinus *supra disp.21.quæsit.3.num.4.* Vult ergo Sacra Congregatio, quod Monialis incorrigibilis,criminosa,aut seditiosa in proprio Conuentu puniatur. Quia tamen Sanchez *supra* dicit oppositum praxi esse receptum, videndum est,an ea praxis legitima sit,legitimaue consuetudine fundata.

17 Pro casu translationis Monialium ex vno ad aliud Monasterium pro Institutione Nouitiarum in eo introducendarum, hæc etiam declarauit Sacra Congregatio Episcoporum,& Regularium in vna Tortonen-

Digitized by

onenſi anno 1603. *Moniales ab vno Monaſterio non transferant locorum Ordinarij, aut Superiores Regulares in Monaſteria recenter erecta pro Nouitiarum in eo introducendarum inſtitutione, niſi obtenta à Sede Apoſtolica, vel à Sacra Congregatione ſpeciali facultate.* Barboſa *ſupra*.

18 Pro caſu etiam dato translationis Monialium ex vno ad aliud Monaſterium hæc etiam declarauit Sacra Congregatio. *Moniales vbi ad aliud Monaſterium ex iuſta cauſa transferendæ ſunt, translatio debet fieri in aurora, vt illæ à paucis conſpici poſſint, atque à perſonis grauibus, & honeſtis, & ſanguine eis proximioribus deducantur*. Armendariz *in Additionib. ad recopilat. legum Nauarræ lib. 2. tit. 18. lib. 7 de Religioſ. num.* 100. Barboſa *ſupra, & de offic. & poteſt. Epiſc. Allegat.* 101. *num* 26.

19 In his porrò caſibus translationis Monialium ad aliud Monaſterium, vel Religionem, an deferre debeant ſecum dotem, & alia bona, quæ ad ipſas ſpectant, dicam infra verbo *Dos*.

20 Circa abſolutionem ab excommunicatione latæ ſententiæ, quam, vt dixi eo *cap.* 25. *num.* 19. Pius V. in dicta Conſtitutione, quæ incipit *Decori* ann. 1569. edita, ſtatuit contra Moniales egredientes è Clauſura in caſibus non permiſſis, aut eis licentiam concedentes, eas comitantes, vel recipientes, animaduertendum, quod cum ea ſit Papæ reſeruata, ſolum ad ipſum iure ordinario ſpectare poteſt abſolutio ab ipſa. Sanchez *dicto cap.* 15. *num.* 76. Conſequenter etiam ex commiſſione ipſius, ſpectabit ad Sacram Pœnitentiariam, & Pœnitentiarios Romæ. Quando autem caſus occultus fuerit, poterit Epiſcopus ab eo abſoluere ex vi decreti Concilij Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. *de reformat.* Etſi enim aliqui exiſtiment prædictum decretum non habere locum in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis poſt Concilium Tridentinum, propter declarationem Sacræ Congregationis quam afferunt, referaturque etiam alia declaratio Sacræ Congregationis approbante Gregorio XIII. qua dicitur in delictis occultis materiæ clauſuræ derogatum fuiſſe dicto decreto per Cõſtitutionẽ Pij V. (Sanctarellus *Tract. de hæreſ. cap.* 5. *dub.* 1. *num.* 1. & alij apud ipſum) nihilominus, vel quia de iſtis declarationibus authenticè non conſtat, vel quia oppoſitum eſt conſuetudine receptum; ideo poſſe Epiſcopos in hoc caſu, quando eſt occultus, abſolutionem dare, tenent Sanchez *ſupra dict. nu.* 76. Bonacina *de Clauſura quæſt.* 1. *punct.* 5. *num.* 1. & *de Cenſuris diſp.* 1. *quæſt.* 3. *punct.* 2. *num.* 1. §. *an vero, & diſp.* 2. *quæſt.* 6. *punct.* 1. *nu.* 40. & generaliter de omnibus caſibus etiam poſt Concilium reſeruatis tenent Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 41. *num.* 7. & Vincentius Candidus *tom.* 1. *Diſquiſit. Moral. diſquiſit.* 3. *art.* 28. Neque hoc ſolum eſt ve-

rum

rum reſpectu ſæcularium, & Monialium Epiſcopis ſubditarũ, ſed etiam reſpectu Regularium exemptorum, nec Epiſcopis ſubditorum, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 6. Poterunt etiam à prædicta excommunicatione abſoluere Prælati Regulares habentes facultatem abſoluendi à Cenſuris Papæ reſeruatis, de quibus dixi eo *tom.* 1. *cap.* 18 *num.* 36. animaduertendo tamen, quæ ibidem *num.* 41. animaduertenda duxi. Ad id etiam maximè deſeruit priuilegium Pij V. conceſſum Prælatis Ordinis Prædicatorum, de quo dixi eo *cap.* 18. *num.* 31. quo alij communicationem priuilegiorum cum ipſis habentes vti poſſunt, cum hoc priuilegium conceſſum ſit anno 1571. vt patet ex Bulla, quam refert confectius *in Collect. Litterar. Apoſtolicar. in Pio V. num.* 10. reſeruatio autem hæc eiuſdem Pij V. facta ſit anno 1569. Tamburinus *ſupra diſp.* 19. *quæſit.* 5. *num.* 2. Vbi etiam animaduertit id, quod eo *num.* 31. ego etiam dixi, ſcilicet prædictos Prælatos Regulares vtentes hoc priuilegio Pij V. non poſſe hanc facultatem alijs delegare, quia Pontifex vult, quod id faciant ipſi per ſe ipſos. In locis etiam vbi publicatur Bulla Cruciatæ poteſt Confeſſarius ex vi Bullæ electus ab hac Cenſura abſoluere ſemel in vita, & ſemel in morte, iuxta dicta ſupra verbo *Bulla Cruciatæ num.* 19. Sorbus *in Additionib. ad compend. Priuilegior. Mendicant. verbo ingredi Monaſteria Monialium num.* 11. §. *dico primò.* Sanchez *ſupra.* Sed pro Regularibus nota, quæ ibi *nu.* 29. dixi. Imò etiam omnes Confeſſarij, qui communicant in priuilegijs cum Ieſuitis, poſſunt ab illa toties quoties, & vbique abſoluere, propter priuilegium Pauli III. eiſdem Ieſuitis conceſſum, quod retuli eo *to.* 1. *cap.* 19. *num.* 15. eo præſertim, quod iſte caſus non comprehendatur in illis, quos Sacra Congregatio ſub Clemente VIII. & Sanctiſs D.N. Vrbano Confeſſarijs prohibuit, de quibus egi eo *num.* 15. 16. & 17. Vide Bonacinam *loco relato num.* 2. & Tamburinum *dicto quæſit.* 5. *num.* 3.

21 Circa diſpenſationem, ſaltem quoad forum conſcientiæ, in pœnis illis priuationum, & inhabilitatum, quas tam Moniales egredientes è Clauſura, quàm eis licentiam concedentes, comitantes, vel recipientes incurrunt, iuxta dicta eo *cap.* 25. *num.* 19. dicendum eſt, poſſe in illis diſpenſare, tum Epiſcopos, quando caſus fuerit occultus, propter dicta ſuperius; tum aliquos Prælatos Religionum, iuxta dicta eo *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 46. & *cap.* 10. *num.* 35. & iuxta modum ibi præſcriptum. Vide Sanchez *ſupra num.* 78. Portellum *ſupra num.* 28. & Bonacinam *dicto punct.* 5. & quoddam priuilegium Pauli III. pro Benedictinis infra verbo *Irregularitas num.* 72. Et nota has pœnas non eſſe Papæ reſeruatas.

22 Loquendo verò de Clauſura Monialium quantum ad ingreſſum

alia-

aliarum perſonarum in ipſarum Monaſteria, licet etiam non pauca dixerim eo *tom.*1.*cap.*25.*à num.*24. alia tamen, vel pro pleniori notitia addenda ſunt, maximè propter nouas declarationes Sacræ Congregationis, quæ de ea re extant.

23 Et primò, quoad Moniales quibus id prohibetur, an etiam ſint illæ, quæ non promittunt caſtitatem ſimpliciter, ſed ſolum coniugalem, quales ſunt aliquæ Ordinum Militarium, agit Rodriguez 3.*tom. Summæ in Additionib.ad cap.*95. *concluſ.*5. & Portellus *ſupra in Additionib.ad addit.* Deinde, quoad perſonas, quæ ingredi prohibentur, dixi eo *num.*24. eſſe omnes cuiuſcunque generis, conditionis, aut ſexus, vbi etiam, quid de Regibus, & Reginis dicendum, quid etiam de amentibus, aut de pueris infantibus. Adde quoad amentes, quod etiam ſi ipſi, ſi vſu rationis careant, nec peccent ingrediendo, nec incidant in cenſuras contra ingredientes impoſitas, ſecus tamen dicendum eſt de illis, qui cauſa fuerint eorum ingreſſus. Zerola *in prax. Epiſcop. verbo Monialis ad quæſit.*8. Tamburinus *de Iure Abbatiſſ. diſp.*22.*quæſit.*5. De pueris infantibus dicendum ſimiliter, quod etſi illi, nec peccent ingredientes in Monaſteria Monialium, nec incidant in Cenſuras dictas, illi tamen, qui fuerint cauſa ingreſſus eorum peccare poſſunt, & incurrere in illas, propter declarationem Sacræ Congregationis, quam eo *num.*24. retuli, & declarationem Clementis VIII. quam refert Paulus Comitolus *in reſponſ. Moral. lib. 6. quæſt.*19. & Sacræ Congregationis anno 1585. quam refert Scortia *in Select. Conſtitut. Theorem.*336. Etſi, vt verum fatear, hæc videantur intelligenda ſolum de pueris in ea ætate conſtitutis, vt poſſint Monialibus occaſionem peccandi eſſe. De quibus Naldus *in Summa verbo Clauſura num.*4. Declaratum etiam eſt à Sacra Congregatione, quod vbi viget conſuetudo, vt puellæ habitum ſuſcepturæ per biduum, aut triduum antea introducantur in Monaſteria, tollerandam eſſe. Gauantus *in Manuali Epiſcopor. verbo Monialium Clauſura num.*32.

24 Circa illum Superiorem, qui poteſt concedere licentiam ingrediendi dicta Monaſteria in caſibus permiſſis iam dixi eo *cap.*25.*n.*25. & etiam *tom.*2.*cap.*1. *nu.*22. eſſe vel Epiſcopum reſpectu Monialium ſibi ſubditarum, vel Superiorem Regularem reſpectu earum, quæ ſibi ſubditæ ſunt, licet quo ad hoc attendenda ſit conſuetudo, vt ibi adduxi ex Sacræ Congregationis declaratione. Conſuetudine tamen ſeclusa, videtur Superiorem Regularem reſpectu Monialium ſibi ſubditarum plenum ius habere independenter ab Epiſcopis concedendi hãc licentiam. Sic enim declaratum video à Sacra Congregatione: *Licentias ingrediendi infra ſepta Monialium ex vera tantum neceſſitate concedendas, quoad Monaſteria Regularibus ſubiecta pertinere tantum*

Digitized by Google

tum ad ipſos Superiores Regulares. Tamburinus *ſupra diſput.23.quæſit.* 1. Hic verò Prælatus Regularis quandoque eſt Generalis, quandoque eſt Prouincialis, ſeu ipſorum Vicarij, quandoque Prælatus Conuentualis, iuxta morem, & ſtatuta Religionum, & ipſorum Monaſteriorum Monialium, illorum enim eſt hanc licentiam concedere, quorum intereſt Clauſuram Monialibus indicere, quod ad dictos Prælatos ſpectare ſolet. Sanchez *dicto lib.6.cap.16.num.*15. Bonacina *de Clauſura quæſt.*4 *punct.*2. Nomine etiam Epiſcopi, qui poteſt hanc licentiam in prædictis caſibus concedere, intelligitur Vicarius Generalis ipſius ab ipſo habens ſpeciale mandatum. Armendariz *in Additionib.ad recopilat. legum Nauarræ lib.2.tit.28. lib.2. de Relig num.*109. Barboſa *de offic.& poteſt.Epiſcop.Allegat.*102.*num.*38. & Prouiſor à Capitulo nominatus. Barboſa *ibidem.* Tamburinus *ſupra quæſit.*2. qui id etiam extendit ad Vicarium Generalem Capituli Sede vacante. Quid verò ſit dicendum de Fratribus Minoribus, & de Monialibus Sanctæ Claræ, & Conceptionis, propter ſpecialia Summorum Pontificum decreta, prætermitto, quia ea ſpectant ad particulares Religiones, & in illis præſertim attendendum ſit conſuetudini legitimè introductæ, de quo agunt Rodriguez *tom.*1. *quæſt.*46. *art* 3. *&* 6. Miranda *de Monialib.quæſt.*2.*art.*2.*&* 3. Caſſarubius *in Compend.Priuilegior. Mendicant. verbo Ingredi Monaſteria Monialium à num.*2. Sanchez *dicto cap.*16. *à num.*17. Bonacina *dicta quæſt.*4. *punct.*2.*num.*6. *&* 7. & Tamburinus *ſupra quæſit.*4.

25 Hæc porrò licentia ingrediẽdi Monialium Monaſteria debet eſſe primò, ſpecialis, vt colligitur ex Trident. *ſeſſ.*25.*cap.*5.*de Regularib.* vbi innouatur Conſtitutio Bonifacij VIII. *cap. Periculoſo de Stat. Regular.in 6.* in qua dicitur, *niſi ſpeciali licentia.* Dicitur autem *ſpecialis*, quia non ſufficit generalis pro omnibus, ſed ſpecialis ſaltem quoad genus perſonarum, quibus conceditur, ſcilicet Medicis, Chirurgis, &c. Azor *tom.*1. *Inſtitut.Moral. lib.*13.*cap.*8.*quæſit.*8. Miranda *ſupra quæſt.*2.*art.*2. Secundò, debet eſſe *in ſcriptis.* Ex Concil. Trident. *loco relato.* Vnde non ſufficit tacita. Confettius *in Priuileg. Mendicant. tit.*20. *cap.*6. Etiam pro foro conſcientiæ. Bonacina *ſupra punct.*3. *num.*2. Et ideo, qui ſine licentia in ſcriptis ingrederetur peccaret mortaliter, & pœnas incurreret. Sanchez *dicto cap.*16. *num.* 31. Intelligenda autem eſt hæc facultas ingrediendi ſolum pro vna vice, niſi aliud in ea explicetur, prout iudicatum fuiſſe, dicit Riccius *in prax.for. Eccleſiaſt.deciſ.*649.*in* 1.*edit.* Quando tamen repentina neceſſitas occurreret, & eſſet periculum in mora ſi Superioris licentia in ſcriptis expectaretur, non eſſet id neceſſarium, quia hic caſus, vel per Epicheiam excepuis videtur, vt illi neceſſitati ſuccurratur. Nauarrus *comment.*4.*de*

Regu-

Digitized by Google

*Regular.num.60.verſ.*4.Azor *ſupra.* Imò in caſu magnæ neceſſitatis quo eſſet periculum magnum in mora, ſi licentia etiam ore tenus petatur à Superiore abſente, licitus erit ingreſſus ſine illa, ſolum cum conſenſu Abbatiſſæ, propter eamdem rationem, vel quia tunc præſumitur ad eſſe licentia Superioris. Sanchez *ſupra à num.*34. Bonacina etiam *ſupra*. Pro talibus ergo caſibus rectè facient Superiores, ſi Abbatiſſis licentiam concedendi facultatem tribuant. Sanchez *num.*35. Tamburinus *ſupra quæſit.*6. Vide 4.tom.verbo *Licentia.*

26 De cauſa porrò legitima concedendi hanc licentiam ingrediendi Monialium Clauſuram, præter dicta eo *cap.*25.*num.*26. vlterius addendum, eam debere eſſe non ſolum rationabilem, ſed etiam manifeſtam. Ita enim habetur *in cap.periculoſo de Statu Regular.in 6.* Nauarrus *ſupra num.*59. Azor *ſupra quæſt.* 6. Manifeſtam quidem non toti populo, aut omnibus, quia rariſſimè id contingit, ſed Superiori licentiam concedenti. Rodriguez *tom.*1.*Quæſtion.Regular. quæſt.*45. *art.*4. *& quæſt.*46.*art.*8. Sanchez *ſupra num.*39. Debet etiam eſſe in caſibus neceſſitatis. Ita enim eam explicuit Concil. Trident. *ſupra*, & Gregor. XIII. in Bulla *Vbi gratiæ*. Bonacina *ſupra punct.*4. *num.*1. Quæ tunc continget, quãdo aliquid oporteat fieri in Monaſterio, quod per Moniales commodè fieri non poſſit, ſecus enim, ſi per illas poſſet exerceri. Conſettius *de Priuileg. Mendicant. tit.*23. *cap.* 7. Sanchez *ſupra num.* 42. Hinc ſi fortè mulier prægnans in Monaſterio cum licentia moraretur, poſſet obſtetrix ad illam iuuandam tempore partus intrare. Tamburinus *ſupra diſp.*24 *quæſit.*1. & Portellus *in Dub.Regular. verbo Clauſura Monialium num.vlt.* Hinc etiam, iuxta dicta eo *cap.*25. *num.*26. poſſunt ingredi prædicta Monaſteria Monialium (intellige cum licentia dicta) Confeſſarij, ſeu Sacerdotes miniſtrantes Sacramenta infirmis, quando illæ accedere non poſſunt ad ſolitam feneſtrellam, ſecus ſi poſſent accedere, prout deciſum refert Gauantus *in Manual.Epiſcopor.verbo Monialium Clauſura num.*39. & hoc quocunque tempore, etiam de nocte, aut pulſata *Aue Maria*, poſita neceſſitate, vt declarauit Sacra Congregatio ann.1593. Tamburinus *ſupra quæſit.*2 *num.*2. Declarauit autem Sacra Congregatio 13. Septembris 1583. quod *Confeſſario Monialis infirmæ confeſſionem audienti cellæ ianua aperta remaneat, & ambæ comitatrices ad eiuſdem cellæ ianuam morentur, ita vt & Confeſſarius, & infirma ab eis commodè cerni poſſint.* Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Confeſſarius Monialium* 2. Item, quod Confeſſarius Monialium Clauſuram ingreſſus ad adminiſtranda Sacramenta, recta via, & abſque diuerticulo eat, redeatque; nec in alia Monaſterij parte diuagetur, etiam occaſione viſitandi aliàs infirmas, quibus Sacramẽtorum adminiſtratio non eſt neceſſa-

Digitized by Google

ceſſaria. Barboſa *ſupra*. Vide alia circa prædictos Confeſſarios Clauſuram Monialium ingredientes eo *cap.* 25. *num.* 40. §. *circa eoſdem*. Et nota, quod licet ibi dixerim ex declaratione Sacræ Congregationis apud Gauantum, quam etiam refert Barboſa *ſupra*. Confeſſarios Monialium adminiſtrantes illis Sacramentum extremæ Vnctionis non poſſe ibi manere poſt talem adminiſtrationem, etiam ad confortandum illas ad bene moriendum, ſeu commendandum Deo ipſarum animas, nihilominus oppoſitum dicitur vſu receptum. Tamburinus *ſupra quæſt.* 2. *num.* 6. Videturque ſatis rationabile, vt habent Llamas *in Method. curat. in appendic.* §. 6. *verſ. addimus inſuper* Sanchez *ſupra num.* 48. Addit etiam Peirinis *to.* 2. *Priuilegior. Minimor. in Conſtitut.* 6. *Pij V. num.* 30. poſſe ingredi Sacerdotem ad deferendum Moniali infirmæ inſignem aliquem reliquiam, quod non admitterem, niſi legitima conſuetudine eſſet introductum, cum hoc non pertineat ad neceſſitatem, ſed ad deuotionem, & declarationes Sacræ Congregationis adductæ valde vrgeant.

27 De ſocio Confeſſarij miniſtraturi Sacramenta Monialibus infirmis dicendum eſt ingredi poſſe, & debere cum illo, prout colligitur ex quadam declaratione Sacræ Congregationis 21. Februar. 1617. quam affert Barboſa *ſupra*. Nec tunc requiritur expreſſa licentia pro eo diuerſa ab ea, quam habet Confeſſarius, quia comprehenditur in priuilegio Confeſſarij, propter connexionem actionis. Tamburinus *ſupra quæſt.* 3. *num.* 3. Declarauit autem eadem Sacra Congregatio apud eumdem Barboſam *ibid.* hunc ſocium debere eſſe ætatis ſupra quinquaginta annos, & vitæ exemplaris. Sed licet hoc poſterius ſemper obſeruari debeat, illud tamen prius de illa ætate, non niſi cum commodè talis ætatis ſocius reperiri poſſit. Declarauit autem eadem Sacra Congregatio apud eumdem Barboſam *ſupra*, tam Confeſſarium, quam eius ſocium alloqui non poſſe Moniales ſine licentia Sacræ Congregationis. Tamburinus *ſupra num.* 5. & 6.

28 Non poſſe tamen admitti ingreſſum alicuius in dicta Monaſteria Monialium ſub prætextu exorcizandi aliquam Monialem energumenam, & modum quo id ſit faciendum, ſic præſcripſit apud Aldanam *in Compend. Canon reſolut. lib.* 2. *tit.* 10. *num.* 26. & Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Monialium Clauſura circa egreſſum* 4. Sacra Congregatio. *Monialis nulla energumena infra Monaſterij ſepta à quocunque Presbytero ſeculari, vel Regulari etiam Confeſſario exorcizetur ſed ad Eccleſiam exteriorem eiuſdem Monaſterij obtenta prius à Sacra Congregatione licentia, ea de cauſa deducatur, vel transferatur. In translatione autem huiuſmodi, ſicut & in actu exorcizationis honeſtæ perſonæ conſanguineæ, l, aliæ mulieres prouectæ ætatis,*

ac

at probæ conuerſationis energumenam comitentur. Exorciſta ſit ad actum huiuſmodi ab Ordinario approbatus. Exorcizatio minori, quo poterit fiat ſtrepitu. Eccleſiæ ianua eouſque occluſa remaneat quouſque exorcizatione complet a ad Monaſterium energumena reducatur. Cæterum tam in reditu, quàm in acceſſu ad Eccleſiam Monaſterium reſpectiuè rectè, & ſine diuerticulo tendatur.

29 Similiter, quamuis iuxta dicta eo *cap.25. nu.* 40. §. *circa eoſdem*, neque prætextu ſepeliendæ Monialis, aut Officium funerale faciendi liceat Confeſſario ingredi Clauſuram Monialium, conſuetudine tamen aliquibus in locis introductum eſt contrarium, prout Toleti in quodam Monaſterio Monialium vidit: & de alijs locis idem affirmare videntur Andreas Victorellus *de Orig. & Clauſur. Monial.* §. *An Confeſſor. ad exequias pag.*49. Portellus *in dub. Regularib. verbo Clauſura Monial num.*11. & Tamburinus *ſupra quæſit.*5. An verò etiam id liceat, quando aliquis fæcularis ſepeliretur intra Clauſtra Monaſterij Monialium, attendendum videtur ad moralem neceſſitatem, quæ tunc contingit cum Moniales id munus per ſe ipſas præſtare nequeant. De quo ijdem auctores, præſertim Portellus *ibid. & in Additionib. nu.*3.

30 De Medicis, Chirurgis, ſanguinis minutoribus, fabricatoribus, portatoribus lignorum, & ſimilibus, dixi eo *cap.*25. *num.*26. poſſe ingredi Monialium Clauſuram, de licentia tamen, vt dixi. Quod idem de Oeconomo Monaſterij in caſu quo quærendum neceſſario eſt aliquod inſtrumentum in Archiuio intra Monaſterium exiſtente, & Moniales neſciunt id facere, habent Llamas *in Method. curat. in appendic.* §.6. Sanchez *ſupra num.*55. Quo autem comitatu ingredi prædicti debeant ex conſuetudine, & Statutis Monaſteriorum deſumi debet, maximè ex Conſtitutionibus Pontificijs, ſi quæ fuerint circa hoc. Caſſarubius *in Compend. Priuilegior. Mendicant. verbo Ingredi Monaſteria notab.*1. *verſ. quintus caſus*. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. Allegat.*102. *num.*52. Nota, quod licentia pro Medicis, Chirurgis, operatijs, & ſimilibus concedi ſolita, ſingulis quibuſque trimeſtribus renouari debet, ex declaratione Sacræ Congregationis Epiſcop. & Regularium. Sellius *in ſelect. Canon. cap.*18. *num.*28. Tamburinus *ſupra quæſit.*6. *num.*7.

31 Caſu quo Malefactores ad Monaſteria Monialium confugiant, admittendi non ſunt ab ipſis, dedecet enim earum ſtatum, & ſexum id facere. Sanchez *ſupra num.*59. Si autem ipſi vi ingrediantur Clauſuram, prout iuſtè id aliquando facere poſſunt, ſi ſibi timeant mortem, aut aliquod magnum malum (Sãchez *ibid.* & Bonacina *ſupra quæſt.*4. *punct.*4. *num.*13.) ceſſante tamen periculo non poſſunt ibi manere. Bonacina *ibid.* Si verò nolunt inde exire, & non gaudeant immuni-

tate Eccleſiaſtica, iuxta dicta *tom.1.cap.18.num.83.* ex Conſtitutione Gregorij XIV. & *ſupra* verbo *Bannitus*, & infra verbo *Immunitas Eccleſiaſtica*, tradi poſsũt Curiæ Eccleſiaſticæ, iuxta modum præſcriptum in dicta Conſtitutione, ſi verò illa gaudent, ad minus extrahi debent è Clauſura Monaſterij, & poni in alio loco ſacro extra illã, data etiam facultate in vtroque caſu viris ad illos eijciẽdum è Clauſura. Sanchez *ſupra num.58.* Bonacina *ſupra*.

32 Epiſcopi, ſiue alij Superiores Regulares ingredi poſſunt Clauſuram Monialium ſibi ſubiectarum viſitationis, ſeu alterius rei neceſſariæ cauſa. Ita enim ſupponitur in Bulla Gregorij XIII. *Dubijs, quæ emergunt*, quam retuli eo *cap.25. num.25.* Cauſa verò electionis faciendæ non licet illis ingredi Clauſuram Monaſterij, ſed ante Cancellorum feneſtram facienda eſt, prout decernitur in Concil. Tridentin. *ſeſſ.25.cap.7.* & iuxta dicta *tom.1.cap.26. num.2.* ac iuxta declarationem Sacræ Congregationis infra afferendam. In caſu tamen magnæ reuolutionis Monialium, propter quam timeretur electionem non poſſe fieri legitimè non intrantibus prędictis Superioribus intra Clauſuram poſſent ingredi, talis enim caſus verè eſt caſus neceſſitatis. Miranda *de Monialib. quæſt.2. art.15. concl.3.* Barboſa *dict. Allegat.102. num.47.* Cauſa verò dandi habitum Nouitijs, aut Nouitias profeſſandi, vel Abbatiſſas conſecrandi, vel ſolemniter velum concedendi Monialibus, aut interueniendi electioni, aut Moniales examinandi, cum hæc omnia ad crates fieri debeant, nõ poſſe prædictos Prælatos Clauſuram Monialium intrare, declarauit Sacra Cõgregatio apud eumdem Barboſam *de Iure Eccleſiaſtico num.171.* & Tamburinum *ſupra quæſit.8.* Debent autem ingredi prædicti Prælati comitati *à paucis, iiſque ſenioribus, ac Religioſis perſonis*. Ita enim decreuit Gregorius XIII. in prædicta Bulla. Vnde tres poſſe eſſe huiuſmodi ſocios admittit. Miranda *ſupra*, licet (quod mihi non placet) alij etiam quatuor, aut quinque admittere videantur. Tamburinus *quæſit.10.* Ex Victorello relato. Qui per *Religioſas perſonas*, etiam ſæculares Religioſis moribus, & pietate decoratas, & etiam Matronas ſeniores ſanctimonia Claras intelligunt.

33 Domini autem Cardinales, aut Epiſcopi, ſiue alij Prælati ingredi non poſſunt Monaſteria Monialium ſibi non ſubiectarum, propter deciſiones *cap. Periculoſo*, & Concilij Tridentini, & Conſtitutiones Pontificias, de quibus *ſupra*. Miranda *de ſacris Monialibus quæſt.2. art.13.* Id etiam, quoad Epiſcopos deciſum refert in vna Ianuenſi 10. Maij 1631. Aldana *in Compend. Canonicar. reſolut. lib.3. tit.25. nu.8.* & quoad Vicelegatum ex decreto Sacræ Congregationis apud Gauantum *in Manual. Epiſcop. verbo Monialium Clauſura num.29.* qui

num.30.

*num.*33. ſubdit, quod Magiſtratus, & deputati ad curam Monialium non debeant ingredi cum Epiſcopo, niſi eos elegerit. Ex Sacra Congregatione 1. Martij 1581. Et *num.* 62. ait ex eadem Sacra Congregatione 12. Ianuarij 1616. haberi, quod Epiſcopus non permittat deputari à Ciuitatibus aliquos, qui comitentur viſitatores Monialium Regularibus etiam ſubiectarum. An verò ſub prætextu Clauſuræ viſitandæ poſſint prædicti ingredi Monaſteria Monialium ſibi non ſubditarum alibi dicetur.

34 De fœminis, cum etiam ipſis prohibitus ſit ingreſſus in Monaſteria Monialium ex *cap. periculoſo.* Concil. Trident. & Bullis Summorum Pontificum, dixi eo *cap.* 25. *num.* 24. ſpecialiter de viduis, vel coniugatis, an poſſint ob grauem cauſam admitti intra Monaſteria Monialium, dixi dicto *cap.* 25. *num.* 28. Vide & Tamburinum *ſupra quæſit.* 14. De Moniali egreſſa è ſuo Monaſterio, an poſſit in aliud eiuſdem, vel alterius Ordinis ingredi, vide Llamas *in Method. curat. in Appendic. in fine* §. 11. & Sanchez *ſupra num.* 9. & 10. Mihi enim ſolum videtur dicendum poſſe ingredi Monaſteria ſui Ordinis, aut habitus, non verò alterius, quia reſpectu illorum non cenſetur perſona extranea, ſed tantum reſpectu iſtorum. Quid ſentiendum de famulabus, ſeu ancillis Monialium, dixi eo *cap.* 25. *num.* 32. Adde, declaratum eſſe in vna Abulenſi, vt refert Barboſa *ſupra num.* 61. tales famulas Clauſuræ legibus teneri. De matribus, & ſororibus Monialium, dixi eo *cap.* 25. *num.* 31. ex declaratione quadam Sacræ Congregationis non licere ingredi Monaſteria ad viſitandas filias, vel ſorores, etiam in mortis periculo. Adde, ex eadem Sacræ Congregationis declaratione haberi, multo minus id licere, quando profeſſionem emittunt, aut habitum ſuſcipiunt. Tamburinus *ſupra quæſit.* 17. De puellis autem ſæcularibus quid ſentiendum, dixi eo *cap.* 25. *num.* 29.

35 Circa Cenſuras autem, & pœnas quas incurrunt ingredientes Monaſteria Monialium, vel talem ingreſſum permittentes, de quibus egi dicto *cap.* 25. *num.* 27. eodem modo reſpectiuè philoſophandum videtur quoad abſolutionem, & diſpenſationem, ac de cenſuris, ac pœnis quas incurrunt ipſæ Moniales egredientes è Clauſura, aut eis licentiam concedentes, comitantes, &c. de quo *ſupra à num.* 20. dixi. Quare ab excommunicatione quam incurrunt ſimpliciter ingredientes ſine neceſſitate, & licentia in ſcriptis ex vi decreti Concilij Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. cum ea nulli ſit reſeruata, poſſunt abſoluere iure ordinario Epiſcopi, & Prælati Regulares ſuos ſubditos reſpectiuè, & quilibet Confeſſarius approbatus ſuos pœnitentes, propter doctrinam ſæpius traditam *ex cap. nuper de ſent. excommunicat.* Dixi ſimpliciter ingredientes, nam ab excommunicatione quam ex Gregorio XIII.

in Bulla *Vbi gratiæ* ann.1575. in 2.tom. Bullar.Laertij inter Conſtitutiones illius *num.*28. incurrunt præſumentes ingredi prædicta Monaſteria prætextu facultatum obtentarum, & ingreſſum permittentes, cum ſit Papæ reſeruata nullus abſoluere poteſt, niſi ipſe, Pœnitentiarij ipſius, & Epiſcopi, vel Prælati, ſeu Confeſſarij, qui habent priuilegium abſoluendi ſuos ſubditos à caſibus Papalibus, iuxta dicta *ſupra num.*20. Dixi etiam ſimpliciter ingredientes, nam ingredientes, ſeu violantes Clauſuram Monialium *ad malum finem* incidunt in caſum Papæ reſeruatum, vt notant Bonacina *ſupra quæſt.4.punct.5.num.2.* & Tamburinus etiam *ſupra diſp.22.quæſit.1.num.3.*ex decreto Sacræ Congregationis ſub Clemente VIII.quod retuli *tom.1.cap.19.nu.15.* Sed hoc intellige ſolum in Italia, propter dicta *ibi, & num.16.* & reſpectu ſæcularium, vt notat Peirinis *tom.2. Priuilegior.Minimor. in Conſtit.6. Pij V.num.42.* Qualiter etiam alius caſus violationis Clauſuræ Monialium ingrediẽdo earum Monaſteria *ſine neceſſaria,ac vrgenti cauſa, ac ſine Superiorum licentia, vel etiam cauſa, & licentia* abutendo omnino Papæ reſeruatus ſit,ita vt nec per priuilegia abſolui poſſint ab illis Confratres, conſtat ex dictis *tom.2.cap.15.num.16.* ex Bulla *Quæcunque à Sede* Clement.VIII.ibi relata, & ex Reuerendiſs. Theodoro Stratio *in Inſtruct. pro Carmelitis cap.7.num.1.* Quia tamen in prædicto decreto,& Bulla Clementis VIII.ſolum eſt ſermo de Confeſſoribus ſæcularium, ideo Prælati Regulares habentes facultatem abſoluendi ſuos ſubditos à caſibus Papalibus, iuxta dicta ſupra eo *num.* 20. poterunt illos abſoluere à prædictis excommunicationibus. De quo Peirinis *ſupra*. In locis etiam, vbi publicatur Bulla Cruciatæ abſolui poſſunt ſęculares illam habentes ſemel in vita,& ſemel in morte,iuxta dicta eo *num.*20. & verbo *Bulla Cruciatæ num.*19. An verò etiam ipſi Regulares hoc priuilegio Bullæ vti poſſint, vide dicta eodem verbo *Bulla Cruciatæ num.*29. Ex quo patet, quid dicendum ſit de abſolutione ab alijs Cenſuris, Excommunicationis, Interdicti, & Suſpenſionis ab eodem Gregorio XIII. in alia Conſtitutione *Dubijs, quæ* contra Prælatos illegitimè ingredientes dicta Monialium Monaſteria inflictis. Quid verò dicendum de diſpenſatione in pœnis priuationum,& inhabilitatum, quæ in eiſdem Conſtitutionibus continentur,conſtat ex dictis *ſupra num.*21. & locis ibi relatis. Pro quo vide Portellum *in Dub. Regular. verbo Diſpenſare num.* 10. Specialiter etiam, quid importet Cenſura illa ſuſpenſionis à diuinis, quæ in ea Conſtitutione *Dubijs, quæ* ponitur contra Prælatos intrantes Monaſteria Monialium, præterquam in caſibus neceſſarijs dicetur 4. tom. verbo *Suſpenſio*.

36 Ex dictis quoque elicitur quomodo intelligendæ ſint pœnæ aliæ,

ſeu

seu censuræ antiquiores Gregorij IX. Bonifacij IX. Eugenij IV. & Iulij II. impositæ contra ingredientes pecularia Monasteria Monialium, quas referunt Cassarubius *in Compend. Priuilegior. Mendicant. verbo Ingressus Monasteriorum Monialium*, & Rodriguez *tom.* 1. *Quæst. Regular. quæst.* 47. *art.* 1. *&* 2.

CLERICVS.

SVMMARIVM.

*Clerici nomine, qui veniant. num.*1.
Qui, & quot Clerici dicantur. ibid.
*Canonis priuilegium, quod sit. num.*2.
Quid denotetur in illo per verbum Si quis. *num.*3.
Quid per verbum Suadente diabolo, *num.*4.
Quid per Clericum. *num.*5.
Quid per Monachum. *num.*6.
Quid per Violentas manus. *num.*7.
*An hæc excommunicatio Canonis extendatur ad mandantes, consulentes, &c. num.*8.
*Qui sint casus, in quibus percussor Clerici excommunicationem non incurrit. num.*9.
*Qui Clerici priuentur hoc priuilegio. num.*10.
Verba illa Canonis Nullus Episcopus, &c. *qualiter intelligenda. n.*11.
Triplex est percussio Clerici: lenis, mediocris, grauis, seu enormis. ibid.
*A percussione leui quis absoluat. num.*12.
*A percussione mediocri. num.*13.
*A graui, seu enormi. num.*14.
*Quid de illis, qui non possunt adire Summum Pontificem. num.*15.
*Maximè de Religiosis. num.*16.
*Quid, quando Prælatus subditum percusserit. num.*17.
Quid si ad inuicem se percusserint. ibid.
*An aliqui Confessarij ab hoc casu absoluant. num.*18.
*Priuilegium fori quid importat. num.*19.
Quomodo intelligendum. ibid.
Quomodo abrogari possit. ibid.
*Qui Clerici hoc priuilegio fruantur. num.*20.
Qui non fruantur. ibid.
*De alijs de quibus id asseritur. num.*21.
*Gaudent hoc priuilegio Religiosi. num.*22.
*An Conuersi, oblati, seu donati. num.*23.

Qualiter Eccleſiaſtici iudicari non poſſint à laica poteſtate. num.24.
An aliquando capi poſſint. num.25.
Quid ſi Prælati ipſorum negligentes ſint in illorum correctione. nu.26.
Quid ſi Eccleſiaſtici fuerint periuri. num.27.
Aut crimen læſæ Maieſtatis commiſerint. num.28.
Aut aſſaſſini, vel ſodomitæ fuerint. num.29.
Aut deliquerint in aliquo officio ſæculari. num.30.
Aut cum armis reperti fuerint. num.31.
Priuilegio hoc fori etiam Regulares potiuntur. num.32.
De Conſtitutione Sanctiſs. D.N. Vrbani. num. 33.
Alia remiſſiuè. num.34.

1 CLERICVS dicitur à *Cleros* græcè, quòd latinè ſonat *Sors*, vel hæreditas, quia ſcilicet eſt de ſorte, aut hæreditate Domini, *ca. Cleros diſt.21.* Silueſter *in Summa verbo Clericus 1. num.1.* Hinc appellatione Clericorum, non ſolum veniunt Clerici ſæculares in ſacris, aut minoribus conſtituti, vel prima tonſura decorati, vt per ſe patet, ſed etiam, ſaltem in fauorabilibus, Cardinales, Epiſcopi, & alij ſimiles Prælati, imò etiam omnes Regulares vtriuſque ſexus, etiã Nouitij. Quia omnes iſti ſunt de ſorte Domini, & Dei cultui ſpecialiter dicati. Silueſter *ſupr.* Bonacina *de legib. diſp.10. quæſt.2. punct.1.§.2.* Dixi in fauorabilibus, quia in materia odioſa, Clerici nomine non veniunt omnes illi. Silueſter *ibidem*. Naldus *in Summa verbo Clericus num.1.* Deinde Clerici alij ſunt Regulares, qui ſub Regula aliqua approbata tria vota Religionis emittunt, vt ſunt Ieſuitæ, Theatini, & alij, de quibus *tom.2. cap.4.* egi: alij verò ſæculares, ſic dicti non quia ſint laici, & propriè ſæculares, *ca. Clerici, vel ſæcularis 13. quæſt.2.* ſed, quia inſtar laicorum in ſæculo viuunt, & propria bona poſſident, non facta alicuius Regulæ profeſſione. Bonacina *ſupra num.4.* De omnibus ergo, qui Clericorum nomine cenſentur, ac per conſequens etiam de Regularibus, in præſenti agendum, quoad duo ipſorum præcipua priuilegia, quæ *Canonis*, & *Fori* appellantur, quia de alijs ad ipſos ſpectantibus in diſcurſu operis tractatur.

2 Canonis ergo priuilegium eſt id, quod habetur *ca. ſi quis ſuadente 17. quæſt.4.* ex Innocent. II. vbi ſic: *Si quis ſuadente Diabolo huius ſacrilegij vitium, vel crimen incurrerit, quod in Clericum, vel Monachum violentas manus iniecerit, anathematis vinculo ſubiaceat, & nullus Epiſcoporum illum præſumat abſoluere, niſi mortis vrgente periculo, donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & eius mandatum ſuſcipiat.* Fauent *cap. Non dubium, & cap. cum illorum de ſentent. excommunicat.*

3 Pro cuius explicatione notandum per particulam illam *Si quis*, etiam si masculini generis sit, denotari, non solum virum, sed etiam fœminam, prout ex Glossa, & Archidiacono approbat Siluester *in Summa verbo Excommunicatio 6. num.* 1. & notat Toletus *lib.* 1 *c.* 31. *num.* 1. ex *cap. mulieres de sentent. excommunicat.* Nomen enim masculini generis, etiam fœminas comprehendere, dixi *tom.* 1. *cap.* 25. *num.* 25. ex Nauarro, & Suarez. Comprehenduntur ergo vocula illa *Si quis* omnes vtriusque sexus, Ordinis, & Dignitatis personæ, quæ excommunicationis capaces sunt, vt ait Laymanus *lib.* 5. *tract.* 5. *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 3. §. *Vocula*.

4 Per verbum *Suadente Diabolo* denotatur hanc iniectionem manuum pro qua infligitur hæc excommunicatio debere esse grauem, seu notabilem, ita vt sit peccatum mortale. Solum enim propter peccatum mortale infligitur excõmunicatio maior, iuxta dicta supra verbo *Censura Ecclesiastica num.* 10. Toletus *supra num.* 4. Laymanus *supra num.* 5. Pro quo notandum, ad incurrendam hanc excommunicationem requiri, quod actus internus percutiendi peccatum mortale sit, & quod ipsa etiam externa percussio sit etiam mortale peccatum. Vnde si intentio interna percutiendi sit mortalis, percussio vero ipsa externa venialis, quia exigua, non incurreretur excommunicatio ista, censura enim grauis non contrahitur, nisi propter peccatum mortale externum, iuxta dicta supra verbo *Censura Ecclesiastica*. Bonacina *de Censuris disp.* 1. *quæst.* 1. *punct.* 3. *num.* 7. §. *ex quo patet*. Similiter, etiam si percussio exterior fuerit grauis, si intentio interior non fuerit peccatum mortale, quia scilicet non fuit cum perfecta deliberatione, &c. nec contrahetur excommunicatio. Ratio est, quia excommunicatio non contrahitur, nisi per actum externum, qui sit peccatum mortale. Actus autem externus non est peccatum mortale, nisi quando internus à quo imperatur, & à quo desumit malitiam, etiam est peccatum mortale. Laymanus *supra*.

5 Per *Clericum* intelligũtur non solum Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi, sed etiam constituti in aliquo ex Minoribus Ordinibus, aut initiati prima tonsura, *cap. cum contingat de ætat. & qualit.* Siluester *in Summa verbo Excommunicatio 6. num.* 3. Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *num.* 79. Amplia, etiam si isti habitum Clericalem, aut tonsuram non deferant, vel non deseruiant alicui Ecclesiæ, vel non versentur in aliqua vniuersitate, vel schola de licentia Episcopi, quia in dicto *cap. contingat* hoc conceditur omnibus prædictis, nec est sublatum à Concilio Tridentino, qui solum loquitur loco inferius afferendo de priuilegio fori, non de priuilegio Canonis. Vnde video declaratum à Sacra Congregatione, nihil eo loco disposuisse Concilium circa

priuilegium Canonis. Vide Bonacinam *de legibus disp.* 10. *quæst.* 2. *punct.* 1. §. 4. *num.* 20. & nota id intelligendum, dummodo ab Episcopis ter admoniti non sint, vt habitum, & tonsuram deferant, iuxta dicenda inferius. Amplia, etiam hoc priuilegium ad prædictos, etiam si coniugati sint, dummodo non sint bigami bigamia reali, aut interpretatiua, iuxta dicta supra verbo *Bigamus num.* 10. & 11. & portent habitum, & tonsuram Clericalem, *ac alicuius Ecclesiæ seruitio, vel ministerio ab Episcopo deputati eidem Ecclesiæ seruiant, vel ministrent.* Ex *cap.* 1. *de Cleric. coniugat. in 6.* & Concil. Trident. *sess.* 23. *de reformation. cap.* 6. Laymanus *supra.* Bonacina *de Censur. disp.* 2. *quæst.* 4. *punct.* 1. Amplia etiam ad Clericos istos coniugatos cum virgine, qui relicto habitu, & tonsura, postea illa reassumpserunt, dummodo enim non ea reassumpserint in fraudem, gaudent hoc priuilegio. Toletus *supra num.* 4. Bonacina *supra*. Imò etiam ad Clericos excommunicatos, interdictos, suspensos, irregulares, & degradatos solum verbaliter, & non realiter. Nauarrus, & Toletus *supra*. Quando tamen Clerici etiam in maioribus constituti perdant hoc priuilegium Canonis inferius dicetur.

6 Per *Monachum* intelliguntur omnes Religiosi vtriusque sexus, etiam Conuersi, & Conuersæ, Nouitij, & Nouitiæ, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 16. Imò & Religiosi bigami. Nullo enim iure constat ipsos priuari hoc priuilegio, sicut priuantur Clerici. Siluester *verbo Bigamus quæst.* 8. Bonacina *supra num.* 6. Idem dico de Religioso, qui habitum dimisit, per solam enim dimissionem habitus non perditur priuilegium Canonis. Bonacina *supra punct.* 4. *num.* 6. §. *Hinc colligi potest*. Quid verò sentiendum de Equitibus militaribus, dixi *tom.* 2. *cap.* 5. *num.* 38. Quid etiam de Eremitis eodem *tom.* 2. *cap.* 7. *num.* 6. Quid de oblatis eo *tom.* 2. *cap.* 8. *num.* 6. Quid verò de Tertiarijs, siue viris, siue fœminis, eo etiam *tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 39.

7 Per *Violentas manus* significatur quæcunque iniuriosa, seu contumeliosa actio exterior, ac corporalis, non verbis, sed facto, Clerici, vel Monachi personam, vel res ei adhærentes contingens, cuiusmodi sunt occidere, venenum propinare, mutilare, vulnerare, percutere, manu, pede, ense, fuste, &c. vel eum violenter detinere in aliquo loco, vel eripere aliquid per vim ab ipso, vel ipsum aqua, puluere, lapillis, &c. cõspergere; aut persequi eum, vt in foueam, vel fluuium incidat, equo decidat, &c. seu inijcere manus violentas in equum, cui insider, illum occidendo, vulnerando, percutiendo, aut retento freno sistendo. Sic enim communiter ferè Doctores intelligunt verbum illud *manus violentas*. Legantur Siluester *supra num.* 5. Caietanus *in Summ. verbo Excommunicatio cap.* 10. Toletus *supra num.* 2. Suarez 5. *tom. disp.* 22. *sect.* 1. *a num.* 23.

*à num.*23.Bonacina *supra à num.*11.Laymanus *supra num.*5.& alij, Qui id extendunt ad ipſum Clericum ſi ipſe ſe percutiat,aut conſentiat percuſſioni,quia vtroque modo iniuriam infert Ordini Clericali,licet oppoſitum ex multis tueatur Naldus *in Summa verbo Clericus nu.*19. Limitant tamen aliqui in eo,qui clam furatur marſupium Clerico,aut illum dormientem veſtibus ſpoliat,aut præſcindit cingulum quo cingitur,quia iſtæ actiones non cenſentur violentæ. Ita Bonacina *ſupra num.*14.referens Sa,Sairum,Reginaldum,& alios.Licet Naldus *ſupra num.*21.in oppoſitum inclinet.

8 Maximè tamen extenditur hæc excommunicatio ad mandantes, conſulentes,conſentientes,& non impedientes(intellige ſaltem,quando ex officio, ſeu ex iuſtitia tenebantur impedire) & ratam habentes percuſſionem Clerici ſuo nomine factam. Ratio eſt,quia licet regulariter loquendo cenſura contra aliquid facientes, non extendatur ad prædictos mandantes, conſulentes, &c. niſi id exprimatur, vt habent Nauarrus *in Manual. cap.*27.*num.*51. & Sanchez *lib.*3. *de Matrim. diſp.*49. quia tamen in *cap.Mulieres* §.*vlt. & cap.quanta de ſentent. excommunicat.& cap.Cum quis eod.tit.in* 6. ſupponitur hanc excommunicationem ad prædictos extendi,accedente etiam communi Eccleſiæ,& Doctorum conſenſu,ideo ita aſſerendum. Nauarrus *ſupra num.*78. Suarez *dicta ſect.* 1. Vt verò ratam habentes percuſſionem huiuſmodi incurrant hanc excommunicationem, requiruntur aliquæ conditiones, de quibus Toletus *ſupra à num.*6. Suarez *ſupra*. Bonacina *ſupra punct.*3.Vide dicta verbo *Bulla Cœnæ num.*32.*&* 33.circa caſum 11. Quid etiam dicendum caſu quo quis mandans, vel ſuadens percuſſionem Clerici mãdatum, vel conſilium reuocet agit Laymanus *ſupra num.*6.

9 Sunt tamen aliqui caſus in quibus percuſſor Clerici, vel Monachi non incidit in hanc excommunicationem. Primus, quando ignorat eſſe Clericum, *cap.ſi vero* 2. *de ſentent.excommunicat.* iuxta dicta ſupra verbo *Cenſura Eccleſiaſtica nu.*11.Nauarrus *ſupra cap.*27.*nu.*80. Suarez *ſupra dicta ſect* 1. Secundus,quando illum percutit ſolum per iocum,non ex odio,vel indignatione, quia talis percuſſio non cenſetur facta *ſuadente Diabolo, cap.* 1. *de ſentent. excommunicat.* Toletus *ſupra cap.*33.*num.*1. Tertius, quando id fit fortuito, vt ſi dum oſtiarius, aut alius officialis Principis irruentem turbam cohibet, fortuito, & nõ prauo animo Clericum aliquem,vel Monachum percutiat, propter eamdem rationem, *cap ſi vero de ſentent.excommunicat.* Bonacina *ſupra punct.*4.*num.*12.Quartus,cum quis percutit Clericum vim vi repellendo cum moderamine inculpatæ tutelæ ad defenſionem ſui, vel ſui honoris,aut pudicitiæ,vel rerum ſuarum, *cap.ſi vero,& cap.ex*

tenore

tenore de sentent. excommunicat. Huiusmodi enim percussio non censetur violenta, sed defensio iure naturæ debita. Suarez *supra num.* 33. Laymanus *supra nu.* 8. Qui etiam cum alijs hoc extendit ad eum, qui percutit Clericum ad defensionem aliorum, intellige innocentium. Quintus, cum sæcularis capit Clericum, & in carcerem tradit de mandato sui Prælati Ecclesiastici. Cum enim concessum sit hoc Prælatis, *cap. si Clericos de sent. excommunicat. in 6.* poterunt id per alios exequi. Bonacina *supra num.* 13. Imò si Clericus iniuriam inferens, vel in flagranti graui crimine deprehensus de fuga suspectus sit, poterit à laico interim capi, & detineri, vt Iudici suo Ecclesiastico tempestiuè præsentetur. Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *num.* 81. & 85. Toletus *supra num.* 3. Laymanus *supra* §. *Tertia.* Sextus, cum Clericus percutitur causa correctionis, & disciplinæ ab habente legitimam potestatem. V.g. Prælato, vel Magistro, & non exceditur modus in correctione; neque percutitur ex odio, vel ira, *cap.* 1. *cap. ex tenore, cap. cum voluntate de sentent. excommunicat.* Siluester *supra num* 6. *casu* 8. Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *num.* 81. Idem extendunt satis probabiliter ad patrem respectu filij, etiam in Sacris constituti, propter eamdem rationem. Siluester *ibid.* Nauarrus *num.* 82. Suarez *dicta sect.* 1. *num.* 48. idem indicans de hero, & similibus. De quo, & alijs ad intentum Toletus *supra num.* 4. 5. 6. & 7. Septimus, quando quis in continenti, & non ex interuallo temporis percutit Clericum, turpiter, aut impudicè inuentum cum Matre, Filia, Vxore, vel Sorore, etsi enim tunc peccet illum percutiendo, non tamen contrahit hanc excommunicationem, *cap. si vero de sentent. excommunicat.* eo quod Ecclesia non reputet huiusmodi percussionem factam esse suadente Diabolo, sed ex vehementi passione, vel dolore. Nauarrus *supra num.* 84. Suarez *supra num.* 37. Dicta porrò excusatio locum non habet in percutiente Clericum inuentum, cum alijs consanguineis. v.g. nepte, prout significatur in dicto *cap. si vero*, iuncta Glossa *verbo Matre*, & præsertim, quia nullo iure id probatur, & in hoc casu non procedit æquè ratio adducta. Bonacina *supra num.* 5. Laymanus *supra num.* 8. ex alijs, quos referunt. Octauus, quando quis percutit Clericum priuatum hoc priuilegio Canonis.

10 Priuantur autem hoc priuilegio Canonis, primò, Clerici in minoribus bigami, iuxta dicta *supra num.* 5. & verbo *Bigamus*, & *Bigamia num.* 10. Secundò, ijdem Clerici in minoribus coniugati, qui non habent conditiones, de quibus *supra num.* 5. Tertiò, etiam Clerici in maioribus degradati realiter, *cap. degradatio de pœnis in 6.* Toletus *dicto cap.* 33. *num.* 3. Vide dicenda verbo *Degradatio*. Quartò, ijdem, quando relinquunt habitum Clericalem, qui in veste, & tonsura

ſura conſiſtit,& ter admoniti ab Epiſcopo non ſe emendant,*cap.contingit 2.de ſentent.excommunicat.*Panormitanus *ibid.*& Siluester *verbo Excommunicatio 6. num. 6.* Qui idem etiam dicunt de Clerico in minoribus exiſtente, propter eamdem rationem, & approbat Bonacina *ſupra punct.4. num.6. §.Hinc colligi*. Quintò, ſimiliter ijdem ſi exerceant officium Tabernariorum, vel Macellariorum, ſi ter admoniti non deſiſtunt, vel ſi iterum reuertuntur, etiam ſi deſtiterint. Clement. 1. *de vita, & honeſtate Clericorum*. Laymanus *ſupra num.* 3. §.*Quinto Clerici*. Sextò, ſi faciunt ſe ioculatores, goliardos, hiſtriones, ſcurras, & ter admoniti à Prælatis non deſiſtunt, *cap.vnic.de vit. & honeſt.Clericor.in 6.* Suarez *ſupra dicta ſect.*1. *num.*15. Septimò, portãtes arma militaria relicto habitu Clericali,ſi ter admoniti à Prælatis non reſipiſcunt,*cap.in audientia de ſentent. excommunicat.* Toletus *ſupra dicto nu.* 3. aduertens benè contra Nauarrum *ſupra nu.*80. ex textu requiri,quod iſti habitum non geſtent. Octauò,contemnentes Clericalem habitum, & tyrannidi, ac enormitati ſe immiſcentes, *cap.cum non ab homine de ſent.excommunicat.* Suarez *ſupra num.*13. Nonò, ijdem Clerici facti milites ſeditionem facientes, & iniquam guerram, *cap. perpendimus de ſentent.excommunicat.* Suarez *ſupra num.*12. Laymanus *ſupra num.*3. §.*Quarto Clerici*. Decimò, negotiationibus prohibitis ſe immiſcentes, ſi ter admoniti à Prælatis non deſiſtunt, *cap.ex litteris de vit. & honeſt. Clericor.* iuxta Nauarrum, Toletum, & alios, licet probabilius ſit tales non priuari hoc priuilegio Canonis, ſed tantum priuilegio fori quoad facultates ſuas, vt patet ex contextu. Suarez *ſupra num.*27. Bonacina *ſupra num.*7. De Clericis incorrigibilibus, idem ait Nauarrus *ſupra num.* 81. *& cap. cum non ab homine de Iudic.* Sed non benè,vt probat Suarez *ſupra à n.*8.

11 Circa illa verba Canonis *Nullus Epiſcopus eum abſoluere præſumat*,notandum,per illa denotari percuſſionem Clerici ſoli Papæ reſeruatam eſſe, vt communiter Doctores ſupponunt. Sunt tamen plures caſus in quibus alij, præter Papam poſſunt ab hac excommunicatione abſoluere. Pro quo præmittendum,Clerici percuſſionem,prout colligitur ex Extrauaganti *Perlectis* apud Nauarrum *ſupra num.*91. & Molinam 4.*tom.diſp.*57.*num.*1. triplicem eſſe,ſcilicet leuem, mediocrem,grauem,ſeu enormem. Leuis percuſſio regulariter eſt,quæ fit pugno,palma,manu,pede,digito, baculo, vel lapide, quæ nullam maculam, vel ſigillationem carnium relinquit, neque abſcindit membrum, ſine effractione dentium, ſine auulſione multorum capillorum, ſine effuſione multi ſanguinis.Quæ dicitur leuis,non quia non ſit,niſi peccatum veniale, cum certum ſit ex dictis debere eſſe mortale, ſed comparatiuè ad mediocrem,vel grauem. Toletus *ſupra cap.*32.*nu.*1.

Dixi

Dixi *Regulariter*, quia aliquando ex circunſtantijs loci, ſcandali, & qualitatis perſonæ offenſæ percuſſio leuis fieri poteſt grauis, vt colligitur ex dicta Extrauaganti. Mediocris, quæ eſt media inter leuem, & grauem, ſeu enormem, licet aliqui putent de illa non poſſe dari certam regulam, ſed hoc pertinere ad Epiſcopum, poteſt tamen definiri, quod ſit illa, qua, vel dens extrahitur, vel capillorum copia euellitur, aut ſigillatio carnis relinquitur, aut ſanguinis copia effunditur, abſque graui tamen læſione. Bonacina *ſupra punct.* 5. *num* 2. Grauis verò, ſeu enormis eſt, quæ fit cum occiſione, ſeu membri mutilatione, vel magna ſanguinis effuſione (in alia parte quam in naribus) vel magno vulnere, aut ictu etiam ſine ſanguine, &c. *cap. cum illorum de ſentent. excommunicat.* Nauarrus *ſupra num.* 92. Suarez *dicta ſect.* 1. *num.* 88. Grauem autem, ſeu enormem percuſſionem pro eadem accipio, iuxta communiorem Peirinis *tom.* 2. *de Prælato quæſt.* 3. *cap.* 2. *num.* 58. Conueniunt autem omnes, & colligitur ex dicta Extrauaganti. Primò, quod ad iudicandum, quæ percuſſio ſit leuis, mediocris, aut enormis attendendæ ſint omnes circumſtantiæ facti, vt dixi. Et ſecundò, quod in dubio de leuitate, potius iudicandum eſt eſſe grauem, quam leuem.

12 Cum ergo percuſſio eſt leuis poteſt ab excommunicatione, quæ nunc contrahitur abſoluere Epiſcopus, tam Clericos, quàm laicos, iuxta textum in *cap peruenit de ſentent excommunicat.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. Allegat.* 41. *num.* 2. & communiter alij. Prælati etiam Regulares poſſunt ab ea abſoluere ſuos ſubditos, qui mutuo ſe percuſſerunt, iure quidem communi ex *cap. Monachi de ſentent. excommunicat.* adiuncto *cap. cum illorum eod. tit.* vbi id, quod conceſſum erat dicto *cap. Monachi* ampliatur ad omnem percuſſionem, quæ non ſit enormis, aut in Epiſcopum, vel Abbatem. Tamburinus *de Iure Abbatum tom.* 2. *diſp.* 14. *quæſit.* 10. *num.* 1. & 2. videtur quoque id fieri poſſe, etiam iure communi ex dicto *cap. peruenit*, cum enim conceſſio eo capite facta Epiſcopis non ſit priuilegium, ſed ius commune, vt habet Laymanus *ſupra num.* 10. videtur etiam extendenda ad Prælatos Regulares reſpectu ſuorum ſubditorum (quidquid alij dicant cum Bonacina *ſupra punct.* 5. *num.* 1.) cum habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem ſupra illos, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 30. Quando autem Religioſus vnius Monaſterij percuſſit alium alterius Monaſterij, ab vtroque Superiori debet abſolui, *cap cum illorum* relato. Siluеſter *in Summa verbo Abſolutio* 5. *num.* 5. Quod intellige, ſiue illa Monaſteria ſint diuerſorum Ordinum, ſiue eiuſdem. Tamburinus *ſupra num.* 4. Credo tamen poſſe vnum Superiorem alteri Superiori ſuas vices quoad hoc committere, cum habens poteſtatem Ordinariam eam

alte-

alterius delegare possit. Siluester *supra.* Si autem percussus sit Clericus sæcularis, quamuis in dicto *cap. cum illorum* dicatur absoluendum Religiosum percutientem à solo Papa, tamen ex vi *cap. Religioso de sent. excommunicat. in 6.* absolui potest ab Episcopo, non à Prælato Religiosi percutientis. Toletus *supra num.* 2. Tamburinus *supra num.* 3. Hæc verò intelligi debent stando in iure communi, nam secundum priuilegia Religionum Prælati habentes facultatẽ absoluendi suos subditos à casibus Papæ reseruatis, de quibus egi *tom.* 1. *cap.* 18. præsertim *à num.* 36. possunt absoluere illos non solum ab excommunicatione propter percussionem leuem, de qua modo, sed etiam propter mediocrem, & enormem, de quibus postea. Intelligi etiam debent, nisi aliter in statutis particularium Religionum statuatur, vt in nostra, in cuius Constitutionibus *par.* 3. *cap.* 10. *num.* 3. leuis percussio reseruatur Prouinciali, quoad forum scilicet externum. Quid verò de Confessarijs sentiendum sit inferius dicetur.

13 Loquendo de excommunicatione, quæ incurritur ob percussionem mediocrem, quamuis ea etiam sit Papæ reseruata, sunt tamen aliqui casus in quibus ab alijs absolui potest. Primus, quando Clerici collegialiter viuunt, & vnus alium percutit, tunc enim absolui possunt ab Episcopo, *cap. quoniam de vit. & honest. Clericorum.* Nauarrus *supra num.* 91. & alij communiter. Secundus, quando ianitor, seu ostiarius Principis sui officij causa, vel arcendæ turbæ lædit Clericum, *cap. si vero de sentent. excommunicat.* Toletus *supra num.* 3. Similiter Regulares etiam seclusis priuilegijs de quibus supra possunt ab hac excommunicatione absolui, iuxta dicta supra ex *cap. cum illorum*, videlicet, quando ipsi mutuo se percusserunt, à proprio Superiori, & quãdo percusserunt alium alterius Monasterij ab vtroque Superiori. Suarez *supra num.* 71. *& sequentibus.* Tamburinus *supra nu.* 3. & 4. Quid verò dicendum in casu quo Prælati percussissent suum subditum infra habetur.

14 Ab excommunicatione etiam contracta ob grauem, seu enormem percussionem possunt absolui ab Episcopis. Primò, pueri, qui ante annos pubertatis, scilicet quatuordecim illam contraxerunt, *cap. super eo* 1. *de sentent. excommunicat.* etiam si absoluendi sint post pubertatem, *cap. vlt. eod. tit.* Toletus *supra num.* 5. Cornexo *tom.* 2. *in* 3. *part. de excommunicat. tract.* 5. *disp.* 11. *dub.* 2. Secundò, mulieres cuiuscunque ætatis, *cap. mulieres eod. tit.* Cornexo *supra.* Bonacina *supra dicto punct.* 5. *nu.* 3. Tertiò, specialiter Moniales, *cap. de Monialibus eod. tit.* Siluester *supra num.* 4. qui id extendit etiam ad Moniales exemptas. Quartò, serui qui existunt sub potestate alterius, quando scilicet id fecerunt in fraudem, vt se à Domino liberarent, vel quando

etã

do etsi in fraudem id non fecerunt, eorum absentia in magnum detrimentum Domini sit, & ipse in culpa læsionis non fuerit, nisi percussio fuerit tam enormis, vt ad vitandum scandalum, vel tollendum exemplum mitti debeant ad Papam, *cap. relatum de sintent. excommunicat.* Toletus *supra num.* 3. & 4. Cornexo *supra*. Quintò, filij familias puberes, qui sunt sub potestate patris, & non valent venire ad Papam sine præiudicio ipsius. Nauarrus *supra num.* 88. Cornexo *supra ex cap. mulieres eodem tit.* Sextò, illi, qui sunt impotentes ad iter faciendum, quales sunt senes, infirmi, valetudinarij, & pauperes, qui non possunt venire Romam, nisi stipem ostiatim quærant, quam antea quærere non consueuerant. Item, qui habent capitales inimicitias, propter quas timeant periculum mortis si iter arripiant. Constant hæc ex *cap. quod de his, cap quamuis, cap. ea noscitur, cap. de cætero de sentent. excommunicat.* Siluester *supra verbo Absolutio* 4. *num.* 3. Cornexo *supra*. Barbosa *dicta Allegat.* 41. *à num.* 6. De multum potentibus, & delicatis decernitur in *cap. mulieres eod. tit.* quod causa est intimanda Summo Pontifici, priusquam ab Episcopo absoluantur. Siluester *supra*. Toletus *supra num.* 6. Demum illi, qui habent, quodlibet aliud impedimentum, quod arbitrio prudentis iudicetur legitimum, vt est regulariter in ijs, qui habent curam animarum, & temporale dominium, quando timetur, quod propter absentiam illorum oues, vel vassalli patientur detrimentum notabile. Sayrus *lib.* 3. *de Censuris c.* 28. Cornexo *supra*.

15 Nota tamen primò, quod ij, qui non possunt adire Summum Pontificem, si possunt adire legatum, vel alium habentem facultatem ad absoluendum non possunt ab Episcopo absolui, sed tenentur adire illos Sayrus *supra dicto cap.* 28. *nu.* 39. Oppositum tamen tenet Cornexo *supra* referens Henrriquez, & Auilam. Secundò, quod quando prædicti absoluuntur ab Episcopo ratione impedimenti, propter quod non possunt accedere ad Papam, si illud impedimentum est perpetuum, vt si sunt senes, cæci, claudi, &c. tunc absoluuntur sine onere præsentandi se Papæ, frustra enim illis iniungeretur onus, cui nunquam possent satisfacere, quando verò illud impedimentum est temporale, vt in infirmis, &c. iniungendum est illis præceptum cum iuramento comparendi coram Papa illo impedimento cessante, *cap. de cætero, & cap. Quamuis de sentent. excommunicat.* Vbi excipiuntur pueri. Si autem non compareant, quando commodè possunt, non solum sunt periuri, sed etiam incidunt in eamdem sententiam excommunicationis, vt habetur *cap. eos qui de sentent. excommunicat. in* 6. Siluester *supra verbo Absolutio* 3. *nu.* 16. Toletus *supra num.* 5. Cornexo *supra*. Qui notat ex Caietano, & Nauarro satis esse, si se præsen-

tent

tent Papæ per Procuratorem. Tertiò nota, quod quando percussio Clerici est occulta, possunt Episcopi omnes suos subditos, etiam non habentes impedimẽtum adeùndi Romam ab excommunicatione tunc contracta in foro conscientiæ absoluere, ex facultate illis concessa à Concilio Tridentino *sess.* 24. *cap.* 6. Nota autem, quod quamuis, iuxta dicta supra verbo *Absolutio num.* 6. quando aliquis habet facultatem absoluendi in foro conscientiæ tantum probabile sit, posse illa vti, etiam extra Sacramentum Confessionis, nihilominus limitari hoc debet, ita vt Episcopus non possit vti facultate hac sibi concessa per Concilium Tridentinum, nisi in Sacramento pœnitentiæ tantum. Ita enim video declaratum à Sacra Congregatione approbante Gregorio XIII. apud Garziam *de Benefic. par.* 11. *cap.* 10. §. 1. *num.* 139. licet Sanchez *lib.* 8. *de Matrimon. disp.* 34. *num.* 29. oppositum in praxi obseruari asserat. Nec tunc absoluuntur cum onere comparẽdi Romæ, sed simpliciter. Bonacina *supra dicto punct.* 5. *num.* 4. Idem dic, quando aliquis absoluitur virtute Bullæ Cruciatæ Iubilæi, aut alterius priuilegij. Cornexo *supra*.

16 De Religiosis videtur dicendum etiam in casu grauis, aut enormis percussionis non teneri ad Papam recurrere pro absolutione. Primò, quando non habent viaticum, & Monasterium, quia pauperrimum non potest illis prouidere, nec possunt aliter facere iter, cum non sint deterioris conditionis, quam alij pauperes, vt tenet Glossa in *cap. Religioso de sentent. excommunicat in* 6. & sequitur Toletus *supra num.* 6. Secundò, quia non sunt sui iuris, propter quam causam *cap. mulieres de sentent. excommunicat.* ijs, qui sui iuris non sunt conceditur absolui posse ab Episcopis. Et quamuis in his casibus absoluendi facultas concedatur Episcopis, eadem tamen videtur competere Prælatis Regularibus, qui iurisdictionem quasi Episcopalem habent in illos. Suarez 4. *tom. de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 8. Peirinis *to.* 1. *Priuileg. Minim. in Constit. Pyrrhi* §. 8. *num.* 46. Esto tamen ex vi iuris communis id fieri non possit, saltem ex priuilegijs de quibus *supra num.* 12. dixi id facere poterunt Prælati, qui illis potiuntur. Posse etiam absolui ab Episcopis, in casibus, in quibus Episcopi possunt absoluere sibi subditos, propter dicta *to.* 1. *cap.* 11. *num.* 6. tenere videtur Barbosa *de offic. & potest. Episcop Allegat.* 105. *num.* 53. & expressè affirmat Angelus Bossius *in disceptat.* 1. *de Iurisdict. Episcopor. quoad cas. reseruat. num.* 31. ex Panormitano, & Siluestro. Idemq. sequitur Vincentius Candidus *tom.* 1. *Disquisit. Moral. disquisit.* 3. *art.* 27.

17 Casu autem quo Prælatus manus violentas in Regulare sibi subditum, vel etiam non subditum inijceret, absolui potest, sicut alij Regulares, iuxta dicta ex iure communi, & priuilegijs illius Religionis,

vt enim ait Siluester *verbo Absolutio* 5. *num.* 4. caput non debet minus esse fauorabile membris. Quia tamen nullus potest se ipsum absolnere, ideo absolui debet à suo Superiori. Tamburinus *de Iure Abbat. tom* 2. *disp.* 14. *quæsit.* 11. *num.* 1. & 2. Si autem Superior in promptu non sit, potest ab alio Sacerdote ab eo in Confessorem electo absolui. Rodriguez *tom.* 1. *Quæstion. Regular. quæst.* 20. *art.* 12. Miranda *tom.* 2. *Manual. Prælator. quæst.* 35. *art.* 24. Peirinis *tom.* 2 *de Prælat. quæst.* 1. *cap.* 4. *num.* 82. Nec hoc est exercere, aut delegare iurisdictionem, sed designare personam, cui Papa vi iuris communis, vel priuilegiorum eam iurisdictionem concedit. Suarez *to.* 4. *de Relig. tract.* 8. *lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 12. *iuncto num.* 8. *in fin.* Peirinis *supra*. Tamburinus *supra num.* 4. *in fine*. Si verò casus esset, quod in vno Conuentu tantum essent Prælatus, & subditus Sacerdos, & quod ad inuicem se percussissent, nec esset alius à quo absolui possent, plures dicunt posse se ad inuicem absoluere, etsi enim excommunicatus maiori excommunicatione non possit absoluere; in casu tamen necessitatis, prout in præsenti, quia necessitas caret lege, id fieri potest. Tabiena *verbo Absolutio* 2. §. 10. Rodriguez *supra*, Miranda *supra*, Coriolanus *de casib. reseruat. part.* 2. *cas.* 10. *de Iudic. Regular.* §. 10. *num.* 17. *vers. nam licet*. Peirinis relatus referens etiam Passarellum. Barbosa *dicta Allegat.* 41. *num.* 17. Aliter respondet Suarez *supra num.* 10. & 11. quem sequitur Tamburinus etiam *supra*, scilicet, quod si talis excommunicatio est occulta, potest Prælatus absoluere subditum, cum non sit priuatus omnino iurisdictione, & communicatione cum illo, & postea ab illo absolui. Si verò est publica, cessat hoc remedium, propter contrariam rationē, & ita Prælatus extra Religionem debet eligere alium Sacerdotem habilem, & ab eo absolui, & postea ipse absolutus absoluere potest subditum. Adducit Suarez ad hoc aliqua iura, quæ meo videri intentum non conuincunt. Vide Portellum *in responsionib. cas. moral. part.* 2. *casu* 30.

18 Ab hac etiam excommunicatione contracta ob percussionem Clerici, vel Monachi, siue percussio sit leuis, siue mediocris, siue etiam enormis absoluunt illi Confessarij, qui facultatem habuerint absoluendi à casibus Papalibus, quales sunt aliqui Regulares. De quibus dixi *tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 15. Quia tamen in decretis Sacræ Congregationis sub Clemente VIII. ibi adductis declaratur, quod *per vniuersam Italiam extra Vrbem*, non possint vti dictis priuilegijs, quoad hunc casum iniectionis violentarum manuum in Clericos, ideo solum possunt vti illis in Vrbe, & in alijs regionibus extra Italiam, vt ibi dixi *num.* 16. Similiter, quia in posteriori decreto Sacræ Congregationis in quo moderatum est prius, vt in dicto *num.* 15. retuli dum de huiusmodi

modi casu dicitur non posse absolui à Cõfessario virtute quorumcunque priuilegiorum, sic habetur: *Injicientium violentas manus in Clericos, iuxta can. si quis suadente* 17. *quæst.* 4. *ac iuris dispositionem:* cum iuxta iuris dispositionem in *cap. peruenit de sentent. excommunicat.* leuis percussio Clerici non sit Papæ reseruata, sed Episcopo delegata, aut commissa, ideo videtur posse absoluere, etiam intra Italiam, ab excommunicatione cõtracta per leuem percussionem Clerici, præfatos Regulares habentes dicta priuilegia, vt habet Naldus *in Summa verbo Clericus num.* 39. In locis etiam vbi publicatur Bulla Cruciatæ possunt Confessarij per illam electi absoluere ab hac excommunicatione propter quamcunque Clerici percussionem contractam, semel in vita, & semel in morte, iuxta dicta verbo *Bulla Cruciatæ num.* 19. Idem dico ex vi Iubilæi, si istum casum contineat, aut non excludat. De Confessario ordinario approbato ab Episcopo nullum habente priuilegium, & de Confessario Religiosorum solum à suo Prælato approbato pro confessionibus Fratrum, seclusis priuilegijs, dicendum est ab ea absoluere non posse, cum etiam si sit leuis percussio, est casus per se verè reseruatus Papæ, licet delegatus, & commissus Episcopo, iuxta dicta supra verbo *Casus reseruati num.* 2. An verò prædicti Confessarij pro Fratribus, dumtaxat approbati habeant ad id faciendum aliqua priuilegia dicetur infra verbo *Confessarius Regularis à num.* 11.

19 Loquendo de priuilegio fori, quo tam Clerici, quàm Regulares potiuntur, quod in eo consistit, vt conueniri non possint coram laicis, dicendum eos omnino, & simpliciter exemptos esse à laica potestate, ita vt ad illam numquam trahi possint, *can. non placuit* 16. *quæst.* 7. *cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Constit. cap. decernimus de iudicijs*, & alijs iuribus infra referendis. Salon. 2. 2. *quæst.* 67. *art.* 1. *controuers.* 1. Quod est intelligendum tam in spiritualibus, quàm in temporalibus, quia prædicti textus, & plures alij referendi vniuersaliter loquuntur. Azor *tom.* 1. *Instit. Moral. lib.* 5. *cap.* 12. Primò quidem iure ciuili, ex Authenth. *Statuimus de Episc. & Cler.* & ex celebri facto Constantini Imperatoris, cum enim libelli accusationum contra Clericos illi delati essent dixisse fertur, *Vos à nemine iudicari potestis, sed solius Dei iudicio reseruamini*. Deinde iure Canonico, ex *can. si Imperator dist.* 96. *cap. diligenti de for. compet. cap. Quamquam de Censib. in* 6. & alijs iuribus. Item ex Concil. Constant. *sess.* 8. Trident. *sess.* 25. *cap.* 20. & ex Bulla Cœnæ Domini, grauissima imposita excõmunicatione per plures casus circa transgressores, prout videri potest supra verbo *Bulla Cœnæ*. Tertiò, ex iure etiam diuino, prout colligitur ex Concil. Lateran. sub Innocentio III. *cap.* 43. & Lateranen. sub Leone X. *sess.* 19. & eodem Trident. dicente hanc immunitatem esse *Dei ordinatione con-*

rinus *de Iure Abbatum tom.*1. *disp.*15. *quæst.*19. *num.*5. Casu etiam quo Subdiaconus ex dispensatione Apostolica cum vidua cõtraxerit, & pensiones Ecclesiasticas obtineret, gaudet priuilegio isto, vt patet ex declaratione Sacræ Cõgregationis apud Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Subdiaconus*. Excipe primò, Clericos in minoribus bigamos, iuxta dicta supra verbo *Bigamus, & Bigamia num.*10. & 11. Excipe secundò, eosdem Clericos prima tonsura initiatos, aut etiam in minoribus constitutos, qui non habent cõditiones à Concil. Trident. *sess.*23. *cap.*6. requisitas, videlicet, quod Beneficium Ecclesiasticum habeant, aut Clericalem habitum, aut tonsuram deferentes alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inseruiant, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via ad maiores Ordines suscipiendos, versentur. Henrriquez *in Summa lib.*10. *cap.*15. §.2. & *lib.*14. *cap.*49. §.1. *in fine*. Vide declarationes Sacræ Congregationis circa hoc, alteram 24. Ianuarij 1631. alteram in vna Valentina 29. Iunij 1628. alteram in vna Materanensi 2. Augusti 1631. & alteram 18. Martij 1628. apud Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Clericus*, & Dianam 5. *part. in Collectan. huiusmodi declarationum*. Habentes autem Beneficium Ecclesiasticum, etiam si habitum Clericalem, aut tonsuram non deferant, potiuntur dicto priuilegio, quia Cõcilium verbis relatis ex ipso loquitur disiunctiuè per particulam, *aut* quæ est disiunctiua. Barbosa *de offic. & potest. Episcop. Allegat.*12. *num.*6. Qui id extendit ad Clericum habentem Beneficium modici valoris, vel Coadiutorem positum per Papam, vel Capellanum perpetuum, vel habentem præstimonium. Idem *nu.*7. *quæst.*10. & 11. Vide declarationem Sacræ Congregationis circa hoc apud Dianam *supra*. Intellige etiam antequam Beneficiarius possessionem adeptus sit. Ex alia declaratione Sacræ Congregationis. Castrus Palaus *tom.*2. *tract.*12. *disp. vnic. punct.*2. *num.*5. Cenedo *in Quæstionib. Canonic. quæst.*4. *num.*23. Diana *supra nu.*50. Agit etiam Barbosa *supra nu.*8. de habente pensionem solitam concedi Clerico. Quando verò dicitur Clericum in minoribus debere gestare habitum, & tonsuram, vt potiatur dicto priuilegio intelligendum est, regulariter. Neque enim semel, aut iterum ea reliquisse, tollit priuilegium, nec è contra aliquoties ea deferre, sufficit. Barbosa *supra nu.*15. Laymanus *supra dicto tract* 9. *cap.*7. *num.*2. Qualiter etiam aliquando etiam si Ecclesiæ de mandato Episcopi non inseruiãt, nec Beneficium Ecclesiasticum habeant, gaudeant priuilegio fori, vide quandam declarationem Sacræ Congregationis *in nullius* 18. Martij 1628. apud relatũ Barbosam *in dictis Collectaneis*. Excipe tertiò Clericos coniugatos. Hi enim non gaudent priuilegio fori, nisi contraxerint cum virgine, idest non vidua, aut ab

alio corrupta,& tonſuram,ac habitum Clericalem geſtent. Inſuper alicuius Eccleſiæ ſeruitio,vel Monaſterio ab Epiſcopo deputati eidem Eccleſiæ ſeruiant,vel miniſtrent, & tunc non gaudent hoc priuilegio, niſi ſolum in criminalibus,non in ciuilibus.Ita enim habetur ex *cap. vnic.de Cleric.coniugat.in 6.*adiuncto decreto Conc.Trident.*ſeſſ.23. cap.6.* Riccius *in praxi aur.reſol.172.in princ.* Barboſa *ſupra nu.25. & ſequentibus.*Pro illis vide tres declarationes Sacræ Congregationes apud eumdem Barboſam in dicto loco *ex Collectan.* alteram 13. Februarij 1610. alteram 27.Februarij 1630. & alteram 2.Auguſti 1619. Gaudere etiam priuilegio fori in ciuilibus,vbi eſt talis conſuetudo,habetur ex vna declaratione Sacræ Congregationis Immunitatis apud Dianam 5.*part.in Collectan.num.*38. Vide eum *in Additionib.ad dictam declarationem* ex quadam Epiſtola Sacræ Congregationis ad Epiſcopum Regienſem. Excipe quartò,Clericos etiam in maioribus conſtitutos realiter degradatos, quia per degradationem omnia Clericorum priuilegia amittuntur, *cap.degradatio de pœnis in 6.* Bonacina *ſupra dicto punct.1. §.4. num.1.* Vide dicenda verbo *Degradatio num.5.* Excipe quintò , Clericos ioculatores , goliardos , hiſtriones, & ſcurras modo dicto *ſupra* , ex *cap.vnic. de vit. & honeſt. Clericor. in 6.* Silueſter *in Summa verbo Excommunicatio 6.num.7.* Item ſextò, illos,qui commiſſo delicto Clericalem ſtatum aſſumpſerunt, ſolum per fraudem , ideſt ſola intentione euitandi forum ſæculare . Zerola *verbo Clericus num.6.* Bonacina *ſupra §.1.num.16. & ſequentibus.* Secus eſt,quando bono animo id fecerunt, tunc enim gaudent priuilegio fori,ſaltem quoad perſonas,vt patet ex declaratione Sacræ Congregationis 7.Decembris 1632.apud Barboſam in loco relato ex *Collectan. Bullarij* . Vide dicenda infra verbo *Gabella quoad Regulares num.9.* Excipe ſeptimò , in cauſa feudi , nam in illa Clericus vaſallus ſubijcitur Domino feudi quamuis ſæculari, *cap.verum de for.compet. & cap.cæterum de iudicijs.* Gratius *in deciſ.aur. lib.4.cap.18.nu.128.* Laymanus *ſupra cap.5.nu.2.& 3.* Excipe octauò,in cauſa reconuentionis in ciuilibus, ideſt,ſi Clericus conueniat laicum coram Iudice laico,& ipſe laicus recõueniat illum coram eodem Iudice, *cap.1.& 2. de mut.petit.* Silueſter *in Summa verbo Iudex 1. num.4.* Toletus *in Summa lib.5.cap.56.num.2.* Excipe nonò, cum Epiſcopus dat facultatem, & in cauſis ciuilibus ſolum , *cap.2. de Iudic.* Silueſter , & Toletus *ibidem* .

21 Excipi etiam ſolent Clerici, qui dimiſſo habitu, & tonſura Clericali, tyrannidi, & enormitati ſe immiſcent, *cap.cum non ab homine de ſentent. excommunicat.* vel ſæuis enormitatibus, armis, ſeditioni , & guerræ,ex *cap. perpendimus eod. tit.* ſaltem poſt trinam admonitionem,

nem, *cap. contingat eod. tit.* Sed in vtroque casu non est sermo, nisi de priuatione priuilegij Canonis, non priuilegij fori, & esto id esset, videtur necessariò præmittenda declaratio criminis, per quam de eius enormitate constaret, quia qualitas tribuens iurisdictionem, ante omnia probari debet, vt iurisdictioni locus sit, *l. si quis aliena ff. de iudic.* Farinacius *de Inquisit. quæst.* 8. *num.* 53. Siluester *in Summa verbo Excommunicatio* 6. *num.* 7. Suarez *tom.* 5. *de Censur. disp.* 22. *sect.* 1. *à num.* 8. Vide Dianam *supra resolut.* 129. dum agit, de quodam Religioso professo, qui se immiscuit enormibus criminibus, & etiam quamdam declarationem Sacræ Congregationis in vna Mutulensi 1. Februarij 1620. apud Barbosam *in Collectan. Bullarij*. Excipiendi etiam videntur Clerici incorrigibiles *ex cap. cum non ab homine de Iudic.* Sed nihil tale ibi habetur, nisi forsan post depositionem, excommunicationem, anathematizationem, & declarationem criminis. Suarez *supra*. Bonacina *dicto punct.* 1 §. 4. *num.* 7. Maiori probabilitate id dici potest de Clericis negotiationibus prohibitis se immiscentibus, si ter admoniti non desistant, *cap. ex Litteris de vit. & honest. Cleric.* tantum quoad facultates suas, iuxta dicta *supra num.* 10. Excipiuntur etiam Clerici exercentes officium Tabernariorum, seu Macellariorum si ter admoniti non desistunt, aut si desistunt, & iterum reuertuntur, iuxta dicta *supra num.* 10. ex Clement. 1. *de vit. & honest. Clericor.* Obserua tamen in dicta Clementina sermonem solum esse de Clerico coniugato, aut de non coniugato, qui habitum, & tonsuram non gestat. Quare Clericus coniugatus talia faciens priuatur omnino dicto priuilegio, Clericus verò non coniugatus habitum, & tonsuram gestans non amittit illud, nisi solum quoad res suas. Suarez *supra nu.* 18. Bonacina *supra num.* 8 §. *obserua tamen*: Quando verò reassumptio habitus Clericalis suffragetur Clerico, qui illum dimisit, habes apud Dianam *tom.* 5. *in Collectan. declarat. Sacr. Congregat.* ex vna Mazarien. 17. Iunij 1630. & Bossanensi 18. Martij 1631. & ex alia 10. Decembris 1599.

22ª Gaudet etiam prædicto priuilegio fori totus Religiosus status, nam eo ipso, quod per Ecclesiam approbatur, & instituitur, est status sacer, & Ecclesiasticus, & eius personæ sunt Deo Sacræ, & Ecclesiasticæ, ac per consequens fruuntur priuilegijs Ecclesiasticorum. Suarez 5 *tom. de Censur. disp.* 22. *sect.* 1. *num.* 19. *& sequentibus, & in defens. fidei lib.* 4. *cap.* 10. *in fine, & cap.* 11. *&* 12. Vnde non solum professi gaudent illo, sed etiam Nouitij, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 24 *num.* 4. Ita vt propter delictum Nouitiatus tempore commissum puniri nō possint, nisi à Prælatis Religionum, iuxta ibidem dicta. Quod etiam intellige si post commissum delictum reuersi sint ad sæculum habitu dimisso.

alio corrupta,& tonſuram,ac habitum Clericalem geſtent. Inſuper alicuius Eccleſiæ ſeruitio,vel Monaſterio ab Epiſcopo deputati eidem Eccleſiæ ſeruiant,vel miniſtrent, & tunc non gaudent hoc priuilegio, niſi ſolum in criminalibus,non in ciuilibus.Ita enim habetur ex *cap. vnic.de Cleric.coniugat.in 6.*adiuncto decreto Conc.Trident.*ſeſſ.23. cap.6.* Riccius *in praxi aur.reſol.172.in princ.* Barboſa *ſupra nu.25. & ſequentibus.*Pro illis vide tres declarationes Sacræ Congregationes apud eumdem Barboſam in dicto loco *ex Collectan.* alteram 13. Februarij 1610. alteram 27.Februarij 1630. & alteram 2.Auguſti 1619. Gaudere etiam priuilegio fori in ciuilibus,vbi eſt talis conſuetudo,habetur ex vna declaratione Sacræ Congregationis Immunitatis apud Dianam 5.*part.in Collectan.num.38.* Vide eum *in Additionib.ad dictam declarationem* ex quadam Epiſtola Sacræ Congregationis ad Epiſcopum Regienſem. Excipe quartò,Clericos etiam in maioribus conſtitutos realiter degradatos, quia per degradationem omnia Clericorum priuilegia amittuntur, *cap.degradatio de pœnis in 6.* Bonacina *ſupra dicto punct.1. §.4. num.1.* Vide dicenda verbo *Degradatio num.5.* Excipe quintò , Clericos ioculatores , goliardos , hiſtriones, & ſcurras modo dicto *ſupra* , ex *cap.vnic. de vit. & honeſt. Clericor. in 6.* Silueſter *in Summa verbo Excommunicatio 6.num.7.* Item ſextò, illos,qui commiſſo delicto Clericalem ſtatum aſſumpſerunt, ſolum per fraudem , ideſt ſola intentione euitandi forum ſæculare . Zerola *verbo Clericus num.6.* Bonacina *ſupra §.1.num.16. & ſequentibus.* Secus eſt,quando bono animo id fecerunt, tunc enim gaudent priuilegio fori,ſaltem quoad perſonas,vt patet ex declaratione Sacræ Congregationis 7.Decembris 1632.apud Barboſam in loco relato ex *Collectan. Bullarij* . Vide dicenda infra verbo *Gabella quoad Regulares num.9.* Excipe ſeptimò , in cauſa feudi , nam in illa Clericus vaſallus ſubijcitur Domino feudi quamuis ſæculari, *cap.verum de for.compet. & cap.cæterum de iudicijs.* Gratſius *in deciſ.aur. lib.4.cap.18.nu.128.* Laymanus *ſupra cap.5.nu.2.& 3.* Excipe octauò,in cauſa reconuentionis in ciuilibus, ideſt,ſi Clericus conueniat laicum coram Iudice laico,& ipſe laicus recõueniat illum coram eodem Iudice, *cap.1.& 2. de mut.petit.* Silueſter *in Summa verbo Iudex 1.num.4.* Toletus *in Summa lib.5.cap.56.num.2.* Excipe nonò, cum Epiſcopus dat facultatem, & in cauſis ciuilibus ſolum , *cap.2. de Iudic.* Silueſter , & Toletus *ibidem* .

21 Excipi etiam ſolent Clerici, qui dimiſſo habitu, & tonſura Clericali, tyrannidi, & enormitati ſe immiſcent, *cap.cum non ab homine de ſentent. excommunicat.* vel ſæuis enormitatibus, armis, ſeditioni , & guerræ,ex *cap. perpendimus eod. tit.* ſaltem poſt trinam admonitionem,

nem, *cap. contingat eod. tit.* Sed in vtroque casu non est sermo, nisi de priuatione priuilegij Canonis, non priuilegij fori, & esto id esset, videtur necessariò præmittenda declaratio criminis, per quam de eius enormitate constaret, quia qualitas tribuens iurisdictionem, ante omnia probari debet, vt iurisdictioni locus sit, *l. si quis aliena ff. de iudic.* Farinacius *de Inquisit. quæst.* 8. *num.* 53. Siluester *in Summa verbo Excommunicatio* 6. *num.* 7. Suarez *tom.* 5. *de Censur. disp.* 22. *sect.* 1. *à num.* 8. Vide Dianam *supra resolut.* 129. dum agit, de quodam Religioso professo, qui se immiscuit enormibus criminibus, & etiam quamdam declarationem Sacræ Congregationis in vna Motulensi 1. Februarij 1620. apud Barbosam *in Collectan. Bullarij*. Excipiendi etiam videntur Clerici incorrigibiles ex *cap. cum non ab homine de Iudic.* Sed nihil tale ibi habetur, nisi forsan post depositionem, excommunicationem, anathematizationem, & declarationem criminis. Suarez *supra*. Bonacina *dicto punct.* 1 §. 4. *num.* 7. Maiori probabilitate id dici potest de Clericis negotiationibus prohibitis se immiscentibus, si ter admoniti non desistant, *cap. ex Litteris de vit. & honest. Cleric.* tantum quoad facultates suas, iuxta dicta *supra num.* 10. Excipiuntur etiam Clerici exercentes officium Tabernariorum, seu Macellariorum si ter admoniti non desistunt, aut si desistunt, & iterum reuertuntur, iuxta dicta *supra num.* 10. ex Clement. 1. *de vit. & honest. Clericor.* Obserua tamen in dicta Clementina sermonem solum esse de Clerico coniugato, aut de non coniugato, qui habitum, & tonsuram non gestat. Quare Clericus coniugatus talia faciens priuatur omnino dicto priuilegio, Clericus verò non coniugatus habitum, & tonsuram gestans non amittit illud, nisi solum quoad res suas. Suarez *supra nu.* 18. Bonacina *supra num.* 8 §. *obserua tamen*. Quando verò reassumptio habitus Clericalis suffragetur Clerico, qui illum dimisit, habes apud Dianam *tom.* 5. *in Collectan. declarat. Sacr. Congregat.* ex vna Mazarien si 17. Iunij 1630. & Bossanensi 18. Martij 1631. & ex alia 10. Decembris 1599.

22ª Gaudet etiam prædicto priuilegio fori totus Religiosus status, nam eo ipso, quod per Ecclesiam approbatur, & instituitur, est status sacer, & Ecclesiasticus, & eius personæ sunt Deo Sacræ, & Ecclesiasticæ, ac per consequens fruuntur priuilegijs Ecclesiasticorum. Suarez 5 *tom. de Censur. disp* 22 *sect.* 1. *num.* 19. *& sequentibus, & in defens. fidei lib.* 4. *cap.* 10. *in fine, & cap.* 11. *&* 12. Vnde non solum professi gaudent illo, sed etiam Nouitij, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 24 *num.* 4. Ita vt propter delictum Nouitiatus tempore commissum puniri nō possint, nisi à Prælatis Religionum, iuxta ibidem dicta. Quod etiam intelligo si post commissum delictum reuersi sunt ad sæculum habitu dimisso.

Tùm quia Clericus reuerſus ad ſtatum ſæcularem non iudicatur à magiſtratu ſæculari pro delicto commiſſo in Clericatu, prout deciſum dicitur in Concilio Neapolitano apud Dianam *par.3.tract.1.reſol.34.* & docet Laymanus *dicto tract.9.cap.7.nu.5.* Tum etiam, quia ad cognoſcendum cui foro quis ſubijciatur, *Tempus delicti inſpiciendum eſt*, prout ex Couarrubia *in practicar.quæſtion.cap.31.num.8.* & Iulio Claro affert idem Laymanus *eo tract.9.cap.4.num.14.* Cum ergo tempus patrati delicti fuerit Nouitiatus, in quo exempti ſunt Nouitij à ſæculari poteſtate, non poterunt ab ea iudicari, etiam ſi habitum dimiſerint. Bonacina *ſupra* §.2.*num.5.* Diana *ſupra*, contra aliquos oppoſitum ſentientes. Amplia, quod neque puniuntur Nouitij à Iudice laico, propter delictum ante Religionis ingreſſum commiſſum, ſaltem ſi non in fraudem ingreſſi ſunt Religionem, prout dixi ſupra de illo, qui poſt commiſſum delictum Clericus fuit factus, quia iam tales exierunt de laica poteſtate. Martha *de Iuriſdict.part.4.centur.2.caſ.121.* *à num.22.* Diana *ſupra reſolut.33.* contra Bonacinam, & alios.

23 Qualiter gaudeant hoc priuilegio fori Conuerſi, Oblati, Donati, ſeu Commiſſi Religionum, dixi *tom.2.cap.8 num.7.8.* & 11. De militibus Regularibus, dixi *ibid.cap.5.num.39.* & 40. De Eremitis *cap.7. num.4.* & 5. De Tertiarijs *cap.14.num.35.*

24 Collige ex dictis Clericos Religioſos, & omnes Eccleſiaſticas perſonas dicto priuilegio fori gaudentes nō poſſe iudicialiter, & auctoritatiuè, interrogari, examinari, iudicari, vel puniri à laica poteſtate, vt à Prætore, Principe, Rege, Magiſtratu, &c. etiam ſi grauiſſima crimina commiſerint, hæc enim omnia ſunt actus poteſtatis, & iuriſdictionis, quam prædicti non habent in exemptos. Bonacina *ſupra* §.1.*num.5.* Tamburinus *de Iure Abbat.to.1.diſp.15.quæſit.19.num.16.* Imò proceſſus compilatus, ſententia lata, etiam ſi ſit abſolutoria, & alia acta contra præfatos ſunt ipſo iure nulla, vtpotè facta à non habente iuriſdictionem. Farinacius *de Inquiſit.quæſt.8.nu.15.* & alij apud ipſum.

25 Collige etiam non poſſe prædictos capi à laica poteſtate, capi enim ordinatur ad punitionem, vnde ſicut non poſſunt puniri ab illa, ſic nec capi, præſertim, quia vtrumque eſt actus iuriſdictionis, quam non habet laica poteſtas in illos. Tamburinus *ſupra num.24.* Excipiuntur tamen aliqui caſus à Doctoribus. Primus eſt, quando prædicti inueniuntur in flagranti crimine graui, & pernicioſo Reipublicæ, ac periculum ſit, vt fugam arripiant. Tunc enim rationabiliter ſatis creditur Eccleſiam conſentire, vt capiantur à laica poteſtate, non vt ab illa iudicantur, ſed vt ad Prælatum Eccleſiaſticum quam citius, ſecurè, & ſine vlla ipſorum iniuria ducantur, *cap.famæ de ſentent.excommunicat.* Nauarrus *in Manual. cap.27.num.83.* & plures apud Dianam

*part.1.tract.3.resolut.*10. Secundus est,quando etsi non inueniuntur in flagranti delicto, tamen ex signis & coniecturis, quia videlicet noctu, & cum armis deprehenduntur suspecti vehementer sunt de tali crimine patrando. Tunc enim idem dici potest,propter eamdem rationem,& cum limitationibus adductis. Nauarrus *supra*. Bañez,Lorca, Ioannes de la Cruz, & alij apud Dianam *supra resolut.*11. Idem dicunt plures procedere in Clerico debitore de fuga suspecto, ita vt possit non tantum à Iudice sæculari, sed etiam à creditore,capi,& detineri, vt præsentetur Iudici Ecclesiastico modo dicto, quia in tali casu Clericus se habet, ac si alienam pecuniam auferret, ac proinde iure defensionis detineri posse.Nauarrus *supra num.*82. Laymanus *supra cap.*4. *nu.*8. Video etiam Sacram Congregationem 11.Ianuar.1619. declarasse apud Barbosam *in Collectan.Bullar.verbo Clericus* 1. hæc. *Clericus repertus à Curia sæculari sine habitu Clericali, donec doceat de suo Clericatu, in carceribus laicis potest detineri,dummodo non sit notoriè Clericus. Et si per octo menses ab incarceratione habitum dimiserat priuilegio Clericali nullo modo gaudet,&c.*

26 Collige etiam frui præfatos Ecclesiasticos fori priuilegio, etiam in casu quo Prælati Ecclesiastici negligentes essent in illorum correctione; nisi enim hæc negligentia valdè magna, & valdè noxia esset Christianæ Reipublicæ, non propterea Ecclesiastici subesse debent laicæ potestati, vt habetur ex *cap. qualiter,& quando de Iudic.*Et ratio est,quia talis negligentia non potest dare iurisdictionem laicis supra Ecclesiasticos,nec facere,quod potestas laica extendatur extra proprios limites. Laymanus *supra cap.*4.*num.*4. Nec obstat *ca. filijs, vel nepotibus* 16.*quæst.*7. vbi contrarium decerni videtur. Ex eo enim non colligitur posse Principes sæculares ad se euocare causas Ecclesiasticorum,sed solum monere Prælatum Ecclesiasticum de negligentia, vel non administrata Iustitia. Vel dic, eum Canonem,& alios similes reuocatos fuisse in *cap. qualiter, & quando de Iudic.* & in Bulla Cœnæ, Vide Azor *tom.*1.*lib.*5.*cap.*14. *quæst.*2. Suarez *contra Reg. Angliæ lib.*4.*cap.*34.

27 Idem dicendum etiam in casu quo Clericus, vel Religiosus repertus fuerit falsum iurasse coram Iudice sæculari, nullo enim modo propterea ab ipso puniri potest. Etsi enim *l.nullum C. de testibus*,decernatur, testem, qui aures Iudicis offendit posse ab eo Iudice puniri, illi tamen non arctantur hac lege cum merè ciuilis sit, quare solum à proprio Prælato iudicari debent.Farinacius *de Inquisit.quæst.*8.*n.*26. Bonacina *supra* §.1.*num.*21.

28 Idem similiter dicendum in casu quo prædicti crimen grauissimum læsæ Maiestatis commisissent. Etsi enim vsus aliquorum Princi-

pum sæculariũ sit eos punire, reprobatus tamen fuit à Clemente VIII. in casu quodam atrocissimæ rebellionis, vt refert Genuensis *in praxi cap.*72. De quo Diana *supra resolut.*19.& 3.*part.tract.*1.*resolut.*30. De quo etiam noster Episcopus Bonius *in Respons.part.*4.*argument. fol.*75.vbi in Hispania tempore Caroli V.Ecclesiasticos quosdam huius criminis reos ad suos Prælatos remissos fuisse refert.

29 Idem quoque dicendum de crimine assassinij, quidquid in contrarium aliqui dicant apud Farinacium *supra nu.*82.Etsi enim *cap.*1. *de homicid. in 6.* statuatur pœna depositionis contra facientes, vel mandantes committi,&ethoc scelus. Ad eam tamen incurrendam requiritur sententia declaratoria criminis à Iudice Ecclesiastico ferẽda. Ante illam ergo nõ priuatur Ecclesiastica persona fori priuilegio. Bonacina *supra punct.*1.§.4.*num.*8.Duardus *in Bull.Cœnæ lib.*2.*can.*15. *quæst.*11. *num.*63. Quod idem affirmandum de Sodomita quantumcunque notoriò, vt habet idem Duardus *ibidem num.*61. & alij apud Dianam *dicto tract.*2.*ex* 1.*part.resolut.*51.

30 Pariter idem affirmandum etiam in casu quo Ecclesiasticus delinqueret in aliquo officio sæculari sibi à Principe sæculari concesso, vel permisso, etsi enim plurium sententia sit eum puniri posse à Principe sæculari in bonis, & sub respectu merè ciuili, in eamq. inclinent Suarez *contra Reg. Angliæ lib.*4.*cap.*34.*num.*26. & Laymanus *supra cap.*5.*num.*2. probabilius tamen est oppositum, cum per assumptionem talis officij non fuerit priuatus fori priuilegio. Sanchez *tom.* 1. *Consil.Moral. lib.*3.*cap.vnic.dub.*20. Duardus *supra num.*273. Diana *supra resolut.*18.Nec obstat,quod diximus *supra num.*20. de Clerico habente feudum,quod ratione illius subijciatur sæculari, id enim fundatur in iure Canonico,quod non contingit in casu præsenti.

31 Multo magis dicendum, Clericum, vel Religiosum cum armis, etiam à Principe prohibitis, repertum,non posse ab illo puniri, iuxta dicta supra verbo *Arma num.* 5. ac per consequens, nec à Ministris capi, nisi solum,vt ducatur ad suum Prælatum cum conditionibus eo loco,& supr.nu.25.designatis. Casu verò,quod armis spoliaretur(quod fieri non licet,vt ibidem dixi) cum talis spoliatio esset iniusta, vt potè facta à non habente auctoritatem, deberent restitui, vel ipsi, si forsan illis liceret saltem donri ea retinere, vel quod securius est, ipsorum Prælatis, vt iudicent, quid de ipsis agendum. Ita fermè Laymanus *supra cap.*4.*num.*7. ex Suarez *contra Regem Angliæ lib.*4. *cap.*34.*num.*14. & Vasquez 1.2.*disp.*167.*cap.*4.*num.*31.

32 Nota, ea quæ dixi de priuilegio fori Clericorum, etiam applicari debere respectiuè ad omnes Religiosos, cum eodem priuilegio seruata proportione potiantur. Ita tamen,quod Religiosus professus similis

sit

ſit Clerico in ſacris conſtituto, cum vterque ab eo ſtatu recedere non poſſit, Religioſus verò Nouitius Clerico in minoribus, cum vterque etiam ſtatum quem habent poſſit deſerere. Rodriguez *tom.2. Quæſt. Regular. quæſt.2. art.5.* Diana *ſupra reſolut.129. §.ſuppono primo, & §.ſuppono ſecundo.*

33 Maximè notandum tam dicta in præſenti, quàm dicenda inferius verbo *Exemptio Regularium*, & verbo *Gabella quoad Regulares*, & verbo *Immunitas Eccleſiaſtica Regularium*, omnino tenenda, regulanda, & explicanda eſſe, & non aliter, niſi iuxta Conſtitutionem nouam Sanctiſs. D.N. Vrbani auctoritate editam ſub die 5. Iunij currentis anni 1641. quæ incipit *Romanus Pontifex*, quam tamen videre, non potui antequam typis tomus hic tertius mandari cœperit. De ea tamen nonnulla dicam, Deo dante, quarto tomo ſequenti.

34 Vide etiam declarationem Sacræ Congregationis Immunitatis in vna Terracinenſi apud Aldanam *in Compend. Canon. Reſolut. tit.8. num.21.* & Dianam *5.part. in Collect. harum declarat.* ex qua habetur ad quem Iudicem ſpectet cauſa de damnis illatis per colonos, & familiares Eccleſiaſticorum. Vide etiam alia dicenda verbo *Decimæ*, verbo *Exemptio Regularium*, verbo *Gabella*, verbo *Immunitas Eccleſiaſtica Regularium*, & 4. tom. verbo *Statuta*.

CŒMETERIVM.

SVMMARIVM.

Cœmeterium quid ſit. num.1.
Quæ in illo prohibita. num.2.
Gaudet priuilegio Immunitatis. num.3.
A quo benedicatur, vel reconciliatur. num.4.
Quando polluitur, vel violatur. num.5.
Quid declarauerit Sacra Congregatio. num.6.

1 CŒMETERIVM (quod ſecundum quoſdam dicitur à cinere, quia in eo detinentur mortuorum cineres; vel à cis, quod eſt ante, quia ante Eccleſiam fieri ſolet. Silueſter *in Summa verbo Cœmeterium num.1.*) eſt locus ſacer Eccleſiæ adiunctus ad ſepulturam fidelium. Vnde à Calepino dicitur eſſe idem, quod Dormitorium, quia ibi mortui dormire dicuntur.

2 Eſt Cœmeterium locus ſacer, vt dictum eſt; vnde nec in ipſo, ſicut nec in Eccleſia tractanda ſunt placita ſæcularia, Eccleſiaſtica tamen poſſunt *cap. 1. de Immunit. Eccleſ. & cap. cum Eccleſia*. Bacconius

in

in 4. *dist.* 12. *art.* 3. Siluester *in Summa verbo Immunitas* 1. *num.* 3. Angelus *in Summa verbo Immunitas num.* 1. Omnes processus, ac sententia Iudicis sæcularis in eis data sunt nulla, *cap. decet eodem tit. in* 6. Maximè sententia sanguinis, & hoc sub anathemate, dicto *cap. Cum Ecclesia.* Bacconius *supra.* Siluester *ibidem.* Deinde, non debent in eis fieri conclamationes, seditiones, impetus vniuersitatum, & quarumlibet societatum contentiones, publica parlamenta, negotiationes, præcipuè nundinarum, & fori, *cap. decet relato.* Bacconius *supra.* Siluester *supra num.* 4. Angelus *supra num.* 4. Similiter non debent in eis poni suppellectilia, nec hospitalarij in eis iacere, aut conuiuari, nisi propter hostiles incursus, & alias necessitates. Bacconius *supra.* Siluester *supra num.* 7. Angelus *num.* 8. Præterea nulla debet ibi fieri violentia, aut aliquis inde violèter extrahi, aut eorum confinia frangi. 17. *quæst.* 3. *ca. sicut antiquitus.* Siluester *ibid.* Angelus *num.* 10. Hæc porrò, vel similia agere peccatum est mortale, vel veniale iuxta grauitatem, vel leuitatem materiæ, aliasque circunstantias.

3 Gaudet etiam Cœmeterium priuilegio immunitatis Ecclesiæ, ita vt ex eo delinquentes extrahi non possunt, nisi in casibus permissis. De quibus infra verbo *Immunitas Ecclesiarum.* Est enim, vt dictum est, locus sacer, & hoc siue sit coniunctum, siue disiunctum ab Ecclesia, propter eamdem rationem. Castrus Palaus *tom.* 2. *disp. vnic. de Immunit. Eccles. punct.* 6. *num.* 16. Diana *part.* 4. *tract.* 1. *de Immunit. Eccles. resolut.* 108. §. *notandum.*

4 Benedicitur, violatur, & reconciliatur ab eodem, & eodem modo, sicut Ecclesia. Et, si est Ecclesiæ contiguum ea polluta polluitur, non verò è contra polluto Cœmeterio polluitur Ecclesia, quia nobilius, & principale trahit ad se minus nobile, & accessorium, non è contra, *de consecrat. Eccles. in* 6. *cap. vnic.* Bacconius *in* 4. *dist.* 11. *art.* 2. Saytus *de Censuris lib.* 5. *cap.* 16. *num.* 18. Suarez 3. *tom. in* 3. *part. disp.* 81. *sect.* 4. §. *Quinto violatur.* Si verò non est Ecclesiæ contiguum ea polluta non polluitur, *dicto cap. vnic.* Siluester *dicto verbo Cœmeterium num.* 2. Suarez *supra.* Similiter, quando duo Cœmeteria sunt contigua, polluto vno, non polluitur aliud; etiam si porta esset in pariete per quam transitus esset ex vno ad aliud, *dicto cap. vnic.* Siluester, & Suarez *ibid.* Quid verò sit dicendum casu quo pollutio contingeret in porta intermedia tractant prædicti Doctores *ibid.*

5 Polluitur ergo Cœmeterium eisdem casibus, & modis, quibus Ecclesiam pollui dicetur infra verbo *Ecclesia*, videlicet effuso semine, vel effuso sanguine, vel sepultura hominis prophani, &c. Vide ibi dicenda, nec debet aliquis in eo sepeliri antequam reconcilietur. Siluester *supra verbo Cœmeterium num.* 2.

6 De

6 De his tamen, & modo quibus reconciliatur infra verbo *Ecclesia.* Vbi etiam similiter de eius benedictione, & consecratione, & infra verbo *Consecratio*. Solum animaduertendæ modo sunt duæ declarationes Sacræ Congregationis circa hoc apud Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Cœmeterium*. Prima in vna Cameracensi 9. Februarij 1608. huiusmodi: *Cœmeterij consecrati reconciliatio non est committenda alteri, quam Episcopo, Presbytero autem in Ecclesiastica dignitate constituto committi potest simplex benedictio Cœmeterij.* Secunda ad idem etiam in vna Pratensi 21. Iunij 1632. *Cœmeteria consecrata non nisi per Episcopum reconciliari possunt*. Quæ qualiter intelligenda locis relatis exponetur.

COMMISSIO, COMMISSARIVS REGVLAR.

SVMMARIVM.

Duplex genus Commissariorum Generalium. num.1.
An sint Iudices Ordinarij, vel delegati. ibid.
An subdelegare possint. ibid.
Quanto tempore durent. num.2.
Eorum commissio an perpetua. ibid.
Commissiones, seu priuilegia Prælatis Regularibus concessa, an personalia, vel realia. num.3.
An possint ab ipsis delegari. ibid.
Quando cessent. ibid.
Quando commissio censeatur personalis, aut realis. num.4.
Quando cesset ex parte delegantium. num.5.
Quando ex parte ipsarum commissionum. num.6.
Quando, & qui Prælati possint Commissarios designare. num.7.
An Commissarij dicantur Prælati. num.8.
Alia remissiuè. num.9.

1 EX dictis *tom.2.cap.13.num.16.* constat Commissarios Generales in Religionibus esse in duplici differẽtia, alij enim sunt per electionem, Constitutiones, aut iura Ordinum, vt contingit in Ordine Minorum in familijs Cismontanis, & Vltramontanis: alij verò sunt, qui fiunt per nominationem, vel delegationem Generalis, prout sæpissimè contingit. De prioribus dixi eodem loco esse Iudices Ordinarios, & posse subdelegare, nec amoueri posse à Generali, nisi propter culpam. De posterioribus verò è contrario esse Iudices

dicet delegatos, amoueri posse à Generali, sed non posse delegare, nisi in casibus particularibus. Quæ doctrina applicari potest ad alios Cõmissarios, Prouinciales, vel aliorum Prælatorum, quales in Religionibus reperiuntur. Quia tamen plura dubia circa istos, & eius auctoritatem sæpius oriri solent, operæpretium erit aliqua ad ipsos spectantia in præsenti discutere, præsertim circa eorum durationem, & auctoritatem.

2 Loquendo autem de duratione Commissariorum posterioris generis (quia de alijs nulla fere est difficultas) dicendum est expirare, posse eorum commissionem, vel ex parte ipsorum delegatorum, vel ex parte delegantium, vel ex parte ipsius commissionis. Et quidem ex parte ipsorum, licet commissio personalis, illa scilicet, quæ soli personæ conceditur, expiret morte ipsius, commissio verò realis, ea scilicet, quæ officio, vel dignitati, scilicet Prouincialatui, vel Prioratui, &c. conceditur, non expirat morte delegati, sed transit ad successorem. Ratio prioris partis est, non solum quia accessorium sequitur principale, sed etiam, quia ea commissio inhærebat personæ tanquam subiecto, ea ergo extincta, deficit commissio, sicut generaliter corruptis nobis, corrumpũtur omnia, quæ sunt in nobis. Sanchez *lib.* 8. *de Matrimon. disp.* 27. *nu.* 2. Bonacina *de legibus disp.* 1. *quæst.* 3 *punct.* 8. §. 1. *nu.* 1. Ratio verò posterioris est à contrario. Cum enim officium illud, seu dignitas perpetua sint, & non pereant, nec etiam peribit commissio illa concessa, sed transiet ad successores, quia repræsentant prædecessorem, vt habentem talem dignitatem, vel officium. Sanchez *supra*. Bonacina *supra num.* 2.

3 Hinc collige primò, commissiones, seu priuilegia per Sedem Apostolicam concessa Abbatibus, Generalibus, Prouincialibus, Prioribus, vel alijs Superioribus Regularium intuitu personarum personalia esse, & expirare morte ipsorum. Ea verò, quæ intuitu officiorum, quales solent esse facultates absoluendi, dispensandi, &c. esse, realia, nec ipsorum morte finiri, sed transire ad successores. Tamburinus *de Iure Abbatum tom.* 1. *disp.* 16. *quæst* 11. *num.* 2. Collige etiam secundò, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 18. *num* 4. Facultates istas concessas dictis Superioribus ratione officiorum posse ab ipsis delegari suis inferioribus, nisi oppositum declaretur in priuilegio, vel nisi in illo denotetur esse electam industriam ipsorum, vt si dicatur *confidimus de tua industria, &c.* Ratio est, tum propter dicta eo *nu.* 4. tum etiam, quia iurisdictio ex Principis priuilegio competens perpetuò dignitati est delegabilis, *cap. final. de offic. delegati*. Siluester *in Summa verbo Delegatus num.* 10. & 11. Sà *in Summa verbo Delegatus num.* 2. Peirinis *tom.* 1. *Priuileg. Minim. in Constitut. Pyrrhi* §. 5. & 6. *num.* 14.

Qui

Qui notant hoc intelligi, quando hæc facultas conceſſa eſt dictis Prælatis circa ſubditos in genere, non quando circa aliquos determinatos, v.g. hunc, vel illũ. Collige tertiò, quod quando tales Prælati potiuntur dicta cõmiſſione, ſeu priuilegio ratione dignitatis, vel officij, ſi ab ea dignitate, vel officio remoueantur, non poſſe illis vti. Ceſſat enim ratio propter quam illis cõpetebat. Tamburinus *ſupra n.*4. ex Azorio, & Salas. Si verò potiũtur illis ratione perſonæ, etiã amoti ab officijs ipſi vti poſſunt, quia illa ſequũtur perſonã. Sanchez *dicta diſp.*27.*n.*23. ex alijs.

4 Si autem quæras, quando cenſeri debet commiſſio perſonalis, & quando realis, dicendum primò, hoc colligi debere ex verbis commiſſionis, & ſubiecta materia: ſi enim ibi dicatur *Committimus hoc negotium Priori Conuentus Tranſpontinæ ob peculiarem ſcientiam, & probitatem ipſius*, cum hæ qualitates afficiant, perſonam, & non officium, talis commiſſio erit perſonalis. Si verò ibi dicatur *Committimus hoc negotium Priori Tranſpontinæ ob grauitatem, & auctoritatem ſui officij*, cum hæc afficiant ipſum officium erit realis. Sanchez *d.diſp.*27. *num.*3. Tamburinus *ſupra nu.*2. Dicendum ſecundò, quando ex verbis, vel ſubiecta materia id non colligitur, attẽdendum eſt, an in commiſſione exprimatur ſolum nomen perſonæ, vt ſi dicatur *tibi Petro*, tunc enim cenſebitur commiſſio perſonalis, ſi verò exprimatur ſolum nomen officij, vt ſi dicatur *tibi Priori, &c.* tunc erit realis, ſi verò exprimatur vtrumque, ſcilicet nomen perſonæ, & officij, vt ſi dicatur *tibi Petro Priori, &c.* tunc cenſebitur perſonalis, tum quia in dubijs priuilegium potius cenſetur perſonale, quam reale, tum quia nomen perſonæ, cum ſit ſpeciale, limitat nomen officij, quod eſt generale, ſicut generaliter ſpecies limitat genus, alioquin fruſtra nomen perſonæ apponeretur. Fortior autem eſt præſumptio, quæ ex peculiaribus verbis ſumitur, quam, quæ ex generalibus. Sanchez *ſupra.* Bonacina *ſupra num.*3. Tamburinus *ſupra num.*3.4.& 5. ex alijs quos referunt.

5 Ex parte verò delegantium ceſſat authoritas Commiſſariorum. Primò quidem, morte ipſorum delegantium, Generalis videlicet, vel Prouincialis, iuxta dicta *tom.*2.*cap.*13. *num.*18. quod & colligitur ex *cap.relatum*, & *cap gratum*, & *cap.licet vndique de offic.delegat.* & *cap. ſi delegatus eodem titulo in 6.* Secundò, ceſſatione, ſeu remotione ab officio, quia illa ceſſatio, vel remotio eſt veluti mors. Sà *in Summ.verbo Delegatus num.*6. Bonacina *ſupra num.*24. Suſpenditur etiam tertiò, ſi delegans incidit in excommunicationem, quia cum per illam ſuſpendatur Iurisdictio delegantis, ſic etiam & delegati, cum pendeat ab illa. Suarez *tom.*5.*in* 3 *part.diſp.*14.*ſect.* 1.*num.*2. Cornexo *tom.*2. *in* 3.*part. tract.*5. *de excommunicat. diſp.*10. §.5.*dub.*1. Hæc tamen omnia intelligenda ſunt, re integra manente, ideſt, ſi talis Commiſſa-

rius

rius non incepit exercere munus suum. Ita enim colligitur ex iuribus relatis, vt supponunt Sà, Suarez, & Bonacina relati. Quid verò requiratur ad hoc, quod Commissarius dicatur incepisse exercere munus suum, seu vt res dicatur non integra, agit Sanchez *supra disp.* 28. *à num.* 8. In prædictis etiam casibus, quando est communis error, aut ignorantia mortis, vel cessationis ab officio delegantis commissionem, siue delegatus id sciat, siue non, valebunt gesta ab ipso, propter *l. Barbarius ff. de offic. Prætor.* Henriquez *lib.* 6. *de pœnitent. cap.* 13. *num.* 3. *in comment. littera A, & lib.* 10 *de Sacrament. Ordin. cap.* 22. *nu.* 3. *in comment. littera P.* Sanchez *lib.* 3. *de Matrim. disp.* 22. *nu.* 59.

6 Ex parte autem ipsius Commissionis cessabit, quando fuerit limitata, & determinata ad certum tempus, vel solum posita tali, vel tali conditione, iuxta dicenda infra verbo *Gratia nu.* 2. Vide Suarez *to.* 4. *in* 3 *part. disp.* 26. *sect.* 3. *num.* 2.

7 Prælati, qui possunt Commissarios constituere, sunt omnes illi, qui habent iurisdictionem ordinariam, vt sunt Generales, Prouinciales, Priores, Guardiani, &c. Certum enim est omnes illos, qui habent iurisdictionem ordinariam quales sunt dicti Prælati posse illam delegare, quod est Commissarium constituere. In hoc tamen ad iura particularium Religionum attendendum est, si fortè in aliquibus talis auctoritas limitetur. Requiritur tamen, quod illa iurisdictio ordinaria impedita, aut suspensa non sit, vnde Prælatus excommunicatus quantumuis toleratus, & occultus, non potest Commissarium constituere, seu delegare suam iurisdictionem, quia iuxta dicenda infra verbo *Excommunicatio num.* 33. excommunicatus priuatur omni vsu iurisdictionis; delegatio autem iurisdictionis est vsus illius, *l. Imperium ff. de iurisdict. omn. iudic.* Suarez, & Cornexo *supra.* An delegatio talis iurisdictionis valida sit, quando delegans est excommunicatus toleratus constabit ex dicendis infra verbo *Excommunicatio num.* 33.

8 Commissarij huiusmodi siue Generales, siue Prouinciales, &c. etsi non possint dici Prælati, sumendo hoc nomen stricto modo pro eo solum, qui habet iurisdictionem ordinariam, Prælati tamen dici possunt largo modo, prout omnis habens curam animarum siue ordinariam, siue delegatam Prælatus dici potest. Abbas *in cap. decernimus de Iudic. num.* 16. *& cap. tua nos de Clerico ægrotante num.* 2. Glossa *ibid.* Peirinis de subdito *tom.* 1 *quæst.* 1. *de Obedientia* §. 2.

9 Alia, quæ spectant ad huiusmodi Commissarios habes *tom.* 2. *c.* 13. *num.* 61. *&* 18. Quæ ad eorum auctoritatem *ibid. à nu.* 28. & alia, quæ spectant ad ipsos, quatenus Iudices sunt, præter dicta *tom.* 1. *cap.* 27. habes etiam infra verbo *Iudex, & Iudicium Regularium.* Plura etiam ad intentum dabimus 4. to. verbo *mandatum.*

CON-

CONCIONARI, ET CONCIONATOR REGULARIS

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num.1.
Concio, seu prædicatio quid sit. num.2.
Prædicare, seu concionare ex officio ad quos spectet. num.3.
Quibus committi potest. num.4.
Quid de Regularibus, propter ipsorum priuilegia. num.5.
Quas conditiones debent habere. num.6.
Quid ex Sacræ Congregationis declarationibus habeatur. ibid.
An suspendi possint ab Episcopis. num.7.
An examinari. ibid.
An etiam extra Quadragesimam, & Aduentum habere debeant licentiam, vel benedictionem ab Episcopis. ibid.
An obligentur ad faciendam professionem fidei. num.8.
Quid de Prælatis Regularium. num.9.
Regulares prædicantes sine licentia suorum Superiorum qualiter peccent. num.10.
An possint ab ipsis suspendi. ibid.
Tempore interdicti non prohibetur prædicatio. num.11.
De mercede assignanda Concionatoribus. num.12.
Quis illam tribuere debeat. ibid.
Quibus diebus prohiberi possint prædicare. num.13.
De Indulgentijs concessis audientibus conciones quorumdam Religiosorum. num.14.
Alia remissiuè. num.15.

1 LICET de hac materia non pauca dicta sint *to.1. cap.20.* per totum, & *tom.2. cap.1. num.12.* alia verò addenda pro maiori notitia ipsius.

2. Concio, seu prædicatio, prout in præsenti, est sermo publicus habens certam formam saltem consuetudine introductam, scilicet, quod Concionator habet gradum distinctum quoad locum, sumat thema, inuocet Spiritum sanctum, &c. Sic colligo ex Siluestro *in Summa verbo Prædicatio num.1.* Vnde infert exhortationes, quæ fiunt in scholis Disciplinatorum, & Ecclesijs Monialium ianuis clausis, & sermones, qui fiunt in Refectorijs Religiosorum prædicationes non esse. Idem credo dicendum de brenibus quibusdam sermonibus solum per quan-

tam

tam partem horæ, vel paulo amplius, qui in aliquibus Ecclesijs, etiam Romæ, vt in Monasterio Carmelitarum apud Sãctam Mariam Transpontinam post Vesperas in Dominicis fiunt, non esse propriè prædicationes.

3 Prædicare, seu concionare ex officio, spectat primo ad Papam 19. *dist. can. In memoriam*, & ex commissione ipsius, cui ipse commiserit, *de offic. delegat. cap. final.* Licet Commissarij eius id munus alteri delegare non possint, *dicto cap. final.* Silvester *supra.* Angelus *in Summa verbo Prædicare nu.* 1. Quod intellige, quando Commissario nudum ministerium est commissum, prout colligitur ex textu. Secundò, etiam ex officio id munus competit Episcopis, etiam in alienis Diœcesibus, nisi prohibeantur ab Episcopis Diœcesanis 21. *dist. ca. in nou.* Silvester, & Angelus *ibid.* Vnde à Clemente VIII. declaratum fuit posse Episcopum prohiberi prædicare in aliena Diœcesi. Quod etiam est à Sacra Congregatione decisum apud Stephanum Gratianum *discept. forens. cap.* 393. *à num.* 9. & Barbosam *in Colle Gan. Bullar. verbo Prædicator.* Imò est hoc præcipuum Episcoporum munus, vt habet Concil. Trident. *sess.* 5. *cap.* 2. *& sess.* 24 *cap.* 4. *ex can. Episcopus nullam dist.* 88. Barbosa *de offic. & potest. Episcop. Allegat.* 76. *num.* 4. Competit etiam id munus ex officio alijs omnibus Prælatis, Archiepiscopis, Plebanis, & quibuscunque habentibus Ecclesias Parochiales, vel curam animarum. Ex eodem Concilio. Tamburinus *de Iure Abbatum tom.* 2. *disp.* 11. *quæst.* 1. *num.* 3.

4 Committi tamen potest munus prædicandi viris idoneis, vt habet idem Concil. *dict. sess.* 5. *cap.* 2. Non solum Sacerdotibus, sed etiam Diaconis. Silvester *supra.* Nauarrus *consil* 2. *de temp. Ordin.* Imò etiam Subdiaconis, aut in Sacris non cõstitutis, quia prædicare non est actus Ordinis, sed iurisdictionis, quæ est delegabilis. Nauarrus *supra num.* 4. Rodriguez *in Summa tom.* 2. *cap.* 22. *num.* 1. Decisum etiam referunt Rendina, & alij apud Barbosam *dicta Allegat.* 76. *num.* 45. & constat ex declaratione Sacræ Congregationis apud eumdem Barbosam *in Cõllectan. Bullar. verbo Prædicator.* Laicis etiam committi posse munus prædicandi, tenet idem Nauarrus *supra num.* 3. & Suarez *tom.* 5. *in* 3. *par. S. Thom. disp.* 12. *sect.* 2. *num.* 4. Sed contrarium sequitur Silvester *supra.* Et est verius, saltem ex consuetudine.

5 Pro Regularibus specialiter quamuis prædicta ipsis applicari possunt, extat priuilegium Gregor. XIII. in Bulla *Vigore priuilegij* in Bullario Laertij *tom.* 2. inter Constitutiones Gregorij *num.* 95. & in Bullario Rodriguez inter Bullas eiusdem Papæ *num.* 28. vbi conformiter ad aliud priuilegium Pauli III. concedit Præposito, & Religiosis Societatis Iesu, quod Clerici prima tonsura initiati, etiam ad sacros Ordines

dines non promoti, aliàs tamen idonei, & à Præpoſito deputati poſſent prædicare publicè Verbum Dei. Quo priuilegio noſtri Carmelitæ, & alij communicationem priuilegiorum cum Ieſuitis habentes vti poſſunt. Notari tamen debet in eo contineri, hanc deputationem fieri debere à Præpoſitis. Vnde ſi Præpoſiti nomine intelligitur Generalis, vt videtur, ſolum Generalibus aliarum Religionum id poterit conuenire. Quia tamen iure communi poteſt id fieri, iuxta dicta, vt etiam obſeruat Scholiaſtes marginalis dictæ Bullæ in Bullario Rodriguez relato, ideo parum curandum de hoc priuilegio.

6 Prædicti autem Regulares quicunque illi ſint à ſuis Superioribus deſtinati ad concionandum, debent in primis ab ipſis, de vita, moribus, & ſcientia eſſe approbati, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 20. *num.* 1. ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. Deinde, nequeunt prædicare inuitis, & contradicentibus Epiſcopis, iuxta dicta eo loco *num.* 2. ex eodem Concil. *ſeſſ.* 24. *de reformat. cap.* 4. Quod limitant Rodriguez *tom.* 3. *Quæſtion. Regular. quæſt.* 32. *art.* 1. Miranda *in Manual. Prælat. quæſt.* 50. *art.* 3. *concluſ.* 1. Tamburinus *de Iure Abbatum tom.* 2. *diſp.* 11. *quæſit.* 2. & Nouarius *in Lucerna Regular. verbo Prædicare num.* 7. ſolum ad tempus, & horam qua Epiſcopus prædicare voluerit, aut coram ſe ſolemniter prædicari, iuxta determinationem Concilij Viennen. in Clement. *dudum de Sepult.* & non aliàs, ne contrarium videatur ſibi ipſummet Concilium dum *ſeſſ.* 5. *cap.* 2. dicit Regulares poſſe prædicare in Eccleſijs ſuis ſola benedictione Epiſcopi ſine alia licẽtia. Quorum ſententiæ fauet declaratio Sacræ Congregationis 30. Ianuarij 1629. quam poſtea referam. Additur etiam in alia declaratione Sacræ Congregationis apud Gauantum *in Manual. Epiſcop. verbo Concio Sacra nu.* 52. neque poſſe ſermocinari in Congregationibus ſæcularium hora illa in qua Epiſcopus ipſe prædicare voluerit, vel coram ſe facere ſolemniter prædicare. Tertiò, ad prædicandum in Eccleſijs, quæ non ſunt ſuorum Ordinum, debent habere Epiſcopi licentiam, iuxta dicta eo *num.* 2. ex eodem Concilio *dicta ſeſſ.* 5. *cap* 2. Addunt aliqui ſic præſentatis Ordinario, ſi idonei fuerint, non eſſe negandam licentiam, nec poſſe illam ad libitum, & ſine cauſa ſuſpendere. Armendariz *in additionibus ad recopilat. leg. Nauarræ lib.* 4. *tit.* 30. *lib.* 3. *de Prædicatoribus num.* 8. & 9. Barboſa *ſupra dicta Allegat.* 76. *num.* 21.

7 Si tamen ſuſpendat non tenetur cauſam exprimere, quare ad hoc faciendum moueatur. Franciſcus Leo *in Theſaur. for. Eccleſiaſt. par.* 1. *cap.* 8. *num.* 9. Barboſa *ibid. n.* 22. Poteſt etiam Epiſcopus prædictos Regulares in Eccleſijs, quæ non ſunt ſuorum Ordinum prædicare volentes, examinare, iuxta declarationem Sacræ Congregationis apud Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Prædicare, & Prædicatio.* Quar-

rò, ad prædicandum in Ecclesijs suorum Ordinum sufficit petant benedictionem ab Episcopo, vt ait idem Concilium *supra*. Vnde non requiritur licentia ipsorum, vt patet ex contextu Concilij, & ex differentia, quam constituit inter eos, qui prædicare volunt in Ecclesijs, quæ non sunt suorum Ordinum, & eos, qui non nisi in Ecclesijs suorum Ordinum. Vide alia *dicto cap.20.num.3.* & nota declarationem hanc Sacræ Congregationis sub die 20. Ianuarij 1629. apud Barbosam *in dict.Collectan.Bullar.* & Nouarium *supra num.3.* per quam ea quæ modo,& quæ superius dixi magis declarantur. *Prædicare verbum Dei Regulares non possunt sine Episcopi licentia in ijs tantum Ecclesijs, quæ sui Ordinis non sunt. In alijs verò Ecclesijs sui Ordinis, sufficit Episcopi benedictio petita, licet non obtenta, ita tamen, vt si Episcopus non modo benedictionem simpliciter non concesserit, verũ etiam Regularibus probibuerit quo minus prædicent, adhuc illo contradicente, in sui quidem Ordinis Ecclesijs licet illis prædicare*. Nota etiam ex alia declaratione Sacræ Congregationis apud Gauantum *in Manual. Episcopor. verbo Concio Sacra num.16.* haberi, quod doctrina tradita de petenda benedictione ab Episcopo intelligitur etiam de Prædicatoribus extra Aduentum, & Quadragesimam. Extat etiam hic Romæ decretum Eminentiss. Cardinalis Sancti Honuphrij Prouicarij Generalis sub die 17. Mensis Februarij anni 1640. in quo præcipitur sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda,& alijs pœnis arbitrarijs, ne aliquis, etiam Regularis, concionare audeat non habita prius prædicta licentia, vel benedictione ab eodem Eminentissimo, & successoribus pro tempore, vel Domino Vicegerente. Declaratur etiam in hoc decreto non sufficere eam postulare pro vna vice, sed esse necessarium id facere singulis annis, tam pro Quadragesima, quàm pro Aduentu, & tempore infra annum, non obstantibus,&c. Sed aduertenda est alia declaratio Sacrę Congregationis die 21. Augusti 1615. quam refert relatus Gauantus *supra verbo Regularium iura sub Episcopis num.36.* in qua habetur, quod *non debet denegari benedictio pro concione sine causa*.

8 Posse etiam Ordinarios à Regularibus antequam officium prædicationis concedãt professionem fidei exigere, referunt decisum Franciscus Leo *in Thesauro fori Ecclesiastici par.1.cap.9.num.8.* Armendariz *supra num.35.* & 37. Sed oppositum credo consuetudine receptum, estque rationi satis conformè, nisi in casu rarò, & extraordinario.

9 Prælati etiam Regulares constringuntur eodem præcepto Concilij Tridentini, exceptis Abbatibus,& alijs habentibus territorium, tales enim sunt veluti Episcopi,& Ordinarij,& ita non egent alterius Episcopi,

ſcopi, ſeu Ordinarij licentia, aut benedictione ad prædicandum, ſiue in ſuorum Ordinum, ſiue in aliorum Eccleſijs, quæ ſunt ſub eorum iuriſdictione. Tamburinus *ſupra dicto quæſit. 2. num. 3.* Idem credo dicendum de Regularibus Parochis, ſeu Curatis habentibus curam animarum. Cum enim illi ſint paſtores ipſarum, ac ex officio eis incumbat id munus, non videtur neceſſaria alia licentia pro ipſis, præſertim, quia Concilium locis relatis illud ipſis committat.

10 Regulares prædicantes ſine licentia ſuorum Superiorum peccant mortaliter, & excommunicationi, ac priuationi officij prædicandi eſſe obnoxios, dixi eo *cap. 20. num. 1.* Nunc addendum, poſſe Regulares, etiam aliàs habentes licentiam prædicandi rationabili exiſtente cauſa à ſuis Superioribus ſuſpendi à dicto munere, pendent enim à voluntate ipſorum ratione obedientiæ. Peirinis *tom. 1. de Subdito quæſt. 1. de Obedientia cap. 22. §. vlt.* Sic tamen ſuſpenſi, ſi nihilominus prædicauerint, licet mortaliter peccent, propter trãſgreſſionem præcepti Superiorum in graui materia, non tamen fiunt irregulares. Ratio eſt, quia prædicatio non eſt actus alicuius Ordinis, vt dictum eſt. Peirinis *ſupra §. verum quidem*, ex Armilla, Rodriguez, & Henrriquez, quos refert. Dubitat etiam Siluester *in Summa verbo Prædicatio nu. 5.* vtrum prædicans ſine licentia ſui Prælati reſtituere teneatur bona ſibi delata. Et reſpondet, quod ſi prędicat fingendo ſe quæſtuare pro aliqua Eccleſia, illi teneatur reſtituere, quæ ſibi dantur pro ea, ſi tamen non prædicat ſic fingendo, non tenetur ad reſtitutionem.

11 Tempore interdicti cuiuſcunque non prohibetur prædicatio, quia non eſt actus Ordinis, ſed potius ordinatur ad correctionem populi, propter cuius peccatum ponitur interdictum. Barboſa *dicta Allegat. 76 num. 46.* ex Henrriquez, Sayro, Campanili, & alijs.

12 Poteſt Concionator etiam Regularis iuſtè accipere mercedem pro concionibus. Ratio eſt, quia etſi concionari propter dictam mercedem tanquam prætium concionis Simoniacum ſit, quia eſt traditio, vel donatio rei ſpiritualis pro temporali, & contra illud Math. 10. *Euntes prædicate, &c.* & infra: *Gratis accepiſtis, gratis date.* (S. Thom. 2. 2. *quæſt. 100. art. 3.* Sotus 9. *de Iuſtit. quæſt. 6. art. 2.*) nihilominus accipere dictam mercedem titulo ſuſtentationis, nullo iure eſt prohibitum, imò permiſſum, tum ex Concilio *dicta ſeſſ. 5. cap. 2.* vbi etiam titulo mercedis eam vocat, tum ex vſu Eccleſiæ. Sotus *ſupra*, & alij communiter. Id etiam ſupponitur in vna declaratione Sacræ Congregationis apud Gauantum *in Manual. Epiſcopor. verbo Concio Sacra num. 56.* vbi ſic: *Prædicatorum eleemoſynam ne Vniuerſitates moderentur Epiſcopi curent.* Item in alia apud eundem *num. 25.* vbi ſic: *Citra conſuetudinem contrariam poteſt Epiſcopus eligere concionato-*

rem, ſed alimenta,& eleemoſynam eidem ipſe præſtare debet. Imò poteſt fieri pactum de tali mercede, quia deducere in pactum rem licitam,licitum etiam eſt. Suarez *de Simonia lib.4.cap.46.num.*4. Bonacina *de Simonia quæſt.6.punct.2. obiect.* 3. Cauere tamen debet ne plus exigat pro ſuſtentatione quam ferat ratio laboris, quia exceſſus illæ non eſt debitus,ac per conſequens eſt iniuſtus, vel ſuſpectus de Simonia. Addit Sotus ſupra,quod non eſt ſimoniacum, quando prædicatio non eſt neceſſaria Prædicatorem prædicare, vbi melius ſuſtentetur, nec culpam non prædicare, vbi non ſperatur ſuppeditandum alimentum Addit verò,*eſt tamen ſemper cauendum ſcandalum,idq.præcipuè Monachis.* Quis verò tribuere illam debeat,aut quis Prædicatorem in Eccleſijs eligere,elici poteſt ex declarationibus Sacræ Congregationis,quas referunt Sellus *in Selectis Canonic.cap.*8.*nu.*3.9.*&* 17. Naldus *in Summa verbo Prædicare num.*1.*&* 2.& ex Barboſa *in Collectan.Bullar.verbo Prædicare.* In ijs etiam conſulenda eſt conſuetudo Eccleſiarum,& populorum.

13 Ex alijs etiam declarationibus Sacræ Congregationis circa prædicationes vel Concionatores ipſos, quas refert Gauantus *in Man. Epiſcop. verbo concio ſacra num.*51.53.*&* 54.habetur.Regulares certo die prohiberi poſſe ne concionentur, vt totus populus conueniat ad Cathedralem. Prohiberi quoque poſſe Concionem non ſolitam, extra Cathedralem tempore Aduentus, & Quadrageſimæ, non tamen poſſe prohiberi in Parrochiali Conciones Quadrageſimales eo titulo, vt frequentior ſit populus in Cathedrali. Poſſe etiam Epiſcopum prædicare in quacunque Eccleſia, etiam Regulari ſuæ Dioceſis,nec ab vllo prohiberi poſſe refert etiam declaratum à Sacra Congregatione Barboſa *ſupra verbo prædicare, prædicatio.* Ibidem etiam deciſum refert à Sac. Congregatione poſſe Epiſcopum Synodali conſtitutione prohibere ne feria quinta in Cœna Domini fiat Concio, quo populus Officio eius temporis attentius aſſiſtere poſſit, & Regulares poſſe compelli ad id obſeruandum. Video tamen in Hiſpania communiter ea die fieri Conciones.

14 Audientes prædicationes fratrum Minorum, ac per conſequens aliorum Mendicantium cum illis communicationem priuilegiorum habentium lucrantur Indulgentias quindecim annorum ex Greg. 9. centum dierum ex Alexand. 4. centum triginta, & octo annorum, & ducentorum, & duorum dierum pro ferijs. 2.& 4.& 6.Quadrageſimæ ex eodem Alexand.4.Nicolao 3.Innocentio 4.Nicolao 4.& Benedicto 11. Audientes etiamſermones annuales in Eccleſijs Fratrum Prædicatorum, ac per conſequens,etiam aliorum Mendicantium cum illis communicationem Priuilegiorum habentium,lucrantur Indulgentias

tias centum dierum ex Honor. 3. Bonifac. 8. Alexand. 4. Greg. 9. Innocentio 4. Vrbano 5. & Alexand. 5. ac ducentorum dierum ex Benedicto 11. Cassarubius *in Compend. priuileg. Mendicant verbo Indulgentiæ quas lucrantur audientes Verbum Dei num.* 1. 3. 4. & 6. Vbi etiam *num.* 2. & 5. refertalias Indulgentias, quas plures Summi Pontifices concesserunt dari posse à Fratribus Minoribus prædicantibus, quas non refero, quia non video esse in vsu. Pro prædictis autem Indulgentijs, quas dixi lucrari posse audientes conciones præfatorum quomodo non sint reuocatæ, vide dicta *to.* 1. *c.* 3 *num.* 19. & dicenda infra verbo *Indulgentiæ quoad Regulares*.

15 An excommunicatus concionari possit habes infra verbo *Excommunicatio num.* 17. An audire conciones eodem verbo *Excommunicatio num.* 19. Vide alia verbo *Interdictum*, & verbo *Irregularitas*.

CONFESSARIVS REGVLARIS.

SVMMARIVM.

De Confessarijs Regularibus plura remissiue num. 1.
An peccent audientes Confessiones sine licentia suorum Superiorum. num. 2.
An confessiones factæ sine licentia suorum Prælatorum validæ sint. ibid.
Quomodo id intelligendum. ibid. & num. 3.
Confessarij Regulares quam facultatem habeant ad absoluendum à peccatis, & censuris. num. 4.
Quam circa casus reseruatos. num. 5.
Quid in casibus transgressionis clausuræ Monialium. num. 6.
Quid de alijs casibus remissiue. ibid.
An Priuilegia Regularium, & quando censeantur derogata per Constitutiones posteriorum Pontificum. num. 7.
An absoluere possint a pœnis Ecclesiasticis. num. 8.
An à casibus Papalibus occultis. num. 9.
An dispensare in irregularitatibus. num. 10.
Quid de Confessarijs Regularibus solum pro Religiosis designatis. n. 11.
Quomodo intelligendum priuilegium Pauli III. pro Iesuitis. n. 12.
Quid de alio priuilegio eiusdem Pauli III. num. 13.
Quid de facultate commutandi vota. num. 14.
Quid circa iuramenta. num. 15.

An poſsint Regulares vti dicto priuilegio. num.16.
Quid de priuilegio alio Eugenij IV. pro Carmelitis. num.71.
An diſpenſent in irregularitatibus. num.18.
Quid de Confeſſarijs Regularium circa caſus reſeruatos. num.19.
An valide abſoluant contra voluntatem Prælatorum. num.20.
Abſoluunt ſuos Religioſos vbique. num.21.
Niſi mutauerint domicilium. ibid.
Item ſuos Prælatos. num.22.
Alia remiſsiue. num.23.

1 DE Confeſſario pluta dixi *to.* 1. *cap.* 19. per totum loquens de Confeſſarijs Regularibus, eorumque facultatibus, & priuilegijs, & *to.* 2. *c.* 1. *num.* 18. loquens de approbatione ipſorum. Item de Confeſſarijs Monialium dicto *to.* 1. *c.* 25. *num.* 40. 42. 45. & 46. Similiter de Confeſſarijs pro ipſis Regularibus ſolum approbatis dixi *c.* 18. *num.* 29. & 27. & *c.* 19. *num.* 36. & 37. Plura etiam dixi hoc 3. *tomo* verbo *Abſolutio*, verbo *Bulla Cœnæ*, verbo *Bulla Cruciatæ*, verbo *Caſus reſeruati*, & verbo *Cenſura Eccleſiaſtica*. Nunc alia addenda, ſpecialiter agendo primo de approbatione, ſeu licentia Superiorum Regularium, quæ requiritur ad hoc vt Regulares audire poſſint confeſſiones ſæcularium: ſecundo de caſibus, & cenſuris aquibus Confeſſarij Regulares, ſiue ex iure communi, ſiue ex Priuilegijs abſoluere poſſunt ſuos pœnitentes ſiue ſæculares, ſiue etiam alios Regulares ſuorum Ordinum.

2 Et quoad primum, certa res eſt, iuxta dicta eo *to.* 1. *c.* 19. *num.* 12. Regulares audientes confeſſiones ſæcularium ſine licentia, aut approbatione ſuorum Superiorum peecare contra obedientiam ipſis debitam. Excipe caſum articuli mortis, quando non eſſet alius, qui in tali neceſſitate conſtituti confeſſionem audiret, tunc enim licite id faceret Regularis contra præceptum ſui Superioris; vel quia pro tali caſu Superioris voluntas præſumi deberet; vel eſto non præſumeretur, tunc præceptum cuiuſuis Superioris eſſet irrationabile, & ita poſſet cõtra illud agere Religioſus. Nauarr. *in Man. c.* 4. *num.* 6. Graſſius 1. *par. deciſion. l.* 1. *c.* 13. *num.* 87. Difficilius tamen eſt an poſſit valide Regularis approbatus ab Epiſcopo, ſed non præſentatus, licentiatus, aut approbatus a ſuo Prælato, audire Confeſſiones ſæcularium. Qua in re, licet ſatis probabilis ſit ſententia negatiua, quam etiam tenet Reuerendiſs. Theodorus Stratius *in Inſtruct. pro Carmelit. cap.* 6. *num.* 2. *& ſeqq.* Eo præſertim, quod hæc approbatio ſeu licentia ſuperiorum ſemper fuit neceſſaria Regularibus ad audiendas confeſſiones, vt patet ex Clement. *Dudum de ſepultur.* nec hoc eſt reuocatum a Concilio Tri-

lio Trident. Nihilominus, quia oppoſita ſententia eſt communis, vt patet ex pluribus authoribus, quos referunt, & ſequuntur Peirinis *to.1. de ſubdito q.1. de obedientia c.21. concl.2.* & Diana *par.1. Tract.11. Reſolut.13.* Ideo conſequenter ad dicta *to.1. c.19. num.12.* tenenda eſt, non ſolum propter ibi dicta, ſed etiam quia Concilium Tridentinum talis approbationis non meminit, ſolamq; approbationem ab Epiſcopo factam requiſiuit. *ſeſſ.23. c.15.* Et merito ſanè, quia cũ Epiſcopi poſſint facultatem audiendi confeſſiones ſuorum ſubditorum viris idoneis delegare, ideo vt illam conferant Sacerdotibus Regularibus idoneis repertis, non deſideratur conſenſus Prælati ipſorum. Ac proinde nec talis conſenſus requiretur ad hoc, vt ipſi validè ea vtantur. Limita hoc primo, iuxta dicta eo *num.* 12. ſi in Religionibus ſit receptum Breue illud Iulij, quod ibi retuli, vel aliud ſimile Diploma Apoſtolicum irritans quaſcunque facultates conceſſas Regularibus ad audiendas confeſſiones independenter à voluntate ſuperiorum. Peirinis *ſupra* §. *in duobus.* Limita ſecundo, quo ad eas facultates, quę Regularibus Confeſſarijs competunt ex vi priuilegiorum ſuorum Ordinum, illis enim vti non poſſunt, nec licite, nec validè contra ſuorum Prælatorum voluntatem: tum propter dicta eo *to.1. cap.18. num.56.* tum quia non eſt credendum Papam conceſſiſſe Regularibus eas facultates abſoluendi, à reſeruatis, v. g. independenter ab approbatione, & licentia ſuorum Prælatorum. Rodriguez *to.1. queſt. Regular. q.60. art.3.* Suarez *4.to. de Relig. tract.10. l.9 c.2. n.3.* Diana *ſupra.* Limita tertiò, niſi tales Confeſſarij fuerint per cenſuras excommunicationis, vel ſuſpenſionis impediti publicè, & notoriè ab exercitio muneris Confeſſarij, iuxta dicenda tamen infra verbo *Excommunicatio.* & *4.to.* verbo *Suſpenſio* Graſſius *in deciſ. aur. par.1. l.1. c.13. n.88.* Erit etiam inualida Confeſſio facta cum iſtis, ſi caſu quo Prælati Regulares prohiberent illis ſub mortali audire Confeſſiones, alij prohibitionem ſcientes cum eis vltro confiterentur, quia tunc inducerent eos ad peccatum mortale, & per conſequens mortaliter peccarent, & Confeſſio ipſorum eſſet nulla. Peirinis *ſupr.* §. *ſecundus caſus.* Poſſe autem Prælatos talem prohibitionem facere conſtat ex dictis eo *to. 1. c. 19. num.12.* & ex declarat. S. Congregat. 2. Iulij 1627. quam refert Nouarius *in lucern. Regular. verbo Generalis, & Generalatus. num. 1.* vbi dicitur poſſe Generalem Religionis quacunque de cauſa, & quomodolibet, etiam extraiudicialiter, ſubditos ſuos à confeſſionibus audiendis ſuſpendere.

3 Procedit autem tradita doctrina de validitate Confeſſionis factę Confeſſario Regulari ſolum approbato ab Epiſcopo, non autem a ſuo Superiori Regulari, ſiue dicamus Confeſſarios Regulares accipere

ſuriſdictionem ab Epiſcopis approbantibus, ſiue dicatur eam non accipere niſi à Papa, pro vt communis ſententia tenet. De qua Peirinis *ſupr*, §. *quod iuriſdictio*. & Reuerendiſſ. Theodorus Stratius *ſupra num.* 4.

4 Quoad ſecundum, Confeſſarij Regulares ſæcularium poſſunt iure communi illos abſoluere ab omnibus peccatis, & cenſuris non reſeruatis, iuxta dicta *to.*1. *cap.* 19. *num.*14. Non ab Irregularitate aliqua, vt ibi eſt dictum. Bene tamen ab interdicto perſonali particulari non reſeruato, propter *cap. nuper de ſent. excommunicat.* Suarez *to.*5. *de cenſur. diſp.*38. *ſect.* 2. *à n.*7. Cornexo *to.*2. *in* 3. *p. S. Tho. Tract.*5. *de Interdicto diſp.*1 *q.*4. *in fine*. Cū conditionibus tamē ſatisfactionis, iuramenti, vel cautionis de iure neceſſarijs. Suarez *n.*9. Cornexo *ibid.* Vide dicenda verbo *Interdictum*, & pro ijs aquibus poſſunt abſoluere virtute Bullæ Cruciatæ in Regnis in quibus publicatur verbo *Bullæ Cruciatæ*, & virtute Iubilæi verbo *Iubilæum*.

5 Deinde, ijdem Confeſſarij Regularium qui communicationem habent cum Patribus Ieſuitis poſſunt virtute priuilegij Pauli 3. eiſdem conceſſi abſoluere ſæculares à caſibus omnibus ſeu cenſuris Papæ reſeruatis, iuxta dicta eo *c.*19. *num.*15. Excipe tamen Confeſſarios *per vniuerſam Italiam extra Vrbem degentes*, ij enim, propter decreta S. Congregationis eo *c.*19. *num.*15. & 16. relata nequeunt abſoluere à caſibus *violationis immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis Conſtitutionis fælicis recordationis Gregorij* 14. *quæ incipit* Cum alias nonnulli, *violationis Clauſuræ Monialium ad malum finem: prouocantium, & pugnantium in duello iuxta decretum S. Concilij Trident. & Conſtitutionem fælic recordat. Gregorij Papæ* 13. *incipiente* Ad tollendam: *iniicientium violentas manus in Clericos, iuxta can. ſi quis ſuadente* 17. *q.*4. *ac iuris diſpoſitionem: Simoniæ realis ſcienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficialis*. Excipe etiam caſus Bullæ Cœnæ, & caſus quos Epiſcopi reſeruant, ab ijs enim nullibi gentium neque intra, neque extra Italiam, neque in Vrbe, nec extra Vrbem abſoluere poſſunt Confeſſarij, propter decreta dicto loco *num.*16. & 17. relata.

6 Ex quo fit primo, prædictos Confeſſarios Regulares dicto Priuilegio fruentes vbique gentium abſoluere poſſe tranſgreſſores Conſtitutionis Pij 5. quæ incipit *Decori, & honeſtati* anno 1569. editæ contra Moniales egredientes e Clauſura niſi in caſibus permiſſis, aut illis licentiam concedentes, aut eas comitantes, vel recipientes, iuxta dicta *ſupra* verbo *Clauſura num.*20. Sanchez *l.*6. *in Decalog. c.*15. *num.*76. Secundo, tranſgreſſores, ſeu violatores Clauſuræ Monialium circa ingreſſum in earum Monaſteria, iuxta dicta ſupra verbo *Clauſura n.*35.

De quo

De quo Peirinis *to.*1 *de subdito q.*4. *c.vlt.* §. *vnico.* Excipe tamen quando id est *ad malum finem*, vt habetur ex decreto supra relato, à tali enim casu non absoluunt Confessarij per vniuersam Italiam extra Vrbem, vt ibi dixi. Quid vero sentiendum de casu abortus habes verbo *Abortus num.*7. & 8. Quid de Clerici percussione habetur verbo *Clericus num.* 11. & sequentibus. Quid de casu duelli, & de dantibus seu accipientibus aliquid pro gratia, vel iustitia in Romana Curia obtinenda, dicam verbo *Duellum*, & verbo *Dare*. De quo etiam Peirinis *vt supra.* Vide Layman. *l.*5. *Tract.*6. *c.*10. *de Sacram. Pœnitent* §. *Tertia quæstio num.* 18. vbi de hoc priuilegio loquens dicit: *Vi huius priuilegij non tantum censuras propria dictas, quæ ob contumaciam inferuntur per absolutionem tolli posse, sed etiam Suspensiones, & interdicta Iuris, quæ ob delictum mere præteritum imposita, seu ad tempus, puta biennium, trienniũ; in perpetuum, & sine spe remissionis, qualis perpetua Suspensio vel potius Depositio à Pio* 5. *lata est in exercentes Sodomiam, qui si occulti sint ab Episcopis absolui possunt ex commissione ipsis facta in Trident. sess.*24. *c.*6. *de Reformat. & à Confessarijs Ordinum Mendicantium virtute dicti priuilegij.* Hæc ille. De quibus verbo *depositio num.*5. aliquid dicam.

7 Qualiter etiam hoc priuilegium non censeatur derogatum per Constitutiones posteriorum Pontificum prohibentium, vel præcipiẽtium aliquid reseruando sibi casum cum clausula *non obstantibus &c.* vel simili, nisi exprimant se etiam derogare priuilegijs concedentibus absolutionem talis casus, dixi supra verbo *Clausula num.* 46.

8 Similiter, quia in dicto priuilegio Pauli 3. conceditur etiam facultas dictis Confessarijs absoluendi *à quibusuis pœnis Ecclesiasticis*, cum priuationes, inhabilitationes, incapacitates &c. quæ in Constitutionibus Summorum Pontificum poni solent contra transgressores illarum sint quædà pœnæ Ecclesiasticæ, ideo probabile videtur etiam ab istis absoluere posse prædictos Confessarios suos pœnitentes. Ita etiam habet Bartholomæus à S. Fausto *de paupert. Religios. l.*8. *quæst.* 232. Sanchez *l.*6. *in Decalog. cap.*15. *num.*78. *in fine.* Dixi solum *probabile*, quia oppositum tenet Suarez *to.*4. *de Relig. Tract.*10. *l.*9. *c.*2. *num.*49. de hoc priuilegio loquens, eo quòd huiusmodi pœnæ non tollantur per absolutionem, sed per dispensationem.

9 Volunt etiam aliqui posse Confessarios Regulares gaudentes dicto priuilegio Pauli 3. non obstantibus decretis supra num. 5. relatis absoluere etiam à casibus in eis exceptis, imo ab omnibus casibus Papalibus, quando sunt occulti. Eo quod prædicti casus cum occulti sunt non sunt Papales, sed Episcopales, vtpote commissi Episcopis ex Concil. Trident. *sess.*24. *c.*6. Diana *par.*2. *Tract.*2. *Resolut.*13.

§. *nota*

§.*nota quarto.* referens Sanchez *to.*1. *in Decalog. l.*4. *c.*54. *num.*27. & Matullum *disp.*1.*cap.*2. *diff.*11.*num.*540. Sed hoc est contra mentem Summorum Pontificum in prædictis decretis, nec ex eo quod casus Papales committantur Episcopis quando sunt occulti, desinunt esse Papales, iuxta dicta supra verbo *Bulla Cruciatæ n.*26.

10 Non posse autem Confessarios ex vi dicti priuilegij Pauli 3. dispensare in aliqua irregularitate dixi *to.*1. *cap.*19. *num.*14. vbi etiam dixi non vidisse aliquod priuilegium quoad hoc Regularibus concessum pro sæcularibus. Postea tamen vidi priuilegium Sixti 4. pro Minimis concessum, quo Confessarijs ipsorum concedit facultatem dispensandi in omni irregularitate Ordinario reseruata, apud Cassarrubium *in Compend. priuileg. Mendicant.verbo absolutio quoad sæculares* 1. *num.* 20. & Vegam *in Summ. verb. absolutio casu* 44. Veruntamen ipse Cassarubius dicit nō esse securum vti hac gratia quoad sæculares, & Corduba *in annotationib.* ad Cassarubium inquit ex testimonio cuiusdam Prouincialis Minimorum eos non vti cum sæcularibus hac facultate, & Portellus in *Dub. Regular.verb.Confess.n.*33. ait eam ob sui magnitudinem dubiam videri quoad praxim, cum similis facultas à Summis Pontificibus nunquam concedatur, nec in Iubilæis plenissimis, aut Bulla Cruciatæ. De alio priuilegio, quod refert idem Portellus *supr. num.* 32. pro Confessoribus de Guadalupe ad dispensandum cum sæcularibus in quibusdam irregularitatibus, cum illud videre in fonte non potuerim, iudicare non possum.

11 Loquendo de Confessarijs Religiosorum tantum à suis Prælatis pro ipsorum Religiosorum confessionibus audiendis designatis, (de quibus *to.*1. *cap.*18.*num.*27. dixi posse illas audire sine alia approbatione Episcoporum, quia hæc solum requiritur pro audiendis confessionibus sæcularium) illi in primis (supposita licentia, seu approbatione suorum superiorum, cum sine illa nullo modo possint id facere, iuxta dicta *to.*1.*c.*18.*n.*26.*&* 27.) absoluere possūt Religiosos ab omni peccato, & censura non reseruatis. Etenim iuxta regulam generalem ex *cap. Nuper de sent. excommunicat.* casus non reseruati censentur commissi cuilibet habenti auctoritatem ordinariam, vel delegatam, isti autem Cōfessarij habent auctoritatem delegatam supra dictos Religiosos. A casibus autem à Superioribus suis reseruatis nullo modo absoluere possunt, iuxta dicta supra verbo *casus reseruati. num.*7. nisi ab ipsis Superioribus habuerint facultatem ad absoluendum. Cæterum loquendo de casibus reseruatis non à suis Superioribus, sed a iure vel à Papa &c. attendendum est ad priuilegia Religionis ipsorum: si enim ea habuerit priuilegium absoluendi solum sæculares, vel extraneos a dictis casibus, procul dubio non poterunt eo vti ad absolutionem Religioso-

ligiosorum. Similiter, si priuilegium concedat eam facultatem absoluendi solum Confessarijs approbatis ab Episcopis, cum isti non habeant talem approbationem, non poterunt illo vti. Si vero talis Religio habuerit priuilegium aliquod absoluendi à prædictis casibus non excludens dictos Confessarios solum à suis Prælatis approbatos, sed generaliter absoluendi Christi fideles quicunque illi sint, non determinando quod Confessarij ad Episcopis approbati fuerint, probabile videtur vti posse illo, etiam in ordine ad suos fratres, nisi forsan istorum Confessariorum auctoritas, iure, vel consuetudine talis Religionis restricta, vel limitata sit.

12 Quia ergo in superius relato priuilegio Pauli 3. pro Iesuitis non est talis limitatio, aut restrictio sed generalis concessio pro Præsbyteris Societatis, & pro quibuscunque Christi fidelibus ad eos accedentibus, & pro quibuscunque casibus, exceptis contentis in Bulla Cœnæ, ideo, nisi, vt dixi, oppositum in Religione iure, vel consuetudine habeatur, probabile videtur eo vti posse, tam illos, quam alios Regulares communicationem priuilegiorum cum ipsis habentes, quantum ad absolutionem Religiosorum sui Ordinis. Verba autem Bullæ quæ incipit: *Cum inter cunctas*, & habetur in Bullario Rodriguez *to.2. in Paulo 3. num. 7.* & in Cassarubio *in fine Compend. priuileg. Mendicant. pag. mihi* 545. sunt hæc: *Nec non illis ex vobis qui Præsbiteri fuerint quorumcunque vtriusque sexus Christi fidelium ad vos vndecunque accedentium Confessiones audiendi, & Confessionibus diligenter auditis, ipsos, & eorum singulos ab omnibus, & singulis eorum peccatis, criminibus, excessibus, & delictis quantumcunque grauibus, & enormibus etiam Sedi Apostolicæ reseruatis, & à quibusuis ex ipsis casibus resultantibus, sententijs, Censuris, & pœnis Ecclesiasticis (exceptis contentis in Bulla quæ in die Cœnæ Domini solita est legi) absoluendi, ac eis pro commissis pœnitentiam salutarem iniungendi &c. plenam, ac liberam facultatem auctoritate Apostolica concedimus.*

13 Agit de hoc priuilegio, & de alio illi simili ex eodem Paulo 3. Suarez *4. to. de Relig. Tract.* 10. *l.9. c.2.* & dicit quod, etsi id fuerit ante Concilium Trident. post illud tamen requiri approbationem ab Ordinarijs. Quod tamen solum est verum in ordine ad audiendas Cõfessiones sæcularium, non aliorum Regularium, vt in præsenti. Dicit etiam facultatem hanc intelligendam esse cum dependentia subditorum à suis Prælatis; quod est verissimum, & conforme ijs quæ dixi *to.1. c.19. num.12.29.* & 41. Subiungit tales Confessarios debere esse idoneos. Quid verò intelligatur Clausula illa *& pœnis Ecclesiasticis* agit eodem loco.

14 Concedit etiam prædictis idem Paulus 3. in eadem Bulla facultatem

tatem commutandi quæcunque eorum vota (vltra marinis, visitationis liminum Apostolorum de Vrbe, ac Sancti Iacobi in Compostella, nec non Religionis, & castitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera. Ex quo etiam probabiliter colligi potest vti posse prædictos Confessarios hac etiam facultate in ordine ad Religiosos, quorum sunt Confessarij.

15 Quia etiam, iuxta doctrinam traditam supra verbo *Bullæ Cruciatæ num.* 35. ex Suarez, & Sanchez ibi relatis, quam etiam tenent Caiet. 2.2. *quæst.* 89. *art.* 9. Henrriq. *lib.* 7. *de Indulgent. c.* 30. Viuald. *part.* 3. *Candelabri. c.* 14 *num.* 8. Rodrig *to.* 1. *Summæ cap.* 102. *concl.* 10. & Layman *lib.* 4. *Tract* 3. *cap.* 11. *num.* 4. quicunque habet priuilegium commutandi vota habet etiam facultatem commutãdi iuramenta circa eamdem materiam votorum, ideo idem videtur dicendum de prædictis Confessarijs. Quod etiam dici posse videtur de votis iuratis, propter dicta eo *num.* 35. Intellige tamen, dum modo prædicta non sint in vtilitatem tertij facta, propter dicenda infra verbo *Iuramentum quoad Regulares num.* 26. & sequentibus. Vnde Gregorius 13. qui, iuxta dicta *to.* 1. *c.* 16. *num* 23. priuilegium Confessariorum Iesuitarum extendit ad commutanda vota iurata, excepit quando ea commutatio est in præiudicium tertij. Pro quo vide Portellum. *in Dub. Regular. verbo Confessor erga Sæculares num.* 27. & dicenda 4. *to.* verbo *Votum*.

16 Nota tamen consulto dixisse solum probabile esse dictos Confessarios pro Regularibus dũtaxat approbatos vti posse his facultatibus, quia re vera, nec est certum id facere posse, nec securum facere, non solum, quia mens Pauli 3. solum videtur esse illas concedere in ordine ad extraneos sęculares, non ad Religiosos proprios, sed etiam, quia vt credo talis est praxis omnium Religionum. Et ita tenet expresse Portellus *in Dub. Regular. verbo Confessor erga Fratres num.* 16. ex Rodriguez *in addit. ad* 3. *to. summ. c.* 12. *concl* 2.

17 Idem dico de notabili alio priuilegio Eugenij 4. in Bulla *Sacræ Religionis* inserta in Mari magno nostro *num.* 15. quo concessit Carmelitanorum Generali, & ipsius successoribus, & ab eis deputandis Fratribus *quod* (inquit Pontifex) *in Confessionibus audiendis, in absolutionibus impendendis, & pœnitentijs iniungendis, alijsque salutem animarum dumtaxat concernentibus, exequendis, omnium, & singulorum dicti Ordinis Fratrum præsentium, & futurorum eamdem, & talem potestatem, & facultatem, qualem in præmissis Minores Pœnitentiarij nostri in Romana Curia præsentes ex officio habent, & exercent*. Quod priuilegium moderatur Sixtus 4. in eodem Mari magno *num.* 62. excludendo solum absolutionem Hæreticorum, relapsorum,

Schisma-

Schismaticorum, & eorum qui litteras Apostolicas falsificassent, aut ad Infideles prohibita detulissent. Vide dictum Mare magnum *in Bullario* Rodriguez *to.* 1. *in Sixto* 4. *Bulla* 37. Excipe etiam omnes casus Bullæ cœnæ, propter annuam reuocationem omnium priuilegiorum, quæ quotannis fit in ipsa Bulla. Nota etiamquod facultas, seu potestas minorum Pœnitentiariorum est incerta, & varia, iuxta beneplacitum Summorum Pontificum, & maiorum Pœnitentiariorum, ac proinde vix constare poterit de ea, quam habebant minores Pœnitentiarij tempore Eugenij 4. qui fecit dictam concessionem. Non ergo poterit quis securè vti illa.

18 Addit Portellus *supr. num.* 15. posse Confessorem Regularem ex Mendicantibus semel in vita, & in articulo mortis suos consubditos absoluere ab omnibus casibus, & peccatis plenariè, nullo casu excepto cum omnimoda authoritate; ac dispensare cum illis in omni irregularitate, excepta illa, quæ oritur ex homicidio voluntario, & bigamia, & mutilatione membri, refertq; se ad Rodriguez *to.* 1. *quæst. Regular. q.* 62. *art.* 6. Animaduertere tamen debuit priuilegium hoc, quod est Sixti 4. concessum fuisse viuæ vocis oraculo, imo & non authentico, prout constat ex Cassarubio, qui illud refert *in compend priuilegior. Mendicant. verbo Absolutio extraordinaria quoad fratres. num.* 5. vbi notat illud ò paruo, quod est signum apud ipsum viuæ vocis oraculi non authentici. Tale ergo priuilegium hoc tempore, nisi postea per Bullam reualidatum fuerit, nullius valoris est, propter dicta sæpius de huiusmodi viuæ vocis oraculorũ reuocatione facta per Gregorium 15. & Sanctiss. D. N. Vrbanum. Præsertim, quia vt dixi, illud non est authenticum, per consequens enim erit incertum. Quid verò sit sentiendum de alio priuilegio eiusdem Sixti 4. pro Confessorib. Fratrum Prædicatorum, & Minorum erga suos Religiosos dixi *to.* 1. *c.* 19. *num.* 27. Addit Rodrig. hoc idem concessum fuisse ab Innocentio 8. Monachis Cassinensib. & haberi. *in Compendio priuilegior. ord. S. Hieronymi*, quod mihi non constat, nec de qualitate concessionis. Alia priuilegia concessa Confessoribus Regularibus circa suos fratres referunt idem Rodriguez *supra ar.* 13. & Portellus *supra num.* 18. quibus illis concedi videtur facultas dispensandi in Irregularitatibus. Sed quia hæc priuilegia in fonte videre non potui, nec mihi constat an sint, vel non viuæ vocis oracula, ideo ea non refero, præsertim, quia, vt credo, non sunt in vsu multarum Religionum; & vt ipse Portellus *num.* 21. animaduertit, securius est in ijs casibus recurrere ad Prælatos, quam ad simplices Sacerdotes. De alio priuilegio per Bullam concesso ab Eugenio 4. Eremitis Congregationis B. Petri de Pisis, dicam infra verbo *Infamia num.* 19.

19 Prædicti autem Cõfeſſores Religioſorum poſſunt illos abſoluere à caſibus reſeruatis Prælatis ipſorum, ſi ab ipſis Prælatis habuerint facultatem ad id faciendum. Ita enim ſupponitur in decretis Clementis 8. pro caſuum Reſeruatione, quæ retuli *to.* 1. *c.* 18. *num* 19. *&* 29. Vnde qui à Generali habent authoritatem abſoluendi à caſibus reſeruatis pro toto Ordine abſoluere poſsũt ab illis omnes fratres Ordinis, & qui illam habent à Prouinciali abſoluere poſſunt omnes Fratres Prouinciæ, & qui à Priore Conuentuali, ſeu alio ſimili Prælato, omnes fratres illius Conuentus. Rodriguez *to.* 1. *quæſt. Regular. q.* 21. *art.* 3. Vincent. Candidus *to.* 2. *diſquiſit. moral. diſquiſit.* 24. *art.* 57. *dub.* 4. Addit idem Candidus eo loco, & *dubitatione* 6. poſſe prædictos Confeſſarios Religioſorum abſoluere etiam hoſpites Religioſos venientes ad ipſorum Prouinciam, vel Conuentum à caſibus reſeruatis à Prælatis ipſorum fratrum venientium ad illos, etiam ſi dedita opera, & induſtria ad illos acceſſiſſent vt abſoluantur à prædictis caſibus reſeruatis. Eo quod in Prouincia vel Conuentu vbi prædicti Confeſſarij morantur, tales caſus reſeruati, non ſint. Sed licet verum ſit, quod ſi prædicti Religioſi accederent ad prædictam Prouinciam, vel Conuentum bona fide, vt hoſpites videlicet, vel ad aliud negotium peragendum, tunc poſſent abſolui per dictos Confeſſarios Religioſorum à caſibus reſeruatis in Prouincia, & Conuentu ipſorum fratrum venientium, quia iuxta dicta ſupra verbo *caſus reſeruati num.* 17. caſus reſeruati ceſſant per mutationem domicilij, vel quaſi domicilij, præſentim inter Regulares, ita vt qui commiſit aliquod peccatum reſeruatum in ſua Prouincia, vel Conuentu, & tranſeat ad aliam, vel alium vbi talis caſus non eſt reſeruatus, dum ibi moratur, abſolui poſſit à quocunque Confeſſario. Quando tamen dedita opera, & ſolum eo fine vt euitarent proprium Prælatum ad prædictam Prouinciam, vel Conuentum accederent, non poſſent, vt credo, per præfatos Confeſſarios à caſibus reſeruatis abſolui. Hoc enim eſſet, non ſolum in fraudem reſeruationes, ſed etiam, & maximè, contra intentionem tum Prælatorum reſeruantium illos caſus, tum totius Religionis, cum contrarium hoc eſſet bono communi ipſius Religionis. Ita in ſimili de Confeſſione peregrinorum, & iter agentium tenent Suarez 4. *to. in* 3. *par. diſp.* 25 *ſect.* 2. *num.* 9. Vaſquez *in* 3. *p. quæſt.* 93. *art.* 1. *dub.* 4. *num.* 6. Coninch. *de pœnit. diſp.* 8. *dub.* 8. *n.* 61. & alijquos ſequitur Bonacina *de pœnit. diſp.* 5. *quæſt.* 7. *punct.* 2. *num.* 6. Sed inſtat Pater Candid. hoc poſſe facere præfatos Confeſſarios Regularium propter priuilegia Summor. Pontific. Mendicantib. conceſſa. Cæterum, non extant talia priuilegia. Etenim priuilegia Gregor. 11. pro fratribus Prædicatorib. & Clement. 4. pro Minoribus, quæ aſſert, (& idem dico de alio priuilegio

Sixti 4.

Sixti 4. pro Carmelitis, quod retuli *to.* 1. *c.* 18. *num.* 33.) non ſunt, vt ea legenti conſtabit, niſi pro caſib. extra Religionem reſeruatis. Deinde, eſto extendi poſſint ad caſus intra Religionem reſeruatos, ea tamen, vt intuenti conſtare poterit, non conceduntur niſi Prælatis, & ijs quibus ipſi id commiſerint. Non enim priuilegium illud Gregorij 11. dicit, pro vt apud eumdem Candidum (errore Typographi) legitur. *Concedimus Magiſtro Generali, & ſingulis Prioribus Prouincialibus, & Conuentualib. Fratribus eiuſdem Ordinis &c.* Sed *Magiſter quoque, & ſinguli Priores Prouinciales, & Conuentuales, ac vices eorum gerentes in Prouincijs, ac locis ſibi commiſis prædictis Fratribus conſtitutis ibidem.* Ita enim habet ipſa Bulla in Bullario Rodrig. *to.* 2. *in Sixto* 4. *Bulla* 33. *& ſupra art.* 3. *relato.* Quibus etiam ſimilia habent Bulla Clementis 4. apud eumdem Rodrig. eo *to.* 1. *quæſt.* 20. *art.* 1. & Bulla Sixti 4. iam relatæ. Religioſi ergo communes Confeſſarij aliorum Religioſorum non habentes talem commiſſionem à ſuis Prælatis, non poſſunt vllo modo à reſeruatis abſoluere. Prout etiam ſupponunt Pius 5. Gregor. 13. Clem. 8. & SS. D.N. Vrbanus à me relati *to.* 1. *c.* 19. *num.* 29. præſertim Clemens, & Vrbanus, dum ſtatuunt Religioſos quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, *diſpoſitioni ſuorum Prælatorum* ſubiectos eſſe debere, non obſtantibus quibuſcunque priuilegijs. Id etiam præcipuè idem Clemens 8. in decretis pro Reſeruatione caſuum approbatis ab Vrbano ſupponit, dum præcipit, quod *Superiores in ſingulis domibus deputent duos, tres, aut plures Confeſſarios pro ſubditorum numero maiori vel minori*, Et infra: *qui à non reſeruatis eos abſoluant, & quibus etiam reſeruatorum abſolutio committatur.*

20 Hinc collige conſequenter addicta *to.* 1. *c.* 18. *num.* 26. Confeſſiones Religioſorum ſiue Sacerdotum, ſiue iuuenum Profeſſorum, ſiue Conuerſorum, factas alteri Religioſo non deſignato Confeſſario pro illis, inualidas eſſe, vt pote factas contra voluntatem ſuorum Superiorum, qui ſunt Ordinarij ipſorum, & quorum diſpoſitioni ſtare debent quantum ad Sacramentum pœnitentiæ, prout Summi Pontifices relati determinant. Coriolan. *par.* 1. *de Caſib. reſeruatis ſeſſ.* 3. *art.* 19. Nec quo ad hoc ſunt aliqua priuilegia Regularibus conceſſa (quid quid alij non rectè ſentiant) nec dato quod eſſent, illis vti poſſent contra voluntatem ſuorum Superiorum, tum propter adducta ex Summis Pontificibus relatis, tum quia iuxta dicta *to.* 1. *c.* 18. *num.* 56. poſſunt Prælati Regulares limitare, reſtringere, imo etiam tollere ſuis ſubditis vſum quorumcunque priuilegiorum etiam à Sede Apoſtolica emanantium, ita vt nequeant talibus priuilegijs vti. Verum quidem eſt Prælatos Religioſorum piè, & prudenter regulariter facturos, ſi in deſignatio-

gnatione Confessariorum, non intendant Confessiones alijs factas inualidas esse. Puniretamen debent tam alijs confitentes, quam Confessarios sine licentia ipsorum Fratrum Confessiones audientes.

21 Prædicti quoq; Confessarij Religiosorum pro aliqua Prouincia vel Conuentu, à suis Superiorib. designati, possunt, iuxta facultatem sibi à Prælatis ipsorum concessam, absoluere prædictos Religiosos vbicunque repertos, etiam extra suas Prouincias, vel Conuentus, prout in simili dixi de Confessarijs Regul. respectu sæcularium *dicto c. 19. num.* 5. Candidus *supra dubit.* 9. ex Soto ab ipso relato. Limitari tamen hoc debet, prout eo loco dixi, dummodo Religiosus non mutauerit domicilium, quia tunc absolui non potest nisi à Prælato illius loci, ad quem translatus est, vel ab habente ab ipso authoritatem.

22 Possunt similiter dicti Confessarij pro Religiosis solum à suis Prælatis approbati ipsorum Prælatorum Confessiones audire vbicunque, & quotiescunque, iuxta *cap. fin. de pœnit, & remiss.* & dicta *to.* 1. *c.* 18. *num.* 81. Siluester *in summ. verb. Confessor.* 1 *quæst.* 8. Sotus *in* 4. *d.* 18. *quæst.* 4. *art.* 2. §. *Similiter omnes.* Possunt autem prædicti Confessarij absoluere dictos suos Prælatos ab omnibus casibus, à quibus ipsimet Prælati eosdem Subditos absoluere possunt. Non solum propter priuilegia aliquibus ipsorum concessa, quæ retuli *to.* 1. *c.* 18. *n.* 34 & 81. sed etiam quia non debent esse peioris conditionis quam subditi. Peirin. *to.* 1. *priuileg. Minim. in Constit.* 2. *Iulij* 2. §. 9. *num.* 29. & *to.* 2. *de Prælat. quæst.* 1. *c.* 4. *num* 81. Non tamen poterunt illos absoluere à casibus Superioribus Prælatis reseruatis; quia ab istis nec ipsi inferiores Prælati absoluere possunt. Henriq. *lib.* 6. *c.* 13. *num.* 3. Peirin. *dicto num.* 81. Quia etiam dicti Prælati etiam in locis vbi hospites sunt, possunt vti dicto priuilegio eligendi sibi Confessorem, iuxta *cap. fin. de pœnit. & remiss.* relatum, vt habet Rodrig. *to.* 1. *quæst. Regular. quæst.* 20. *art.* 28. ideo prædicti Confessarij solum pro fratribus approbati eligi à Prælatis ad id munus possunt.

23 Vide alia dicenda verbo *Confessio*, & circa Confessarium solicitantem pœnitentes ad inhonesta verbo *Denunciatio*.

CONFESSIO.

SVMMARIVM.

De Confessione quæ tractanda. num. 1.
Quot modis potest esse nulla num. 2.

Primo

Primò ex parte ministri num.3.
Secundò ex parte ipsius Confessionis. num.4.
Tertiò ex parte materiæ. num.5.
Quartò ex parte formæ. num.6.
In quibus casibus dimidiari possit. num.7.
Quomodo fieri possit in casibus periculi, vel articuli mortis. num.8.
Quid in casu quo morti proximus loqui non possit, & Confessionem prius petierit. num.9.
Quid quando illam non petierit. num.10.
Quid quando nec signa contritionis dederit. num.11.
Quæ conditio, & quomodo adhibenda in aliquibus casibus. num.12.
Quis possit in talibus casibus absoluere. num.13.
An id etiam sit verum pro casibus periculi mortis. num.14.
An Missa relinqui possit inchoata pro audienda Confessione moribundi. num.15.
Quæ cautio petenda à moribundo habente casus reseruatos. num.16.

1 DE Hac materia plura dici possent, præsertim de spectantibus ad Sacramentum Pœnitentiæ. Nunc solum tria, quæ magis practicabilia inter Confessarios etiam Regulares sunt, de ea discutiemus. Primum, de casib. in quib. Confessio est nulla seu inualida. Secundum, de casibus in quibus dimidiari potest. Tertium, de casibus periculi, vel articuli mortis, quomodo scilicet tunc possit dari absolutio.

2 Et quoad primum, Confessio potest esse nulla seu inualida, primò ex parte Ministri seu Confessarij. Secundò, ex parte ipsius Confessionis. Tertio ex parte materiæ ipsius Confessionis. Et quartò ex parte formæ. De quibus sigillatim agendum.

3 Primò Confessio erit nulla, seu inualida ex parte ministri, si facta sit non Sacerdoti, quia solus Sacerdos est minister Sacramenti Pœnitentiæ. Concilium Florent. *In decreto Eugenij.* Trident. *sess* 14. *c* 6. & *can* 10. & colligitur ex Ioann. 20. illis verbis: *Accipite Spiritũ Sanctum quorum remiseritis peccata &c.* ea enim solum ad Sacerdotes dicta sunt. Ita communiter omnes. De crimine autem, & pœnis eiusquicum Sacerdos non sit sacramentaliter absoluit, dixi *to.*1. *Sum. cap.* 10. *num.*22. & agit Thesaurus *in prax. par.*2 *verbo absolutio Sacramentalis data à non Sacerdote cap.* 1. Hinc si casus esset quod aliquis non Sacerdos esset Prælatus alicuius Conuentus Regularium eos absoluere non posset Sacramentaliter à peccatis, bene tamen à censuris, si saltem Clericus esset, iuxta dicta supra verbo *absolutio num.* 13. Vnde etiam, quod aliqui Doctores, consulunt in articulo mortis alicui non sacer-

ſacerdoti etiam laico confiteri, non itelligitur in ordine ad abſolutionem Sacramentalem, ſed ad exercitium humilitatis, & excitandam contritionem. Alenſis *p.* 4. *quæſt.* 78. *mem.* 1. *art.* 1. Bonauentura *in* 4. *diſt.* 17. *par.* 3. *art.* 1. *quæſt.* 1. Deinde ſecundò eſt inualida confeſſio ex parte Miniſtri, quando ſit alicui etiam Sacerdoti ſi ille non habeat poteſtatem iuriſdictionis. Ea enim requiritur neceſſariò pro miniſtro. Concilium Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. Ita etiam communiter Theologi, ſpecialiter Nauarrus. *in Man. cap.* 9. *num.* 6. De pœnis autem quas incurrit id faciens agit Theſaurus *ſupra verbo abſolutio Sacramentalis data à Sacerdote non approbato. cap.* 2. Sunt tamen tres caſus, in quibus ſimplex Sacerdos, ex perpetua Eccleſiæ conſuetudine poteſt validè abſoluere, & ad quos generalem obtinet iuriſdictionem. Primus, quando Confeſſio eſt tantum de venialibus. Secundus, quando eſt de mortalibus alias ritè confeſſis. Tertius, in articulo mortis, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 21, *num.* 12. *& ſupra verbo abſolutio num.* 13. Diſcrimen autem eſt, quod primam, & ſecundam facultatem Eccleſia aufert Sacerdoti Excommunicato denuntiato, vel publico Clerici percuſſore, tertiam vero non aufert, propter neceſſitatem pœnitentis. Laymanus *lib* 5. *Tract.* 6. *cap.* 10. *num.* 2. In caſu etiam, quo ſunt duæ opiniones probabiles circa iuriſdictionem Confeſſarij, ſi ille ſequatur bona fide vnam ex illis, eſto ſpeculatiuè ſit falſa, validè tamen abſoluit, tum quia regulariter in omni Confeſſione ſemper adeſt materia certa à qua directè abſoluere poteſt, ſcilicet peccata venialia, & ita etiam indirectè abſoluit à mortalibus, tum quia Eccleſia in tali caſu *illi* tribuit iuriſdictionem Quod eſt valde notandũ pro Regularibus, quando ſunt opiniones diuerſæ circa valorem priuilegiorum quę habent ad abſoluendum. Sanchez *De præcept. Decalog. tom.* 1. *lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 35. Diana *par.* 2. *Tract.* 13. *Reſolut.* 2. & alij apud ipſos. Fauet valdè Suarez 4. *to. in* 3. *par. diſp.* 26 *ſect* 6. *à num.* 7. Addunt Sanchez, & Diana id eſſe verum, etiam quando opinio affirmans habere talem confeſſarium iuriſdictionem eſt minus probabilis quam oppoſita. Quando autem eſt dubium proprium circa iuriſdictionem, ita vt in neutram partem probabiliter inclinetur Confeſſarius, non poteſt audire Confeſſiones mortalium, niſi duobus concurrentibus, ſcilicet graui neceſsitate pœnitentis, & quod abſoluatur ſolum ſub conditione, & cum onere iterum confitendi habenti certam iuriſdictionem. Aliàs enim iniuria fiet tum Sacramento, tum pœnitenti. Suarez dicta *ſect.* 6. *num.* 2. Naldus *in ſumm. verbo confeſſio.* Cornexo *to.* 1. *in* 1. 2. *Tract.* 8. *diſp.* 4. *dub.* 2. Similiter tertiò eſt inualida confeſſio ex parte miniſtri, ſi ille etiam ſi Sacerdos ſit, & alias habeat iuriſdictionem, habet tamen illam impeditam, per ſuſpenſionem ab officio Confeſſarij, vel excom-

excommunicationem denunciatam, aut contractam ob Clerici notoriam percuſſionem. Nauarrus *ſupra num.* 8. Laymanus *ſupra cap.* 9. *num.* 4. Quod tamen qualiter accipiendum, & de caſibus in quibus Confeſſio facta cũ taliter impedito ſit valida dicam verbo *Excommunicatio*, & 4. *to.* verbo *ſuſpenſio*. Interim videatur Cornexo *to.* 2. *in* 3. *par. Tract.* 5 *de Excommunicat. diſp.* 10. Quartò ſimiliter Cõfeſſio eſt inualida ex parte miniſtri, ſi ille non habeat intentionem actualem, vel virtualem abſoluendi. Hæc enim omnino neceſſaria eſt ad validitatem Sacramenti. Concil. Florent. *in decreto Eugenij.* & Tridentinũ *ſeſſ.* 7. *can.* 11. *de Sacramentis in genere.* S. Thom 3. *par. q.* 64. *art.* 10. & alij Theologi. Addunt aliqui, Confeſſionem etiam eſſe inualidam ex parte miniſtri, ſi ille ob ſurditatem, animiuè diſtractionem, omnia peccata mortalia non intellexit. Sed hoc negant alij quando pœnitens bona fide ſua peccata confeſſus eſt, & culpa ſolum fuit ex parte confeſſarij. De quo Laymanus *dicto cap.* 9. *num.* 5.

4 Ex parte verò ipſius Confeſſionis eſt inualida, primò, ſi debito dolore careat, vel quia nullum, vel ſolum ex motiuo naturali, aut non ad omnia mortalia ſe extendentem. Eſt enim de eſſentia Confeſſionis quod ſit dolorosa, alias ſolum eſſet quædam hiſtorica narratio. Toletus *in ſumma lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 5. Rurſus debet eſſe dolorosa dolore proportionato Sacramento, & effectui ipſius, quæ ſunt ſupernaturalia. Suarez *ſupra diſp.* 20. *ſect.* 4. Secundò, ſi ſine debito præcedenti examine, tunc enim peccaminosa eſt talis Confeſſio, ſaltem ob periculum obliuionis alicuius peccati mortalis. Nauarrus *ſupra num.* 16. Toletus *ſupra* §. *quartus caſus.* Tertiò, ſi ſit ſine verò propoſito non peccandi de cætero. Hoc enim etiam etiam neceſſariò includitur in Sacramento pœnitentiæ. Toletus *ſupra*. Naldus *in ſumm. verbo Confeſſio n.* 1. Quartò, ſi in actuali Confeſsione peccet pœnitens mortaliter, vel mentiendo circa ea quæ ſpectant neceſſario ad Confeſsionem, vel non aperiendo excommunicationem qua eſt ligatus; vel alio ſimili modo. Bonacina *de Sacram. pœnit. diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 3. *num.* 1. Laymanus *ſupra dict. cap.* 9. *num.* 1. Quintò, ſi quis confiteatur ſine animo ſatisfaciendi, aut non faciendi id quod Confeſſarius iudicauerit neceſſario faciendum. Toletus *ſupra num.* 6.

5 Ex parte etiam materiæ eſt inualida Confeſsio non ſolum, vt dictum eſt, ob defectum doloris, propoſiti, aut voluntatis ſatisfaciendi quæ pertinent ad materiam proximam Sacramenti Pœnitentiæ, ſed etiam ob defectum materiæ remotæ, videlicet, ſi quis non confiteatur vera peccata, ſed opera bona, aut in indiuiduo indifferentia (ſi fortè dantur) vel confiteatur peccata commiſſa ante Baptiſmum. Materia enim remota huius Sacramenti ſunt ſolum vera peccata, & poſt Ba-

ptismum commissa. S. Tho. 3. *par. quæst.* 84. *art.* 2. & communiter Theologi.

6 Ex parte quoque formæ inualida erit Confessio, si defectus, vel variatio formalis, seu substãtialis fuerit in illis duabus vocibus *Absoluo te*, ea enim sunt de essentia formæ, ita vt illas formaliter, seu substantialiter immutare omnino sit contra substantiam Sacramenti, illudque annullet, & irritet, pro vt communiter astruunt Theologi cum S. Thoma 3. *par. qtæst.* 84. *art.* 3.

7 Circa secundum de casibus in quibus dimidiari potest Confessio. Notandum, quod licet Confessionis integritas sit de iure Diuino, pro vt communiter Theologi supponunt. De quo Alensis 4 *par. q.* 77. *mem.* 5. *art.* 2. & 6. Adrianus *in* 4. *de Confess. quæst.* 4. 5. *Quoad peccata*. Nihilominus sunt plures casus in quibus dimidiari potest, seu quod idem est, non esse integra materialiter, sed solum formaliter, quatenus scilicet per eam manifestantur ea peccata quæ moraliter manifestari possunt, ita tamen vt sublato postea impedimento, manifestentur ea etiam quæ occultata sunt, pro vt Doctores loquuntur. Primus est, quando infirmus est proximus morti, & non potest omnia peccata confiteri. De quo infra erit sermo. Candidus *to.* 2. *Disquisit. Moral. Disquisit.* 24. *art.* 24. Secundus quando pœnitens est mutus, vel surdus, aut ita lingua impeditus vt omnia peccata manifestare non possit. Toletus *in summa lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 2. Bonacina *supra punct.* 2. 5. 4. *num.* 6. Idem dicunt aliqui de homine loquente ignoto idiomate, quod à Confessario non rectè intelligitur. De quo Lopez. 1. *par. instruct. cap.* 27. Henriquez. *lib.* 5. *summ. cap* 12. *num.* 3. Sed hoc intelligo in casu quo non esset alius Sacerdos, qui prædictum idioma percipere posset. Bonacina *supra*. Tertius, quando naturali obliuione, seu negligentia inculpabili obliuiscitur pœnitens alicuius peccati mortalis. Coninchus *de pœnit. disp.* 7. *dub.* 9. Laymanus *sup. c.* 8. *n.* 5. Illud tamen nota, teneri pœnitentem hoc peccatum mortale quod in Confessione oblitus est, quando memoriæ occurrerit confiteri in alia Confessione eidem, vel alteri Confessario. Toletus *sup. c.* 8. *n.* 1. Non tamen tenetur si post Pascha illud in mentem veniat, statim confiteri, sed potest in alium annum reseruare. Siluester *in summa verbo confessio* 1. *num.* 3. *in fine*. Toletus *supra*. Quartus, quando adest moralis necessitas ita faciendi, ne scilicet plures sine Confessione moriantur; prout contingere solet tempore naufragij imminentis; aut prælij periculosi, tunc enim potest Confessarius pœnitentes absoluere etiam si non omnia ipsorum peccata mortalia audiat, imo potest, audito à singulis vno peccato, omnes simul absoluere dicendo *Absoluo vos*. Siluester *supra num.* 23. Henriquez *supra*. Lugo *de Sacram. Pœnit. disp.* 17.

disp. 17. *sect.* 1. *num.* 19. Idem dicito de tempore pestis quando si Confessarius attenderet ad Confessionem integram vnius, plures morerentur sine Confessione. Laymannus. *supra cap.* 8. *num.* 10. Quintus casus generalis, & sub se plures comprehendens est, quando necessitas vrget confitendi cum aliquo Confessario cui sine graui periculo animæ, corporis, famæ, aut fortunarum proprio vel alieno peccatum aliquod, vel circunstantia ipsius, manifestari non potest. Tunc enim lex positiua integritatis Confessionis cedit iuri naturali euitandi graue illud damnum, atque ideo potest celari Confessario illud peccatum, aut circunstantia. Ita communiter Doctores, specialiter Sotus *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 2. *art.* 5. Nauarrus. *in Man. cap.* 7. Suarez 4. *to. in* 3. *par. disp.* 21. *sect.* 2. Candidus *supra.* Nota tamen quod si quis habuit rem cum matre, filia, vel sorore, si, vt plerumque contingere solet, non sequatur complici aliud damnum nisi aliqua ipsius infamia occulta, apud prudentem Confessarium rectè poterit secundum aliquos manifestari tale peccatum, aut circunstantia. Toletus *supra num.* 4. Laymanus *supra num.* 12. qui referunt alios. Licet mihi satis arrideat contraria sententia, quam præter alios tenet Nauarrus dicto *cap.* 7. *num.* 3. Sextus casus, quem plures adijciunt, est quando pœnitens habet casus reseruatos. Sed de hoc quid sentiendum sit dixi supra verbo *casus reseruati*.

8 Circa tertium de casibus periculi, seu articuli mortis, quomodo scilicet tunc confessio fieri possit, constat ex dictis, tunc dimidiari posse, seu non fieri integrè, quando aliter fieri moraliter non potest, vel quia pœnitens non potest omnia peccata mortalia confiteri, vel quia est periculum quod moriatur antequam finiatur Confessio, vel quia in phrenesim incidit inter confitendum. Sotus *supra* §. *difficultates*, Toletus. *supra num.* 2. Lugo *dicta sect.* 1. *num.* 1. Idem dicunt aliqui quando infirmus laborat morbo contagioso, peste scilicet, & Confessarius non potest ipsum etiam à longe audire sine periculo vitæ. Bonacina *supra punct.* 2. §. 4. *num.* 13. ex Vasquez, & Conincho. Idem etiam dicit idem Bonacina *num.* 19. ex Henriquez quando infirmus nimis fatigatur in explicatione peccatorum. Supponunt autem Doctores communiter in his, & similibus casibus pœnitentem teneri cõfiteri integrè si superuixerit, vel liberatus fuerit ab eo impedimento.

9 Casu etiam quo proximus morti loqui non possit, si nutibus tantum confessionem petat, absoluendus est a Confessario. Ratio est, quia talis confitetur eo modo quo potest, ergo credendum est Sacramẽtum Pœnitentiæ ita institutum fuisse à Christo, vt illi debeat absolutio concedi. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 7. Coninchus *de Sacrament. disp.* 7. *dub.* 10. *num.* 97. Thomas à Iesu *in Tribunali conscientiæ*

ptismum commissa. S. Tho. 3. *par. quæst.* 84. *art.* 2. & communiter Theologi.

6 Ex parte quoque formæ inualida erit Confessio, si defectus, vel variatio formalis, seu substãtialis fuerit in illis duabus vocibus *Absoluo te*, ea enim sunt de essentia formæ, ita vt illas formaliter, seu substantialiter immutare omnino sit contra substantiam Sacramenti, illudque annullet, & irritet, pro vt communiter astruunt Theologi cum S. Thoma 3. *par. quæst.* 84. *art.* 3.

7 Circa secundum de casibus in quibus dimidiari potest Confessio. Notandum, quod licet Confessionis integritas sit de iure Diuino, pro vt communiter Theologi supponunt. De quo Alensis 4. *par. q.* 77. *mem.* 5. *art.* 2. & 6. Adrianus *in* 4. *de Confess. quæst.* 4. §. *Quoad peccata*. Nihilominus sunt plures casus in quibus dimidiari potest, seu quod idem est, non esse integra materialiter, sed solum formaliter, quatenus scilicet per eam manifestantur ea peccata quæ moraliter manifestari possunt, ita tamen vt sublato postea impedimento, manifestentur ea etiam quæ occultata sunt, pro vt Doctores loquuntur. Primus est, quando infirmus est proximus morti, & non potest omnia peccata confiteri. De quo infra erit sermo. Candidus *to.* 2. *Disquisit. Moral. Disquisit.* 24. *art.* 24. Secundus quando pœnitens est mutus, vel surdus, aut ita lingua impeditus vt omnia peccata manifestare non possit. Toletus *in summa lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 2. Bonacina *supra punct.* 2 §. 4. *num.* 6. Idem dicunt aliqui de homine loquente ignoto idiomate, quod à Confessario non rectè intelligitur. De quo Lopez. 1. *par. instruct. cap.* 27. Henriquez. *lib.* 5. *summ. cap* 12. *num.* 3. Sed hoc intelligo in casu quo non esset alius Sacerdos, qui prædictum idioma percipere posset. Bonacina *supra*. Tertius, quando naturali obliuione, seu negligentia inculpabili obliuiscitur pœnitens alicuius peccati mortalis. Coninchus *de pœnit. disp.* 7. *dub.* 9. Laymanus *sup. c.* 8. *n.* 5. Illud tamen nota, teneri pœnitentem hoc peccatum mortale quod in Confessione oblitus est, quando memoriæ occurrerit confiteri in alia Confessione eidem, vel alteri Confessario. Toletus *sup. c.* 8. *n.* 1. Non tamen tenetur si post Pascha illud in mentem veniat, statim confiteri, sed potest in alium annum reseruare. Siluester *in summa verbo confessio* 1. *num.* 3. *in fine*. Toletus *supra*. Quartus, quando adest moralis necessitas ita faciendi, ne scilicet plures sine Confessione moriantur; prout contingere solet tempore naufragij imminentis; aut prælij periculosi, tunc enim potest Confessarius pœnitentes absoluere etiam si non omnia ipsorum peccata mortalia audiat, imo potest, audito à singulis vno peccato, omnes simul absoluere dicendo *Absoluo vos*. Siluester *supra num.* 23. Henriquez *supra*. Lugo *de Sacram. Pœnit. disp.* 17.

disp. 17. *sect.* 1. *num.* 19. Idem dicito de tempore pestis quando si Confessarius attenderet ad Confessionem integram vnius, plures moreretur sine Confessione. Laymannus. *supra cap.* 8. *num.* 10. Quintus casus generalis, & sub se plures comprehendens est, quando necessitas vrget confitendi cum aliquo Confessario cui sine graui periculo animæ, corporis, famæ, aut fortunarum proprio vel alieno peccatum aliquod, vel circunstantia ipsius, manifestari non potest. Tunc enim lex positiua integritatis Confessionis cedit iuri naturali euitandi graue illud damnum, atque ideo potest celari Confessario illud peccatum, aut circunstantia. Ita communiter Doctores, specialiter Sotus *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 2. *art.* 5. Nauarrus. *in Man. cap.* 7. Suarez 4. *to. in* 3. *par. disp.* 21. *sect.* 2. Candidus *supra.* Nota tamen quod si quis habuit rem cum matre, filia, vel sorore, si, vt plerumque contingere solet, non sequatur complici aliud damnum nisi aliqua ipsius infamia occulta, apud prudentem Confessarium rectè poterit secundum aliquos manifestari tale peccatum, aut circunstantia. Toletus *supra num.* 4. Laymanus *supra num.* 12. qui referunt alios. Licet mihi satis arrideat contraria sententia, quam præter alios tenet Nauarrus dicto *cap.* 7. *num.* 3. Sextus casus, quem plures adijciunt, est quando pœnitens habet casus reseruatos. Sed de hoc quid sentiendum sit dixi supra verbo *casus reseruati*.

8 Circa tertium de casibus periculi, seu articuli mortis, quomodo scilicet tunc confessio fieri possit, constat ex dictis, tunc dimidiari posse, seu non fieri integrè, quando aliter fieri moraliter non potest, vel quia pœnitens non potest omnia peccata mortalia confiteri, vel quia est periculum quod moriatur antequam finiatur Confessio, vel quia in phrenesim incidit inter confitendum. Sotus *supra* §. *difficultates*, Toletus. *supra num.* 2. Lugo *dicta sect.* 1. *num.* 1. Idem dicunt aliqui quando infirmus laborat morbo contagioso, peste scilicet, & Confessarius non potest ipsum etiam à longe audire sine periculo vitæ. Bonacina *supra punct.* 2. §. 4. *num.* 13. ex Vasquez, & Conincho. Idem etiam dicit idem Bonacina *num.* 19. ex Henriquez quando infirmus nimis fatigatur in explicatione peccatorum. Supponunt autem Doctores communiter in his, & similibus casibus pœnitentem teneri cõfiteri integrè si superuixerit, vel liberatus fuerit ab eo impedimento.

9 Casu etiam quo proximus morti loqui non possit, si nutibus tantum confessionem petat, absoluendus est a Confessario. Ratio est, quia talis confitetur eo modo quo potest, ergo credendum est Sacramẽtum Pœnitentiæ ita institutum fuisse à Christo, vt illi debeat absolutio concedi. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 10. *num.* 7. Coninchus *de Sacrament. disp.* 7. *dub.* 10. *num.* 97. Thomas à Iesu *in Tribunali conscientiæ*

cap. 11. §. 10. Lugo *ſup. ſect.* 2. *num.* 16. Idem dico de illo qui Sacramentum pœnitentiæ petijt, ſed poſtea, Confeſſario adueniente, loqui non poteſt, exprimit tamen ſigna contritionis, propter eamdem rationem, & dicenda infra. Bonacina *dicto* §. 4. *num.* 7. Vincentius Candidus *in Diſquiſit. Moral. Diſquiſit.* 3. *ar.* 15. ex pluribus auctoritatibus quos refert Nota tamen, id debere intelligi quando prædicta ſigna adhibita ſunt in ordine ad claues, petendo videlicet abſolutionem, quia tunc ſolum ſunt virtualis confeſſio: abſolutio enim ſolum ſupra Confeſſionem cadere poteſt. Suarez 4. *to. in* 3 *par. diſp.* 23. *ſect.* 1. *num.* 13. Quia tamen regulariter loquendo ſigna pœnitentiæ quæ à moribundis fidelibus exhiberi ſolent ſunt in ordine ad abſolutionem, ideo talis abſoluendus eſt ſub conditione. Diana 3. *par. Tract.* 3. *reſolut.* 2. ex Zambrano, Chapeauilla, & Laymano. Quod idem dico quando dubitatur an prædicta ſigna orta ſint ex contritione, an verò ex anguſtia mortis. Sancius *In ſelect. diſp.* 44. *num.* 34. *in fine.* Diana *ſupra reſol.* 3. Lugo *ſupra num.* 29. 30. & 31.

10 Similiter, quando infirmus proximus morti aduenie nte Confeſſario, nec verbis, nec nutibus confeſſionem petit, nec aliqua ſigna contritionis exprimit, ſi tamen ex relatione aliquorum præſentium conſtet id ante Confeſſoris aduentum feciſſe, abſoluendus eſt ſub conditione. Ita enim ſatis probabiliter colligitur ex Concilio Arauſic. 1. *cap.* 12. & ex Concil. Carthaginenſi 4. *cap.* 76. & ex Concil. Carthagin. 3. quæ referuntur 26. *quæſt.* 6. *can. qui recedunt, & ca. is qui in infirmitate, & ca. ægrotantes. de conſecrat. d.* 4. & Leone Papa *Epiſt* 91. *ad Theodorum*. Idemque fertur declaraſſe Clementem 8. & habetur ex Rituali Romano Pauli 5. Eſtque ſatis conforme intentioni Chriſti volentis neminem perire. Et pro tali caſu videtur ſufficiens talis Confeſſio, vt ſupra eam abſolutio ſub conditione tribuatur; ſiquidem nulla iniuria fit Sacramento ſic faciendo, cum adſit iuſta cauſa, & melius ſit infirmum cum dubio Sacramento decedere, quam ſine vllo, cum magno periculo ſuæ damnationis. Et ita maximè his temporibus in hanc ſententiam inclinant innumeri Theologi, ſpecialiter Coninch. *de Sacramentis diſp.* 7. *dub.* 10. Naldus *in ſumma verbo Infirmus num.* 8. Thomas de Ieſu *in Tribun. conſcientiæ cap.* 11. §. 10. Lugo *ſupra ſect.* 4. Addo, non ſolum poſſe, ſed etiam teneri Confeſſarium abſoluere moribundum ea occaſione, conditionaliter, vt dixi. Charitatis namque lex obligat adiuuare proximum in extremo neceſſitatis Spiritualis periculo conſtitutum, meliori modo quo fieri poſſit. Suarez *dicta ſect* 1. *n.* 15. Bonacina *dicto* §. 4. *n.* 8. Lugo *ſupra ſect.* 5. §. 3. Creditur etiam ſufficere, quod vnus teſtis teſtetur dictam voluntatem moribundi (etſi in prædictis Concilijs plures requiri videantur.) Naldus *ſupra.*

supra. Lugo *supra sect.* 5. §. 1. *num.* 82. Sancius *in Select. disp.* 44. *num.* 35. & alij apud Dianam *supra Resol.* 5. Dixi solum sub conditione absoluendum esse, quia absoluta absolutio impendi ipsi non debet, vt probat Candidus *supra*, maxime propter decretum Clementis 8. contra confessionem factam absenti per internuncium.

11 Maius dubium est in casu quo nec moribundus Confessionem postulauit, nec signa contritionis dedit, nec est aliquis qui id testetur, an scilicet tunc absolui possit, aut debeat modo dicto, scilicet sub conditione. Affirmant Molfettius, *in summa to.* 1. *tract.* 7. *cap.* 5. *num.* 48. & 48. Homobonus *in exam. Eccl. par.* 1. *tract.* 7. *cap.* 18. *quæst.* 84. & alij, eo quod dicant Clementem 8. ita fecisse cum quodam, quem ex fabrica S. Petri præcipitem ruere videbat, & quia credunt, quod eo ipso quod homo est bonus fidelis, in tali casu vellet confiteri sua peccata. Sed negant communiter Doctores, tum quia Concilia relata solum loquuntur, quãdo moribundus petiuit confessionem, tũ quia absolutio non potest dari sine actuali Cõfessione, quę in hoc casu nõ extat. Vasquez *in* 3. *par. to.* 4. *q.* 91. *ar.* 2. *dub.* 1. Diana *supra resol.* 8. Lugo *supra sect.* 3. Ego verò licet hanc secundam sententiam probabiliorem credã, primam tamen nõ reputo omnino improbabilem, eò vel maximè quod existimem omnes fideles in eo periculo constitutos, si vel per modicum tempus sui compotes existant, non solum actu interno Confessionem desiderare, sed, & externo actu id desiderium semper manifestare, quod videtur virtualis quædam Confessio, pro absolutione conditionatè concedenda. Sed alij iudices sunto.

12 Conditio, autem quam Confessarius casibus assignatis adhibere, debet, siue ea sit mente concepta solum, siue expressa, est ista. *Si possum*, vel, *si adest vera Confessio*, aut similis, *absoluo te*. Prout Doctores communiter loquuntur. Vel *si es capax*, prout fecisse Clementem 8. in casu relato refert Homobonus *supra*.

13 Confessarius porro qui potest moribundum in dicto periculo constitutum absoluere modo assignato, est etiam simplex Sacerdos, iuxta dicta *supra num.* 3. & colligitur ex Trid. *sess.* 14. *cap.* 7. & alijs iuribus. Quod est etiam probabile, adhuc in casu quo præsens adesset alius Confessarius, etiam proprius, quia in dicto articulo tam ille, quam iste habent iurisdictionem. Petrus Ledesma *in summ. to.* 1. *Tract. de pœnit. Sacramento cap.* 14. *diff.* 2. Comitolus *in respons. moralibus lib.* 1. *quæst.* 22. *num.* 2. Licet plures alij oppositum etiam probabiliter tueantur. Illud tamen est probabilius, quod si simplex Sacerdos cepit audire talem Confessionem, non tenetur ab illa desistere, etiam aduenient legitimo Confessore, aut Prælato, tum propter dicta, tum quia iura fauent rei inceptæ. Iacobus Granadus *de Sacra-*

ment. in 3. par. controu. 7. tract. 10. disp. 4. sect. 2. num. 12. Ludouicus à Cruce *in expos. Bullæ Cruciatæ disp. 1. cap. 3. dub* 15. *num.* 10. Potest etiam in prædicto casu articuli mortis absoluere moribundum quicunque Excommunicatus, etiam si talis sit nominatim Excommunicatus, vel publicus Clerici percussor. Ratio est, quia Concilium eo loco dicit: *In Ecclesia Dei custoditum semper fuit, vt nulla sit reseruatio in articulo mortis, atque ideo omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes, à quibus vis peccatis, & Censuris absoluere possunt.* Ergo comprehendit etiam nominatim Excommunicatos, & publicos Clerici percussores. Cornexo *to. 2. in 3. par. Tract. 5. de Excommunicat. disp.* 10 *dub.* 3. post Suarez, Sayrum, & alios. Idem dico etiam si sit Hæreticus, propter eamdem rationem. Cornexo *ibid.* & alij relati. Idem dico de Schismatico. propter idem fundamentum, Diana post plures alios *to.* 4. *tract.* 4. *resol.* 235. *&* *to.* 5. *tract.* 3. *resol.* 57. Potest autē in tali casu licitè pœnitens postulare à prędictis pręcisis absolutionem, imo tenetur id facere, quia obligatur ad Confessionem eo tempore ex præcepto diuino. Diana *dicta resol.* 235. ex Guilielmo Mercero. Etiam si credat illos indigne administraturos Sacramentum, quia hoc non imputatur ipsi pœnitenti, cum absolutè possint si velint dignè administrare illud, si disponantur per contritionem. Cornexo *supra*, Hurtadus *de Sacram. pœnit. disp.* 10. *diff.* 8. Secus tamen si timeret scandalum aliorum, qui existimarent eum profiteri errorem illius Hæretici, aut Schismatici, cum quo vult confiteri, aut periculum propriæ infectionis. Cornexo, & Hurtadus *ibid.*

14 Nota, ea quæ dixi de absolutione constituti in articulo mortis, etiam intelligenda esse de eo, qui est in periculo mortis, quia quoad præsens pro eodem vsurpantur articulus, & periculum mortis, vt tenet Diana *dicta par.* 5. *Tract.* 3. *Resol.* 59. ex pluribus alijs, quos refert. Quod intellige, iuxta dicta supra verbo *Bulla Cœnæ num.* 53. quando est moralis necessitas adeundi tale periculum, prout contingit in aggressione belli periculosi, seu longæ nauigationis, non tamen quando agressio talis periculi est omnino voluntaria. Sanchez *in Decalog. to.* 1. *lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 3. Ludouicus à Cruce, *supra dub.* 28. *num.* 4.

15 Nota etiam, tam obligatorium esse audire Confessionem moribundi, vt propter eam audiendam possit relinqui Missa inchoata, casu quo aliquis in tali periculo constitutus esset, nec adesset alius Sacerdos, qui ipsum audiret nisi Missam celebrans, nec posset expectari, vsque ad finem Missæ, vt habet Zambranus *de Sacram. pœnit. cap.* 4. *dub.* 6. *num.* 5. quem refert, & sequi videtur Diana 5. *par. Tract.* 3. *Resol.* 70.

16 Pro

16 Pro cautione petenda ab iſto moribundo caſu quo non moriatur, propter abſolutionem à cenſuris, vide dicta ſupra verbo *Abſolutio num.* 9. & 10. verbo *Bulla Cœnæ num.* 53. verbo *Bulla Cruciatæ num.* 32. Vide etiam pro hac materia dicta verbo *Abſolutio*, verbo *Caſus reſeruatus*, verbo *Confeſſarius*.

CONFRATERNITAS, CONFRATRES.

1 DE hac materia ſufficienter dixi *to.* 2. *cap.* 15. per totum, ita vt vix aliquid addendum ſuperſit. Lege tamen, quæ Reuerendiſſimus noſter Generalis Theodorus Stratius in perdocto opuſculo, cui titulus eſt *Inſtructio pro Fratribus Carmelitis* nuperrimè ſcripſit circa Indulgentias Confratrum Scapularis Ordinis noſtri, quæ, & Confratribus aliorum Ordinum deſeruire poſſunt.

SACRA CONGREGATIO.

SVMMARIVM.

Eminentiſſimorum Cardinalium dignitas. num. 1.
Eorum Sacræ Congregationes. ibidem.
De Sacra Congregatione Rituum. num. 2.
Ipſa inconſulta Ritus ſuos immutare non poſſunt Regulares. num. 3.
De Litanijs ab ipſa approbatis. num. 4.
Quibus declarationibus ipſius fides adhibenda. num. 5.
De Sacra Congregatione Concilij. num. 6.
De ipſius declarationibus, earumque auctoritate. num. 7.
Quid quando fiunt non conſulto Papa. num. 8.
Quid ſi appareant contrariæ. num. 9.
Quæ habentur vt authenticæ. num. 10.
Quid de non ſufficienter publicatis aut promulgatis. num. 11.
Sententia Rodriguez circa hoc. num. 12.
Pro quibus caſibus deſeruiant. num. 13.
Semper veneranda. num. 14.
De Sacra Congregatione Regularium. num. 15.

1 SVNT Eminentiſſimi Domini Cardinales veluti membra, & pars Papatus, cum Summo Pontifice vnum corpus myſticum conſtituentes, & veluti coniudices cum ipſo ad ardua Eccleſiæ negotia pertractanda, iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 9. & ſup ra

verbo

verbo *Cardinalis*. Id circo Sixtus 5. in Bulla *Immensa eterni* anno Incarnationis Domini 1587. vndecimo Calendas Februarij, qui propterea correspondet anno Christi 1588. edita, in to. 2. Bullar. Laertij inter Constitutiones huius Pontificis *num.* 74. quindecim Congregationes ipsorum DD. Cardinalium instituit pro totius Ecclesiæ negotijs facilius expediendis. Quia tamen solum trium earum, scilicet Congregationis Rituum, Congregationis Concilij, & Congregationis Regulariũ notitia ad ipsos Regulares propriùs spectat, ideo, alijs prætermissis, de illis solum aliqua in medium proferam, certa quidem pro certis, dubia verò, & opinabilia pro talibus dumtaxat statuendo, sub earum SS. Congregationum censura, quarum iudicio quidquid dixero, submitto.

2 Et primò, loquendo de Sacra Congregatione Rituum. Ad huius Congregationis Cardinales, pro vt Sixtus in ea Bulla instituit, & declarat, hæc spectant. *Vt veteres Ritus Sacri, vbiuis locorum, in omnibus Vrbis, Orbisque Ecclesijs, etiam in Capella nostra Pontificia in Missis, diuinis officijs, Sacramentorum administratione, cæterisque ad diuinum cultum pertinentibus à quibusuis personis diligenter obseruentur, ceremoniæ si exoleuerint, restituantur, si deprauatæ fuerint, reformentur: libros de Sacris Ritibus, in primis Pontificale, Rituale, Ceremoniale, pro vt opus fuerit, reforment, & emendent. Officia diuina de Sãctis Patronis examinent, & Nobis prius consultis concedant. Diligentem quoque curam adhibeant circa Sanctorum Canonizationem, festorumque dierum solemnitatem, vt omnia ritè, & rectè, & ex Patrum traditione fiant &c.*

4 Ex quo fit, Regulares non posse inconsulta hac Sacra Congregatione communes veteres Ritus suarum Ecclesiarum immutare, nouos instituere, Sanctis officia concedere, aut aliquid ad ipsorum solemnitatem spectans de nouo efficere. Pro quo vide dicta *to.* 1. *cap.* 12. *num.* 33. *& sequentibus, & cap.* 21. *num.* 18. *& sequentibus.*

4 Non solet hæc Sacra Congregatio approbare aliquas Litanias præter ordinarias impressas in Breuiario, & eas quæ de B. Maria recitantur in Ecclesia Lauretana. Similiter, non solet passim concedere in Officijs ab ipsa approbandis aliud præter lectiones secundi nocturni. Ita enim habetur ex declarationibus eiusdem Congregationis apud Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Congregatio pro Sanctis Ritibus* 2.

5 Quia tamen quam plures declarationes, decreta, seu decisiones sub huius Sacræ Congregationis nomine absque illius auctoritate, impressæ circumferuntur, & allegantur, multæque ex ipsis alteratæ creduntur, & aliquæ forsan confictę, ideo eadem Sacra Congregatio iussu SS.D.N.

SS. D. N. Vrbani 8. die 11. Augusti 1632. præcepit: *Huiusmodi declarationibus, decretis, seu decisionibus, tam impressis, quam imprimendis, ac etiam manuscriptis, nullam fidem in iudicio, vel extra esse adhibendam, sed tantum illis, quæ in authentica forma, solito sigillo, & subscriptione Eminentissimi Cardinalis Præfecti, ac Secretarij eiusdem Congregationis pro tempore existentium munitæ fuerint.* Refert hoc decretum Barbosa *supra*. Ex eo autem infertur, alijs declarationibus, decretis, seu decisionibus huius Congregationi, quæ prædicto modo munitæ non fuerint, non esse fidem adhibendam, intellige certam, & indubitatam, adminus enim probabilem fidem merentur, si à viro fide digno referantur.

6 Loquendo de Sacra Congregatione Concilij, Sixtus 5. in relata Bulla circa facultates ipsius, hæc habet. *Eorum quidem decretorum quæ ad fidei dogmata pertinent interpretationem Nobis ipsis reseruamus, Cardinalibus verò Præfectis interpretationi, & executioni Concilij Tridentini, si quando in his, quæ ad morum reformationem, disciplina, ac moderationem, & Ecclesiasticis iudicijs, aliisque huiusmodi statuta sunt, dubietas, aut difficultas emerserit, interpretandi facultatem, Nobis tamen consultis, impartimur.* Circa quæ grauissima inter Doctores controuersia est, an declarationes, decreta, seu decisiones huius Sacræ Congregationis sint solum doctrinales, ideſt solum habeant eam auctoritatem, quam habent sententiæ Doctorum Sapientum, an verò sint etiam decisiuæ, & authoritatiuæ, ita vt habeant vim legis obligantis in vtroq; foro. Quidam enim parum liberales in dictam Sacram Congregationem priorem partem sequuntur, alij benigniores posteriorem; alij verò rei decisionem à Sanctiss. expectandam dicunt, alij denique varijs distinctionibus vtuntur, ego autem, vt dixi, quid probabilius mihi videatur, explicabo.

7 Et quidem loquendo de prædictis declarationibus, decretis &c. factis ab ea Sacra Congregatione iussu Sanctissimi, vel ipso consulto, indubitata res est habere vim Legis, & esse decisiuas, & authoritatiuas. Ratio est, quia factæ sunt auctoritate Papæ, ergo habent eamdem auctoritatem, quam haberent, si à Papa immediatè factæ fuissent, cum in moralibus idem sit facere per alium, ac facere per se. Salas *de Legibus. Tract. 14 disp. 21. sect. 12.* Peirinis *to. 1. de Subdito quæst. 1. de obedientia cap. 25.* & alij communiter.

8 Quando verò, non fiunt ab eadem Sacra Congregatione, consulto Papa, aut ex mandato ipsius, pro vt sæpe contingit, magna lis inter Doctores. Quam plures enim affirmant habere vim Legis, & esse decisiuas, & difinitiuas, nec solum doctrinales, quam plures etiam id negant, vtriusq; autem partis fautores referunt Diana *par. 1. Tract. 10. Resol. 29.*

Resol.29 & par. 5. Tract. 2: Resol. 96. & Barbosa *de iure Ecclesiastico lib.1. cap.4.num.81.* Ego tamen affirmatiuam partem probabiliſſimam cenſeo, & ipſi adhærendum credo, cum limitatione tamen, quam ex ipſamet Sacra Congregatione inferius adducam. Ratio eſt primo, quia ipſamet Sacra Congregatio id declarauit, vt patet ex declaratione, quam referunt Garzia *de benefic. in præfat.* Zerola *in prax. Epiſcoporum par.1.* Salas *de Legibus diſp.21. ſect* 12. Barboſa *in collectan. Bullar. verbo Congregatio pro interpretat. Concil. Trident.3.* Secundo, quia Sacra Rota huiuſmod deciſiones veneratur, ad inſtar communis Legis allegat, nec eas in dubium reuocare ſolet, vt patet in vna Auerſana Beneficiorum 3. Iulij 1606. Panormitana Archipresbiteratus 5. Iulij 16.0. Nicienſi Parrochialis 20 Maij 1624 Tiburtina Parrochialis 27. Iunij 1626. & alijs apud Barboſam relatum, & Bonacinam *de Legib. diſp.1. quæſt.1.punct.8.num* 4. Tertiò quia licet indicta Bulla Sixti 5. non videatur concedi prædictæ Congregationi aliquid niſi ſolum facultatem interpretandi dubia circa ſtatuta in Concilio, & id conſulto Papa, quia tamen, paſſim, & quotidie à multis annis ipſa Congregatio, ſciente, conſentiente, & Romæ præſente Summo Pontifice, nouas edit declarationes, deciſiones, & decreta, cum ſolum in grauioribus dubijs ipſum conſulat, procul dubio credendum eſt, ex tacita, vel expreſſa eiuſdem Summi Pontificis conceſſione id fieri, ac per conſequens omnes prædictas declarationes &c. vim legis Pontificiæ habere. Rodriguez, *to. 1. quæſt. Regular. quæſt.11. art.1.& 2.* Garzia *de Beneficijs vt ſupra.* Qui recte ad intentum expendit, quod ex vſu Curiæ ſuper huiuſmodi declarationibus exequendis Papa Breue concedit, & Auditor Cameræ Monitorium, & quòd à Rota recipiuntur abſque vlla controuerſia.

9 Nec obſtat ſi dicatur, aliquas ex iſtis declarationibus eſſe inter ſe contrarias, ac per conſequens fidem non mereri. Dicendum enim, inter eas quæ iuſſu Papæ eduntur forſan non ita erit, ſed ſiue inter eas, ſiue inter alias, talis contrarietas reperiatur, dicendum, quod etiam in legibus Pontificijs idem contingit, & tamen, non propterea earum auctoritas euacuatur. Quemadmodum ergo lex Pontificia poſterior, ſi eſt contraria priori eam derogare cenſetur, ſic declaratio poſterior Sacræ Congregationis, ſi eſt contraria priori, illam derogabit. Sic fermè Bonacina *ſupra* ex Suarez, & Salas quos refer. Quibus adde Merollam *in diſput. Theolog. to. 2. diſp.4. dub.12. num.175.*

10 Limitatur tamen id quod dixi, de huiuſmodi declarationibus, deciſionibus &c. ſcilicet eſſe auctoritatiuas, & habere vim legis, de illis ſolũ loquendo, quæ *In authentica forma, ſolito ſigillo, & ſubſcriptione Eminentiſſimi Cardinalis Præfecti; ac Secretarij eiuſdem Congre-*

Congregationis pro tempore existentium munita fuerint. Ita enim declaratum est ab eademmet Sacra Cõgregatione die 2. Augusti 1631. in decreto authentico per Eminentiss. Cardinalẽ Vbaldinum, & Fraciscum Paulutium Sacræ Congregationis Secretarium subscripto, & in Typographia Camerali impresso. Cuius etiam meminit Barbosa *loco relato ex Collectan. Bullar.* Vbi etiam ex speciali SS. D. N. Vrbani 8. præcepto, alijs omnibus *Declarationibus tam impressis, & imprimendis, quam manuscriptis nullam fidem esse in Iudicio, vel extra à quoquam adhibendam*, decernitur.

11 Limitatur etiam, vt solum id teneat verum in declarationibus, decisionibus &c. sufficienter publicatis, & promulgatis, cum enim ad hoc quod lex obliget necessariò requiratur illius promulgatio, vt colligitur ex *cap. 1. de postulat. Pralat. §. verum*, & ex S. Thoma 1. 2. *quæst.* 90. *art.* 4. & alijs Theologis comuniter, non est credendum Sacram Congregationem velle prædicta obligare, nisi præmissa dicta publicatione. Imo propterea, vt credo, præcipit, vt non adhibeatur fides nisi illis, quæ dicto modo sigillatæ, subscriptæ, & munitæ fuerint, quia illæ solum publicantur in Curia, & in locis ordinariè ad id designatis. Bonacina *supra* alijs relatis.

12 Nec obstat, quod ait Rodriguez *supra art.* 2. scilicet, quod quamuis promulgatio requiratur ad hoc, quod lex aliqua noua obliget, non tamen est necessaria pro declarationibus legum antiquarum, quia cum declarationes sint quid accessorium legum, ipsis ab initio insunt, & ita cum illis publicantur. Licet enim hoc ita sit in rebus claris, & manifestis, tunc enim declarationes insunt legibus; sed non in rebus dubijs, & opinabilibus, in quibus possunt esse diuersę opiniones circa intelligentiam legis, quales sunt huiusmodi declarationes, ac proinde pro illis erit necessaria noua publicatio, quia sunt veluti nouæ leges. Peirinis *supra*. Bonacina *supra*. Diana *dicta par.* 1. *Tract.* 10. *Resol.* 29.

13 Ex quo fit, quod positis prædictis conditionibus in dictis declarationibus, scilicet quod sint authenticæ, & promulgatæ, non solum deseruiunt pro illo casu singulari, pro quo sunt editæ, sed generaliter pro omnibus similibus, ita vt Iudices omnes siue sęculares, siue Regulares debeant iuxta eas iudicare. Ratio est, quia sunt veluti leges generales, magnæ auctoritatis, Pontificiæ videlicet, ac per consequens deseruire debent, tam pro casu quo editæ sunt, quam pro similibus. Salas *supra*. Garzia *de Beneficijs supra*.

14 Casu etiam dato, quod aliquæ illarum nec autenticæ sint, nec publicatæ, quales sunt plures, quæ in hoc opere afferuntur, si tamen constet illas à Sacra Congregatione emanasse, tamæ quoque auctoritatis

sunt,

sunt, vt quantumuis fides eis non sit adhibenda; intellige certa, & indubia, neque in iudicio nec extra, iuxta eiusdem Sacræ Congregationis declarationem superius adductam; nihilominus magnam inducunt probabilitatem, vt potè ab Eminentissimis Viris, pietate, doctrina, rerumque vsu præstantibus editę, qui etiam Theologos, & Iurisperitos, alioíque viros doctissimos ad consilium adhibere solent. Vide Suarez *lib. 6. de Legib. cap. 1. num. 6.* & Bonacinam *supra*.

15 Loquendo autem de S. Congregatione pro negotijs Regularium, ea instituta fuit à Sixto 5. in dicta Bulla pro *Controuersijs, dubitationibus, consultationibusque ipsorum*, vt ait Pontifex. Vbi addit. *Causas vero quas inter ipsos Religiosos oriri contigerit, iuxta quarumcunque Religionum instituta, eorumque dispositionem Superiores illorum definiant, atque terminent*. Quo denotatur Dominos Cardinales huius Congregationis non debere Religiosorum causas definire, sed remittere Prælatis definiendas, & terminandas. Quare, si quid aliud in praxi faciant, credendum est eos ex expresso, vel tacito Summi Pontificis consensu id efficere. Conceditur etiam illis in dicta Bulla facultas decidendi controuersias inter ipsos Regulares exortas sine forma iudiciaria, Constitutionum Apostolicarum, & Visitationis Apostolicæ decretorum obseruantiam introducendi, dandi licentiam transeundi ad arctiorem Religionem, Apostatarum, & Iectorum causas cognoscendi, Visitatores nominandi, ac obedientiam Subditorum erga Superiores, & benenolentiam Superiorum erga subditos procurandi; *quasi Religiosorum omnium tutissimum perfugium*, vt ait Pontifex. Vide dicta *to. 1. cap. 9. num. 4. & 6.*

CONSECRATIO.

SVMMARIVM.

Consecratio quid sit. num. 1.
Quomodo differat à benedictione. ibidem.
An pertineat ad Prælatos Regulares. num. 2.
Chrysma quid sit. num. 3.
Alia remissiuè. num. 4.

1 CONSECRATIO propriè dicta est Sacra Chrysmatis vnctio. Differt autem à benedictione, quod licet ea largè sumpta consecratio etiam dicatur, propriè tamen loquendo consecratio non est, cum non sit Chrysmatis vnctio, sed Sacramentale

mentale quoddam, seu cœremonia Ecclesię ad petendum à Deo fœlicia & bona. Azor, *to.* 1. *Instit. Moral. lib.* 12. *cap.* 20. *quæst.* 2. Tamburinus *de iure Abbat. to.* 1. *disp.* 11. *quæsit.* 1. Quare, quæ propriè consecrantur sunt Episcopi, Ecclesiæ, Altaria, Calices, Patenæ. Quæ vero benedicantur, dixi supra verbo *benedictio, & benedicere num.* 1.

2 Ex quo fit, Consecrationem propriè, non pertinere ad Prælatos Regulares quantumuis priuilegiatos, sed solum ad Episcopos. Ratio est, quia Consecratio propriè fit Chrysmatis vnctione, Chrysmate autē non posse vti Prælatos Regulares prædictos in aliquarum rerum benedictione, constat ex declaratione Sacræ Congregationis, quam retuli supra verbo *Altare num.* 3. & verbo *Benedictio, & benedicere, num.* 8. & 11. & ex alijs, quæ adduxi supra verbo *Calix num.* 3. Vnde priuilegia, quæ quoad hoc referuntur à Tamburino, *supra disp.* 23. *quæsit.* 2. his temporibus vacant. An tamen pro aliquo casu durent dicam verbo *Ecclesia num* 5.

3 Chrysma porro, cuius vsus in benedictionibus prædictis Prælatis Regularibus interdicitur, & de quo plura Vualdensis *to.* 2. *de Sacrament. cap.* 112. & 113. est vnguentum ex oleo oliuarum, & balsamo confectum. Siluester *in summa verbo oleum Sanctum num.* 1. Toletus *in summa lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 2. Annuatim debet esse confectum, ita vt peccatum sit sine necessitate veteri vti. *Ca. si quis alio de consecrat. dist.* 4. Siluester, & Toletus *sup.* Conficitur solum in die Cœnę. *Ca. omni tempore de consecrat. dist.* 4. Siluester *Ibid.* Barbosa *de offic. & potest Episcop. Allegat.* 31. *num.* 5. Solum ab Episcopo. S. Thomas 3. *par. quæst.* 72. *art.* 3. An verò id possit à Papa simplici Sacerdoti committi disputant Theologi, de quo aliàs.

4 Vide plura de hac re infra verbo *Ecclesia.*

CONSERVATORES.

1 DE hac materia latè egi *to.* 2. *cap.* 10. per totum, vt vix aliquid addendum occurrat.

CONSTITVTIONES.

1 DE hac etiam materia quatenus spectat specialiter ad Regulares, scilicet de Religionum Constitutionibus, & obligatione ad illas obseruandas latè quoque dixi *to.* 1. *c.* 8. Vide etiam 4. to. verbo *leges Regularium.*

CON-

CONVERSI, ET CONVERSÆ.

1 SIMILITER de hac materia sufficienter scripsi *to.* 2. *cap.* 8. vbi per totum caput egi de Conuersis, Laicis, Oblatis, Donatis, seu Commissis Religionum. Pariter etiam de fœminis, quæ inter Moniales Conuersæ vocantur, dixi *to.* 1. *cap.* 25.

CREDO.

1 QVANDO debeat in Missis ommitti scripsi *to.* 1. *cap.* 21. *num.* 27. Vide Barbosam *in Collectan. Bullarij verbo Credo.*

CRVX QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

Quomodo non inferenda in Parrochias pro defunctorum corporibus deferendis. num. 1.
An deferenda in processionibus cooperta. ibid.
An Cruces, vel noua insignia ferenda in processionibus. num. 2.
Quomodo ponenda in Altari. num. 3.
Cruce pectorali qui possint vti. num. 4.

1 DE Cruce quomodo non inferenda à Regularibus in Parochias pro defunctorum corporibus deferendis, nisi sub certis conditionibus à Sacra Congregatione designatis, dixi, *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 18. *& to.* 2. *cap.* 1. *num.* 31. Similiter quomodo Crux non sit deferenda à Regularibus in processionibus publicis nisi cooperta velo, seu panno, dixi eo *cap.* 10. *num.* 19. Pro quo extat declaratio Sacræ Congregationis apud Barbosam *in collectan. Bullar. verbo Crux*, & apud Ioannem Nouarium *in Lucern. Regularium verbo Crux. num.* 1. An etiam aliqui Prælati Regulares Cruces benedicere possint, dixi supra verbo *benedictio, & benedicere.*

2 Ex eiusdem etiam Sacræ Congregationis declaratione habetur primò, non licere ferre in processionibus Cruces, vel noua insignia præter solitum. Secundò, Præsbiteros alicuius Patrochiæ non posse Crucem propriam erigere in processionibus, sed incedere debere sub

Cruce

Cruce Parrochiæ. Tertio, quod in funeralibus vna tantum Crux deferri debet, & illius Ecclesiæ ad quam corpus defuncti defertur, dummodo non interueniat Capitulum Cathedralis, sub qua omnes funus associantes incedere debent. Barbosa *supra*. Apud quem, & Nouarium relatum de Cruce erigenda à Patribus Capuccinis.

3 Crux necessario debet esse in Altari, vt in ipso celebrari possit, ita enim habetur ex Regulis Missalium, & Cæremonialium, vsuq; Ecclesiæ; licet hæc obligatio non videatur peccati mortalis, secluso contemptu, cum res non sit adeo grauis. Suarez 3. *to. in* 3. *par. disp.* 81. *sect.*6.§. *Quartò addere.* Bonacina *de Sacram. Eucharist. disp.*4. *quæst. vlt. punct* 9. *num.* 29. Notant autem aliqui posse poni Crucem in Altari ornatam aliquibus paruis Reliquijs, quamuis ipsę Reliquię aliàs poni non possent, eo quod non sint approbatæ. Ratio est, quia tunc non ponuntur tales Reliquiæ propter se, aut vt adorentur, sed per accidens ad ornatum Crucis. Sanchez *to.* 1. *in Decalog. lib.* 2. *cap.* 43. *num.* 17. Diana *par.* 5. *Tract.* 5. *Resolut.* 35. referens Castrum Palaum.

4 Posse Cruce pectorali vti aliquos Abbates ex priuilegijs ipsorũ habet Tamburinus *de Iure Abbat. to.* 1. *disp.* 20. *quæsit.* 1. *num.* 11. & 24. Nota tamen hæc priuilegia non communicari Prælatis Regularibus aliorum Ordinum, quantumuis communicationem generalem omnium priuilegiorum aliarum Religionum habentibus, propter dicta supra verbo *Altare num.*3. & verbo *Baculus num.* 3. scilicet, hæc priuilegia concessa esse Abbatibus, quia ipsi habent vsum Insignium Pontificalium vt Episcopi.

DARE, SEV DONARE QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

*De hac materia remissiuè. num.*1.
Qualiter donare sit prohibitum Regularibus à Clemente Octauo adhibita declaratione sub Sanctissimo D.N.Vrbano. ibid.
Quid prohibitum à Clemente 8. *& quibus personis. num.*2.
*Qualiter id prohibitum. num.*3.
*Bona ex quibus prohibita est donatio. num.*4.
*Prohibita est etiam donatio inter ipsos Regulares. num.*5.
Quomodo id intelligendum. ibid.
Erogare seu expendere in alicuius honorem etiam ipsis prohibitum. num. 6.

Quid ex Declaratione sub Sanctissimo D. N. Vrbano. ibid
Casus in quibus licet Regularibus munera largiri. num.7.
An in alijs casibus id liceat. num.8.
An etiam quando propterea non dissipantur bona Religionis. num.9.
Quid decernatur in Declaratione sub SS. D. N. Vrbano. num.10.
Quomodo moderata Constitutio Clementis octaui. num.11.
Quæ notanda circa prædictam Declarationem. num.12.
Qualiter recipientes aliquid à Regularibus teneantur ad restitutionem. num.13.
Quomodo id declaratum. ibid.
Pœnæ impositæ contra Regulares aliquid donantes. num.14.
Qualiter illæ intelligendæ. num.15.
Quid si Religiosus successiue plura modica donauerit. num.16.
De absolutione à prædictis pœnis. num.17.
Quomodo publicanda Constitutio Clementis, & Declaratio ipsius sub Sanctissimo D. N. Vrbano. num.18.
Quibus pœnis afficiantur non publicantes. ibid.
De prohibitione contra dantes aliquid in Curia pro gratia, seu iustitia obtinenda. num.19.
Constitutio Bonifacij 8. ibid.
Confirmatio ipsius à Gregorio 13. num.20.
Quomodo intelligendæ istæ Constitutiones. num.21.
Quas personas comprehendant. num.22.
Quid intelligatur nomine gratiæ, vel iustitiæ. num.23.
Quid per illud apud Sedem Apostolicam. num.24.
Quomodo id ampliandum. num.25.
An intelligatur Curia, & domus Papæ. num.26.
Quæ actiones sint prohibitæ. num.27.
Pactum seu promissio. num.28.
Receptio promissionis. num.29.
Dare quidquam ex pacto seu promissione. num.30.
Recipere aliquid. num.31.
Quid per patuum intelligatur. num.32.
An facere promissionem de quacunque re sit prohibitum. num.33.
An recipere promissionem. num.34.
An dare, seu recipere. num.35.
An dare ex liberalitate, ex consuetudine, pro salario &c. num.36.
An pro gratia, vel iustitia iam obtenta. num.37.
An non secuto effectu. num.38.
Pœnæ contra transgressores. num.39.
Quis absoluat ab illis. ibid.

Cum

Cum qua conditione, num.40.
Gratia seu iustitia accepta irrita sunt. num.41.
Denunciari debent transgressores. num.42.
Actiones prohibitæ à Gregorio 13. num.43.
Pœnæ contra transgressores. num.44.
Quomodo intelligendæ. num.45.

1 DE hac materia prout specialiter spectat ad Regulares aliqua dicta sunt in tomis præcedentibus. Primò enim, quod illi nihil donare possint, dixi *to.* 1. *cap.6. a n.* 46. præsertim 52. & *to.*2, *cap.*19. *a n.*54. Similiter qualiter nihil possit dari aut recipi pro ingressu Nouitij in Religionem, dixi eo *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 37. *& cap.*24. *a n.*30. Item de donationibus Nouitiorum qualiter aut quomodo faciendæ, eo *cap.*24. *a n.*32. Modo tamen duo præcipuè discutienda sunt, primũ de donationibus Regularium prohibitis à Clemente 8. in Constitutione *de largitione munerum*, quæ incipit *Religiosæ* anno 1594. 13. Calend. Iulij edita, quæ habetur in 3.to. Bullar Laertij inter Constitutiones Clem.8. *n.*28. Et si enim ea, vt dixi *to.*1. *c.*6 *n.*55. multis in locis recepta non est, vel saltem non eo rigore quo verba ipsius sonãt, vt dixi *to.*2. *c.*19. *n.*54. Nihilominus prætermittenda non est, tum quia inter magis timoratos est in vsu, tum quia videtur innouata in decretis Sacræ Congregationis *de Apostatis, & electis* sub SS. D. N. Vrbano, vt dixi dicto *c.*6. *n.*55. Tum præcipuè, quia idem SS. D. N. Vrbanus nuper dum huic tertio tomo Summæ edendo incumbebam sub die 16. mensis Octobris anni 1640. litteris datis in forma Breuis, confirmauit, & approbauit Declarationem quandã prædictæ Constitutionis Clem. 8. factam à Congreg. nonnullorum Prælatorum Romanæ Curiæ ab ipso SS. D. deputata, & coram Eminentissimo Cardinali S. Onuphrij habita, in qua præter alia inferius referenda de dicta Constitutione Clem. 8. sic habetur. *Quam in reliquis eius partibus eadem Sanctitas omnino obseruari iubet, & quatenus opus sit, innouat, quemcunque prætensum non vsum, aut prætensum vsum, seu prætensam consuetudinem, damnando, & irritando.* Modo ergo his temporibus, excluſa quacunque non receptione dictæ Cõstitutionis Clementis, seu etiam consuetudine in contrarium, eidem Constitutioni stare debent Regulares omnes, iuxta Declarationes tamen dictæ Congregationis, quas suis locis inserimus. Secundum, de quo agetur in præsenti erit de donationibus, & promissionibus pro gratia, seu iustitia obtinenda in Curia, iuxta Constitutiones Bonifacij 8. Greg. 13. & Clementis 8. In quibus etiam specialis mentio fit ipsorum Regularium.

2 Quoad primum ergo Clem.8. in dicta Constitutione verbis relatis dicto *cap.19.num.55.* Regularibus personis vtriusq; sexus omnẽ, & quamcumque largitionem interdicit. Vnde quoad personas quibus interditur hæc largitio comprehendit Constitutio hæc omnes Religiosos, & Religiosas, non tamen milites Regulares, vt patet ex contextu, & dixi *to.2.cap.5.num.20.* nec etiam Tertiarios, Pinzocheras, Oblatos, seu Oblatas nõ emittentes tria vota, quia tales re vera Religiosi non sunt, maximè quoad hæc odiosa. Sorbus *in compend. privileg. Mendicant. verbo dare in expos. huius Bullæ §. & dum dicitur.* Bartholomeus à S. Fausto *in Thesauro Relig. lib. 8. quæst. 205.* Nec etiam Nouitios, aut Nouitias, propter eamdem rationem. Idem *quæst. 106.* Secus dic de eo qui facta professione in vna Religione transiuit ad aliam in qua est Nouitius. Ille enim verè est professus prioris Religionis. Bonacina *in Tract. de largitione munerum punct.2. num.5.* Comprehendit etiam Religiosos, siue Religiosas extra claustra existentes, quia locus non eximit ab obseruantia Constitutionis Pontificiæ. Sorbus *sup. §. sed illæ personæ.* Bartholomeus à S. Fausto *sup. quæst. 207.* Quid sentiendum de Religiosis habentibus beneficia Ecclesiastica dixi *to.2.cap.18. num.33.* De Episcopis autem Religiosis dicendum non comprehendi hac Constitutione, quia ipsi habent tam liberam administrationem bonorum sui Episcopatus, quam alij Episcopi non Regulares, iuxta dicta *to.1. cap.17. num.5. & 6.* An vero possint testari agunt Rodriguez *to.3. quæst. Regular. quæst.69. art.4.* Sanchez *lib.6. in Decalog. cap.6. num.10.* & alij. De quo alibi.

3 Quoad modum etiam largiendi interdicitur prædictis aliquid elargiri, prout ait Pontifex in Bulla, *directè, vel indirectè, palam, vel occultè, tam communi, quam particulari, & proprio nomine, etiam sub quouis Statuti, vel consuetudinis, seu verius corruptelæ, aut alio prætextu, vel quacunque causa,* Et infra *non solum per se sed etiam per alios.* Vnde fit quod Regulares commodantes, vel mutuantes aliquid animo non repetendi, vel etiam condonantes aliquod debitum, transgrediantur hanc Constitutionem, quia hoc est indirectè donare Sorbus *supra vers. ertia generalitas.* Regulares autem vendentes aliquam rem etiam infimo prætio, probabile est non transgredi dictam Constitutionem, ac per consequens quod possunt Moniales, verbi gratia, res quas elaborant vendere exiguo, seu infimo sui laboris prętio cõtentæ, quia non alienant aliquid adquisitum Monasterio, quod solum videtur prohiberi dicta Constitutione, sed tantum non adquirunt id quod possent adquirere. Bonacina *supra punct.1 num.5.* Diana *par.1. Tract. 6. de paupert. Religios. Resol. 6.* Tamburinus *de Iure Abbatissar. disp. 9. quæsit. 2.* Vide dicta *to. 2. cap. 19. num. 60.* An verò

possint

poſſint Religioſi ſæcularem volentẽ illis dare aliquid, rogare vt dent verbi gratia, conſanguineo ſuo, dixi *to.1. cap.6. num.47.* Vide de hoc Soſiam *in explicat. huius Bullæ num.73.* Fagundez *in 2.Eccleſ. præcept. lib.8. cap.7. num.18.* & Dianam *ſup. Reſolut.8.*

4 Bona porrò ex quibus largitio hæc prohibetur, vt conſtat ex verbis Bullæ, quæ dicto *to.2. cap.19. num.54.* retuli, ſunt bona, ſiue cõmunia Monaſteriorum, ſiue particularia Religioſorum, aut quomodocunque eis applicata ſeu appropriata, & quocunque etiam modo ab illis adquiſita. Exiſtimat autem Beia *in reſponſionibus caſ. conſcient. par. 4. caſu 32.* primo, Religioſum de ijs quæ poſſidet facultate Sedis Apoſtolicæ poſſe ad libitum diſponere in licitos, & honeſtos vſus, & de his donare abſque ſuorum Superiorum licentia, præſertim intuitu pietatis, quia Bulla ſolum loquitur de donatione eorum quæ ſunt ſubiecta reuocationi, & diſpoſitioni Prælatorum, qualia non ſunt ea quæ Religioſus poſſidet de Indulto Sedis Apoſtolicę. Hæc tamẽ ſolum ſunt vera, quando Papa cõcederet liberam adminiſtrationem independenter à Prælatis Religionis, quod raro cõtingit. Quando enim penſionem, vel peculium Religioſo concedit, ſolum illi tribuit vſum illius, non diſpenſando in voto paupertatis, neque in iſta Conſtitutione Pontificia. Secundo ait Beia, quem ſequitur Diana *ſupra Reſol.19.* quod ſi ea quæ Religioſus adquirit dantur ſibi à Prælato ad proprium vſum, ita vt de illis neque Prælato, neque Conuentui rationem reddat, ſed ſuo commodo, & damno impendat, poteſt tunc totum quod parcè viuendo ſibi detrahit pio fine alijs donare. Nam ſi ea poteſt in vſus corporis conuertere, multo magis in vſus animæ. Vnde infert quod quando Prælati Mendicantium concedunt Magiſtris ſui Ordinis, qui cathedras in publicis Vniuerſitatibus legunt, reditus omnes ipſarum ad vſum proprium, poſſe illos de ijs quibus parcius, & Religioſius viuendo ſibi ſuperſunt, conſanguineis pauperibus ſubuenire. Hoc tamen non placet Bonacinæ *ſupra punct. 2. n.4.* & ait, quod Beia nimium laxare videatur habenas in hac materia; eo quod cum Religioſo non detur libera adminiſtratio illorum bonorum, ſed tantum limitata pro ſui ſuſtentatione, & victu, non poteſt illa in alios vſus expendere, niſi ſeruatis ſeruandis. An vero ſaltem per modum eleemoſynæ iſtæ donationes licitæ ſint, inferius dicetur.

5 Prohibetur etiam in hac Conſtitutione quæcunque largitio ſeu donatio munerum inter ipſos Religioſos, iuxta dicta *to.1. cap.6. n.54.* Quia tamẽ huius prohibitionis cauſa aſſignatur à Pontifice, *Ne praua ambitione impulſi pro conſequendis in ſua Religione gradibus, & dignitatibus, alter alterius gratiam, aut beneuolentiam aucupetur.* Ideo probabile eſt, non incurrere pœnas huius Conſtitutionis Reli-

gioſos qui alio titulo præter quã dictæ ambitionis alijs Religioſis munera donant. Lex enim fundata in præſumptione ceſſat, quando ceſſat ipſa præſumptio. l. *ceſſante de Appellat.* Diana *ſupra Reſol.* 18. Tamburinus *ſupra diſp.* 9. *quæſit.* 9 poſt Ioannem Valerum *in differ. vtriuſque fori verbo munera num.* 82. Requiritur tamen licentia Prælati implicita, vel explicita, generalis, vel ſpecialis, iuxtà leges, vel conſuetudines Religionum. Tamburinus *ſup.* Quia verò in eadem Coſtitutione Clementis dicitur licentiam iſtam, quæ requiritur ad largitiones iſtas munerum inter ipſas perſonas Religioſas debere eſſe *in ſcriptis*, ideo in Declaratione, de qua ſupra *num.* 1. dixi factam fuiſſe à Congregatione Prælatorum ſub SS. D. N. Vrbano, declaratur, quod quando non eſt ſuſpicio ambitionis, ſufficiat licentia *etiam ore tenus* conceſſa. Quo denotatur quod ſi ſit talis ſuſpicio (intellige rationalis, & cum fundamento) requiratur dicta licentia etiam *in ſcriptis*. Nota etiam ex eodem Clemente ſolum debere eſſe *rerum minimarum*, vt in eius Conſtitutione dicitur.

6 Prohibentur etiam Regulares erogare, ſeu expendere pecunias in alicuius honorem illis verbis. *Inſuper prohibemus ne vnquam eiſdẽ Regularibus liceat vllas pecunias quoquomodo erogare in alicuius etiam benefactoris, aut Protectoris, vel Ordinarij honorem, etiam occaſione tranſitus, vel primi ingreſſus, aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratique animi teſtificationem, ſeu pro prædictis perſonis quauis auctoritate ſeu dignitate fulgentibus honorificè, lautè, & opiparè excipiendis, ſeu pro quibuſuis conuiuijs eiſdẽ, aut cuiuis alteri quacunque occaſione, vel cauſa exhibendis, vel pro comeſſationibus, aut compotationibus quibuſuis perſonis tam eiuſdem Ordinis Congregationis, Monaſterij, Domus, aut loci, quam extraneis largiendis, aut pro exhibendis ſpectaculis etiam pijs intra Eccleſiam, Monaſteria, & domos ſacras, ſeu pias, vel extra eas, in quibuſuis publicis aut priuatis, ſacris, aut profanis locis, etiam vbi Sanctorum, & Sanctarum vita, aut res piæ geſtæ etiam in memoriam paſſionis dominicæ populis ſpectandæ proponuntur, aut aliàs in prædictis, ſiue in quibuſuis rebus ſuperuacaneis, ad pompam, & oſtentationem, aut ad oblectationem, vel paucorum lucrum, & priuata commoda quomodolibet pertinentibus*. Ex eo autem quod Pontifex addit verba illa *honorificè, lautè, & opiparè*, probabiliter colligitur non interdici Regularibus præbere prandia, ſeu conuiuia moderata, & honeſta, dictis, vel alijs perſonis benemeritis. Soſia *in expoſitione huius Conſtitutionis num.* 91. Tamburinus *ſupra quæſit.* 3. *num.* 11. & 12. Cui conſonat ſupradicta Declaratio ſub SS. D. N. Vrbano, in qua ſic habetur ad intentum. *Comeſſationes autem, compotationes, & conuiuia in excipiendis præſertim*

sertim Benefactoribus, Protectoribus, vel Ordinarijs honorificè, & tantè, de quibus in §. 5. & 6. eiusdem Constitutionis, censeri tantummodo prohibita, si decentiæ status Regularis aduersentur. Vbi notanda illa vox *præsertim*; ea namq; denotatur idem dici debere etiam respectu aliarum personarum similium, cum illa tamen conditione *si decentiæ* &c.

7 Sunt tamen aliqui casus in ipsa Constitutione contenti, in quibus licita est Regularibus largitio seu donatio munerum, etiam stando in terminis ipsius, (nam quid sentiendum sit suppositа Declaratione Cõgregationis sub SS. D.N. de qua supra, inferius *num.* 10. dicetur.) Primus quando fit propter causam quæ in *Generali Capitulo, aut alia Generali Congregatione, re maturè discussa, vnanimi consensu omnium, Superiorumque permissu approbata fuerit.* Vnde non sufficit ea causa quę solum approbata est in Capitulo Prouinciali, aut aliquo dissentiente, aut si non adsit pro ipsius approbatione vltra consensum Capitulatium permissio Superiorum Sorbus *sup.* §. *primus casus est.* Bonacina *sup. punct.* 1. *num.* 7. Secundus quando ea quæ donantur sunt *leuiora esculenta, aut poculenta, seu ad deuotionem, vel Religionem pertinentia munuscula, cõmuni tantum, numquam vero particulari nomine (vbi Superiori de consensu Cõuentus videbitur) tradenda.* Circa quem, obserua primo, quod licet per leuiora ista esculenta, aut poculenta intelligant aliqui cum Sorbo *sup.* §. *Tamen contrarium* & Bartholomeo à S. Fausto *sup. quæst.* 218. ea quę non attingunt valorem rei, quæ in furto induceret peccatum mortale, v.g. valorem trium Iuliorum, alij vero dicant intelligi ea, quæ intra duos vel tres dies consumuntur, melius tamen dicitur id reliquendum arbitrio boni viri, habita consideratione dantis, & recipientis. Ioannes Valerus *sup. num.* 59. Diana *sup. Resolut.* 13. Per ea etiam intelligi possunt, & cum eadem licentia, res medicinales leuiores, quæ etiam esu, aut potu sumuntur, vt sunt petrę Bezar, pulueres, liquores &c. Bonacina *sup. num.* 9. Per *ad deuotionem, vel Religionem pertinentia munuscula* intelligi possunt libelli aliquot deuoti, thecę Reliquiarũ, Imagines, Rosarij, *Agnus Dei*, & similia exigui prę-tij, quæ dari poterunt ex prædicta licentia. Sorbus *sup.* §. *& aduertendum.* Obserua secundo, probabile esse casus prædictos exceptos in hac Constitutione extendi etiã ad similes: ita vt Religiosi possint etiã leuiora alterius generis ex eadem licentia Prælatorum dare. Diana *sup. Resolut.* 7. ex Ioanne de Cruce, Sosia, & Scortia. Obserua tertiò, hãc licentiam largiẽdi huiusmodi leuiora sufficere quod sit data semel pro semper, ne obtundantur aures superiorum. Sorbus *sup.* §. *Hæc autem licentia* Tertius, quando aliquid ex penditur *pro diuino cultu* v.g. pro appaatu diei Festi, Eucharistia ex ponẽda, processionibus &c. Bonacina

sup. num. 10. Quartus, quando datur aliquid in eleemosinam *pro veris Christi pauperum indigentijs, seruato in hoc Charitatis ordine, & habita necessitatis ratione, & consilio, & consensu Superiorum, subleuandis.* Eleemosina enim est opus pium, & aliquando debitum. Tamburinus *dicto quæst. 3. num. 13. & 14.* ex Riccio, Sossa & alijs. Notat autem Pontifex pro duobus casibus præcedentibus permitti in illis dictas expensas seu largitiones munerum *aliàs in rebus licitis, & per Capitulum Generale aut Prouinciale non prohibitis, vel taxã ibi forsan præscriptam non excedentibus.* Quintus est, pro hospitalitate, præsertim erga pauperes, & peregrinos, iuxta modum in ipsa Constitutione præscriptum. Pro quo vide auctores relatos, præsertim Sorbum *à S. Vltimus casus.*

8 Sunt etiam alij casus non comprehensi in Bulla, quibus etiam licitè donare possunt, accedente licentia Superioris, Regulares. Primus, quando non est mera donatio, sed alius contractus, puta venditionis, locationis, mutui, vel commodati, seruatis aliàs seruandis, si talis res alienari non possit. Hi enim contractus non sunt donationes liberales, quæ solæ in Bulla prohibentur. Bartholomeus à S. Fausto *supra quæst. 227.* Secundus, quando datur aliquid titulo gratitudinis in recõpensationem beneficiorum. Talis enim donatio non est gratuita, & liberalis, de qua solum est sermo in Bulla, sed antidoralis, & aliquomodo debita, scilicet in recompensationem beneficiorum, præsertim quia gratitudo iure etiam naturæ est debita hominibus *l. si non forte ff. de conditionib. indeb. & l. si non sit ff. de petit. hered.* Vnde non est credendum prohiberi à Pontifice. Sorbus *sup. §. Item alius casus*, Bartholomeus à S. Fausto *sup.* Bonacina *sup. punct. 3. num. 2.* Nec obstat quòd in verbis adductis *num. 6.* expressè dicatur *in alicuius etiam benefactoris &c. aut ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratique animi testificationem.* Respondent enim prædicti auctores ibi solum id prohiberi erga Superiores, Protectores, Generales &c. Sed quia ibi dicitur *benefactoris* quod est nomen commune alijs, ideo commodius credo responderi posse, iuxta ibi dicta, solum prohiberi prædicta, quãdo non fiunt moderatè, & honestè, sed lautè, opiparè, & honorificè, vt ibi notatur in sequẽtibus. Similiter, quia lex gratitudinis postulat quod plus reddatur quam fit acceptum, ex S. Tho. *2.2. quæst. 106. art. 6.* idem aliquid plusquam acceperit (moderatum tamen ad arbitrium prudentis viri) poterit Religiosus ex prædicta licentia largiri. Ioannes Valer. *in differ. vtriusque fori verbo munera num. 97.* Diana *sup. Resol. 16.* alios referentes. Vnde inferunt plures ex relatis auctoribus, posse Regulares famulis, medicis, procuratoribus, aduocatis, & similibus fideliter inseruientibus, dare liquid vltra salarium, vel in recognitionem fidelitatis,

tatis, vel vt fideliùs agant, vel etiam ad redimendum vexationem, quæ esset si male se gererent. Idem etiam dicunt de Monialibus dantibus suo Confessario aliquid vltra assignatum stipendium. Bartholomæus à S. Fausto *sup.* Tamburinus *sup. quæst.* 8. Semper tamen in his casibus præsupponenda est licentia Superiorum. Tertius casus, in quo Regulares etiam possunt dare aliquid, præsuppositâ dicta licentia, est quando id datur alicui à quo maiores eleemosynæ sperantur. Quia hæc donatio non est gratiosa, cum intendat compensationem, imò taliter dare potius est recipere, vel disponi ad recipiendum, quam dare. Diana *sup. Resol.* 15. Et si oppositum tueatur Bonacina *sup. punct.* 3. *in fine.* Quartus casus assignari potest, & frequens valde, quando scilicet Religiosus accipit aliquam pecuniam à sæculari disponendam nomine illius inter quoscunque voluerit. Sed de hoc, quamuis dixerim *to.* 1. *c.* 6. *num.* 39. probabilius esse non posse fieri à Religioso, nihilominus satis probabile est contrarium, & in praxi securum, si fiat de licentia Superiorum. Bartholomeus à S. Fausto *dicto lib.* 8. *quæst.* 108. Tamburinus *supra quæsit.* 6.

9 Addunt etiam aliqui, generaliter loquendo licitũ esse Regularibus aliquid largiri quoties non dissipantur bona Religionis, nec est occasio ambitionis. Ita Diana *sup. Resol.* 33. ex Granado. Sed quià hæc regula ampla satis est, & multis periculis exposita, & ex alia parte quæcunque donatio a Religioso facta sit aliqualis dissipatio bonorum Religiosis; cum quidquid Monachus adequirit sint bona Religionis, ideo regulis supra adductis standum erit, in vi Constitutionis Clementis.

10 In Declaratione tamen Congregationis sub. SS. D. N. Vrbano, de qua supra *num.* 1. & cui his temporibus stare debemus, hæc habentur, quibus tam ea quæ dicta sunt circa Clementis Constitutionẽ, quâ quæ dicentur valdè elucidantur. *Congregatio spetialiter à SS. D. N. Vrbano diuina prouidentia Papa 8. coram Eminentissimo Cardinali S. Onuphrij maiori Pœnitentiario, ac Vrbis Prouicario deputata, authoritate sibi attributa declarauit, & declarat, munera à Religiosis vtriusque sexus tribui posse ex causis gratitudinis, conciliationis benevolentiæ, eiusque conseruationis erga ipsam Religionem, vel Conuentum, aliisque causis ex sui natura actum virtutis, & meriti continentibus, modestè tamen, ac discretè, & dummodo id nõ fiat, nisi de Superiorum localium licentia, ac etiam cum consensu maioris partis Conuentus, si talis consensus de iure, vel ex Constitutionibus, seu consuetudinibus cuiusque Religionis respectiuè, in huiusmodi casibus requiratur. Consensum verò Conuentus in §. 3. eiusdem Constitutionis ad leuiora esculenta, aut poculenta, seu ad deuotionem, & Religiositatẽ pertinentia munuscula largienda &c. requisitũ, intelligi debere de cõsensu aliàs*

de iure

de iure requisito, & vbi cõcurrit ambitionis suspicio, qua cessante, non in his requiri licentiam Superiorum in scriptis in §.4. eiusdem Bullæ requisitam, sed sufficere licentiam oretenus eisdem concessam, declarat. Hæc ibi.

11 Ex quibus iam patet, qualiter id quod habetur in dicta Constitutione Clementis & quod retuli *num.*7. de causa propter quam concedi debeat Regularibus licentia largiendi munera, scilicet quod sit approbata *in Generali Captiulo, aut alia Generali Congregatione* &c. moderatum, & coarctatum sit, ita vt sufficiat licentia Superiorũ localiũ &c. cum conditionibus assignatis. Patet etiam, qualiter illud de cõsensu Conuentus requisito *ad leuiora esculenta, aut poculenta, seu ad deuotionem* &c. *pertinentia munuscula* tribuenda, de quo eo *num.*7. etiã dixi, moderatum quoque sit, & restrictum solum ad consensum de iure requisitum, & vbi concurrit ambitionis suspicio. Patet similiter, qualiter id quod dixi *num.*8. de largitione munerũ titulo gratitudinis maximè procedat in vi dictę Declarationis, vt cõstat ex illis verbis *Ex causis gratitudinis* &c. Idem dico de eo quod eodem *n.*8. dictum manet de largitione munerum illis à quibus maiores eleemosynæ sperantur.

12 Circa prædictam tamen Declarationem Congregationis Prælatorum sub SS.D.N. aliqua expendenda sunt. Primum, quod cum in ea concedatur facultas Regularibus munera largiendi ex causis *actũ virtutis, & meriti continentibus* &c. sub hac clausula, cum amplissima sit, comprehendi non solum actum Charitatis erga Deum, & proximos, sed etiam pietatis erga parentes, eleemosynæ erga pauperes, beneficentiæ erga proximos, & similes, hi enim omnes sunt actus virtutis. Secundum, quòd illa particula *ex sui natura* denotari videtur, quod quamuis aliqui ex prædictis actibus aliqua mala circunstantia, finis &c. vitientur, si tamen ex sua natura, id est, ex parte sui obiecti sunt actus virtutis, & meriti, liceat munera elargiri ex illis. Tertium, quod illa particula *localium* cum agitur de Superioribus, quorum licentia requiritur ad hoc quod Regulares possint donare, non est limitatiua, sed potius ampliatiua. Hoc est, quod per illam denotatur quod non requiratur ad id licentia Capituli Generalis, aut maiorum Superiorum, sed sufficiat *Superiorum localium*. Ita enim accepi à Viro quodam docto qui prædictæ Congregationi affuit, & hanc esse ipsius mentem mihi dixit. Quartum, quod illæ clausulæ *si talis consensus de iure requiratur*, vel *de consensu aliàs de iure requisito*, appositæ maximè videntur ad denotandum hanc largitionem munerum Regularibus permissam de sola licentia *superiorum localium* esse solum rerum mobilium non pretiosarum. Nam ad largitionem rerum immobilium, seu mobilium pretiosarum Ecclesiasticarum, cum sit quædam alienatio ipsarum, re-

quiritur

quiritur de iure consensus Capituli, seu maioris partis ipsius. *ca. sine exceptione* 12 *q.*2. *cap.*1 *de reb. Eccles. non alienand. in* 6. *& authent. hoc iuf. de sac. sanc. Eccles.* & notant communiter Doctores, specialiter Panormitanus *in cap. nulli de reb. Eccles. non alienand. & cap.* 1. *de his quæ fiunt à Prælat. & in cap. tua, & in cap. cum Apostolica de reb. Eccles. non alienand.* Siluester *in summ. verb. alienatio q.* 2. *num.* 3. Quaranta *in summ. Buil. verbo alienatio num.*4. Vide dicta 2. *to. summ. cap.* 19. *num.* 62.

13 Recipientes autē quicunq; illi sint, etiam si Cardinales, vel Protectores fuerint, aut in quacunque alia dignitate constituti, aliquid à Religiosis in casibus quibus ipsi dare prohibentur in Bulla Clementis, tenentur ad restitutionem rei acceptæ. Ita vt, restitutione ipsa realiter non facta, neque in foro conscientiæ absolui possint. Ita enim decernitur expressè in Bulla. Vnde fit, quod absolutio ante exhibitam actualem restitutionem soli Papæ reseruata sit. Bonatina *sup. punct.* 4. *num.*1. Limita tamen, modo pœnitens moraliter satisfacere possit, alias absolui poterit data cautione de restitutione facienda, quando commodè possit. Præcepta enim Ecclesiæ benignè interpretari debent. Bonacina *ibid. num.* 3. Tenetur autem ad restitutionem ante Iudicis sententiam, quia hæc restitutio non tam est pœna, quam obligatio ex natura rei orta, posito quod Religiosus dare non potuit. Sorbus *sup. §. nunc tertiò.* Bartholomeus à S. Fausto *sup. quæst.* 225. Porro, restitutio facienda est non ipsi Religioso, qui dedit, sed Monasterio, de cuius bonis facta est donatio, vel si non de eius bonis facta est, illi Monasterio, in quo Religiosus professionem emisit, vel si nomine alicuius Communitatis facta est, ipsi Communitati, nunquam tamen, nec qui donauit, nec aliqua Communitas Ordinis remittere potest hoc debitum, aut recipientem ab onore restituendi eximere, aut concedere, quod in pauperes id erogetur. Ita enim habetur expressè in Bulla. Bartholomeus à S. Fausto ibid. *q.*226. Additur autē circa hoc in prædicta declaratione sub Vrbano. *Restitutionē verò receptorum Conuentibus faciendam, de qua in §. 7. ibidem cautum est, intelligi debere de Conuentibus, ad quos data, donata, seu missa de iure pertinent, si id commodè fieri potest, aliàs Conuentui eiusdem Religionis viciniori loco, vbi petita fuit absolutio, restituantur.* Huic ergo dispositioni hoc tempore standum est.

14 Pœnæ autem impositæ contra Religiosum donātem sunt priuatio eo ipso dignitatum, graduum, munerum, & officiorum, inhabilitas ad ea, & alia quæcunque, perpetua infamia, priuatio vocis activæ, & passiuæ absque vllo Superioris decreto, & quod procedi possit contra eum tanquam contra furti, & simonię criminum reum. Ita enim habe-

tur in

tur in Bulla. Circa quæ primò obseruandum, quod per dignitates, gradus &c. intelligitur id quod dixi *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 32. Quidquid alij dicant. Secundò, quod quamuis in Bulla dicatur has pœnas incurri *eo ipso, & absque vllo Superioris decreto, aut ministerio, & ipso facto*, nihilominus satis probabile est, iuxta dicta *to.* 1. *eo cap.* 10. *num.* 31. requiri aliquam sententiam, criminis, aut delicti declaratoriam, prout etiã indicant Sorbus *sup.* §. *circa quas*, Bartholomeus à S. Fausto *supra quæst.* 230. & probabile reputat Bonacina *sup. punct.* 5. *num.* 3. Tertiò, quod circa dispensationem in huiusmodi pœnis videnda sunt quæ dixi *to.* 1. *eo cap.* 10. *num.* 35. & *cap.* 18. *num.* 46. An verò aliqui etiam Confessarij possint in eis dispẽsare, vide dicta supra verbo *Confessarius Regularis num.* 8. & 12. Et nota quod Bartholomeus à S. Fausto *sup. quæst.* 232. dicit, quod per priuilegium Pauli 3. concessum Patribus Iesuitis, de quo egi dicto loco, possunt Confessarij gaudentes tali priuilegio absoluere à dictis pœnis, quia in eo priuilegio datur facultas absoluendi ab omnibus pœnis. Pro quo vide dicta ibidem.

15 Quia autem prædictæ pœnæ rigidissimæ sunt, & pœna debet esse proportionata culpæ, ideo sine dubio non pro quacunque largitione, seu donatione munerum, etiam contra Bullam facta, illæ incurrentur. Quare probabile valde mihi est, quod etsi Religiosus donans sine licentia rem eius valoris, quæ est sufficiens materia in furto ad peccatũ mortale, peccet mortaliter contra votum paupertatis, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 6. *num.* 57. non tamen incurret pœnas huius Bullæ, nisi donatio sit duorum aureorum. Ratio est, quia ita declarauit ipsemet Clem. 8. viuæ vocis oraculo Claudio Aquauiuę Generali Societ. Iesu, habetque fundamentum hæc declaratio in ipso iure, in quo summa duorum aureorum dicitur modica *l. si oleum* 15. *fin. iunct. l. sequ.* vbi Glossa *ff. de dolo*, cum Felino *in cap. interfecisti de homicidio.* Filiuccius *to.* 2. *tract.* 34. *cap.* 3. *quæst.* 9. *num.* 65. & alij quos citat, & sequitur Diana *sup. Resol.* 5. Adminus videtur standum huic taxæ, vbi legitimus Superior aliud non determinauerit, pro vt in aliquo loco est tactum. Bonacina *sup. punct* 5. *num.* 6.

16 An verò huiusmodi pœnæ incurrantur à Religioso, qui non semel, sed successiuè plura modica donauit, quæ tandem perueniunt ad dictam quantitatem notabilem, videtur philosophandum, vt dixi *to.* 1. *cap.* 6. *num.* 58. de quo etiam Bonacina *sup. num.* 7. & 8.

17 Maximè tamen notanda, quæ circa absolutionem à prædictis pœnis statuuntur in Declaratione adducta sub §6. D. N. Vrbano his verbis. *Insuper eadem facultate sibi tributa, omnes qui hucusque aduersus supradictæ Constitutionis Capitula hic moderata largiti fuerunt, vel receperunt, à pœnis quibuscumque in eadem Constitutione infli-*

ne inflictis, & incurſis poſſe, & debere à proprijs Confeſſarijs abſolui in foro conſcientiæ, etiam non facta prius huiuſmodi rerum donatarum, ſeu datarum reſtitutione. Quoad eos vero qui præter modum prædictum grauiori Religionis detrimento largiendo, vel recipiendo tranſgreſſi ſunt, ſed ob inopiam reſtituere nequeunt, eadem Sanctitas concedit maiori Pœnitentiario, vt de præteritis, vſque ad diem datæ præſentium, in foro conſcientiæ abſoluat, diſpenſet, & condonet, ſeu abſolui, diſpenſari, & condonari mandet, prout in Domino magis expedire iudicauerit.

18 Vult etiam Pontifex Clemens in fine Bullæ quod eius exemplaſeu illorum compendia in libris quorumcumque Statutorum prędictorum Monaſteriorum, Prioratuum, Collegiorum, Domorum, Ordinũ, & Congregationum (quoad Moniales in vernaculum, & valgarem cuiuſque regionis verſa) & à loci Ordinario, qui id quamprimum fieri curet, ſubſcripta, inſerantur, & ſaltem quotannis in Capitulis, ſiue Cõgregationibus cuiuſque earum, alta, & intelligibili voce legantur. Hæc tamen vix obſeruantur, vt notat Ioannes Valerus *ſup. verbo munera num* 106. forſan quia Pontifex ſolum vſus eſt verbo *volumus*, quod non ſolet ad culpam obligare. Cæterum, quod atinet ad publicationẽ dictæ Conſtitutionis Clementis, ipſiuſque interpretationem hæc præcipiuntur in præfata Declaratione. *Et ne prædictæ Clementis VIII. Conſtitutionis memoria dilabatur, Superiores locales cuiuſcumq; Monaſterij, Conuentus, Domus, ac Collegij Regularis ſub pœna priuationis officij, vociſque activæ, & paſſiuæ ipſo iure incurren. efficere teneantur, vt in perpetuum ſingulis annis menſe Ianuario non ſolum prædicta Conſtitutio (quam in reliquis eius partibus eadem Sanctitas, omninò obſeruari iubet, & quatenus opus ſit innouat, quemcumque prætenſum non vſum, aut prætenſum vſum, ſeu prætenſam conſuetudinem, damnando, & irritando) verum etiam hoc Decretum in aliqua publica Congregatione, vel ſaltem in publica menſa perlegantur. Omnibus tam Eccleſiaſticis perſonis etiam Regularibus, quàm laicis cuiuſcumque ſint Ordinis, conditionis, gradus, ac dignitatis, etiam ſpeciali nota dignis, & qui ſub generali diſpoſitione non compræhenderẽtur, prædictam Clementis Conſtitutionem contra præſentis Decreti tenorem declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.*

19 Circa ſecundum, quod propoſui tractandum ſub hoc verbo *dare*, ſcilicet de prohibitione Pontificia quæ eſt contra dantes aliquid in Curia pro gratia, ſeu iuſtitia obtinenda. Notandum, Bonifacium 8. in Extrauaganti *Excõmunicamus*, quæ habetur inter Extrauagantes communes *in tit. de excommunicat. cap.* 1. quæ etiam extat *in* 1. *to. Bullar.* Laertij inter Conſtitutiones ipus Bonifacij *num.* 1. ſic ſtatuiſſe:

Excom-

Excommunicamus, & anatematizamus ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, & nostra, omnes clericos, Religiosos, & laicos vtriusque sexus, siue sint familiares Curiæ, siue alij vndecunque, qui aliquod pactum fecerint, seu aliquod paruum, vel magnum promiserint, vel promissione receperint, aut ex pacto siue promissione occulta, vel manifesta facta sub generalibus, & plenarie non expressis, siue sit sub specialibus, & expressis apertè verbis, quicquam dederint, aut receperint, magnum, vel paruum, vel promissionem de quacunque re aut vtilitate propter hoc consequenda fecerint, vel receperint, pro aliqua iustitia, siue gratia pro se aut pro alio in causis, vel iudicijs seu alias per litteras Apostolicas, & quibusque modis apud Sedem Apostolicam obtinenda. Et hanc sententiam ad promittentes, & acceptantes, dantes, & recipientes, duximus extendendam. Illos quoque qui aliquem sciuerunt culpabilem in prædictis, & Nobis intra dierum trium spatium non retulerint, vel alicui, per quem ad Nos verbum fideliter perferatur simili decernimus sententiæ subiacere. Decernimus etiam vt nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam pro prædictis, vel aliquo prædictorum absque speciali mandato nostræ absolutionis beneficium valeat obtinere, nisi forsan ad Nos habere accessum non posset in mortis articulo constitutus; nec etiam ad absolutionis gratiam admittatur nisi prius quantũ dedit, vel recepit integraliter pauperibus largiatur. Iustitiam verò, siue gratiam sic obtentam nullius prorsus esse momenti volumus, omnique statuimus carere effectu, & robora firmitatis. Sed scienter vtentes ipse simili sententia excommunicationis astringimus, & reseruantes Nobis absolutionem eorum cum præmissis in omnibus ad pœnas similes obligamus.

20 Quæ Constitutio, licet, vt aliqui volunt, reuocata fuerit à Clem. 5. nihilominus postea confirmata, & aucta fuit à Gregorio 13. in Bulla ab ipso anno 1574. edita, quæ est in 2.to. Bullar. Laertij inter Constitutiones huius Pontificis *num.* 24. vbi post relata verba Constitutionis Bonifacij subdit. *Sed hoc scelus ita hodie in mores inductum est, vt plerique cupiditate improbi quæstus, potentiorum suffragationibus adnixi, huiusmodi negotiorum expeditiones hac illac conquirentes turpissimè nundinentur; alij alios, quos gratia præstare arbitrantur, donis, pollicitationibus ambiant. Quidam etiam se talium operam atque industriam, pretio, & muneribus quæsisse assingant. Quæ cum pessima sint, & Curiæ prædictæ existimationem grauissimè offendant, in eos qui talia agunt animaduertendum fore arbitrati, Constitutionem prædictam cum suis censuris, & pœnis innouamus, easdemque omnes extendimus ad audentes qualecunq; horum facinorum quæ adscripsi-*

mus,

mus, danteſque illis, & alijs ſupradictis auxilium, conſilium, vel fauorem. Quin etiam eos omnes omni beneficio, & officio Eccleſiaſtico, & ſæculari, ſiue temporali, ſiue perpetuo, ipſo iure priuamus, ac priuatos eſſe declaramus, & præterea infamiæ ſubiectos perpetuò, ac inhabiles ad illa, & alia eſſe volumus. A quibus etiam, prout quæque res erit tales pœnæ exigantur, quæ cæteris ſint exemplo. Illis tamen qui rem adhuc ignotam, complicesque, fautores, & ſocios retexerint impunitas concedatur.

21 Pro quarum Conſtitutionum declaratione aliqua enodanda ſunt. Primum, contra quas perſonas ſint factæ, ſeu quas perſonas afficiant; ſecundum, quid in illis nomine *gratiæ*, vel *iuſtitiæ* intelligatur, tertiũ, quid per *Sedem Apoſtolicam*; quartum, quæ actiones in eis prohibentur, vel præcipiantur; quintum, quas pœnas incurrant tranſgreſſores.

22 Circa primum, ex verbis Conſtitutionis Bonifacij colligitur, omnes, & quoſcunque, ſiue clericos, ſiue laicos, ſiue Regulares, ſiue ſæculares ipſa comprehendi. Dubitatur autem de Dominis Cardinalibus an etiam ipſi hac lege comprehendantur; & licet plures affirmatiuè reſpondeant (Gloſſa in *hac Extrauag. Bonifacij*, Molina *to.* 1. *de iuſt. tract.* 2. *diſp.* 92. §. *hæc Extrauagans*) eo quod ipſi etiam ſint Clerici, & quia lex generalis omnes ligat *cap.* 1. *de conſtitut.* præſertim cum ſecundum aliquos, actiones in hac Conſtitutione prohibitæ, lege naturæ veritæ ſint, nihilominus, licet in hoc attendi debeat ad praxim Curiæ, præcipuè S. Pœnitentiariæ, vt dixi ſupra verbo *Cardinalis n.* 8. ſatis probabile mihi eſt non comprehendi hac lege, tum propter dicta ibidem, tum quia cum Cardinales ſint perſonæ ſpecialiſſima nota dignæ, non cenſentur comprehendi in ijs odioſis niſi exprimantur, præſertim quia cum Pontifices in ſuis Conſtitutionibus eos comprehendere intendunt, addere ſolent illa verba *cuiuſcunque dignitatis, gradus, vel præeminentiæ*, quę in Conſtitutionibus iſtis Bonifacij, & Gregorij non ſunt. Idem etiam non omnino improbabiliter dici poteſt de Epiſcopis (et [illegible]poſitum communius, & verius dicatur cum Gloſſa *ſupra*) propter fere ſimilem rationem, & quia ipſi *cap. periculoſum. de ſent. excommun. in 6.* excluduntur à generalibus ſententijs ſuſpenſionis, & Interdicti niſi exprimantur. Caſu autem admiſſo quo tam Cardinales quam Epiſcopi includerentur ſub hac lege, id ſolum eſſet limitandum ad pœnas illis non indecentes, ſcilicet excommunicationis, nullitatis obtentorum, reſtitutionis &c. non ad alias rigidiores, ſcilicet priuationis beneficiorum &c. infamiæ &c. Nauarrus *in comment. de datis, & promiſſis in* 4. *to. operum ipſius Romæ* 1588. *n.* 11. Naldus *in ſumma verbo Gratia num.* 14. Adde, hoc intelligendum eſſe de Conſtitutionibus Bonifacij, & Gregorij relatis, non de alia

Clem.8. *Pro commissa* anno 1592. in 3 to. Bullar. Laertij inter Constitutiones ipsius *num.*10. vbi pœnas dictarum Constitutionum extẽdit ad exercentes similes actiones circa bona pertinentia ad aliquam Communitatem, Ciuitatem, seu locum Status Ecclesiastici. Ibi enim vtitur his verbis extensiuis ad *personas etiam speciali nota dignas.* Quibus procul dubio Cardinales, & Episcopi denotantur. Naldus *supra*. Papa autem nullo modo includitur in his legibus quatenus important aliquid supra Ius diuinum, aut naturale, quia ipse est supra totum ius positiuum. Bonacina *de legibus disp.* 10. *q.*2. *punct.*8. §. *incidenti* 17. Quod idem dicendum de illo qui exerceret aliquam ex his actionibus cum ipso Pontifice, vel cum aliquo ministro ipsius, Papa expressè, vel tacite consentiente, quia tunc præsumeretur dispensare, aut abrogare illas. Molina §. *Illud enim aduertendum.* Bonacina *supra*.

23 Circa secundum, nomine *gratiæ* intelligitur quidquid gratiosè à Sede Apostolica concedi solet, qualia sunt absolutiones, dispensationes, Indulgentiæ, & similia, siue per Breuia, siue solo verbo, aut quocunque alio modo, vt patet ills verbis Bullæ *per litteras Apostolicas, & quibuscunque modis.* Nauarrus *supra num* 29. Azor. *to.*3. *Instit. moral. lib.* 12. *cap.*23. *quæst.* 6. Nomine verò *Iustitiæ* intelligi videtur quidquid à Iudice in causis, vel iudicijs effici solet, vt sunt sententia, liberatio à carcere, absolutio à pœna, prorogatio, vel negatio termini, dilatio, vel anticipatio sententiæ, vel quid simile etiam si arbitrarium sit Iudici. Propterea enim Põtifex vsus videtur illis verbis *in causis, vel iudicijs*, quia hæc, & similia in illis effici solent. Nauarrus *sup. num.* 17. Azor *sup.* Farinacius 3. *par. crimin. quæst.* 111. *num.* 339.

24 Circa tertium, videlicet quid intelligatur illis verbis Bullæ *apud Sedem Apostolicam* Nauarrus *sup. num.* 19. Molina etiam *sup.* §. *Iam vero.* Naldus in summa *verbo verba num.* 3. intelligunt per illã Summum Pontificem, non vt Principem temporalem, seu quatenus habet iurisdictionem temporalem in Vrbe, & alijs Ciuitatibus, sed solum vt habet iurisdictionem Spiritualẽ à Christo acceptam, ac per consequẽs etiam intelligunt ministros ipsius, non prout est Princeps temporalis, scilicet Gubernatores Vrbis, vel Burgi, Iudices Capitolij, Clericos Cameræ &c. sed quatenus solum habet iurisdictionem dictam Spiritualem, videlicet Summum Pœnitentiarium, Datarium, Vicarium, Auditores Rotæ, Camerarium &c. Alij verò per *Sedem Apostolicam* intelligunt Summum Pontificem vtroque modo consideratum, & ministros ipsius secundum vtramque considerationem. Azor *sup. punct.*7. Bonacina *sup. num.*4. referens Filiucium, & alios. Quamuis autem vtraque sententia satis probabilis sit, ad hærendum tamen puto priori, vt pote quæ non solum benignior est, sed quia magis conformis

propric-

proprietati verborum ; Sedes enim Apostolica propriè, & formaliter sumpta solum importat potestatem spiritualem qualis fuit in Apostolis, non temporalem, verba autem propriè, & formaliter accipienda sunt *l. in delictis §. extraneus ff. ad legem Aquiliam*.

25 Nota tamen quod id quod dicitur de Sede Apostolica, & ministris ipsius etiam intelligendum est de alijs qui gratia, fauore, vel potentia valent apud illos, ita vt qui cum istis paciscitur de aliqua re danda, vel dat, & ipsi qui recipiunt, pœnis harum Constitutionum afficiantur. Nauarrus *sup. num. 16.*

26 Nomine etiam Sedis Apostolicæ intelligi debet Curia & domus ipsius Papæ, siue ipse sit ibi, siue non; hoc enim denotat Gregorius in Constitutione relata, dum in ipsius initio dixit: *Ab ipso Pontificatus nostri principio quam maximè possumus enitimur, atque contendimus, vt domus, & Curia nostra à sordibus expurgetur*. Nauarrus *supra num. 29.* Molina *supra §. deinde*. Non tamen intelliguntur Sedis Apostolicæ nomine, quoad præsens spectat, Auinio, Ancona, aut alia loca vbi sunt Legati, aut delegati Papæ, & in quibus ipse non est. Illa enim non sunt Curia, aut domus Papæ. Nauarrus *sup. num. 29.* Molina *sup.* Multo minus intelliguntur Episcopi, Legati, Nuncij Collectores, Inquisitores, aut alij similes extra Curiam existentes, propter eamdem rationem Bonacina *sup. num. 5.* Hæc tamen intelligenda sunt de relatis Constitutionibus Bonifacij, & Gregorij. Loquendo enim de Constitutione Clementis 8. quam supra num. 22. retuli, ea extenditur ad delinquentes in actionibus prohibitis in dictis Constitutionibus circa bona Communitatum ditionis status Ecclesiastici, *non solum apud Sedem Apostolicam sed in quibusuis tribunalibus, & eorum quibuscunque Iudicibus, etiam laicis Almæ Vrbis, ac tam in Romana Curia, quam extra eam in quibuslibet temporali ditioni Nostræ mediatè, vel immediate subiectis, Prouincijs, Ciuitatibus, Oppidis, terris, & locis*, vt ait Pontifex. Naldus in *summa verbo gratia num. 14. in fine*. Vide etiam pro explicatione huius Constitutionis Clem 8. Thesaurum *in prax. par. 2. verbo munera cap. 7.*

27 Circa quartum de actionibus, de quibus est sermo in his Constitutionibus, notandum, præcipuas ipsorum, scilicet aliquid dare, promittere, paciscì, recipere, seu acceptare promissionem pro gratia, seu iustitia obtinenda apud Sedem Apostolicam vetitas esse iure diuino, vel naturali, & esse prohibitas quia malas, non è contra malas quia prohibitas. Id enim colligitur, tum ex verbis Constitutionis Gregorij, quibus intentum ipsius declaratur, scilicet vt *domus, & Curia nostra à sordibus expurgetur*. Peccata enim *sordes* appellantur S. Scripturæ phrasi Apoc. vlt. v. 11. illis verbis *Qui in sordibus est sordescat adhuc,*

& qui iustus est, iustificetur adhuc. Tum etiam ex illis eiusdem Constitutionis, *quæ cum pessimæ sint, & Curiæ prædictæ existimationem grauissimè offendant*, quæ etiam idem denotant. Tum quoque, quia, vel sunt simoniacæ, vel saltem contrariæ bono regimini Sedis Apostolicæ. Nauarrus *sup. num.* 4. Molina etiam *sup.* §. *Nauarrus ibidem*. Dixi præcipuas ipsarum, quia aliquæ illarum, scilicet denunciare intra triduum Sedi Apostolicæ delinquentes, & restituere accepta non videntur iure naturæ, aut diuino præcepta. Bonacina *sup. num.* 7.

28 Ergo prima actio prohibita in Constitutione Bonifacij 8. etiã à Gregorio 13. innouata, est pactum, seu promissio dandi aliquid siue paruum, siue magnum pro obtinenda aliqua gratia seu iustitia, siue pro se, siue pro alio apud Sedem Apostolicam. Oportet autem ad hoc quod sic paciscens, vel promittens incidat in pœnas harum Constitutionum, quod verè, & ex animo promiserit, promissio enim ficta non est promissio nisi ore tenus, ac per consequens sic promittens non erit obnoxius quo ad Deum pœnis harum Constitutionũ. Dixi quoad Deum, quia quoad forum externum, quod non iudicat de occultis, sed de externis, censebitur illis obnoxius. Peccat tamẽ grauiter sic faciens, tum quia in re graui decipit proximum, tum quia illũ inducit ad peccandum, scilicet ad dandum dictam gratiam, vel iustitiam propter rem de qua est ipsum pactum, vel promissio Bonacina *sup. num* 8. Credo autem incurri has pœnas etiam si promissio acceptata non sit, Pontifex enim, vt patet ex verbis Constitutionis Bonifacij, distinguit promissionem à receptione promissionis, & vtramque actionem distinctè prohibet. Molina *sup.* §. *cum omnes*. Etsi oppositum teneat Bonacina *sup. num.* 9. Quando etiam hæc promissio fieret à promittente animo se obligandi solùm ex gratitudine, licet Nauarrus *sup. num.* 4. §. *Ad tertium respondeo* dicat non incurrere has pœnas, probabilius tamen censeo contrarium, quia talis promissio ex natura sua inflectit Iudicẽ, vel collatorem gratiæ, seù iustitiæ ad eam concedendam intuitu illius, quod est contra intentionem Pontificum in dictis Constitutionibus. Molina *sup. Vnde quod Azor sup.* §. *sed meo*. Secus dicendũ quãdo promissio fieret per verba vrbanitatis solum absque intentione aliqua se obligandi, quia talis promissio, & talia verba in communi modo loquendi nullam obligationem inducunt, nec multum mouent. Molina *dicto* §. *vnde quod*. Bonacina *sup. num.* 10. Qui verò nihil diceret, sed in depositum poneret aliquid tribuendum, incurreret has pœnas, quia vt ait Glossa huius Extrauag. Bonifacij *verb. sub Generalibus*, talis dicit, *quia facta loquuntur*. Non verò incurreret has pœnas, qui solum promitteret orare Deum, vel Sanctos pro collatore gratiæ, vel iustitiæ, huiusmodi enim promissiones licitæ sunt, & piæ, nec sunt

prætio

prætio æstimabiles. Nauarrus *supra num.* 23. & 28.

29 Secunda actio prohibita in Constitutione Bonifacij, & Gregorij est receptio promissionis pro gratia, seu iustitia dicto modo obtinenda. Quod contingit non solum quando collator gratiæ seu iustitiæ intuitu promissionis sibi factæ eam conferret (Molina *sup.* §. *His ita*, Bonacina *dicto num.* 10.) sed etiam, vt credo, quãdo verbis, vel signis promissionem illi factam acceptaret, hoc enim est recipere promissionem.

30 Tertia actio prohibita in his Bullis est dare ex pacto seu promissione occulta, vel manifesta, facta sub generalibus, & plenariè non expressis, siue sub specialibus, & expressis apertè verbis, aliquod siue magnum, siue paruum pro gratia, seu iustitia, vt dictum est, obtinenda, Molina *sup. dicto* §. *His ita*. Quæ explicanda est de promissione pro vt supra, & de donatione cuiuscunque rei, siue sit pecunia, siue quidquam aliud, cum Pontifices generaliter loquantur. Nauarrus *sup. n.* 25.

31 Quarta actio præcedenti correspondens est recipere aliquid ex dicto pacto, & promissione, quæ eodem modo sicut præcedens exponenda est, vt credunt relati auctores.

32 Cum autem Pontifices prohibent in his Constitutionibus promittere, dare, vel recipere aliquid, siue magnum siue paruum, pro dicta gratia, seu iustitia obtinenda notandum, quod illo verbo *siue paruum*, non intelligitur res tam parua, quæ ad minus non sit sufficiens ad peccatum mortale. Excommunicatio enim, & aliæ pœnæ impositæ in his Constitutionibus cadere non possunt nisi supra peccatum mortale, peccatum autem mortale requirit materiam grauem. Vnde dans, vel recipiens rem modicam, quæ non sit materia peccati mortalis non incurrit dictas pœnas, quamuis intentio dantis, vel accipientis mortifera aliàs sit. Nauarrus *num.* 20. Molina §. *vtrum vero*, & alij. Quanti autem valoris debeat esse talis res, vt incurrantur istæ pœnæ, licet Bonacina *sup. num.* 13. dicat, sufficere quod sit eius valoris quæ sufficeret in furto ad peccatum mortale. Melius tamen Nauarrus, & Molina *sup.* Azor *sup.* §. *Tertiò quæritur*, & alij, tenent arbitrio boni viri relinquendum id esse, vt pensatis circunstantijs dantis, & recipiẽtis, videat an valor illius rei sufficiens sit ad mouendum animum collatoris gratiæ, vel iustitiæ ad ipsam conferendam.

33 Quinta actio in eisdem Constitutionibus prohibita, prout patet ex Constitutione Bonifacij 8. est facere promissionem de quacunque re, aut vtilitate consequenda propter dictam gratiam, vel iustitiam obtinendam. Et ne dicamus istam actionem coincidere cum prima, ac per consequens superfluè poni à Pontifice, dicendum est, per primam denotari promissionem dandi aliquid quod veniat in manus collatoris, v. g. pecuniam, vestem &c. Per quintam verò denotari pro-

missionem alicuius, quod, etsi non veniat ad manus illius, est tamē ipsi vtile, aut commodum. v.g. facere iter pro ipso, & similia. Indicant hoc Nauarrus *sup. num.* 28. & Bonacina *sup. num.* 11. Loquēdum autem est de hac promissione sicut de prima, propter eamdem rationem.

34 Sexta actio pariter in his Cōstitutionibus vetita, est receptio huius promissionis, quæ quidem intelligenda est cum proportione ad ipsam promissionem, & loquendum de ea sicut dixi *sup.* de secunda actione.

35 Septima actio, ad quam etiam extendunt Pontifices prædictam excommunicationem est, dare, & octaua, est recipere aliquid, videlicet pro iustitia vel gratia obtinenda. Cum autem huiusmodi actiones assignentur vt distinctæ ab alijs similib. scilicet tertia, & quarta, de quibus *sup.* necesse est dicere, duas illas actiones, scilicet tertiam, & quartā importare dare, & recipere ex pacto, & promissione, vt ibi dixi, duas vero istas, scilicet septimam, & octauam importare dare, & recipere simpliciter, etiam sine pacto, aut promissione. Nauarrus *sup. num.* 31. Bonacina *sup. num.* 14. referens Bocaccium, & Farinacium.

36 Dixi semper *pro gratia vel iustitia obtinenda*, quia si aliquis promittat, det, vel recipiat aliquid etiam ex pacto, & promissione, non pro ipsa gratia, & iustitia obtinenda, sed alia iusta causa, non incidet in pœnas harum Constitutionum, cum leges non sint extendendæ vltra propriam verborum significationem, istæ autem solum dicto modo loquuntur. Bonacina *supra.* Hinc primò, non incurret illas qui ob meram liberalitatem, & beneuolentiam sine vllo respectu ad gratiam, vel iustitiam obtinendam dederit. Propter rationem dictam. Nauarru *num.* 36. Azor *quæsit.* 2. Nec qui dat, vel recipit sportulas, propinas, vel xenia consueta in Curia: eo enim ipso quod sunt cōsueta censentur iure debita. Molina *sup.* §. *Quando aliquid.* Bonacina *sup.* Nec qui dat aut recipit aliquid pro salario, vel stipendio iure, vel consuetudine debito Aduocato, Notario, Assessori, Procuratori, seu Solicitatori. Nauarrus *num.* 26. & 32. Molina *sup.* Pro hoc tamen, & præcedenti casu aduertendum, quod si datur aliquid vltra id quod iure, vel consuetudine est debitum, & id detur pro gratia, vel iustitia obtinenda incurrentur pœnæ, secus si liberaliter donetur. Bonacina *ibidem.* Nec qui dat solum ad redimendam iniustam vexationem in iure iam adquisito. Nauarrus *num.* 16. Azor *quæsit.* 2. Nec qui dat ad recompensandum aliquod damnum, quod, vel testis, vel Notarius, vel Procurator, aut Solicitator passi sunt, vltra id quod tenebantur, hoc enim etiam est debitum. Bonacina *supra.* Idem dicit Nauarrus *num.* 16. de eo qui dat, vel promittit, aliquid Iudici vt causam citius expediat. Sed oppositum tenet Bonacina ex Farinacio *supra num.* 35. quia hoc est dare pro gratia, vel iustitia.

37 Dixi

37 Dixi etiam ſemper *pro gratia, vel iuſtitia obtinenda*, quia ſi quis det vel recipiat aliquid poſt gratiam, vel iuſtitiam obtentam, titulo ſcilicet gratitudinis, vel alio titulo honeſto, non incurret pœnas harum Conſtitutionum, quæ ſolum ſunt taxatæ pro traditione, vel receptione &c. pro gratia, vel iuſtitia obtinenda. Nauarrus *ſup. num.* 31. Niſi id dirigat ad aliam gratiam, vel iuſtitiam in poſterum obtinendam, quia iſte re vera comprehenditur in his legibus. Nauarrus *ſup.* Bonacina *ſup. num.* 15. Aut niſi talis donatio, vel receptio ſit ob præuiam promiſsionem, aut pactum. Tunc enim etiam comprehenderetur, Nauarrus *num.* 25. Molina *ſupra* §. *Porro qui.* Azor *ſup. quæſit.* 4. Nota tamen, quod ſi gratia, vel iuſtitia obtenta, fuerit materia Simoniæ dans aliquid pro ipſa, vt prætium, erit Simoniacus, & pœnas etiam Simoniæ incurrit. Azor *ſupra*.

38 Nota etiam, pœnas harum Conſtitutionum incurri per quamlibet ex actionibus prædictis, etiam non ſecuto effectu obtentionis gratiæ, vel iuſtitiæ. Ratio eſt, quia licet regulariter loquendo ad incurrendam aliquam cenſuram requiratur actus completus, & conſummatus, nec ſufficiat conatus, aut actus imperfectus, hinc enim excommunicatio *ca. ſi quis* 18. *queſt.* 4. contra percuſſores Clericorum non incurritur ab eo qui ſagittam, vel lapidem in Clericum iecit, ſi illum non tetigit, quando tamen conatus ipſe, ſeu actiones imperfectæ per ſe, & principaliter prohibentur, tunc per illas præcisè incurretur cenſura. Hoc autem contingit in propoſito, nam facere pactum, vel promiſsionem, dare, vel recipere, prohibentur principaliter, & ſeparatim, vt patet ex contextu Conſtitutionis Bonifacij, ideo illæ ſolæ ſufficiunt ad incurrendas pœnas. Nauarrus *num.* 13. Molina *ſup.* §. *cum omnes.* Azor §. *Quintò quæritur.* Sanchez 1. *to. opuſc. moral. l.* 2. *c.* 3 *dub.* 104. *n.* 56.

39 Imponunt autem Pontifices excommunicationem latæ ſententiæ contra aliquam actionem ex prædictis perpetrantes, eamque ſibi reſeruant, præterquam ſi ad illos acceſſum habere non poſſent in articulo mortis conſtituti. Quia tamen non derogatur priuilegijs quæ habent Prælati Regulares ad abſoluendum ſuos ſubditos à cenſuris Papæ reſeruatis, ideo Prælati talia priuilegia habentes, de quibus egi *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 36. & *ſup.* verbo *clauſura num.* 20. illis vti poſſunt. Epiſcopi etiam poſſunt ab hoc caſu abſoluere quando fuerit occultus ex priuilegio Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. iuxta ibidem dicta. Confeſſarij ſimiliter habentes facultatem abſoluendi à caſibus Papalibus virtute Iubilæi, Bullæ Cruciatæ, vel aiterius ſimilis priuilegij, id facere poſſunt, iuxta modum in tali priuilegio deſignatum. Hinc, conſequenter Ieſuitæ, & alij qui communicant in priuilegijs cum ipſis, propter priuilegium Pauli 3. id facere poſſunt, iuxta dicta ſupra verbo

confessarius num. 5. Vnde in specie de hoc casu id affirmat Peirinis *to.* 1. *de subdito quæst.* 4. *cap. vlt.* §. *vnico.*

40 Sed pro quocunque qui ab hoc casu absoluendus est, subiungitur in Constitutione Bonifacij, quod, & confirmatur in Constitutione Gregorij: *Nec etiam ad absolutionis gratiam admittatur, nisi prius quantum dedit, vel recepit integraliter pauperibus largiatur.* Quod de recipiente facilè intelligitur, ita vt absolui non possit, nisi id quod acceperit, prius pauperib. elargiatur. De dante verò in eo sensu id accipi debet, quod scilicet, si in eius potestate est facere quod ille qui recepit restituat, vel ipsi restitutum est, quod dederat, tunc non possit absolui nisi restitutione prius realiter, & integraliter facta: secus verò si neque ipsi restitutum est, nec est in potestate ipsius, quod qui accepit restituat. Molina *sup.* §. *pœna* Bonacina *sup. num.* 18. Non sufficit autem quod restitutio fiat danti, aut quod is condonet restitutionem. Nam Pontifices volunt quod restitutio fiat pauperibus, & dantem priuant iure rei datæ in pœnam sui delicti. Nauarrus *num.* 38. Azor *sup. quæst.* 8. Bonacina *sup.* An verò casu quo talis sit pauper, possit sibi retinere, vide Sanchez *sup. dub* 114. præsertim *num.* 14.

41 Volunt etiam Pontifices vt gratia seu iustitia sic accepta, irrita omnino sit, & carens omni effectu, & quod qui illa vtitur scienter, ligetur eadem excommunicatione Papæ reseruata & alijs pœnis quibus transgressores huius legis puniuntur. Nauarrus, Azor, & Bonacina *sup.* Addit Nauarrus, pœnam nullitatis inductam per has Constitutiones esse in foro conscientię subeundã, quia ista est intentio pontificia.

42 Addunt præterea Pontifices, *illos quoque qui aliquem sciuerint culpabilem in prædictis* (scilicet in actionibus dandi, recipiendi, promittẽdi, &c. de quibus supra) *& Nobis in tra dierũ trium spatium non retulerint, vel alicui per quẽ ad Nos verbum fideliter perferatur, simili decernimus sententiæ subiacere.* scilicet, excommunicationis, de qua supra. Quod etsi forsan non obliget extra Romam existentes (Nauarrus *num.* 37. Molina §. *Cum omnes,*) obligat tamen Romæ existentes, & etiam, vt credo, extra Romam commorantes, quando commodè prædictam denunciationem facere possunt, etsi non in triduo illo, saltem eo elapso. Bonacina *num.* 19. Semper etiam præmitenda est correctio fraterna, quando speratur correctio, iuxta præceptum diuinum Christi Math. 18. *v.* 15. Nauarrus *num.* 37. Bonacina *num.* 20.

43 His ita explicatis ex Constitutione Bonifacij in qua continentur, & ex Constitutione Gregorij in qua confirmantur, subijcẽdæ sunt aliæ actiones, quas ipse Gregorius addidit, & prohibuit. Interquas aliæ sunt principaliter & veluti per se prohibitæ, aliæ solum accessoriè. Principaliter autem vetitæ sunt tres. Prima est, pro vt ex verbis eiusdem Gregorij

gorij colligitur, nundinari conquirendo expeditiones negotiorum, innittendo suffragationibus potentiorum. Secunda est, ambire donis, aut pollicitationibus eos, quos gratia præstare arbitrãtur, vt scilicet pro se, vel pro alijs gratiam aliquam, vel iustitiam apud Sedem Apostolicã obtineant. Tertia est, fingere, seu mentiri dicendo se dedisse prætium vel munera prædictis gratia valentibus ab obtinendam talem gratiam, vel iustitiam. Accessoriè etiam prohibitæ sunt tres, prima est, dare prædictis auxilium; secunda, dare consilium. tertia, dare fauorem. Cum autem illæ tres priores sint principaliter, & per se prohibitæ, ideo quælibet ipsarum etiam non secuto effectu sufficiens est ad incurrẽdas pœnas harum Constitutionum, iuxta dicta *sup. num.* 38. Molina §. *Atqui tres*, & sequentibus. E contra vero, quia istæ posteriores solum sunt accessoriæ, ideo illis non incurrentur pœnæ predictæ, nisi effectu secuto, scilicet ipsa consecutione gratiæ vel iustitiæ, vel saltẽ aliqua alia actione principaliter prohibita, scilicet pactione, datione, receptione &c. vt habent Molina §. *Ad tres*. Azor *quæst.* 8. §. *quinta*. Bonacina *supra num.* 21.

44 Statuit etiam contra transgressores Gregorius priuationem officij, & beneficij, & inhabilitatem ad illa, & alia. Quæ qualiter intelligenda, & quis possit in illis dispensare, vide dicta hoc eodem verbo *dare num.* 14. circa Constitutionem *de largitione munerum* Clem. 8. cum alijs locis ad quę ibi remissiuè. Quia etiam statuit pœnam infamię, nota eam non incurri ante sententiam Iudicis declaratoriam criminis. Azor *sup.* §. *septima*. Bonacina *num.* 19.

45 Cum autẽ pœnę specialiter statutæ à Gregorio sint solum contra audentes, vt patet ex Bulla ipsius, ideo nõ incurruntur nisi propter dolum, malitiam, vel præsumptionem, ac per consequens ex scientia, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 10. *num.* 33. Secus dicendũ de pœnis statutis à Bonifacio, & confirmatis ab eodem Gregorio, istæ enim cum non statuantur contra audentes, sed contra simpliciter transgressores, incurrentur etiam propter ignorantiam crassam, supinam vel affectatam, iuxta dicta *ibidem*. De quo etiam Bonacina *sup. num.* 22.

DECIMA QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

Nomine Decimæ quid intelligatur. num. 1.
Quo modo differat ab oblatione. ibid.
Quo iure sit introducta. ibid.
Quotuplex sit. ibid.

Regulares ex multis Priuilegijs ab ea ſoluenda exempti ſunt. num. 2.
Alia priuilegia pro alijs Regularibus. num. 3.
Pro Carmelitis. num. 4.
Quæ notanda circa illa. num. 5.
An debeant ampliari, vel reſtringi. num. 6.
An ſint perſonalia, vel realia. num. 7.
An in illis valeat communicatio Priuilegiorum Regularium. num. 8.
Quando perdantur per non vſum. num. 9.
Notabilis Rotæ Deciſio in cauſa Carmelitarum. num. 10.
Quæ habeantur ex ipſa. ibid.
An Regulares eximantur à Decimis ex agris illis acquiſitis, vel ſolum ex noualibus. num. 11.
Qualiter prohibitum ſit illis à Decimarum ſolutione retrahere alios? num. 12.
Quid præcipiatur ipſis in Concilio Lateranenſi. ibid.
Quomodo intelligendum hoc præceptum. ibid.

1 NOMINE Decimæ intelligitur quota bonorum debita Eccleſiæ Miniſtris in ipſorum ſubſidium, & ſuſtentationem. Ita habetur ex *cap.* 1. *de Decimis, & cap. Parrochia cap. non eſt, cap. tria nobis, & cap. cum ſit in homine eodem tit.* Hoſtienſis *in ſumma de Decimis* §. 1. Bonacina *de præcept. Eccleſ. diſp. vlt. quæſt.* 5. *punct.* 1. *num.* 1. Differt Decima à primitia, quia primitia denotat primam partem frugum, decima autem aliam partem. Syluester *in ſumm. verbo Decima num.* 1. Et ab oblatione, quia oblatio fit immediatè Deo, licet conſequenter cedat in vſum Miniſtrorũ, Decima vero fit immediatè ipſis Miniſtris Eccleſiæ. Syluester *num.* 2. Sotus 9. *de iuſt. quæſt.* 4. *art.* 1. Eſt de iure naturali, & diuino, quatenus importat aliquam partem indeterminatam, & indefinitam pro Miniſtrorum Eccleſiæ ſuſtentatione. Iure quidẽ naturali, quia ius naturæ dictat quod ſicut Eccleſiæ Miniſtri plebi Spiritualia præbent, ſic plebs illis pro ſuſtentatione corporalia tribuat. Iure autem diuino. 1. *Cor.* 19. per totum caput, præſertim *v.* 11. *Si nos vobis Spiritualia ſeminamus, magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus.* Eſt vero de iure poſitiuo Eccleſiaſtico in lege noua, quatenus importat certam partem bonorum, ſcilicet decimam, non octauam, vel duodecimam. In lege autem veteri de iure diuino erat Decima, ſed quia illud præceptum non erat morale, ſed iudiciale, ceſſauit in noua, quatenus importat determinatam partem. S. Tho. 2. 2. *quæſt.* 87. *art.* 1. Sotus *ſup.* Azor. *to.* 1. *inſtitut. moral. lib.* 7. *cap.* 34. *quæſit.* 4. Cum autem ius exigendi illam ſolum pertineat ad Miniſtros Eccleſię, ideo pertinere etiã

poterit

poterit ad Regulares, quando illi habuerint Parrochiam, in qua spiritualia administrauerint. Fagundez *in* 5. *Eccles. precept. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 34. & 35. ex Siluestro, Suarez, & alijs. Porro Decima triplex est, alia personalis, illa scilicet quæ debetur ex industria, & opera personæ, vt ex venatione, negotiatione &c. alia prædialis, quæ debetur ex fructibus prædiorum, scilicet vineæ, olueto &c. mixta vero est, quæ partim ex industria personæ, & partim ex fructib. prædiorum est debita, vt ex fœturæ animalium, lana, lacte &c. Ioannes Beetz *in* 4. *præcept. Decalog. expos.* 3. *cap.* 3. Toletus *in summa lib.* 6. *cap.* 20. Bonacina *sup. punct.* 1. Horum porro omnium debetur Decima, si adsit consuetudo illam soluendi. Caietan. *in summa* verbo *Decima.* Siluestes *sup. num.* 9. Consuetudine etiam contraria tolli potest hæc obligatio, ea ratione qua est introducta lege Ecclesiastica, scilicet quoad solutionem talis, vel talis partis. Miranda *in Man. to.* 2. *quæst.* 49. *art.* 5. Et etiam ex Papæ dispensatione. Miranda *ibid. art.* 6. Suarez *to.* 1. *de Religione Tract.* 2. *lib.* 1. *cap.* 14.

2 Quamuis autem Decima ab omnibus solui debeat, Regulares tamen, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 3. *num.* 15. exempti sunt à solutione ipsius, tum iure communi. *ca. quæst. & ca. Decimas* 16. *quæst.* 1. quoad aliquas (Fagundez *in* 5. *Eccles. præcept. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 7.) tum quoad alias ex priuilegijs Summorum Pontificum multis Ordinib. concessis. Specialiter Clem. 4 pro Minoribus. Bonifac. 8. pro Religiosis personis in communi. Eugenij 4. pro Monialibus S. Claræ, & Fratribus ac Monialibus Ordinis Prædicatorum. Sixti 4. pro Prædicatoribus, Minoribus, Carmelitis, & Monialibus S. Claræ. Alexandri 6. pro eisdem Monialib. Leonis 10. pro eisdem. Clem. 7. pro eisdem, & Lucij 3. ac Bonifacij 8. pro Fratribus S. Ioannis Ierosolymitani. Refert hæc priuilegia Cassarubius *in Compend. verbo Decimæ.* Addit Sorbus ipsius Scholiastes ibidem, etiam Pium 4. eximisse à solutione Decimarum Moniales quorumcunque Ordinum, & Pium 5. id ampliasse pro omnibus Ordinibus Mendicantibus, licet postea Gregor. 13. ad sex Decimas eos obligauerit, & tandem ad tres solas id postea restrinxerit.

3 Deinde Tamburinus *de iure Abbat. to.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 18. *à n.* 8. Barbosa *de iure Ecclesiastic. l.* 3. *Titulo de decimis c.* 26. *à n.* 21. & Ioannes Maria Nonarius *in lucern. Regul. verbo Decima.* plura alia priuilegia Religionum referunt. Videlicet Sixti 4. pro Canonicis Regularib. Lateranensibus, Eugenij 4 pro Cassinensibus, Leonis 10. pro Camaldulensibus, Innocentij 2. Cælestini 2. & Eugenij 3. pro Monachis Vallis Vmbrosæ, Martini 5. pro Cistertiensibus, Greg. 10. & Eugenij 4. pro Cœlestinis, Innocentij 2. pro Cluniacensibus, Clem. 7. pro Benedictinis Vallisoleti, Vrbani 3. pro Præmonstratensibus, Cæleſt. 3. pro Monachis

Montis

montis Virginis, Pij 2. pro Oliuetanis, Innocentij 4. pro Siluestrinis, Iulij 2. pro Canonicis Regularibus S. Saluatoris, Gregorij 13. pro Monachis S. Basilij, Clem. 7. pro Fratribus sancti Antonij Viennensis, Gregorij 11. pro Prædicatoribus, & Fratibus B. Mariæ de mercede, Iulij 2. pro Minimis, Vrbani 3. pro Crucigeris, Martini 5. pro Carthusianis, Sixti quarti pro Minoribus, Gregorij 13. pro Iesuitis, ac Sixti 4. Leonis 10. Clem. 7. Pauli 3. & eiusdem Gregorij pro Monialib. S. Claræ. Hæc porro priuilegia cum varia, & diuersa sint, alia alijs ampliora, alia minus ampla sunt, vt videre est in Bullis horum Pontificum.

4 Pro Carmelitis vero extat notabile illud priuilegium quod *to. 2. cap. 1. num. 32.* retuli ex Sixto 4. in Mari magno Ordinis confirmante quæ Innocentius 4. Clem. 4. Innocent. 6. & Alexand. 4. antea concesserant, & ipse Sixtus ampliauit.

5 Circa hæc autem priuilegia animaduertendum primò, ritè & legitimè à Summis Pontificibus potuisse concedi Religionibus, quamuis Glossa *in ea. quæst. 16. quæst. 1.* de hoc dubitauerit. Etsi enim solutio Decimarum sit de iure diuino, iuxta modum dictum supra *n. 1.* quia tamen illæ solui debent Ministris Ecclesiæ pro labore quem impendunt in administratione Spiritualium, & Religiosi etiam hoc munus exercent, rectè potuerunt Pontifices illa remittere Religiosis. Rebuffus *tract. de Decimis quæst. 13. num. 103.* & alij apud Tamburinum *sup. num. 30.* Præsertim, quia per hoc priuilegium non immutatur generalis ratio, & quasi adæquatus finis, & per se intentus in Decimis, qui est diuinus cultus, & sustentatio Ministrorum Dei, ac pauperum, sed immutatur particulare ius applicandi hanc partem Decimarum huic Ecclesiæ, vel illi, his personis, vel illis. Suarez *to. 1. de Relig. tract. 2. lib. 1. cap. 14. num. 13.*

6 Secundò, communiter dici huiusmodi priuilegia cum sint in præiudicium tertij habentis intentionem fundatã de iure communi, non esse amplianda, sed strictè interpretanda, vt lædant minus quod fieri possit. Ita enim decisum video à S. Rota in vna Valentina coram Cardinali Lancellotto 28. Nouembris 1603. quam refert dictus Tamburinus *sup. num. 38.* & tenet Suarez post alios quos refert *to. 1. de Relig. Tract. 2. lib. 1. cap. 18.* Semper tamen ita est hæc restrictio facienda, vt verba priuilegij in sua proprietate saluentur. Suarez *ibid.* Imo semper cum consideratione quòd Religiosi quibus conceduntur sunt optimè meriti de Ecclesia Sancta, & vt dixi, cooperatores Ministrorum Ecclesiæ in administratione Spiritualium.

7 Ex quo etiam inferri videtur tertiò, talia priuilegia esse solum personalia, & non realia, ac per consequens non transire ad colonos, seu

arren-

Pythagoras Philosophus Samius, Mnesarchi filius, Thalis Milesii discipulus, Anaximenis auditor, Pherecydis Syri sodalis, Hermodamantis Samii, Creophylique Samii, qui Homeri familiaris fuisse dicitur, hospes, ad extremum ipse magister, ut ait Ennius, Graiorum, cum Italiam adisset, Pythagoreorum dogmatum auctor, Numam Pompilium regem Romanum, Sabinum, ut quidam putant, genere, ad studia sapientiae impulit. Hic primus omnium, quod sciam, Philosophiae nomen invenit, cum ante sapientes appellarentur, qui aliquid praeclare scite ac prudenter dixerant. Sapientiam autem definiebat rerum divinarum humanarumque scientiam. Is primus dixit animum esse immortalem, et alia animalia in alia animalia commeare, quae nos dicimus mutari, et omnia quae nascuntur ex quadam conditione fieri. Quae ille censebat, ea nos nunc Pythagoreorum more, non nostro, dicemus. Ille igitur

cõmunicatio priuilegiorũ quæ Religiones habent, non vero in ista.

9 Quinto notandum, huiusmodi priuilegia non perdi alicui Monasterio, etiam per non vsum illorum in ipso, si in alijs Monasterijs eiusdem Ordinis cui illa concessa sunt, fuerint in vsu, nã per vsum aliorum Monasteriorum ius illius Monasterij præseruatum censetur, non secus ac ius Patronatus, quod per exercitũ vnius ex compatronis alijs reseruatur. Tamburinus *supra num.* 37. ex varijs Rotæ decisionibus, & Panormitano.

10 Sexto nota, notabilem Rotæ decisionem coram Illustrissimo Domino Coccino 17. Decembris 1627. in causa *Decimarum* quam idẽ Tamburinus *sup. post. num.* 39. ad longum refert, ex qua habetur an ex bonis relictis Monasterio habenti exemptionem à Decimis, Decima solui debeat, quando illa bona tali solutioni obnoxia erant. Cum enim Conuentui Carmelitarum Abulensis Ciuitatis nobiles quidam reliquissent quædam prędia sita in quibusdam Oppidis, quæ alias solita erant Decimas soluere Parrochiæ Sancti Thomæ eiusdem Ciuitatis, & aliqui prætenderent etiam esse soluendas à dictis Religiosis, S. Rota decreuit eos esse liberos à tali onere; eo quod tales Decimæ non possent prætendi à dicta Parrochia neque vt prædiales; cum illa prædia sita non essent intra limites ipsius, nec vt sacramentales, cum præfatis Religiosis Sacramenta non administraret, consuetudoque esset à quadraginta, & amplius annis, eas non soluendi. Quod vero nec prædictæ Decimæ etiam vt prædiales exigi possent à Parrochis illorum Oppidorum vbi ea prædia sita sunt, etiam dato quod alias essent obnoxia tali oneri, colligitur ex eo quod postquam transierunt in possessionem dictorũ Religiosorũ, cessauit ratio quare prius soluebãtur, scilicet administratio Sacramentorum, vt notatur in illa dicta Decissione §. *non obstat*, & etiam propter consuetudinem prædictã non soluendi illas, à quadraginta, & amplius annis. Accedit etiam priuilegium Sixti 4. in Bulla *Dum attenta &c.* quæ est Mare magnum Religionis verbis adductis *to. 2. huius summæ cap.* 1. *num.* 32. Maximè facit declaratio quædam S. Congregat. apud Marzillam ipsarum Collectorem fol. 317. quæ est numero 168. in qua habetur Decimas debitas pro administranda cura animarum non deberi Mendicantibus.

11 Ex quo septimo infertur Religiosos habentes priuilegia quod eorum bona generaliter immunia sint à solutione prædialium Decimarum (prout de Carmelitis dici potest, propter priuilegium relatum) exemptos etiam esse non soluma Decimis agri nouales, illius scilicet, quem illi suis laboribus denuo excolere cepernnt. Est enim *nouale* iuxta *cap. quid per nouale de verbo Significat*. Ager seu prædium de nouo cultum, de quo non est memoria quod fuerit cultus. Layman. *l.* 4.

Tract. 4.

Digitized by Google

*Tract.*4. *cap.*3. *num.*4. sed etiam à solutione Decimarum ex agro illis adquisito, qui aliàs Parrochiæ Decimas soluebat, quia priuilegia id sonant, & accipenda sunt iuxta proprietatẽ verborum. Suarez supra dicto *lib.* 1. *cap.*19. *num.*2. Quare declarationes Sacræ Congregationis huic doctrinæ contrariæ, quas afferunt Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Decimæ*, & Nouarius *in lucern. Regular. verbo Decimæ*, intelligendę sunt de Regularibus non habentibus specialia priuilegia, prout colligitur ex Aldana à Nouario relato. Extenduntur etiam dicta priuilegia ad noualia post concessa priuilegia culta, & ad prædia tam adquisita quam adquirenda, propter eamdem rationem. Suarez *ibid. num.* 6. & 7. Secus si agri non sint proprij, propter oppositam rationem. Licet de ijs bonis, quæ ipsis data sunt in Emphiteosim, probabiliter dici possit contrarium, cum ea aliquo modo etiam dicantur propria, scilicet quoad dominium vtile. De quo Azor. *to.* 1. *instit. Moral. lib.* 7. *cap.*37. *quæst.*8. Suarez *sup. num.*8. & sequentibus. Attendendum tamen est ad verba priuilegiorum, & propriam ipsorum significationẽ.

12 Qualiter incidant in excommunicationem Religiosi, qui aliqua in sermonibus suis, vel alibi præsumunt proferre, vt audientes à Decimarum solutione retrahant, & quid de scienter non facientibus conscientiam confitentibus de illis soluendis, dixi *to.* 1. *c.*9. *num.*26. Adde ex Leon. to. in Concil. Lateran. quod Fratres Confessores tenentur hortari, & admonere, etiam sub onere conscientiarum suarum, illos, quorum confessiones pro tempore audierint, ad soluendum Decimas, siue aliam similem quotam iure debitam, & absolutionem denegare, recusantibus illas soluere, & super hoc requisiti id populo prædicare, & persuadere. De quo Rodriguez *dicto to.* 2. *quæst.*44. *art.*8. & Miranda *to.* 2. *quæst.* 49. *art.*14. Vbi aduertit circa hoc præceptum, ex concessione Eugenij quarti, quæ habetur in Compend. priuileg. Mendicant. Cassarub. *verbo Absolutio quoad sæculares* 2. §.2. quod Fratres Minores (idem de alijs, qui cũ ipsis communicationem priuilegiorum habent) non tenentur facere conscientiam dicto modo confitentibus, nisi quando ab Ordinarijs fuerint requisiti. Quod satis rationi & consuetudini conforme est, vt credo, & ita obseruandum, etiam si dicta concessio Eugenij 4. fuerit solum viuæ vocis oraculum. De Religiosis etiam vsurpantibus Decimas qualiter incidant in excommunicationem, dixi *to.* 1. *cap.*9. *num.* 23.

DEFVN-

Digitized by Google

DEFVNCTVS.

SVMMARIVM.

Defuncti sepultura libera. num.1.
Quid statutum à S. Congregatione pro Regularib. circa leuanda cadauera Defunctorum. num.2.
Quid quando aliquis moritur extra suam Parrochiam, & vult sepeliri in Ecclesia Regularium. num.3.
Quomodo id accipiendum. ibid.
De munere Parrochorum circa sepulturam Defunctorum. num.4.
Cadauer non debet manere insepultum occasione controuersia sepulturæ. num.5.
Officia mortuorum à quibus facienda tempore sepulturæ. num.6.
De alijs ad illam spectantibus. ibid.
Decretum Auditoris Camera. num.7.
Alia remissiue. num.8.

1 CIRCA Defunctorum sæcularium cadauera sepelienda, & funeranda, maximè in Ecclesijs Regularium, & ipsorum cadauerum ad Ecclesias associationem, multæ suboriri solent controuersiæ, de quibus in præsenti agere opere prætium est. Et primò, quod attinet ad sepulturam ipsorum, ex dictis *to.2. cap.1. n.31.* constat, eam debere esse liberam pro Ecclesijs Mendicantium. Vnde Defuncti corpus, quod præter eius voluntatem non sine violentia in quadam Ecclesia Cathedrali sepultum fuit, transferri præcepit Sacra Congregatio ad Ecclesiam in qua sepeliri voluit 21. Iulij 1607. Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Defunctus.* De hoc etiam 4.to. verbo *Sepultura*.

2 Non posse leuari à Regularibus corpora Defunctorum nisi vocato, & expectato proprio ipsorum Parrocho, eoque ibidem præsente, nisi ipse aliter fieri consentiat, aut venire expresse renuat, constat ex declaratione S. Congregationis dicto *cap.1. num.31.* relata, & ex alijs quas referunt Barbosa *supra.* & Nouarius *in lucern. Regularium verbo Defunctus num.* 5. Imo nunquam Parochum excludendum esse, quamuis ad sepeliendum cadauer soli Fratres vocentur, constat ex declaratione, S. Congregation. Episcopor. & Regular., quam eodem *cap.1. num.46.* retuli. In casu etiam quo ad Ecclesiam Parrochialem translatum fuerit Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, non posse leuari corpus defuncti per Capitulum, aut Canonicos, nisi requisito Parrocho di-

cho dictæ Ecclesiæ, declarauit S. Congregatio apud eumdem Barbosam *supra verbo Cadauer.*

3 Pro casu autem, quo aliquis moriatur extra suam Parochiam, & velit sepeliri in Ecclesia aliqua Regularium, declarauit S. Congregatio Episcopor. & Regularium 11. Decembris 1615. in vna Nepesina Defuncti cadauer deferendum esse ad Ecclesiam Parrochialem ad benedictionem, ac vltimum *vale* à Parrocho recipiendum, nisi Parrochus ab ipsis requisitus id facere renuerit, quia tunc recto tramite, etiam Parrocho inuito, ad Ecclesiam Regularium deferri potest. Barbosa *supra verbo Defunctus.* Nouarius etiam *sup. num.* 1. ex Aldana ab ipso relato. Hoc tamen non est consuetudine receptum, nec etiam Romæ, vbi solum obseruatur, vt patet ex Statutis Cleri Romani *cap.* 5. quod omnes ad funus vocati ad Ecclesiam Parrochialem intra cuius limites cadauer existit conueniant, & inde cum Parrocho ad domum Defuncti, & ex ipsa sub Cruce illius Ecclesiæ, ad quam tumulandum defertur, recto tramite ad ipsam pergunt. Pro quo vide dicta *to.* 1. *cap.* 12. *num.* 41. *circa quartum dubium*, & *to.* 2. *cap.* 1. *num.* 47. ac Peirinis *to.* 1. *Priuilegior. Minim. in Constit.* 26. *Leon.* 10. *num.* 19. Consonant etiam aliæ declarationes S. Congregationis, quas referunt idem Barbosa *supra*, & idem Nouarius etiam *sup. num.* 2. in quibus decernitur quod Defunctorum corpora possunt directe deferri ad Ecclesiam in qua sepelienda sunt, non obstante consuetudine quod prius deferantur ad Ecclesiam Matricem, dummodo Curato soluantur iura sepulturæ, & solita emolumenta. Pro casu etiam quo alicubi obseruetur, vt prædicta corpora Defunctorũ antequam deferantur ad Ecclesiã Regularem, in qua elegerunt sepulturam, deponantur in Parrochiali, declarauit etiam S. Congregatio nihil propterea deberi Ecclesiæ Parrochiali, exceptis iuribus Parrochialibus. Barbosa *supra.* Nouarius etiam *supra num.* 3. ex Sellio.

4 Pertinet etiam ad Parrochum declarare per quam viam duci debeant Defunctorum corpora, etiam quando ad Ecclesias Regularium deferuntur, vocare Præsbiteros quoscunque, etiam relictis viciniorib⁹, nisi aliter disponatur ab hæredibus Defunctorum, & omnia necessaria vsque ad ianuam Ecclesiæ disponere. Ex declarationibus S. Cõgregat. apud Barbosam *sup. verbo funerale*, & eumdem Nouariũ *sup. num.* 4. ex Aldana, quem refert. Cui etiam consonant Statuta Cleri Romani *dicto cap.* 5. Præcedit etiam Parrochus in funeralib. Defunctorum Canonicos Collegiatæ, & alios Præsbiteros, non autem Canonicos Cathedralis. Ex declarationibus Sacræ Congregat. Idem Barbosa *sup. verbo Parrochianus, Parochus.*

5 Quia tamen sæpius contingit, vt occasione iuris Sepulturæ, con-

trouer-

troueriæ oriantur, declarauit S. Congregatio Episcoporum, & Regularium, nullo modo propterea cadauer debere manere insepultum, sed statim sepeliendum. Barbosa *sup. verbo Cadauer.*

6 Qualiter officia mortuorum facienda sint à solis Regularibus in eorum Ecclesijs dixi *to.* 1. *cap.* 12. *num.* 38. *& to.* 2. *cap.* 1. *num.* 47. Declaratum tamen est à S. Congregatione quod si Parrochus fuerit in quasi possessione id faciendi, manutenendum in illa. Barbosa *sup. verbo Parrochianus Parochus.* Quia tamen in alijs declarationibus, quas ipse refert *ibidem verbo officium Defunctorum* 2. dicitur, hoc spectare ad Regulares, non obstante quauis contraria consuetudine, ideo quo ad hoc, vel attendendum ad posteriores declarationes, vel ad patriæ consuetudinem. De Cruce in mortuorum processionibus deferenda, vide dicta verbo *Crux num.* 1. & 2. De Missis Defunctorum dicendis, vel cantandis, & quando, vide *to.* 1. *cap.* 21. *num.* 28. & Barbosa m *sup. verbo Officium Defunctorum* 2.

7 Placuit pro materiæ complemento apponere hic decretum Illustris. D. Auditoris Cameræ, 6. Iunij 1640. quo ea quæ dixi circa funera Defunctorũ à Regularibus ex decretis S. Congregationis obseruanda, executioni mandari iubentur sub magnis censuris, & pœnis contra inobedientes designatis. Est autem huiusmodi.

VNIVERSIS, & singulis RR. DD. Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurarijs, Sacristis, Parrochialiumque, & Collegiatarum Ecclesiarum Rectoribus, seu Locumtenentibus earum Plebanis, Viceplebanis, Curatis, vel non Curatis, cæterisque Presbiteris, necnon Clericis, Notarijs, & Tabellionibus quibuscumque, illique, vel illis ad quem, vel ad quos, præsentes nostræ litteræ peruenerint, seu quomolibet præsentabuntur salutem in Domino, & nostris huiusmodi, imò verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. NOVERITIS ex parte, & ad instantiam RR. Fratrum S. Francisci Minoris, & strictioris Obseruantiæ, ac quorumcumque eorumdem RR. Fratrum Conuentuum in quibusuis mundi partibus existen. principalium instantium Decretum Sacræ Congregationis Rituum de, & super declaratione quod officium super Cadaueribus in Ecclesijs Regularium spectet ad ipsos Regulares ad supplicationem dictorum instantium emanatum sub die 17. Nouembris 1638. Nobis præsentatum fuisse, sub infrascripto tenore videlicet. SACRA Rituum Congregatio, iuxta alias resoluta respondit, officium super Cadaueribus in Ecclesijs Regularium spectare, & pertinere ad ipsos Regulares, non autem ad Curatos defunctorum, & ita in posterum seruari mandauit non obstante

contra-

contraria consuetudine. Die 27. Nouembris 1638. C. Episcopus Portuen Cardinalis Pius, Iulius Cincius Secretarius; Loco † sigili. Necnon pariter aliud Decretum Sacræ Congregationis Eminentissimorũ DD. Cardinalium negotijs Episcoporum Præpositæ ad supplicationes pariter eorumdem R R. instantium emanat. die 14. Ianuarij 1639. de, & super eo quod defunctorũ cadauera sepelienda ab Aedibus defunctorum ad eorumdem Fratrũ Ecclesias recto tramite deferri licitè possunt nobis præsentatum pariter fuisse, sub infrascripto tenore videlicet. SACRA Congregatio Cardinalium negotijs Episcoporum, & Regularium præposita censuit defunctorum Cadauera in Ecclesijs dictorũ Fratrum sepelienda ab Aedibus Defunctorum ad eorumdem Fratrum Ecclesias recto tramite deferri licitè posse, monito tamen prius, & requisito, ac expectato proprio Defunctorum Parocho, à quo Benedictionem, & vltimum vale recipere possint, quo venire expressè recusante, possint ijdem Fratres etiam ipso inuito dicta Cadauera ad suas Ecclesias transportare. Consanguinei verò talium defunctorũ illis parentare in Parochialibus, & alijs Presbyterorum etiam Cathedralibus Ecclesijs compelli nullo modo possint. Si quæ vero immemorabilis consuetudo in contrarium super præmissis existere prætendatur, legitimè probetur, & interim præsens Decretũ ad vnguem seruetur, prout eadem Sacra Congregatio seruari mandauit. Romæ die 14 Ian 1639. Cardinalis Antonius Barberinus, C. Fachinettus, Loco † sigilli. Necnon aliud Decretum Eminentissimorum DD. Cardinalium Sacri Cõcilij Tridentini Interpretũ de, & super declaratione quod quoties Cadauera defunctorum, & alia quæ in huiusmodi ministerio adhiberi solent ab ipsismet Fratribus peragi debeant, ad instantiã eorumdem RR. Fratrum pariter editum die 3. Decembris 1639. Nobis præsentatum fuisse, sub infrascripto tenore, videlicet. DIE 3. Decembris 1639. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilij Tridẽtini Interpretum, censuit quoties Cadauera defunctorum ad Ecclesias Fratrum Mendicantium deferuntur, Officia mortuorũ, & reliqua quæ in huiusmodi ministerio adhiberi solent, non à Canonicis, neque à Clero, sed à Fratribus obiri, & peragi debere. I. B. Cardinalis Pamphilius, Franciscus Paulutius Sacræ Congregationis Cõcilij Secretarius. Loco † sigilli. Necnon aliud Decretum Sacræ Congregationis Rituũ sub die 14. Ianuarij 1640. ad supplicationem dictorum RR instantiũ emanatum sub eo quod electio, & numerus Religiosorum pro associandis Cadaueribus ad libitum hæredum defunctorum spectet Nobis præsentatum fuisse, sub infrascripto tenore, videlicet. SACRA Rituum Congregatio iuxta alias resoluta respondit, electionem, & numerum Religiosorum pro associandis Cadaueribus ad libitum hæredum de-

ſunctorum ſpectare, & pertinere, & ita vbique ſeruari debere declarauit. Die 14. Ianuarij 1640. P. Cardinalis Creſcentius, Iulius Cincius Secretarius, Locus † ſigilli. POST quorum quidem præinſertorum Decretorum præſentationem ex parte, & ad inſtantiam dictorum RR. Fratrum inſtantium coram Nobis infraſcripta die comparitũ, & expoſitum extitiſſe, quod licet ex forma præinſertorum Decretorum Officia ſuper Cadaueribus in Eccleſijs ipſorum R R. Fratrum celebranda ad ipſos RR. Fratres ſpectent, & pertineant, non autem ad Curatos defunctorum, ac etiam pariter ijdemmet RR. Fratres inſtantes poſſint, & valeant defunctorum cadauera in ipſorum Eccleſijs ſepelienda ab Aedibus defunctorum ad eorumdem Fratrum Eccleſias recto tramite deferre, ſeruata ad hoc præinſerti ſecundi Decreti forma. Ac etiam ex forma tertij Decreti præinſerti Officia mortuorum, & reliqua, quæ in huiuſmodi miniſterio adhiberi ſolent non à Canonicis, neque à Clero, ſed à Fratribus prædictis peragi debeant. Ac etiam ex forma quarti præinſerti Decreti electio, & numerus Religioſorum pro aſſociandis Cadaueribus ad libitum hæredum defunctorum ſpectet, & pertineat, præinſertaque Decreta inuiolabiliter obſeruari, debitæque exequutioni abſque vlla contradictione in omnibus, & per omnia, ac iuxta eorum tenorem, & formam debeant, tamen ad eorum aures deueniſſe aſſertum extitit, quod nonnulli in exequutione præſentium nominan. & cognominan. neſcitur quo iure ducti, qua ratione ſuffulti iactarunt, & iactant ſe velle præfatos RR. inſtantes contra formam præinſertorum Decretorum, ac in eorum contemptum de, & ſuper præmiſſis in partibus moleſtare, & inquietare, & forſan moleſtant: ideo ad Nos vti exequutorem eorumdemmet Decretorum recurſum habuerunt, vt de opportuno iuris remedio prouidere dignaremur. Nos igitur attendentes requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam, rationique conſonam Vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet inſolidum tenore præſentium committimus, & in virtute ſanctæ obedientiæ ſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatim viſis, ſeu receptis præſentibus, & poſtquam vigore præſentium fueritis requiſiti, ſeu alter veſtrũ fuerit requiſitus ex parte Noſtra, imò verius Apoſtolica authoritate, necnon ad omnem inſtantiam, quæ vobis omnibus, & ſingulis ſupradictis, & veſtrum cuilibet fiet ex parte cuiuſuis Conuctus dictorum Fratrum, moneatis, & requiratis primo, ſecundo, tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica, prout Nos etiam monemus, & requirimus, omnes, & ſingulos prædictos, & in exequutione præſentium nominan. & cognominan. tàm coniunctim, quàm diuiſim, & alias omni meliori modo, quatenus infra ſex dierum ſpatium, quorum duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos pro tertio vltimo, & peremptorio

remptorio termino, ac monitione canonica assignauius, & vos assignetis eisdem sub mille ducatorum auri in auro R. Cameræ Apostolicæ applican. & pro illis mandati executiui suspensionis à diuinis, priuationis beneficiorum, inhabilitatis ad illa, & alia imposterum obtinenda, ac in iuris subsidium quatenus opus sit, excommunicationis, alijsque ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis, si secus &c. debeant, & quilibet vestrũ debeat preinsertis Decretis in omnibus, & per omnia obtemperasse, dictaque præinserta Decreta fore, & esse exequenda, debitæque exequutioni demandanda, ipsosque in iuris subsidium excommunicandos, & declarandos fore, & esse ob non paritionem illorum, ac nisi illis paruerint, declarari vidisse, ac de omnibus damnis, expensis, & interesse præmissorum occasione quomodolibet passis, & factis, & in futurum forsan faciendis, & patiendis integrè satisfeciſſe, & in illis se condemnari vidisse; & quascumque sententias etiam declaratorias, Decreta, seu mandata in præmissis necessaria, & opportuna, aliaque de iure quomodolibet requisita fieri, ferri, & decerni, & relaxari vidisse, & audiuisse ad fauorem præfatorum RR. instantium deducentium in præmissis omne ius, omneque remedium prædicto, & omni alio meliori modo, sibique ius, & iustitiam ministrari petentium, ac nobile officium Iudicis, & beneficium iuris implorantium nõ solum præmisso, verum etiam omni alio meliori modo &c. Et insuper inhibeatis eisdem, prout Nos tenore præsentium inhibemus, & inhibendo expresè præcipimus, & mandamus, ne vilis, & receptis præsentibus sub pœnis, & censuris antedictis, audeant, seu præsumant, aut aliquis ipsorum audeat, seu præsumat quidquam contra formam præinsertorum decretorum innouare, seu attẽtare, aut innouari facere, sub quouis prætextu, causa, ingenio, vel quæsito colore, quod si secus factum fuerit id totum reuocare, & in pristinum statum reducere curabimus iustitia mediante. ALIOQVIN prædictos sic monitos si in præmissis se fore grauatos senserint, modo, & forma præmissis peremptoriè citetis, & citari curetis, prout Nos etiam citamus eosdem quatenus decimaquinta die post præsentiũ exequutionẽ si dies ipsa iuridica fuerit, alioquin prima die iuridica ex tunc proxima immediatè sequente compareant Romæ in iudicio legitimè coram Nobis, vel nostro in Ciuilibus causis R.P.D. Locumtenente infrascripto causam eorum grauaminis allegaturi, aliaque dicturi, & facturi, prout iustitia suadebit, & ordo dictauerit rationis &c.

8 Vide alia verbo *Habitus*, & 4.to. verbo *Sepultura*.

DEGRADATIO.

SVMMARIVM.

Degradatio quid sit. num.1.
Quotuplex sit. ibid.
Quomodo differat à censuris. num.2.
Quomodo ab Irregularitate. ibid.
Cui competat degradare. num.3.
Cui degradatos restituere. num.4.
Degradati quibus priuentur. num.5.
Alia remissiuè. num.6.

1 DEGRADATIO propriè, & quatenus a depositione distinguitur, pro vt colligitur ex *cap. Degradatio de pœnis in 6.* est duplex: alia verbalis, alia actualis, seu realis. Degradatio verbalis est sententia Ecclesiastica, qua Ecclesiastica persona verbis priuatur omni officio, beneficio, & priuilegio clericali in perpetuum fine spe illud consequendi. Degradatio vero actualis, seu realis, est pœna Ecclesiastica, qua Ecclesiastica persona realiter, ac actualiter priuatur omni officio, beneficio, & priuilegio clericali in perpetuum absque vlla spe illud consequendi, cum quadam solemnitate. Siluester *in summa verbo Degradatio num.1.* Vnde Degradatio verbalis & realis comparantur sicut sententia, & executio sententiæ: nam per illam profertur sententia; per istam vero mandatur executioni, quo ad aliquas actiones. Suarez *to.5. de censur. disp.30. sect.2. num.2.* Conueniunt in hoc quod non priuant caractere clericali, & consequenter non impediunt quo minus actus Ordinis facti à Degradatis validi sint, cum caracter sit signum indelebile, licet illi peccent eos exercẽtes, contra ecclesiæ prohibitionem. Siluester *sup. num.9.* Suarez *sup.* Conueniunt etiam in hoc quod per illas non priuantur degradati illis oneribus, quæ ex ordinatione Ecclesię sequuntur Ordines, vt sunt obligatio recitandi Officium, seruandi castitatem cum inhabilitate ad matrimonium contrahendum; cum non imponantur ad tollendum onera, sed honores. Toletus *in Summa lib.1. cap.50. num.1.* Suarez *sup. num.3.* Item conueniunt quod neutra fit a iure ipso facto incurrenda, sed per hominis sententiam, vt de se patet, & constat ex vsu ecclesiæ. Suarez *ibid. num.3.* Vtraque etiam reddit hominem infamem, cum non imponantur nisi propter grauissimum delictum publicum. Suarez *num.5.* De cæremonijs autem quibus fiunt, agitur in dicto *c. Degradatio de pœnis in 6.* Vide Siluestrum *sup. num.1.2. & 3.* Toletum

sup.

Digitized by Google

ſup. num. 2. & Laymanum *lib.* 1. *tract.* 5. *par.* 3. *cap.* 5. *num.* 4. & 5. & præcipuè Pontificale Romanum. De criminibus quæ merentur degradationem agunt Silueſter *ſup. num.* 6. Bonacina *de Cenſuris diſp.* 4 *punct. vnico num.* 6. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſc. Allegat.* 110. *num.* 10 & ſequentibus.

2 Differt Degradatio proprie dicta, de qua in præſenti, ab excõmunicatione, ſuſpenſione, & interdicto, quia iſtæ ſunt cenſuræ, cum ſint pœnæ medicinales, quæ auferri poſſunt, poſita reſipiſcentia delinquentis, Degradatio verò non eſt talis, ſed purè vindicatiua pœna, & vinculum indiſſolubile, carens ſpe remiſſionis. Suarez *ſup. num.* 9. Bonacina *de cenſur. diſp.* 1. *queſt.* 1. *punct.* 1 *num.* 4. Eſto Cornexo *to.* 2. *in* 3. *p. S. Tho. Tract.* 5. *de Cenſur. diſp.* 1. *dub.* 2. poſt alios degradationem inter cenſuras referat. Differt etiam a depoſitione, quia depoſitio proprie, & prout a Degradatione ſecernitur, nonin cludit priuationem priuilegij clericalis, ſcilicet canonis, & fori, prout eam includit degradatio. Silueſter *ſup. num.* 1. Sanchez *to* 1. *conſil. mor. lib.* 3. *cap.* 1. *dub.* 32. *num.* 248. Hic tamen nota, depoſitionem vocari Degradationem verbalem, & Degradationem verbalem vocari depoſitionem. *ca. dictum* 81. *diſt. & cap.* 2. *de Cleric. excommunicat. miniſtr.* Alderete *de religioſa diſciplina lib.* 2. *cap.* 27. §. 4. *num.* 9. Ab Irregularitate quoq; differt, quia irregularitas vt talis non eſt pœna, ſed inhabilitas quædam; Degradatio vero eſt pœna. Ab alijs autem priuationibus quę etiam ſunt pœnæ differt Degradatio, non ſolum quia Degradatio eſt priuatio veluti totalis ab officio, beneficio, & priuilegio Clericorum, illæ autem veluti partiales ab officio ſcilicet, beneficio, vel ſimilibus; & quia non fiunt cum ea ſolemnitate qua Degradatio, ſed etiam quia illæ non ſunt pœnæ irremiſſibiles, aut carentes ſpe diſpenſationis ſicut ipſa.

3 Specialiter quod attinet ad Regulares nota, Prælatos Regulares non habere poteſtatem degradãdi Degradatione actuali, ſeu reali ſuos ſubditos, nec iure communi, quia ius commune deſignat ſolum ad id munus Epiſcopum *cap. degradatio de pœnis in* 6. vel ſaltem eius Vicarium, ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 13. *de Reformat. cap* 4. Et ratio eſſe poteſt, quia ſicut admittere ad Ordines, ſeu Ordinare ſolũ ſpectat ad Epiſcopum, ſic, & deijcere ab illis, eo modo quo fieri poteſt talis deiectio, ſolum ſpectabit ad illum. Neque ex priuilegio, quia nul'um de hac re quod ego viderim extat, nec denique ex conſuetudine, de qua nihil audiui. Sayrus *de cenſur. lib.* 5. *cap.* 20. *num.* 28. Barboſa *ſup. num.* 25. Quare ſi caſus eſſet quod Religioſus committat crimen Degradatione dignum, vocandus eſt Epiſcopus. Quo ſenſu, & non alio accipiendi ſunt Ioannes de Ligniaco *in cap. nec in agro de ſtat.*

Monach. & Abbas *in cap. cum contingat* quos referunt, & sequuntur Cochier *de iurisdict. Ordinar. in exemp par.2. quæst.45. num.98.* & Barbosa *sup. num.* 28 dum dicunt Episcopum cognoscere contra exemptos in omnibus criminibus actualem seu solemnem Degradationem requirentibus. De verbali autem Degradatione loquendo, fieri posse à Prælatis Regularibus admittit Alderete *sup. l.1.c.3.n.24.* & 25.

4 Similiter, nec possunt dicti Prælati subditos degradatos in pristinum statum restituere, seu cum illis dispensare in hac pœna, casu quo post Degradationem Religiosus non esset tradendus Curiæ sæculari, vel constaret iniustè esse condemnatum. Est enim ex natura sua indispensabilis nisi solum à Papa. Siluester *sup. num.* 11. Bonacina *sup. num.4.* Nec ex vi quorumcumque priuilegiorum concedentium facultatem dictis Prælatis dispensandi cum suis subditis in quibuscunque pœnis; de quibus egi *to.1. cap.10. num. 35.* & *cap. 18. num.46.* propter eamdem rationem, & etiam, quia vt habetur *cap. vlt. de offic. Vicarij in 6.* in generali concessione non veniunt illa quæ non esset quis verisimiliter in specie cõcessurus, hoc autem priuilegium, quia est de re grauissima, & raro contingenti, non est credendum à Pontifice concedi nisi illud exprimatur. Suarez *to.4. de Relig. Tract.8. lib.2.c.21. num.13.* & *Tract* 10. *lib.9. cap.2. num.49.*

5 Degradati realiter, aut etiam verbaliter non potiuntur priuilegio canonis, nec fori, ita vt percutiens illos non maneat excommunicatus, & iudicari possint apud Iudices sæculares *cap. nouimus de verb. significat. cap. Degradatio de pœnis in 6.* Siluester *sup. num.1.* & 8. Alderete *sup. lib.2. cap.27.§.4. num.13.* Vnde cum Authores communiter dicunt per degradationem verbalem non ammittere degradatum priuilegium clericale, intelligendi sunt de degradatione verbali, quæ est idem quod depositio, quæ scilicet non ordinatur ad actualem, non de illa verbali, & respectiua quæ est præambula ad degradationem actualem, de qua in præsenti. Alderete *sup. num.* 11. & 13.

6 Vide alia verbo *Depositio.* & 4. to. verbo *Pœna* Ecclesiasticæ.

DELINQVENS REGVLARIS.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiue · num.1.
De Regulari intra claustra degente, sed extra illa notoriè delinquente. ibid.
An incarcerari possit ab Episcopo. num.2.
Quid facere debeat Prælatus ab Episcopo monitus. num.3.

An su-

An ſufficiat mittere ſententiam contra illum datam, num.4.
Intra quod tempus debeat ipſum punire. num.5.
Quid ſi Religioſus delinquat intra Eccleſiam. num.6.

1 DE hac materia non pauca dixi *to.1. cap. 11. num.8. 10. & 11. & cap. 16. num.26. & 27.* & in hoc tertio tomo verbo *Cauſa iudicialis Regularium*, nunc tamen aliqua addenda ſunt, maximè circa Regularem intra clauſtra degentem, ſed extra illa notoriè, & ſcandalosè delinquentem. De hoc n. decernit Concilium Trid. *ſeſſ.25. cap.14.* quòd Epiſcopo inſtante à ſuo Superiori intra tempus ab Epiſcopo præfigēdum puniri debeat, & Clem. 8. in Bulla *Suſcepti muneris* ſtatuit pœnas in Superiores negligentes illum punire, prout eo *cap. 16. num.26.* retuli.

2 Quamuis autem, nec Concilium, nec Clemens Papa ſtatuerint prædictum Regularem intra clauſtra degentem, & extra illum delinquentem ab Epiſcopo incarcerari poſſe; quod etiam declaratum à S. Congregatione refert Alderete *lib.1. de Religioſ. diſcipl. cap.3. num.40.* ſed ſolum debere inſtare Prælato pro ipſius punitione; nihilominus aliqui, quos retuli eo *num.27.* in 2. & 3. editione, quibus adde Piaſegum in *praxi Epiſcopor. par. 2. cap. 3. num.43.* & Nouarium *in lucern. Regular. verbo delinquens num.5.* autumant id fieri poſſe. Quod intelligo, iuxta dicta ibidem, in caſu quo Epiſcopus timeret fugam Religioſi, aliàs ſecus. Quotiũ enim incarcerare debet quem non poteſt punire, nec ipſius fugam timet? Caſu autem quo incarceretur, quamuis ſimiliter, nec ex decreto Concilij, nec ex Clem. 8. habeatur Epiſcopum poſſe ſumere informationem ſuper delictum, & eius notorietatem, nihilominus, quia ex declaratione Sacræ Congregationis, quàm referunt Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat. 105. num. 20.* & Nouarius *ſup. num.9.* habetur id fieri poſſe, admittendum id eſt, dummodo tamen ſtatim, & ſine mora id fiat, & informatio ſtatim ad Superiorem Religioſi remittatur, prout etiam declaratum videtur à S. Congregatione in declaratione, quàm affert idem Nouarius *num. 6.* ſicque indicat Barboſa *ſup. n.19.* ex Piaſego *ſup.* Addit idem Nouarius *num. 7.* ex Genuenſi *in Praxi Curiæ Epiſcop. Neapol. cap. 19.* & rectè, quod ſi Epiſcopus differret capere informationem, & Regularem carceribus vexaret, non euitaret excommunicationem (intellige, impoſitam contra Ordinarios procedentes contra Regulares priuilegiatos, vel in *ca. ſi quis*) idque Neapoli obſeruatum teſtatur.

3 Quamuis etiam ad hoc quod Superior Regularis debeat punire prædictum Regularem, poſſet, quantũ eſt ex vi decreti Concilij, & Cõſtitutionis Clementis 8. expectare quod ſæpius de ea re moneatur ab

Epiſcopo, quia Concilium & Pontifex vtuntur verbo inſtare *inſtante Epiſcopo*, quod denotat vrgere cum quadam importunitate (Baldus *in l. eos* §. *Apoſtolos num.* 3. *C. de appellat.* Alderete *ſup. num.* 37. ex Rodriguez ab eo relato) idque ſit rationi conſentaneum, cum poſſit contingere quod Epiſcopus deceptus ſit, ſeu non benè informatus de delicto Religioſi, nihilominus Superior Regularis ſtatim ad primam monitionem Epiſcopi debet procedere ad punitionē talis Religioſi, non ſolum ne propter eius moram credatur illius delicto conniuere, vt habet idem Alderete *ſup. num.* 38. ſed etiam, quia ita declaratum dicitur à Sacra Congregatione, referentibus Barboſa *ſup. num.* 20. & Nouario etiam *ſup. num.* 9.

4 Cum autem in dictis decreto Concil Trid. & Conſtitut. Clementis ſtatuatur, vt Prælatus Regularis certiorem faciat Epiſcopum depunitione dicti Religioſi, ideo non ſufficit quod ad illum mitat Prælatus ſententiam, ſeu copiam illius, vel Acta ſuper delictum illius, ſed requiritur quod de punitione ipſa, aut executione ſententiæ illum faciat certiorem. Ita enim declaratum eſt à S. Congregat. referentibus eiſdem Barboſa, & Nouario *ſup.* Quod tamen limitandum videtur niſi executio ſententiæ requireret ſucceſſionem temporis, vt ſi Religioſus propter illud delictum damnatus eſſet ad diſciplinam v. g. recipiēdam per annum omnibus ſextis ferijs, tunc enim ſufficeret certiorem facere Epiſcopum de ſententia, & qualiter incepta eſt adimpleri.

5 Quia tamen Concilium, & Clemens 8. locis relatis ſtatuunt Prælatum Regularem teneri punire dictum Religioſum intra tempus ab Epiſcopo deſignandum, animaduertendum eſt, quod ſi intra illud tēpus non potuerit illum punire, vel ob defectum iuriſdictionis, vel ob aliam cauſam, poſtulare debere ab Epiſcopo termini prorogatione, quam debet Epiſcopus concedere, quia terminus competens concedi debet *cap.* 1. *de dilat. cap.* 2. *requiris* §. 1. *de appellat. cap. legitima de appellat.* alioquin inuenta eſſet ratio, qua breuiſſimo tempore aſſignato, Epiſcopus Religioſum contra exemptionem Religioſorum ſemper punire poſſet. Alderete *ſup. num.* 38.

6 Nota hic aliam declarationem Sacræ Congregationis, quam referunt relati Barboſa, & Nouarius *ſup.* ex qua habetur Concilij deciſionem non ſolum procedere in caſu quo Religioſus extra clauſtra deliquerit, intelligè notoriè, & ſcandalosè, vt dictum eſt, ſed etiam quādo deliquerit intra Eccleſiam ſui Monaſterij. Quod, etſi durum videatur, cum Religioſus in Eccleſia ſui Monaſterij exiſtens intra clauſtra exiſtere dicatur, acquieſcendum tamen deciſioni Sacræ Congregationis, ſi de ea authenticè conſtet. Niſi forte dicatur, & congruentius, intelligi de alia Eccleſia ſui Ordinis extra propriam ſui Monaſterij.

DENVN-

DENVNCIATIO, ET DENVNCIARE pro Regularibus.

SVMMARIVM.

Denunciatio remissiuè. num.1.
Denunciatio quid sit. num.2.
Quotuplex sit. ibid.
De Euangelica, & iudiciali remissiuè. num.3.
Tenentur Regulares denunciare hæreticos, vel de hæresi suspectos; num. 4.
Etiam si non possint probare delictum. ibid.
An præmittere debeant correctionem fraternam. ibid.
An hæreticos iam emendatos. ibid.
Quæ scientia requiritur delicti ad hanc denunciationem faciendam: ibidem.
An pater filium, filius patrem, vir vxorem, & vxor virum teneantur denunciare ibid.
An idem se ipsum. ibid.
Quid de obligatione denunciandi Confessarios solicitantes ad inhonesta. num.6.
Quomodo intelligenda quæ dixi tomo 1. Summæ in prima editione. ibid.
Denunciari debent tales Confessarij, etiam non diffamati. ibid.
Sub peccato mortali. ibid.
Quando, & quomodo facienda. ibid.
Quid de Confessario solicitato à fœmina. num.6.
De quibus solicitatoribus intelligenda Constitutio Gregorij XV. ibid.
An etiam de Sacerdotibus non Confessarijs, aut de merè laicis accipienda. ibid.
Edicta, quæ præcipiunt hanc denunciationem licita sunt. num.7.
Etiam si præcipiant illam, non præmissa correctione fraterna. ibid.
Qui teneantur ad illam? ibid.
An denunciantes fiant irregulares secuta morte denunciati. ibid.
Denunciatio facienda est intra terminum præfixum in edictis. n.8.
Quid si non fiat intra talem terminum. ibid.
Quid de illo, qui ignorauit edictum tempore quo terminus currebat. ibid.
An ante terminum obligent aliquando talia edicta. ibid.

1 DE hac materia præter dicta ſupra verbo *Accuſare, & accuſator*, alia addenda maximè quatenus ad Regulares ſpectare poteſt.

2 Denunciatio eſt *criminis manifeſtatio facta Superiori.* Silueſter *in ſumma verbo Denunciatio num.* 1. Sanchez *to.* 2. *conſil. Moral. lib.* 6. *cap.* 2. *in Probemio*. Eſt duplex, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 27. *num.* 1. ſcilicet Euangelica, & iudicialis, prior eſt, quæ fit Prælato non vt Iudici, ſed vt Patri, non ad proceſſum formandum, ſed ad correctionem, vel emendam, poſterior eſt, quæ fit Prælato vt Iudici ad formandum proceſſum, & puniendum delinquentem. Addit Sanchez *ſupra* denunciationem canonicam, quæ fit Superiori ad impedienda mala, quæ ex peccato procedunt, & alij alias denunciationes adiungunt: ſed illæ coincidunt cum duabus aſſignatis. Silueſter *ſup.*

3 Loquendo de denunciatione Euangelica quę fit Prælato vt Patri aliqua dixi eo *cap.* 27. & deſeruiunt ea, quę attuli ſupra verbo *Accuſare, & accuſator*. Solum ergo diſcutienda eſt denunciatio iudicialis, & nõ ea quæ fit Prelatis Regularibus pro Regularium iudicijs, quia de iſta ſufficienter dixi locis relatis, ſed de ea tantum quę præcipitur facienda in aliquibus edictis. v.g. de hæreticis, ſolicitatoribus ad in honeſta in Confeſſione, & ſimilibus.

4 Et quidem Regulares omnes quicunque illi ſint teneri denũciare hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos quaſcunque perſonas, conſtat ex dictis ſupra verbo *Accuſator num.* 7. ex Conſtitutione Pauli 5. & decreto S. Generalis Inquiſitionis Romanæ eo loco adductis, & idem eſt proportionaliter in Regnis Hiſpaniarum vbi ſupremum Tribunal S. Inquiſitionis Hiſpanæ viget, propter edicta ipſius. Tenentur autẽ ad huiuſmodi denunciationem faciendam, etiam ſi delictum probare non poſſint, propter dicta eo verbo *Accuſator*. ſcilicet, quod in Tribunali S. Inquiſitionis ſeruatur quod denunciator non teneatur probare delictum quod denunciat. An vero teneatur id facere nõ præmiſſa correctione fraterna quando eſt ſpes emendæ, eſt grauis controuerſia inter Doctores, & duplex opinio: vna affirmatiua; negatua alia; quarũ auctores refert Diana *par.* 1. *Tract.* 4. *reſolut.* 2. Eſto autem vtraque probabilis ſit, in praxi tamen ſequi conuenit opinionem negantem prærequiri talem correctionem fraternam, tum quia vix, aut nullo modo credi debet hæreticum, qui Eccleſiam non audit, auditurum monitionem vnius perſonæ, tum quia ita ſolent præcipere DD. Inquiſitores in ſuis edictis, quibus parendum, vt potè viris doctiſſimis, & qui magna diligentia & zelo bonum commune Fidei, & Religionis procurant, de quo etiam inferius *num.* 7. Suarez *de fide diſp.* 20. *ſect.* 4. *num.* 11. Sanchez *to.* 2. *Conſil. moral. lib.* 6. *cap.* 2. *dub.* 5. *num.* 6. Ioannes

nes Sancius *in select. disp.* 11. *num.* 56. Hoc tamen intelligendum est de hæreticis pertinacibus, illis scilicet, qui errores in fide ex malitia proferunt, non de illis, qui ex aliqua simplicitate, vel ignorantia, quales sunt aliqui Concionatores, id faciunt, isti enim non sunt propriè hæretici, cum ad hæresim pertinacia requiratur, & ita seruandus est cũ illis ordo Euangelicus. Sanchez *sup. num.* 7. ex Nauarro, Corduba, & alijs. De hæretico vero iam emmendato, & correcto plures tenent denunciandum non esse, alij affirmant, quibus assentior, quando peccatum fuit publicum, vel inde ortum est nocumentum aliquod in alijs, etsi enim talis emendatus sit, satisfacere tamen oportet Reipublicæ propter infamiam, & damnum illatũ. Sanchez *sup. dub.* 15. *num.* 6. Sanctarellus *in Tract. de hæres. cap.* 9. *num.* 11. Diana *sup. Resolut.* 3. Denunciare etiam debent hęreticum non solum ij qui certo sciunt illius delictum, sed etiam illi qui a personis fide dignis de eo certificati sunt. Quia tales verè, & propriè dicuntur habere notitiam delicti. Sanchez *sup. dub.* 16. *num.* 1. ex Nauarro, Rodriguez, & alijs. Secus quando id audierunt a leuibus personis, quia hæc notitia nullam generat fidem. Corduba *lib.* 1. *quæst. q.* 43. *dub.* 2. §. *sexto quando.* Nauarrus *in Man. cap.* 25. *num.* 46. Quamuis autem plũrium sententia sit non teneri filium denunciare patrem aut matrem hæreticos, sicut nec è contra patrem, aut matrem filium hæreticum, quia iure naturæ pater, mater, & filius sunt veluti vna persona, itaut bonum & malum vnius in alterum refundatur, quando tamen hæresis esset perniciosa Reipublicæ, quia publica, vel in alios seminata, tenerentur id facere, quia bonum commune Reipublicæ præponendum est particulari patris, matris, vel filij. Castro *lib.* 2. *de iusta hæretic. punit cap. vlt.* Suarez *Tract. de fide disp.* 20. *sect.* 4. Idem proportionaliter dicendum est de vxore respectu mariti, aut mariti respectu vxoris, propter eamdem rationem. Qualiter autẽ nullus teneatur propalare seipsum, dixi supra verbo *Accusator.* In super, licet regulariter nullus teneatur alium denunciare, quando ex denunciatione timet sibi saltem probabiliter aliquod malũ notabile mortis, infamiæ &c. iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 19. *num.* 34. nihilominus quando ex omissione denunciationis sequeretur malum etiã notabile Reipublicæ, aut Communitati debet fieri denunciatio, propter rationem assignatam. Genuensis *in praxi cap.* 18 *num.* 8.

5 Loquendo autem de obligatione denunciandi Confessarios sollicitantes ad inhonesta in Cõfessione, præter dicta *to.* 1. *c.* 19. *num.* 35. & quamuis plura ex dictis supra hic applicari possint, alia tamen iungenda sunt. De quibus nouissimè Hieronymus Trimarchus Ordinis Minimorum Tractatum vnicum valde doctum scripsit. Et primò quidem, licet eo loco aliquorum sententiam sequens dixerim in prima

editio-

editione Romę anno 1634. & secũda Venetiarũ anno 1637. Confessarios tenerí monere pœnitẽtes, quos sciuerint ab alijs solicitatos, & eos denunciare *nisi forte* (dixi) *solicitati credant Confessorem sollicitantem esse fraternè corrigibilem, aut esse emendatum.* Cautius tamen, & conformius ad mentẽ Sacræ Congregationis Generalis Inquisitionis Romanæ addidi in tertia editione Venetiarum anno 1640. sequentia: *Et nota, quod in praxi non debent solicitati credere Confessarios solicitantes esse fraternè corrigibiles, aut emendatos, cum sint de hæresi suspecti, propterea tenentur illos antequamcunque monitionem, seu correctionem S. Officio Inquisitionis denunciare.* Huiusmodi autem denunciatio facienda est etiam si Confessarij alias de tali crimine diffamati non sint. Hæc enim est praxis Sanctæ Inquisitionis tam in hoc quam in hæresis casu, & conformis Constitutioni Gregorij 15. quam dicto loco retuli, vbi cum agitur de obligatione denunciandi non apponitur talis conditio. Sanctarellus *Tract. de hæres. cap.* 44. *dub. vnic. num.* 8. Diana 4. *par. Tract.* 5. *Resol.* 1. ex alijs quos refert. Est que sine dubio peccatum mortale denunciationem omittere, quia est transgressio præcepti in re grauissima, & magni ponderis pro Republica Christiana: sicque semper consuetudine fuit receptum. Sanctarellus *sup. cap.* 46. *dub. vnic. num.* 10. Imo, in casu quo non adesset S. Inquisitionis edictum præcipiens denunciationem, adhuc esse faciendam, tenet Diana *sup. Resol.* 3. ex Ioanne Sancio. Fieri porro debet talis denunciatio, etiam si materia solicitationis non vĩdeatur in genere luxuriæ grauis, sed leuis, quia quomodocunque sit semper fit grauis iniuria Sacramento, posito quod pro tali occasione sit peccatum mortale. Ioannes Sancius *in Select. disp.* 11. *num.* 22. Similiter, etiam si Confessarius immediatè post solicitationem pœniteat, adhuc denunciandum esse, tenent Sanctarellus *dicto cap.* 44. *dub. vnico num.* 18. & Bonacina *in Tract. var. disp* 6. *punct.* 3. *num.* 4

6 Specialiter tamen, circa Constitutionem Gregorij 15. de qua supra in qua nouissimè, & rigidiùs agitur de hoc casu solicitationis, notandum primo, quod licet probabile sit id, quod dicto *cap.* 19. *num.* 34. dixi, videlicet, Confessarium solicitatum à fœmina, & illi consentientẽ non esse denunciandum, quia ea Constitutio solum videtur esse contra solicitantes, & in tali casu Confessarius non est solicitans, sed solicitatus, nihilominus satis probabile etiam esse oppositum, propter verba illa Constitutionis dictæ, *aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones siue tractatus habuerit.* & infra: *seu tractãtes vt supra.* Quibus denotatur non solum Confessarios solicitantes, sed etiam si solicitatores non sint, si prædicta egerint, comprehendi in ea Constitutione, & esse denunciandos. Fagundez *de præcept. Eccles. in* 2. *edit. præcept* 2. *lib.* 4. *cap.* 3.

cap. 3. num. 56. & 57. Diana *ſupra Reſol. 42.* Notandum ſecundò, quod quamuis ex vi Conſtitutionis dictæ Gregorij XV. debeant denunciari Confeſſarij ſollicitantes ad inhoneſta non ſolũ in actu Confeſſionis, aut ante, vel poſt immediate, ſed etiam *occaſione vel prætextu Confeſsionis huiuſmodi*, vt in ea dicitur, id tamen intelligendum eſt quando paulò poſt Confeſſionem, occaſione vel prætextu ipſius ſequitur ſollicitatio, non vero ſi poſt multum tempus id fiat. Ita enim videtur benignè interpretanda mens Pontificis. Souſa *in opuſc. de confeſſar. ſolicitan. in additionib. num.* 10. Cum autem in dicta Conſtitutione dicatur, *ſiue ante, ſiue poſt immediatè, ſeu occaſione &c. etiã Confeſsione non ſecuta*, ideo denunciandus eſt Confeſſarius, qui fœminam accedentem ad confitendũ ſolicitat, etiam dilata Confeſſione in aliud tempus. Diana *ſup. Reſol. 39.* Et qui concubinam eo tempore laſciuè ſeu zelosè obiurgat, quod cum alio tractet, propter dicta. Sancius *in ſelectis diſp. 11. num. 32.* Idem habet Diana *Reſolut. 45.* de Confeſſario qui petit à pœnitente domum ſuam vt eò adducat concubinam. Etſi Souſa *ſup. tract. 1. cap. 14. num. 8.* oppoſitum teneat. Notandum tertiò, quod cum in dicta Conſtitutione ſemper ſit ſermo de Sacerdotibus, & ea committentibus ſub prætextu Cõfeſſionis, ideo ipſi, ſi talia crimina commiſerint, erunt denunciandi, quamuis alias verè Confeſſarij non eſſent. Acugna *tract. de Confeſſ. ſollicit. quæſt. 14. num. 4* Sancius *in Select. diſp. 11. num. 39.* Secus dic de mere laicis, aut non Sacerdotibus, propter oppoſitam rationem. Sanctarellus *de hæreſ. cap. 46. dub. vnic. num. 9.* Vide alia in Trimacho *ſup.*

7 Loquendo autem generaliter de huiuſmodi edictis, quæ à Iudicibus, vel Prælatis promulgari ſolent tam pro prædictis caſibus hæreſis, aut ſuſpicionis hæreſis & ſpecialiter pro ſollicitãtibus in Confeſſione, vel circa eam, quam pro rebus furatis reſtituendis, vel ſimilibus, notandum, quod etſi aliqui dicant eſſe illicita, quia præbent occaſionem peccandi ſaltem ſimplicibus, nihilominus licita eſſe conſtat, tum ex vſu Eccleſiæ, tum quia nullo iure prohibita ſunt. Bañez 2.2. *quæſt. 33. art. 8. dub. 2. ad 7* Sanchez *to. 2. conſil. Moral. lib 6. cap. 2. dub. 26.* Imò hæc edicta licita eſſe, etiam quando illis præcipitur denunciare delictum hæreſis, vel ſollicitationis ad inhoneſta in Confeſſione, qui eſt caſus de hæreſi ſuſpectus, non præmiſſa correctione, ſolligitur, tum quia rariſsimè poteſt adhiberi conueniens remedium per ſolã monitionem, & prudentiam hominis priuati, ob periculum infectionis hæreſis, & aſtutiam hæreticorum, tum quia finis adæquatus huius denunciationis non eſt ſola emendatio fratris, ſed correctio publica, & ſecuritas aliorum fidelium. Suarez *de fide diſp. 20. ſect. 3. num. 12.* Diana *ſupra Reſol. 24.* Tenentur autem denunciare etiam ij qui iurauerunt

cunt id non facturos, tale namque iuramentum pro illo caſu eſt de re illicita, ac per conſequens non obligat. Siluester *in ſumm. verb. teſtis quæſt.* 8. Sanchez *ſup. dub.* 21. Tenentur quoque denunciare etiam Clerici, vel Religioſi, quantumuis inde timentur ſequenda mors hæretici, vel de hæreſi ſuſpecti; propter dicta ſupra verbo *Accuſator, & accuſare* a num. 18. Dicere poteſt aliquis cum Sanchez *ſup. dub.* 10. tunc requiri proteſtationem, de qua eo loco dixi, ſed tu vide dicta *ibid. num.* 21. Obligantur etiam ad denunciandum ij qui ſolum ſub ſecreto naturali ſciunt delictum, quando illud eſt in damnũ tertij, vel Communitatis, in ijs enim caſibus non obligat ius ſecreti naturalis. Caſtrus Palaus *to.* 1. *Tract.* 4. *diſp.* 9. *punct.* 10. *num.* 5.

8 Circa terminum tandem, qui in huiuſmodi edictis aſſignari ſolet, præter dicta ſupra verbo *Annus à num.* 2. quæ huic etiam propoſito deſeruire poſſunt, dicendum, denunciationem debere fieri intra terminum præfixum in edictis. Quod ſi quis ſciens edictum non denunciauit intra terminum illius, nõ propterea, eo termino tranſacto, liber eſt a tali obligatione, quia ille terminus non aſsignatur eo fine, vt extinguatur obligatio, ſed vt non differatur. Suarez *de cenſuris diſp.* 20. *ſect.* 2. *num.* 15. Acugna *Tract. de Confeſſar. Sollicit. quæſt.* 21. *num* 4. Ioannes Sancius *in ſelect. diſp.* 11. *num.* 59. De eo autem qui ignorauit edictum tempore quo eius terminus currebat, probabile eſt non teneri denunciare ſtatim ac habuit notitiam illius, ſed poſſe expectare tantum tempus quantum edictum deſignauerat, cum non ſit peioris conditionis, ac alij. Suarez *ſup ſect.* 3. *num.* 15. Acugna *ſup.* Portellus *in Dub. Regular. verb. denunciatio n.* 3. Sancius ſupra. Per accidens autẽ poterit contingere quod quis teneatur denunciare etiã antequam terminus præfixus in edicto finiatur, vt ſi præuideat ſe habiturum impedimentum ad denunciandum tranſacta ea occaſione, ſicut plures dicunt de obligatione Confeſſionis, vel Communionis. Diana *ſup. Reſolut* 29. ex alijs. Nota tandem, quod edicta S. Inquiſitionis, cum illud tribunal ſit perpetuum, ſunt per modum legis, & ita durant vſque ad aliorum promulgationem, ſicut dixi de Bulla cœnæ verbo *Bulla Cœnæ num.* 2. Suarez *de fide diſp.* 20. *ſect.* 4. *num.* 11. Auila *de Cenſur. par.* 2. *cap.* 5. *diſp.* 5. *dub.* 5. *concl.* 3. Sancius *in Select. diſp.* 11. *num.* 62. Vnde caſu dato quod Inquiſitores aliquando eſſent negligentes in edictis promulgandis, ex vi priorum deberet fieri denunciatio. Diana *ſup. Reſolut.* 41. Edictum porro S. Inquiſitionis Rom. attuli *ſup. verbo Accuſator num.* 7. Vide Peirinis *to.* 2. *priuileg. Minim. in Conſtit.* 9 *Pauli* 5. *num.* 27. & Trimarcum *ſup.*

DEPO-

DEPOSITIO.

SVMMARIVM.

Quid ſit Depoſitio. num.1.
Quomodo differat a degradatione, cenſuris, & pœnis. ibid.
Quibus priuetur clericus, vel Religioſus depoſitus. num.2.
Non priuatur oneribus, & obligationibus. num.3.
Propter quæ delicta imponenda hæc pœna. num.4.
Ad quos pertinet in illa diſpenſare. num.5.

1 DEPOSITIO (quæ etiam verbalis degradatio dici ſolet iuxta dicta ſupra verbo Degradatio *num.2.*) eſt *perpetua ab Altaris miniſterio, & gradu Eccleſiaſtico remotio ſine ſpe reſtitutionis, & cum retentione priuilegij fori, & Canonis.* Silueſter *in Summa verbo Degradatio num.1.* Alderete *de Religio. Diſcipl. lib.2. cap.27. §.4.num.7.* Vnde, iuxta dicta eo verbo *Degradatio*, differt à degradatione, quia degradatio includit priuationem priuilegij, & Canonis, quam non includit depoſitio propriè de qua in præſenti, & à cenſuris, & alijs pœnis, quia illæ ſunt pœnæ medicinales, & cum ſpe reſtitutionis. Silueſter *ibid.* Sanchez *to.1. Conſil.moral.lib.3.cap.1. dub. 32. num.* 248. Ab irregularitate vero differt, quia depoſitio eſt pœna, irregularitas verò ſecundum communem rationem irregularitatis pœna non eſt, ſed inhabilitas quædam. Hinc etiam ſpecialiter, quamuis ſæpius confundatur cum ſuſpenſione, ab ea tamen differt, tum quia ſuſpenſio eſt cenſura, non autem depoſitio, tum quia depoſitio eſt ſine ſpe reſtitutionis, quod non conuenit ſuſpenſioni etiam perpetuæ. Etſi enim talis ſit, vt propterea quaſi depoſitio cenſeatur ab aliquibus, nihilominus differt ab ea depoſitio, quia in hac ordinariè loquendo nunquam diſpenſatur, licet de plenitudine poteſtatis Papæ id fieri poſſit, in ſuſpenſione autem perpetua diſpenſatio cadit etiam ordinariè. Suarez *de Cenſuris diſp.* 30. *ſect.* 1. *num.*11. Differunt etiam quia ſuſpenſio non priuat officio, & beneficio quoad titulum, ius, ſeu dominium illorum, ſed quoad vſum, vel fructus, depoſitio vero etiã quoad titulum, ius, ſeu dominium illis priuat. Suarez *dicta ſect.* 1. Cornexo *de Suſpenſione diſp.*1. *dub.* 1. *num.*4.

2 Clericus, vel Religioſus depoſitus non ſolum priuatur functionibus Eccleſiaſticis, ſcilicet, vſu cuiuſcunque Ordinis, officij, aut beneficij, vt colligitur ex definitione allata, ſed etiam, ſi celebrat, priuatur quoque laica Communione, niſi ſolum tempore mortis, licet in hoc

poſt

post pœnitentiam peractam dispenset Episcopus. *ca. accedens dist.* 50. Alderete *sup. num.* 8. Quamuis autem peccet grauiter exercendo actus Ordinis propter Ecclesiæ prohibitionem, nihilominus validi illi sunt, quando iurisdictionem non requirunt, prout contingit in absolutione. Suarez *supra num.* 7.

3 Non priuantur sic depositi oneribus, & obligationibus Clericorum, scilicet Officij diuini recitandi, castitatis &c. iuxta dicta supra verbo *Degradatio num.* 1. Suarez *sup. num.* 9. Gratius *in Decis. aureis par.* 2. *lib.* 3. *cap.* 17. *num.* 6. Videtur autem non posse tales dicere *Dominus vobiscum*, quia hoc denotat aliquam dignitatem, quam illi non habent, prout de degradatis dicitur communiter. Siluester *sup. num.* 10. Sanchez *to.* 2. *Consil. moral. lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 54. *num.* 4. Licet autē possint dicere Officium in choro, non tamen possunt Officium facere, quia hoc pertinet ad Hebdomadarium, cuius officio etiam priuantur. Siluester, & Sanchez.

4 Potest imponi hæc pœna depositionis propter grauia valde crimina. Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 50. *num. vlt.* Quæ vero sint crimina depositione digna; sic respondet Sa *in Summa verbo Depositio num.* 2. *Depositione digna sunt: stuprum, incestus, adulterium, & omnia adulterio maiora (quinetiam ca. peruenit d.* 59. *indicat sufficere fornicationem) item furtum, periurium, homicidium, etiam solo consilio, vel hortatione factum, & omne crimen inducens irregularitatem, denique quidquid enorme Iudicis arbitrio.* Hæc ille. Ex quibus infertur, propter hæc crimina posse Prælatos Regulares hac pœna afficere suos subditos, intellige tamen dummodo statuta propria Religionis id permittant, aut aliud non statuant, Papa approbante. Quo sensu accipiendus est Alderete *sup. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 19. dum dicit Superiorem Regularem posse deponere verbaliter suos subditos, & *num.* 22. & 23. dum ex priuilegijs id ipsis competere asserit. Quando autem imponitur hæc pœna, solet sententia his verbis proferri: *Qua propter præfatum N. ab omnibus Ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis deponimus, ipsum perpetuò ab omni Altaris ministerio remouentes.* argum *cap. verit. in fi. de dolo, & contumacia.* Alderete *sup. lib.* 2. *cap.* 27. §. 4. *num.* 12. ex Menochio & allis.

5 Dispensare verò in illa pertinet solum iure communi ad Papam. Suarez *sup. num.* 22. ex Abbate *in cap. Cum in te de re Iudic. num* 19. & colligitur ex Cornexo *de Suspensione disp.* 5. *dub.* 1. Et ad Episcopū, cum delictum non est grauius adulterio, *cap. Atsi clerici de iudic.* Thesaurus *in praxi Ecclesiastic. par.* 1. *cap.* 27. §. *Quæres* 2. ex Alterio, Riccio, & alijs. An vero possit tolli per priuilegia Religionum concedentia Prælatis earum facultatem dispensandi in pœnis; de quibus

priu

priuilegijs dixi *to.1. cap.* 10. *num.*35. *& cap.*18. *num.*46. aut propter aliud priuilegium res eſt valde dubia, cum hæc pœna dicatur eſſe irremiſſibilis, ſeu ſine ſpe veniæ, vt dictũ manet. Maximè, quia iuxta dicta *to.*1. *c.*19. *n.*14. ex Suarez ibi relato ſecundum ſtylum Curiæ ſub generali clauſula abſoluendi à pœnis non venit depoſitio, ſicut nec irregularitas, aut degradatio. Nihilominus Layman. *lib.*5. *tract.*6. *cap.*10. *de Sacram. pœnit.*5. *tertia quæſtio num.*18. dicit, ex vi priuilegij Pauli 3. conceſſi Confeſſarijs Ieſuitarum poſſe diſpenſare in depoſitione lata à Pio quinto in Bulla, quam retuli *to.*1. *cap.*5. *num.*11. contra Sodomitas, quæ tamen eſt etiam perpetua, imo videtur eſſe degradatio, cum per illam priuentur omni priuilegio clericali, quod per depoſitionem, de qua in præſenti eſt ſermo, non fit. Quod an ſit probabile aliorum iudicio remitto.

DICTIO.

SVMMARIVM.

*Dictionum vtilitas pro Regularibus. num.*1.
*Dictiones A, Ab, Ad, ſignificantes terminum, quomodo accipienda. num.*2.
*Dictio, abſque, non ſemper ſtat excluſiue. num.*3.
*Dictiones, acumulatiuè, & priuatiuè, quid denotant. num.*4.
*Dictio, alius, quid importat. num.*5.
*Dictio, ante, denotat principium. num.*6.
*Dictio, aut, eſt alternatiua. num.*7.
Qua regula notanda pro alternatiuis. ibid.
*Dictio, circa, quomodo accipienda. num.*8.
*Dictio, commodè, quid importat. num.*9.
*Dictio, competenter, & ſimiles quid ſignificent. num.*10.
*Dictio, continuò, iuxta ſubiectam materiam accipienda. num.*11.
*Dictio, cum, aliquando ſtat principaliter. num.*12.
*Dictio, de, naturalitatem, ſeu originem importat. num.*13.
*Dictio, deinde, continuat præcedentia. num.*14.
*Dictio, donec, eſt reſtrictiua temporis. num.*15.
*Dictio, dummodo, quid importet. num.*16.
*Dictio, dumtaxat, & ſimiles non excludunt caſus in quibus eadem ratio militat. num.*17.
*Dictio, eo caſu, quo modo accipienda. num.*18.
*Dictio, &, aliquando ponitur pro, ſeu, vt diſiunctiua. num.*19.

Dictio, etiam, est implicatiua, & amplificatiua. num.20.
Dictio, ex, quomodo verificanda. num.21.
Dictio, in, intrinsicitatem importat. num.22.
Dictio, insuper, diuersitatem significat. num.23.
Dictio, legitimè, idem est ac ordine iuris seruato. num.24.
Dictio, multùm, seu multa, aliquando contenta est duobus. num.25.
Dictio, nullatenus, seu nullo modo, quemcumque casum excludit. num. 26.
Dictio, omnimode, vniuersalitatem denotat. num.27.
Dictio, omnino, omnia comprehendit. num.28.
Dictio, omnis, est vniuersalis. num.29.
Dictio, per, significat perfectionem. num.30.
Dictio, priuatiuè, quid importet. num.31.
Dictio, prope finem, diuersimode sumitur. num.32.
Dictio, prorsus, excludit omnia, & singula. num.33.
Dictio, qualitercumque, comprehendit maiora expressis. num.34.
Dictio, quomodolibet, comprehendit omnia. num.35.
Dictio, semper, vel similes sumuntur ciuiliter, & humaniter. num. 36.
Dictio, sæpissimè, adminus debet verificari in tribus. num.37.
Dictio, solus, alios omnes excludit. num.38.
Dictio, statim, vel similes verificari solent cum aliquo temporis interuallo. num.39.
Dictio, tamquam, quos effectus habet. num.40.
Dictio, tantum, quid importet. num.41.
Dictio, temere, vel similes, excludunt ignorantiam. num.42.
Dictio, vel, ponitur inter diuersa. num.43.
Dictio, verè, quid importet. num.44.
Dictionis repetitio magnum indicat misterium. num.45.
Alia remissiuè. num.46.

1 VTILIS valde erit materia hæc pro intelligentia dictionum, quæ in Bullis, Priuilegijs, & alijs Constitutionibus Regularium reperiuntur, id circo non prætermittenda.

2 Dictiones *A*, *Ab*, *Ad*, signantes vltimum terminum à quo, vel ad quem, an intelligendæ inclusiuè, ita vt dies termini includatur in termino, an vero exclusiuè, ita vt non claudatur, licet anceps de eo quæstio sit; nihil clarius, aut breuius mihi occurrit dicendum, nisi quod in odiosis stant exclusiuè, in fauorabilibus autem inclusiuè, iuxta Regulam iuris 15. *Odia restringi, & fauores conuenit ampliari*. Nisi aliud appareat expressum in ipso iure, aut nisi absurdum aliquod, vel inconue-

inconueniens inde sequeretur. De quo ex varijs Rotæ decisionibus, & Doctoribus Naldus *in Summa in principio*.

3 Dictio *Absque* non semper stat exclusiuè, sed sæpius inclusiuè, vt in S. Scriptura Cantic. 4. *Absque eo quod intrinsecus latet*, idest, cum eis quæ intrinsecus latent. & 2. Corinth. 11. *Præter illa quæ extrinsecus sunt*, idest simul cum illis. Naldus *in summa verbo occidere n.* 10.

4 Dictio *Accumulatiuè* denotat rem fieri posse cum alio, ita vt detur locus præuentioni, ad differentiam dictionis *priuatiue*, quæ ex opposito importat rem fieri posse ab vno solo, alio excluso. Couarrubias *in cap. Alma mater. p.* 1. §. 12. *num.* 3. Peirinis *in* 2. *to. Priuileg. Minim. in Constit.* 4. *Gregor.* 15. *num.* 20.

5 Dictio *Alius* regulariter importat similitudinem, & refert diuersum in substantia, sed idem in qualitate, prout ex Bartolo, Baldo, & Quintiliano Mandosio habet Rodriguez *to.* 1. *quæst. Regular. q.* 30. *art.* 15. Vnde infert quod si lex dicat aliquem plectendum pœna tali, vel *alia*, per ly *alia* intelligendam esse pœnam priori similem. Aliquando verò non denotat qualitatem similem præcedenti, *vt* patet *Math.* 28. & *Marc.* 15. vbi dicuntur cum Christo *crucifixi alij duo latrones*. Sanchez *lib.* 3. *de Matrim. disp.* 20. *num.* 3. Ex subiecta ergo materia desumendum est. Naldus *supra verbo Dictio num.* 2.

6 Dictio *Ante*, quando apponitur ad tempus aliquod, denotat principium illius, & non finem, vt si dicatur veniam ante Pascha intelligitur ante inchoatum Pascha. Naldus *sup. num.* 3. ex Baldo, Iasone, & alijs. Vide dicta supra verbo *Annus num.* 6.

7 Dictio *Aut* est alternatiua. Rodriguez supra. Dicitur autem, quod in alternatiuis, seu disiunctiuis, sufficit alterum verificari. Tuschus *verbo Dictio concl.* 268. Peirinis *to.* 2. *priuileg. Minim. in Constit.* 2. *Pauli* 3. *num.* 4. Nota etiam, quod vna pars alternatiuæ intelligi debet secundum aliam. Vnde si pro delicto est imposita pœna amputationis membri, aut *alia*, per ly *alia* non debet intelligi amputatio capitis, quia hæc pœna multum distat ab amputatione membri, & alternatiua semper præsumitur esse inter æqualia, & parum distantia. Naldus *supra num.* 4.

8 Dictio *Circa*, cum additur incertę quantitati temporis, vel alterius rei, vt cum dicitur circa annos decem plus minusue, quid importet, vix potest generalis regula assignari, præter arbitrium Iudicis. Vide tamen. Rebuffum *in sua praxi beneficiorum tit. de dispensat. ratione ætatis versic. circa.* Garzia *de benefic. par.* 11. *cap.* 3. §. 1. & Naldum *sup. num.* 5. ex varijs Rotæ decisionibus.

9 Dictio *Commodè*, quæ in Concilio Trident. *sess.* 25. *cap.* 3. & in decretis summorum Pontificum ponitur cum dicitur, cum solum nu-

merum Regularium conſtituendum in Monaſterijs, *qui vel ex reddit. proprijs Monaſteriorum, vel ex conſuetis eleemosynis cõmodè poſſit* ſuſtentari, denotat victum, & veſtitum, & alia onera neceſſaria, iuxta conſuetudinem loci, & perſonarum in dictis Monaſterijs degentium. Peirinis *to. 1. priuileg. Minim. in Conſtit. Pyrrhi num. 49.*

10 Dictio *Competenter*, ſignificat idem quod *mediocriter*, vel *vt par eſt*, vel *ſufficienter*. Peirinis *ſupra*.

11 Dictio *Continuo* licet ex ſua natura ſignificare videatur ſine vllo temporis interuallo, id tamen intelligi debet magis, vel minus, iuxta ſubiectam materiam. Naldus *ſup. num. 6.* ex Decio, & alijs.

12 Dictio *Cum*, quando coniungit nomina collectiua, vel dignitatem, ſemper ſtat principaliter. Tuſchus *verbo Dictio concluſ. 358. n. 20.* Peirinis *to. 2. de Prælat. quæſt. 1. cap. 2. num. 23.*

13 Dictio *De*, naturalitatem, ſeu originem importat, vt probat textus *in l. 1. ff. ad municip.* Surdus *deciſ. 129. num. 15.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi Allegat. 4. num. 9.* Vbi etiam habet ſub nomine patriæ, ſeu originis non tantum propriam, ſed paternam denotari, vt ſi quis natus eſt Matriti, & pater eius Toleti.

14 Dictio *Deinde*, continuatiua, præcedentium eſt. Sanchez *de Matrim. lib. 3. diſp. 7. num 17.*

15 Dictio *Donec* eſt reſtrictiua temporis, habetque naturam ſuſpenſiuam. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi Allegat. 19. num. 89.* ex Caſſaneo, Menochio, & alijs.

16 Dictio *Dummodo*, regulariter non facit conditionem, ſed modum. Rebuffus *de verb. ſignific. lib. 156. verſic. dummodo*. Quod quidem verificatur quando adijcitur actui perfecto, vt do tibi hoc dummodo hoc facias. Sanchez *ſupra diſp. 33. num. 2.*

17 Dictio *Duntaxat*, vel ſimilis alia taxatiua, ſcilicet *tantum, tantùmodo*, quamuis excludat omnes caſus præter expreſſos, exponitur enim per affirmatiuam eius cui adiungitur, & negatiuam aliorum (Rodriguez *to. 3. quæſt. Regular. quæſt. 5. art. 2.*) non excludit tamen caſus ſimiles, in quibus eadem ſiue vrgentior ratio militat, iuxta dicta *to. primò cap. 25. num. 20.* Gloſſa *in l. ob æſ. C. de præd. Minor. & in l. ſi mora verbo duntaxat ff. ſoluto Matrimon.* Rodriguez *ſup.* Sanchez *lib. 7. de Matrim. diſp. 31. num. 6. & lib. 6 in Decalog. c. 15. n. 37.*

18 Dictio *Eo caſu*, & ſimiles reſtringere ſolent diſpoſitionem cui inferuntur ad tempus, & caſum in illa expreſſum, itaut non admittant extenſionem ad alium. Verum ſi talis dictio apponatur ſinne vlla alia dictione taxatiua, v. g. *tantum, ſolummodo*, vel alia ſimili, tunc ſecundum ſuam naturam ſi habit demonſtratiuè, ſeu declaratiuè, non reſtrictiuè. Ita ex Rotæ decifionibus Naldus *ſup. num. 18.*

19 Dictio

19 Dictio *Et*, quamuis ſit copulatiua, ita vtcum in diſpoſitione duo coniunguntur per dictionem *Et*, oporteat vtrunque interuenire *l. ſi quis ita ſtipulatus ff. de verbor. obligat.* Peirinis *to.* 2. *de Prælato. quæſt.* 1. *cap.* 2. *num.* 21. Nihilominus aliquando ponitur pro *ſeu*, vt diſiunctiua. Pro quo habes exemplum in Conſtit. Greg. 14. de qua infra verbo *immunitas Eccleſiarum num.* 11. quod iuxta ſubiectam materiam intelligendum eſt. Tuſchus *verbo dictio concl.* 254. *num.* 3. Rodriguez *to* 3. *quæſt.* 17. *art.* 19. Peirinis *to.* 2. *priuileg. Minim. in Conſtit.* 2. *Pauli* 3. *num.* 4. Quando etiam inſeritur in commiſſione, vel priuilegio, & continet plures cauſas quæ non omnes ſunt neceſſariæ ad operandum aliquem effectum, ſufficit, vt vna illarum quæ effectum operari poſſet illum operetur. v.g. ſi diſpenſetur ieiunium cum ſupplicante dicto nobili, & infirmo, licet non ſit nobilis, ſed infirmus, poteſt facultate illa vti, quia illa cauſa ſufficit. Naldus *ſupra num.* 7. ex Nauarro.

20 Dictio *Etiam* eſt implicatiua, & ampliatiua *l. etiam ff. de Minor. Clem. Religioſis de procur.* Vbi Cardin. *num.* 1. & *Clem.* 1. *de teſtam.* vbi Cardin. *num.* 1. Peirinis *to.* 1. *priuil. Minim. in Conſt.* 14. *Leonis* 10. *num.* 4. Vnde vnum caſum ex primit, & alium includit. Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcop. Allegat.* 92. *num.* 12. Similiter tam hæc dictio, quàm omnis alia implicatiua quales ſunt *maximè*, *præſertim*, implicant idem eſſe in caſu contrario, quamuis ratio expreſſa deficiat, aut licet in illo militet fortior ratio. Sanchez *l.* 2. *de Matrim. diſp.* 39. *num.* 6. *& lib.* 6. *diſp.* 14. *num.* 21.

21 Dictio *Ex* naturalitatem exigit, nec ciuili eſt contenta, vt habet Barboſa *ſup. num.* 10. ex Pereira *de poteſt. eligendi cap.* 13. *num.* 21. Nec verificari ſolum ob domicilium, ſeu beneficium ibi habitum, tenet idem Barboſa *ibid.* ex alijs.

22 Dictio *In* intrinſicitatem importat, id eſt, intus. Baldus *in Rubric. ff. ſolut. Matrim. num.* 7. Bartolus *in l. Gallus* §. *ille caſu n.* 2. *ff.* de *liber.* & *poſtlum.* quos refert, & ſequitur Barboſa *de Iur. Eccleſiaſt. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 118.

23 Dictio *Inſuper* importat diuerſitatem, & ita clauſula poſita in principio, vel ad finem vnius articuli non refertur ad ſequentia, quãdo in illis adeſt dictio *Inſuper.* Ita Tuſchus *verbo Dictio concl.* 295. & Peirinis *to.* 2. *priuileg. Minim. in. Conſtit.* 2. *Gregorij* 13. *num.* 2. Licet oppoſitum indicet Naldus *ſup. num.* 9.

24 Dictio *Legitimè* ſignificat idem, ac ordine iuris ſeruato. Peirinis *to.* 1. *Priuileg. Minim. in Conſtit.* 2. *Sixti* 4. *num.* 1.

25 Dictio *Multum* ſeu *multa* &c. plura ſignificat, & aliquando eſt contenta duobus *l. vbi numerus ff. de teſtibus cap. pluralis locutio*

40. *de Regul. iuris in 6.* Barbosa *de offic. & potest. Episcopi Allegat.* 72. *num.* 30. 31. & 32.

26 Dictio *Nullatenus* cum vniuersalitatem importet excludit quemcumque casum. Tuschus *verbo Dictio concl.* 315. Peirinis *to.* 2. *Priuileg. Minim. in Constit.* 26. *Leon.* 10. *num.* 11. Vnde inferre solet nullitatem actus, & tollere omnem potentiam. Barbosa *sup. Allegat.* 19. *num.* 75. Idem dic de dictione *nullo modo.* Vnde de vtraque dicunt aliqui excludere omnem dispensationem. Glossa *in Clem. vt si de aetat. & qualit. verb. nullo modo* Rodriguez *to.* 2. *quæst. Regul. q.* 78. *art.* 2. Idem videtur dicendum de dictione *penitus*, de qua dicitur importare ipso iure. Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 21. *num.* 75. & 76.

27 Dictio *Omnimodè*, & *plenè* denotat vniuersalitatem. Glossa *in Clem. vn. de for. compet. verf. omnimodam.* Panormit. *in cap. conquestus de for. compet. num.* 4.

28 Dictio *Omnino, in distinctè*, ac *omni ex parte* omnia comprehendit. Barbosa *sup. Allegat.* 95. *num.* 6. Et omnem excludit dispensationem. Glossa *in Clem. vt hi de at. & qualitate.* Rodriguez *to.* 3. *quæst. Regular. quæst.* 67. *art.* 5.

29 Dictio *Omnis* est vniuersalis, ac per consequens nihil excludens, quia qui *omne dicit nihil excludit.* Idem Barbosa *supra Allegat.* 101. *num.* 39.

30 Dictio *Per* significat perfectionem *l. Vrbana in. fi. de verb. signific.* Naldus *sup.* & consonant quæ dixi supra verbo *Annus num.* 5.

31 Dictio *Priuatiuè* quid importet vide supra in dictione *accumulatiuè*.

32 Dictio *Prope finem*, seu *prope annum*, vel talem temporis terminum, sumitur diuersimodè iuxta naturam, & qualitatem subiectæ materiæ. Naldus *in summ. verbo Tempus num* 8. & 11.

33 Dictio *Prorsus* excludit omnia, & singula quæ in contrarium exceptari possunt. *cap. statutum* 5. *prouisurus de rescript. in 6.* Tamburinus de *iure Abbat. to.* 1. *disp.* 18. *quæst.* 6. *num.* 7. Vide dicta verbo *clausula num.* 55.

34 Dictio *Qualitercumque* est vniuersalis, & comprehendit maiora expressis *cap. solitæ verf. quodcumque ligaueris*, & omnia quæ excogitari possunt. *l. etiam. ff. soluto Matrim.* Barbosa *supra Allegat.* 57. *num.* 177.

35 Dictio *Quomodolibet* ex sui generalitate comprehendit omnia, de quibus satis est in genere fuisse cogitatum, iuxta terminos *l. si de certa C. de transact.* Naldus *sup. verbo Clausula verf. quomodolibet.*

36 Dictio *Semper*, vel similes, v. g. *continuè*, *sine intermissione*, *quotidie, in desinenter &c.* sumuntur ciuiliter, & humaniter, idest pro

omni

omni hora, & tempore, quo id fieri potuit, non pro ſemper metaphyſicè. Naldus *ſupra verbo dictio num.*13.

37 Dictio *Sæpiſſimè, plurimùm,* & aliæ ſimiles ſuperlatiuæ ad minus debent verificari in tribus. Naldus *ſupra num.*12.

38 Dictio *Solus* alios omnes excludit præter expreſſum *l. his ſolis C. de reuoc. don.* Rota in vna Nouarienſi *legitimæ* coram D. Ghiſlerio 1629. *num.*7.

39 Dictio *Statim, illicò, incontinenti,* & ſimiles, verificari ſolent cum aliquo temporis interuallo, maiori, vel minori, vt credo, iuxta varietatem materiæ, & viri prudentis arbitrium. Naldus *in ſumma verb. verba num.* 22.

40 Dictio *Tanquam*, multos, & diuerſos effectus habet in iure, & propterea conſpiciendæ ſunt circunſtantiæ, quo nomine, quo reſpectu, qua contemplatione aliquid fiat. Naldus *dicto verbo Dictio n.*16.

41 Dictio *Tantum*, vel *tantummodo* quid importet vide ſupra in dictione *Dum taxat*.

42 Dictio *Temere*, vel ſimiles, quales ſunt *præſumptuosè, audacter &c.* denotant audaciam, præſumptionem, & temeritatem in operante, & ita non comprehendunt ex ignorantia etiam culpabili operantem, iuxta dicta *to. 1. cap.*10. *num.*33: de quo Naldus *ſupra verbo dictio num.* 17. *& verbo verba num.*21.

43 Dictio *Vel* ponitur inter diuerſa, vt notant DD *l. ſi qui in princip. ff. de reb. dub.* Sanchez *lib.*8. *de Matrim. diſp.*18. *num.*2.

44 Dictio *Verè* importat idem quod *propriè*, vt probat idem Naldus *ſup. verb. Dictio* ex Farinaccio.

45 Nota tandem, quod dictionis repetitio, vt communiter dicitur, magnum indicat myſterium, emphaſim ſcilicet, vel energiam ſic loquentis.

46 Vide dicta ſupra verbo *Clauſula*.

DIMISSORIÆ.

SVMMARIVM.

*De hac materia remiſſiuè. num.*1.
*Sunt litteræ Superiorum pro ſubditis ab alijs ordinandis. num.*2.
*An concedantur à Prælatis Regularibus pro ſubditis ſæcularibus. n.*3.
*Pro ſubditis Regularibus poſſunt illas concedere. num.*4.
*Qualiter concedendæ. num.*5.
Decretum Sacræ Congregationis pro ea re. ibid.

Quid dicendum de Regularibus in locis nullius Diœceſis. num.6.
Alia de huiuſmodi Dimiſſorijs remiſſiuè. ibid.
An Nouitijs concedi poſſint. ibid.
Qui Prælati illas concedant. num.7.
Concedere illas eſt actus iuriſdictionis. num.8.
An expirent morte concedentis. num.9.
De pœnis vtentium fictis Dimiſſorijs. num.10.
Alia remiſſiuè. num.11.

1 DE hac materia aliqua dicta ſunt *to.1.cap.14.num.12.13. & 18. & cap. 18.num.64. & 65.* nunc vero alia addenda ad Regulares ſpectantia, vel maioris lucis gratia.

2 Dimiſſoriæ ergo, quæ etiam appellantur Reuerendæ, ſunt litteræ quas Superiores ſuis ſubditis concedunt, vt ab alijs ordinari poſſint. Ita eas vocat Concil. Trident. *ſeſſ.23. de reformat. cap.10.* & *ſeſſ.7. de reformat. cap.* 10. Vocantur autem *Dimiſſoriæ* quia per eas dimittunt Prælati ſuos ſubditos alijs ad Ordines ſuſcipiendos. Vnde illas cõcedere poſſunt cuncti Epiſcopi, vel alij Prælati quibus à Sede Apoſtolica id eſt commiſſum. *Cap. Cum nullus de tempor. Ordinat. in 6.* Campanile *in Diuerſor iuris Canonic. Rubric.9.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi Allegat. 7. à num.1. vſque ad 6.*

3 Quoad Prælatos Regulares, licet Abbates, & alij exempti olim huiuſmodi literas dimiſſorias ſuis ſubditis ſæcularibus concedere poſſent, ex dicto *cap. Cum nullus*, vt ibi Antonius Andreas, Anchranus, & Franchus; hodie tamen poſt Concil. Tridentin. dicta *ſeſſ.23. cap.10.* hoc eſt illis prohibitum ſine licentia Epiſcopi cum derogatione omnium priuilegiorum. Tamburinus *de iure Abbat. to.2. diſp.2. quæſit. 26. num.1.* Vnde etiam in caſu quo aliquis Abbas, vel Prælatus Regularis habeat Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, contentioſam, & voluntariam in ſæculares, adhuc non poterunt dictas dimiſſorias concedere, ſed hoc pertinet ad Epiſcopum. Henriquez *in ſumma l.10. cap.22.§.3.* Tamburinus *ſup.* ex decis Rotæ in vna Vrbinaten. *Parochialis* 14. Decemb. 1592. coram Blanchetto. Limita tamen, niſi huiuſmodi Prælatus eſſet Ordinarius priuatiue ad Epiſcopum, iuſque haberet congregandi Synodum, contra hunc enim non procedere determinationẽ Concilij defendit Stephanus Gratianus *in Deſceptat. for. to.2. c.112.* quem ſequuntur Campanile *ſup.* & Tamburinus etiã *ſup. num.2.* ex alia deciſione Rotæ in vna Salmantina *Iuriſdictionis* die nona Maij 1594. coram Seraphino.

4 Suis tamen ſubditis Regularibus poſſunt Abbates, & alij Prælati Regulares dictas Dimiſſorias concedere. Primò quidem ad tonſuram, & mi-

& minores Ordines ex relato Concil. Trid. *ſeſs.* 23. *cap.* 10. vbi prohibetur Abbatibus, vel exemptis concedere ad ea dictas Dimiſſorias, *cuiquam qui Regularis ſibi ſubditus non ſit.* Quo denotatur Regularibus ſubditis concedi poſſe. Deinde de Dimiſſorijs ad maiores Ordines etiam id colligitur ex eodem loco Concilij, ſubditur enim: *Nec ipſi Abbates, & alij exempti, aut Collegia, vel Capitula quæcunque, etiam Eccleſiarum Cathedralium, litteras dimiſſorias aliquibus clericis ſecularib. concedant.* Ex eo enim quod negat id pro Clericis ſæcularibus, argumento deducto à contrario ſenſu, ſupponit pro Regularibus id fieri poſſe. Tertiò, ex eodem Concil. dicta *ſeſs.* 23. *cap.* 8. vbi dicitur nullum ordinari poſſe, *niſi eius probitas, ac mores Ordinarij ſui teſtimonio commendentur.* Verbum enim *Ordinarij ſui* Regularibus applicatum eorum denotat Superiores, qui de illorum moribus teſtificari poſſunt, non vero Epiſcopi qui illos nec agnoſcunt. Quartò, ex priuilegijs Summorum Pontificum, videlicet Ioann. 22. & Sixti 4. pro Carmelitis, prout in Mari magno habetur, & aliorum quæ refert Caſſarubius *in Compendio verb. Ordines ſacri.* Quæ, quoad hoc punctum reuocata non ſunt à Concilio. Et præſertim Clem. 8. pro Ciſtercienſibus Monaſterij de Alcobaza Regni Portugalliæ, quod referunt Rodriguez *to.* 1. *Quæſt. Regular. quæſt.* 18. *art.* 5. & Miranda *in Man. to.* 1. *q.* 39. *ar.* 3 Quintò, ex declarat. S. Congregat. ſub Clem. 8. de qua poſtea. Ac tandem Sextò, ex praxi, & vſu omnium Religionum, itaut mirum ſit aliquos id in dubium vertiſſe. Vide præter relatos à me *to.* 1. *cap.* 14 *num.* 18. Barboſam dicta *Allegat.* 7. *num.* 31. & Tamburinum *ſupra quæſit.* 25. cum alijs, quos illi referunt.

5 Porrò hæ litteræ Dimiſſoriæ dandæ ſunt à Prælatis Regularibus, iuxta modum, & formam præſcriptam in decreto Clem. 8. & S. Congregat. quod eſt huiuſmodi: *De mandato S. D. N. Clementis diuina Prouidentia Papæ octaui tenore præſentium mandatur omnibus, & ſingulis quorumcunque Regularium Superioribus, vt de cætero obſeruent, & obſeruari faciant ea quæ in decreto S. Congregationis Concilij Tridentini continentur, cuius tenor eſt talis. Congregatio Concilij cenſuit Superiores Regulares poſſe ſuo ſubdito item Regulari, qui præditus qualitatibus requiſitis Ordines ſuſcipere voluerit, litteras Dimiſſorias concedere, ad Epiſcopum tamen Diœceſanum, nempe illius Monaſterij, in cuius familia ab ijs ad quos pertinet is Regularis poſitus fuerit, & ſi Diœceſanus abſuerit, vel non eſſet habiturus Ordinationes, ad quemcunque alium Epiſcopum, dum tamen ab eo Epiſcopo qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipſi Regulares non diſtulerint de induſtria cõceſſionem Dimiſſoriarum in id tempus quo Epiſcopus Diœceſanus, vel abſuturus, vel nullas habi-*

turus

Quid dicendum de Regularibus in locis nullius Diœceſis. num.6.
Alia de huiuſmodi Dimiſſorijs remiſſiuè. ibid.
An Nouitijs concedi poſſint. ibid.
Qui Prælati illas concedant. num.7.
Concedere illas eſt actus iuriſdictionis. num.8.
An expirent morte concedentis. num.9.
De pœnis vtentium fictis Dimiſſorijs. num.10.
Alia remiſſiuè. num.11.

1 DE hac materia aliqua dicta ſunt *to.1.cap.14.num.12. 13. & 18. & cap. 18.num.64. & 65.* nunc vero alia addenda ad Regulares ſpectantia, vel maioris lucis gratia.

2 Dimiſſoriæ ergo, quæ etiam appellantur Reuerendæ, ſunt litteræ quas Superiores ſuis ſubditis concedunt, vt ab alijs ordinari poſſint. Ita eas vocat Concil. Trident. *ſeſſ.23. de reformat. cap.* 10. & *ſeſſ. 7. de reformat. cap.* 10. Vocantur autem *Dimiſſoriæ* quia per eas dimittunt Prælati ſuos ſubditos alijs ad Ordines ſuſcipiendos. Vnde illas cōcedere poſſunt cuncti Epiſcopi, vel alij Prælati quibus à Sede Apoſtolica id eſt commiſſum. *Cap. Cum nullus de tempor. Ordinat. in 6.* Campanile *in Diuerſor iuris Canonic. Rubric.9.* Barboſa *de offic. & poteſt. Epiſcopi Allegat. 7. à num.1. vſque ad 6.*

3 Quoad Prælatos Regulares, licet Abbates, & alij exempti olim huiuſmodi literas dimiſſorias ſuis ſubditis ſæcularibus concedere poſſent, ex dicto *cap. Cum nullus*, vt ibi Antonius Andreas, Anchranus, & Franchus; hodie tamen poſt Concil. Tridentin. dicta *ſeſſ.23. cap.*10. hoc eſt illis prohibitum ſine licentia Epiſcopi cum derogatione omnium priuilegiorum. Tamburinus *de iure Abbat. to.2. diſp.2. quæſit.* 26. *num.*1. Vnde etiam in caſu quo aliquis Abbas, vel Prælatus Regularis habeat Iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, contentioſam, & voluntariam in ſæculares, adhuc non poterunt dictas dimiſſorias concedere, ſed hoc pertinet ad Epiſcopum. Henriquez *in ſumma l.*10. *cap.*22. §.3. Tamburinus *ſup.* ex decis Rotæ in vna Vrbinaten. *Parochialis* 14. Decemb. 1592. coram Blanchetto. Limita tamen, niſi huiuſmodi Prælatus eſſet Ordinarius priuatiue ad Epiſcopum, iuſque haberet congregandi Synodum, contra hunc enim non procedere determinationē Concilij defendit Stephanus Gratianus *in Deſceptat. for. to.2. c.*112. quem ſequuntur Campanile *ſup.* & Tamburinus etiā *ſup. num.*2. ex alia deciſione Rotæ in vna Salmantina *Iuriſdictionis* die nona Maij 1594. coram Seraphino.

4 Suis tamen ſubditis Regularibus poſſunt Abbates, & alij Prælati Regulares dictas Dimiſſorias concedere. Primò quidem ad tonſuram,

& mi-

& minores Ordines ex relato Concil. Trid. *sess.* 23. *cap.* 10. vbi prohibetur Abbatibus, vel exemptis concedere ad ea dictas Dimissorias, *cuiquam qui Regularis sibi subditus non sit.* Quo denotatur Regularibus subditis concedi posse. Deinde de Dimissorijs ad maiores Ordines etiam id colligitur ex eodem loco Concilij, subditur enim: *Nec ipsi Abbates, & alij exempti, aut Collegia, vel Capitula quæcunque, etiam Ecclesiarum Cathedralium, litteras dimissorias aliquibus clericis secularib. concedant.* Ex eo enim quod negat id pro Clericis sæcularibus, argumento deducto à contrario sensu, supponit pro Regularibus id fieri posse. Tertiò, ex eodem Concil. dicta *sess.* 23. *cap.* 8. vbi dicitur nullum ordinari posse, *nisi eius probitas, ac mores Ordinarij sui testimonio commendentur.* Verbum enim *Ordinarij sui* Regularibus applicatum eorum denotat Superiores, qui de illorum moribus testificari possunt, non vero Episcopi qui illos nec agnoscunt. Quartò, ex priuilegijs Summorum Pontificum, videlicet Ioann. 22. & Sixti 4. pro Carmelitis, prout in Mari magno habetur, & aliorum quæ refert Cassarubius *in Compendio verb. Ordines sacri.* Quæ quoad hoc punctum reuocata non sunt à Concilio. Et præsertim Clem. 8. pro Cistertiensibus Monasterij de Alcobaza Regni Portugalliæ, quod referunt Rodriguez *to.* 1. *Quæst. Regular. quæst.* 18. *art.* 5. & Miranda *in Man. to.* 1. *q.* 39. *ar.* 3. Quintò, ex declarat. S. Congregat. sub Clem. 8. de qua postea. Ac tandem Sextò, ex praxi, & vsu omnium Religionum, itaut mirum sit aliquos id in dubium vertisse. Vide præter relatos à me *to.* 1. *cap.* 14. *num.* 18. Barbosam dicta *Allegat.* 7. *num.* 31. & Tamburinum *supra quæsit.* 25. cum alijs, quos illi referunt.

5 Porrò hæ litteræ Dimissoriæ dandæ sunt à Prælatis Regularibus, iuxta modum, & formam præscriptam in decreto Clem. 8. & S. Congregat. quod est huiusmodi: *De mandato S. D. N. Clementis diuina Prouidentia Papæ octaui tenore præsentium mandatur omnibus, & singulis quorumcunque Regularium Superioribus, vt de cætero obseruent, & obseruari faciant ea quæ in decreto S. Congregationis Concilij Tridentini continentur, cuius tenor est talis. Congregatio Concilij censuit Superiores Regulares posse suo subdito item Regulari, qui præditus qualitatibus requisitis Ordines suscipere voluerit, litteras Dimissorias concedere, ad Episcopum tamen Diœcesanum, nempe illius Monasterij, in cuius familia ab ijs ad quos pertinet is Regularis positus fuerit, & si Diœcesanus absuerit, vel non esset habiturus Ordinationes, ad quemcunque alium Episcopum, dum tamen ab eo Episcopo qui Ordines contulerit, examinetur quoad doctrinam, & dum ipsi Regulares non distulerint de industria cõcessionem Dimissoriarum in id tempus quo Episcopus Diœcesanus, vel absuturus, vel nullas habi-*

turus

turus Ordinationes esset. Verum cum à Superioribus Regularibus Episcopo Diœcesano absente, vel Ordinationes non habente, litteræ Dimissoriæ dabuntur, in eis vtique huiusmodi causam absentiæ Diœcesani Episcopi, vel Ordinationum ab eo non habendarum exprimendam esse. Quod qui non fecerint, officij, & dignitatis, seu administrationis, ac vocis activæ, & passiuæ priuationis, ac alias arbitrio eiusdem S. D. N. Papæ reseruatas pœnas incurrent. In quorum &c. Datum Romæ die 16. Martij anno 1596. Referunt hoc Decretum præter eos quos retuli *to. 1. dicto cap. 14. num. 12.* Piasegus *in praxi nouæ Episcopor. par. 1. cap. 1. num. 14.* Campanile *sup. Rubric. 12. cap. 13. n. 37.* Barbosa *sup. num. 18.* Ioannes Maria Nouarius in *lucern. Regular. verbo Dimissoriæ num. 1.* & alij apud ipsos.

6 Quid vero dicendum de Regularibus degentibus in Monasterijs sitis in locis nullius Diœcesis, ad quem videlicet Episcopum dirigi debeant litteræ Dimissoriæ, dixi ex declaratione Sactæ Congregationis eo *cap. 14. num. 12.* Similiter quoniam Prælati Regulares possint dare litteras Dimissorias suis subditis ad aliquos Abbates, vt ab eis recipiant minores Ordines, dixi *ibid. num. 13.* & *cap. 18. num. 65.* vbi de conditionibus ad id requisitis egi. Præterea de Nouitijs, an Prælati Regulares possint illis Dimissorias ad Ordines suscipiendos tribuere, dictum est eo *cap. 14. num. 10.* & *cap. 18. num. 6.* Quibus adde, quod etsi stando in iure communi non possent dicti Prælati Dimissorias Nouitijs concedere, pro vt aliqui existimant, ex eo quod non habent circa illos omnimodam potestatem, sed eam tantum quæ necessaria est ad bonum regimen, & finem probationis ipsorum, ad quod non videtur necessaria hæc auctoritas, nihilominus saltem ex vi priuilegiorum quæ habent Prælati aliquarum Religionum ad concedendum suis subditis Dimissorias, poterunt eas Nouitijs concedere, cum illi sint etiam eorum subditi. De quo Tamburinus *supra quæst. 27.* Diana *par. 3. Tract. 2. Resolut. 7.*

7 Porro Prælati, qui Dimissorias subditis Regularibus præbere possunt, sunt Generales pro tota Religione, & Prouinciales pro tota Prouincia, imo etiam inferiores Prælati, scilicet Priores, Guardiani &c. si consuetudine id sit introductum, vel Constitutiones Religionum non contradicant. Colligitur primò, ex eo quod Concilium dicta *sess. 23. cap. 8.* hoc remittit Ordinario. Nomen autem Ordinarij quoad Regulares, in presenti his omnibus Superioribus aptatur, vt dixi. Secundò, ex decreto S. Congregationis relato vbi dicit hoc posse facere *Superiores Regulares*. Quo nomine isti omnes comprehenduntur. Miranda *in Man. Prælator. to. 1. quæst. 39. art. 3.*

8 Concedere autem huiusmodi Dimissorias est actus iurisdictionis.

Suarez

Suarez *de Cenſur. to. 5. diſp. 14. ſect. 1. num. 6.* Vnde conceſſæ ab excommunicato, vel ſuſpenſo declarato inualidæ ſunt, Suarez *ibid.* Tamb. *ſup. quæſ.* 28. Et ordinatus cum illis incideret in pœnas contra ordinatos ſine Dimiſſorijs. Tamburinus *ibid.* poſt alios quos refert.

9 Non expirant huiuſmodi Dimiſſoriæ per mortem, vel ceſſationem officij illas concedentis, niſi a ſucceſſoribus reuocentur. Et enim gratia, vel fauor non expirat morte concedentis. *cap. ſi cui nulla de præbend. in 6. cap. ſi ſuper gratiam de offic. Iudic. delegat. eodem ſexto.* Henriquez *in ſumm. lib. 10. cap. 22. §. fin.* Tamburinus *ſup. quæſit. 29.* & alij apud ipſum. Sic etiam declaratum à S. Congregatione Epiſcopor. & Regular. in Oriensi 21. Nouemb. 1600. refert Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Dimiſſoriæ.*

10 De pœnis quas incurrunt vtentes falſis Dimiſſorijs vide dicta *to. 1. ſumm. cap. 14. num. 3. 18. & 19.* & dicenda infra verbo *falſarius num. 3.*

11 Vide alia dicenda 4.to. verbo Ordines Sacri.

DISPENSARE, ET DISPENSATIO inter Regulares.

SVMMARIVM.

De hac materia remiſsiuè. num. 1.
Diſpenſatio quid ſit. num. 2.
De poteſtate Prælatorum ad diſpenſandum. num. 3.
Alia remiſsiuè de hac poteſtate. num. 4.
De facultate Confeſſariorum ad diſpenſandum. num. 5.
Quid de diſpenſatione cum inceſtuoſis. num. 6.
Quid in votis Epiſcopis reſeruatis. num. 7.

1 MVLTA ſub hoc titulo comprehendi poſſunt, de quibus partim eſt dictum, & in ſequentib. dicetur. Comprehenduntur enim ea in quibus Prælati Regulares cum ſuis ſubditis, & Confeſſarij cum ſuis pœnitentibus diſpenſare poſſunt. De quibus omnibus agendum remiſsiuè ſaltem, aliqua tamen omni diſpenſationi communia prius ſtatuendo.

2 Diſpenſatio ergo eſt *rigoris iuris per eum ad quem ſpectat miſericors, & canonice facta relaxatio.* Siluester *in ſumm verbo diſpenſatio num. 1.* ex Hoſtienſ. Requirit iuſtam cauſam, itaut ſine illa, nec licita, nec valida ſit, quando ſit ab inferiori in lege Superioris, iuxta

dicta

dicta *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 42. Imo talis dispensatio sine iusta causa data, potius est dissipatio, & taliter dispensantes dissipatores sunt, non dispensatores. Siluester *ibid. num.* 2. ex D. Bernardo. Vnde dispensatio impetrata ex falsa causa, vel tacita veritate nulla est. *cap.* 2. *de fil. Presbiter. in 6. cap. ad audientiam* 2. *de rescript. & cap. non potest de præbend. in* 6. Et illa vtentes non sunt securi in conscientia. Bonacina *de legibus disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 3. *num.* 13. post plures alios. Causæ verò ad dispensandum, quamuis variæ sint, iuxta varia genera dispensationum, regulariter tamen sunt istæ; pietas erga Deum, necessitas communis, vel priuata, vtilitas communis, vel priuata, qualitas personæ cum qua dispensatur, & aliæ quæ pro qualitate loci, & temporis arbitrio prudentis fuerint legitimæ iudicatæ. Siluester *sup. num.* 3. Azor. *to.* 1. *instit. moral. lib.* 5. *c.* 15. *q.* 8. Nota etiam quod dispensatio facta à Prælato legislatore, vel ab habente æqualem auctoritatem cũ ipso in lege ipsius sine causa, licet sit aliquo modo illicita, & imprudens, cum per eam eximat partem ab obligatione totius, cum quo debet conformari, valida tamen est, quia obligatio legis pendet tam in fieri, quam in conseruari à legislatore, & ita potest eam validè tollere, sicut pro tota Communitate, sic pro parte ipsius. Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *disp.* 17. *num.* 27. *& disp.* 18. *num* 3. Bonacina *supra num.* 1. Eodem etiam modo, & propter eamdem rationem peccabit vtens hac dispensatione, sicut ipse dispensans, prout tenet Naldus *in Summ. verbo. Dispensatio num.* 7. ex Nauarro.

Pro hac quoq; facultate Prælatorum Regularium ad dispensandum cum subditis aliqua animaduertenda sunt. Primum, quod etsi dispẽsatio ipsa strictè interpẽtranda sit; eo quod sit abrogatio legis communis, facultas tamen ipsa dispensandi, in casu v. g. dubio, an possit ad hoc, vel illud extendi, amplè est interpretanda, retenta propria significatione verborum. Quia est beneficiũ Principis, scilicet Ecclesiæ illam cõcedentis, quod latè interpretandũ est. Sanchez *l.* 8. *de Matrimonio disp.* 1. *&* 2. Potel. *in dubijs Regularium verbo dispen. n.* 24. *& in additione num.* 14. Secundum, quod in omnibus in quibus possunt Prælati dispensare cum subditis, possunt id facere extra suum territorium, & etiã si subditi sint absentes. Ratio est, quia etsi iurisdictio contentiosa, quæ scilicet exercetur cum strepitu iudicij nõ possit à Prælato exerceri extra proprium territorium, ne turbet Prælatum alieni territorij, iurisdictio tamen voluntaria, quæ exercetur circa voluntarios, & volentes, & sine strepitu iudicij, cum neminem turbet, potest exerceri extra territorium proprium. Portel. *in dicta Additione num.* 10. ex Suarez, & Sanchez. Tertium, dispensationem datam non petenti subdito validam esse. Ad validitatẽ enim illius non requiritur postulatio. Suarez *de legibus lib.* 6. *cap.* 13.

cap. 13. *num.* 8. Portel. *ſup. num.* 11. Quartum, Prælatus diſpenſare potens validè etiam diſpenſat,quamuis Superior ipſius diſpẽſationem negauerit. Ex eo enim quod Superior negauerit diſpenſationem non aufert poteſtatem quam habet inferior Prælatus ad illam concedendã. Sanchez *ſup. diſp.* 14. Portel. *ſup. num.* 18.

3 Loquendo ergo de facultate Prælatorum ad diſpenſandum, poteſt primò eſſe in ordine ad diſpenſandum in Regula Ordinis, ſecundò, in Conſtitutionibus ſeu Statutis illius; tertiò, in legibus, & præceptis communibus Eccleſiæ,quartò,in irregularitatibus,ac pœnis Eccleſiaſticis; maximè quintò cum illegitimis,ſextò,in inſtertitijs ad Ordines recipiendos. De quibus omnibus ſigillatim eſt agendum, remiſſiuè ſaltem.

4 Et primò,de facultate Prælatorum Regularium ad diſpenſandum in Regula Religionis, ex dictis *to.* 1. *cap.* 7. *num.* 29. & 30. conſtat qualiter, aut quomodo intelligenda. Similiter,de facultate ipſorum ad diſpenſandum in Conſtitutionibus,ſeu Statutis Religionis,dixi eo *to.* 1. *cap.* 8. *num* 23. & *cap.* 18. *num.* 54. Et de facultate diſpenſandi in legibus, & præceptis communibus Eccleſiæ, dixi eo *cap.* 18. *n.* 55. Ac de facultate diſpenſandi in irregularitatibus eo *cap.* 18. *a n.* 40. Dicam etiam infra verbo *Irregularitas*. Item de facultate Prælatorum ad diſpenſandum in pœnis, dixi eo *cap.* 18. *a n.* 46. Et cum illegitimis ibidem *a n.* 60. & dicam in ſequentibus verbo *Illegitimus*. Ac demum quis poſſit diſpenſare in interſtitijs ad Ordines requiſitis dixi eo 1. *to.* *cap.* 14. *num.* 15.

5 Loquendo autem de facultate Confeſſariorum ad diſpenſandum cum ſuis pœnitentibus, quæ poteſt eſſe, vel in petitione debiti, quando ſunt coniuges, & vnus illorum habuit rem cum conſanguineo, vel conſanguinea alterius, vel in diſpenſatione votorum, vel in alijs pœnis, ſeu inhabilitatibus, aliqua dicenda ſunt in præſenti remiſſiuè ſaltem ad dicta in ſuperioribus.

6 Et quidem de facultate Confeſſariorum Regularium ad diſpenſandum cum prædictis coniugibus inceſtuoſis, quid ſentiendum dixi *to.* 1. *cap.* 19. *num.* 25. Quod,& me relato,nouiſſimè ſecutus eſt Ioannes Maria Nouarius *in lucern. Regular. verbo Diſpenſare num.* 5. Sed vide dicta ſupra verbo *affinitas a num.* 4. vbi ea quæ dicto loco ex primo to. dixi, ampliantur.

7 Quoad facultatem verò eorumdem Confeſſariorum Regularium ad diſpenſandum in votis,quæ Epiſcopis reſeruata ſunt,præter dicta eo *cap.* 19. *num.* 22. quæ nouiſſimè etiam,me relato, approbat idem Nouar. *ſup. num.* 2. vlterius aduertendum, conceſſionem illam Eugenij 4. pro Benedictinis Valliſoletinis,de qua ibi dubitaui an eſſet viuæ

vocis

vocis oraculum, modo dicendum illam non videri viuæ voci oraculum, sed Rescriptum quoddam à Papa signatum, ac per consequens validum his temporibus, cum conditionibus tamen quas eo *num.* 22. assignaui. Quibus adiungit etiam Pontif. aliam, scilicet quod ea gratia valeat *quandiu fuerint* (intellige prædicti Monachi) *in obseruantia Regulari.* Quo denotatur quod si ipsi, aut alij Regulares qui communicationem priuilegiorum cum illis habent, aliquando à Regulari obseruantia desciuerint, non possent vti dicto priuilegio. Viue hanc concessionem in Bullario Rodriguez in Eugenio 4. *num.* 25.

DOS MONIALIVM.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num. 1.
Qualiter dari possit dos pro Monialium sustentatione. num. 2.
Taxare dotem Monialium ad quos pertineat. num. 3.
An sit danda ante Professionem. num. 4.
Quomodo pecunia implicari debeat. ibid.
Solui debet ære, non in bonis stabilibus. num. 5.
Quid quando Monialis transit de vna Religione ad aliam. num 6.
Dos Monialis durat apud Monasterium post ipsius mortem. num. 7.
De dote pro Monialibus supernumerarijs. num. 8.

1 AGERE de dote quæ causa Matrimonij dari solet, parum, aut nihil spectat ad intentum nostrum, quod est de dubijs, & quæstionib. Regularibus, ideo solum de dote, quæ Monasterijs Monialium pro earum sustẽtatione datur, agendum nunc est.

2 Et quidem dotem licite dari posse pro Monialium sustentatione, constat ex dictis *to.* 1. *c.* 25. *n.* 5. & 39. vsu Ecclesię, & decisione Clem. 7. quam refert Cassarubius *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Moniales num.* 31. & supponitur in pluribus declarationibus Sacræ Congregationis, de quibus infra. Et quamuis dicto *num.* 5. dixerim, sæpius esse peccatum auaritiæ quod Monasteria opulenta hanc dotem exigãt, & Naldus *in Summ. verbo Dos num.* 15. & *verbo Moniales num.* 7. ex alijs quos refert, dicat videri Simoniacum, & ex quadam visione id confirmet, communiter tamen oppositum approbatur. De quo Tambutinus *de iure Abbatissar. disput.* 5. *quæst.* 3. *num.* 3. Illud tamen non prætermittendum, quod abusus qui in hoc esse possunt, & forsan alicubi videntur, tolli omnino debent à Prælatis Monialium, ad quos spectat, vt modo dicam, taxare hanc dotem.

Taxare

3 Taxare ergo Monialium dotem quoad quantitatem ipsius pertinet ad Superiores ipsarum, sicut ad potestatem sæcularem, vel parentes fœminarum miserabilium spectat ordinare de dote pro ipsarum Matrimonio. Rodriguez *to.* 2. *Quæst. Regul. quæst.* 48. *art.* 3. *&* 4. Miranda *de sacris Monialib. quæst.* 8. *art.* 8.

4 Cum autem, iuxta decretum Concilij Trident. *sess.* 25. *de Regularibus cap.* 16. nihil possit tribui Monasterijs ex bonis Nouitij, vel Nouitiæ ante professionem, quocumque prætextu, à parentibus, propinquis, vel curatoribus ipsorum, sub pœna excommunicationis dantibus, & recipientibus, de quo dixi eo *to.* 1. *cap.* 24. *a num.* 32. Ideo non licet Monialibus recipere pecunias pro computo dotis ante professionem, sub prædicta pœna, sed iuxta dicta eo *cap.* 25. *num.* 38. ex declaratione Sacræ Congregationis, quam etiam referunt Barbosa *in collectan. Bulla. verb. Dos num.* 3. Vbi sic: *Dos Monialium penes illarum consanguineos, vel affines relinqui non debet, sed priusquam puellæ induantur habitu, actualiter deponatur apud mercatorem, vel penes aliam personam fide, & facultatibus idoneam, vt statim, professione emissa, in emptionem bonorum stabilium, & annuorum reddituum illico implicetur.* Consonat etiam alia declaratio S. Congregationis, quam idem Barbosa *ibid.* & Nouarius *num.* 2. referunt. Vnde Monasterium dotem excessiuam recipiens pro ingressu Nouitiæ teneri ad restitutionem quoad excessum, tenet Tamburinus *sup. quæst.* 5. *num.* 4. Sed si id detur non ex bonis ipsius Nouitiæ, sed ex bonis consanguineorum, vel curatorum, & omnino liberaliter, non video cur debeat restitui, iuxta dicta eo *cap.* 24. *num.* 32. Ratione tamen damni emergentis ex dilatione dotis prouenientis (etsi non ratione lucri cessantis) posse aliquid vltra dotem iure debitam à Monasterijs recipi, habetur ex Rodriguez *sup. art.* 7. & Miranda *etiam sup. art.* 10. *concl.* 1. *&* 2. licet in hoc cautè procedendum, propter periculum, aut suspicionem auaritiæ. Rodriguez *ibid.* Quamuis autem ex mente S. Congregationis, iuxta superius dicta, quibus etiam consonant ea, quę dixi *to.* 2. *cap.* 19. *num.* 59. pecunia pro dote accepta statim implicari debeat in bona stabilia, quia tamen Gauantus *in Manual. Episcop. verbo Monialium alimenta num.* 13. & Tamburinus *sup. quæst.* 7. *num.* 6. referunt aliam declarationem S. Congregationis, in qua dicitur dotem expendi posse in vsus communes Monasterij necessarios, ne dicatur S. Congregationem sibi ipsi fuisse contrariam, ideo priorem illam declarationem intelligendā credo regulariter, & communiter, hanc verò posteriorem, non nisi in casu raro grauis necessitatis Monasterij.

5 Debet Dos solui in ære, non in bonis stabilibus, iuxta dicta eo *cap.* 25. *num.* 39. ex declaratione Sacræ Congregationis, quam ibi retuli,

tuli, quam etiam afferunt relati Barbosa, & Nouarius ex Aldana. Declarauit etiam S. Congregatio apud Gauantum loco relato *num.* 12. pro vt etiam retuli dicto *num.* 39. quod in dotibus recipiendis nulla debeat fieri differentia inter indigenas, & aduenas. Insuper declaratum à S. Congregatione apud relatum Tamburinum dicto *quæsit.* 7. *n.* 7. quod in dotis Monalium, & annuarum præstationum solutione valor monetæ attenditur iuxta tempus contractus.

6 Cum Monialis transit de vna Religione ad aliam (pro vt iure communi fieri posse dixi eo *cap.* 25. *num.* 41. & *sup.* verbo *clausura num.* 14.) satis congruum rationi est, vt secum deferat dotem, si ille transitus est de licentia, vel consensu Religionis, a qua fit transitus. Ratio est, non solum propter dicta *ibidem*, sed etiam, quia vt habetur *l. si is qui* 57. *ff. de iure dotis* dos esse debet vbi onera Matrimonij sunt. Secundo, quia dos datur pro Monialibus accessoriè ad personas ipsarū & sub tacita conditione, dum illæ in illa Religione perseuerauerint, sicut dos propter Matrimonium carnale viro tradita habet eamdem conditionem. Baldus *in Nouell. de dote part.* 1. *num.* 10. Socinus *consil.* 222. *num.* 3. *vers. sed in casu nostro vol.* 2. Tapia *authentica ingressi verbo sua cap.* 6. *num.* 10. Sicq; decisum videtur in vna Barchinonensi 10. April. 1615. vt refert Tamburinus *de Iure Abbatissar. disp.* 21. *quæsit* 6. ex Barbosa. Ibi enim inter conditiones necessarias pro translatione Monialium, vna est, vt dotem a cæteris Monialibus præstari solitam, soluat. Dixi, si ille transitus fiat de licentia, vel consensu Religionis, a qua fit transitus, quia si fiat solum ex voluntate Monialis transeuntis, & Religionis ad quam transit, valde probabile est non debere ferre secum dotem, quia cum prior Religio non consenserit in hunc transitum, non debet priuari dote iam sibi ad quisita, & Religio posterior cum volens admittat Monialem, hoc incommodum sibi imputare debeat. Quo sensu accipiendi sunt Nauarrus, & Rodriguez, quos dicto *num.* 41. retuli, & sequitur Sanchez *lib.* 7. *in Decalog. cap.* 32. *num.* 12. Dixi etiam quando transitus est ad aliam Religionē, quia si solum sit ad aliud Monasterium eiusdem Religionis, probabilius videtur non requiri quod Monialis transiens deferat suam dotem; etenim inter Monasteria eiusdem Religionis maior conuenientia est, & veluti implicita conuentio, vt ad inuicem admittatur iste transitus, quando fieri oporteat, accedente præsertim voluntate Superioris, quæ omnino necessaria est pro ijs casibus. Et in hoc sēsu intelligo id quod Barbosa *de offic. & potest. episcop. Allegat.* 102. *num.* 26. ex Armendariz *in adait ad recopilat. leg. Nauarræ lib.* 2. *tit.* 18. *lib.* 7. *de Relig. num.* 103. & 105. refert decisum de dote relinquenda Monasterio a quo recedit. Ea vero quæ dixi applicari posse credo ad casum, in quo

Monia-

Monialis ex ſola voluntate Papæ tranſiret de vno loco ad alium, itaut ſi ſit ad eamdem Religionem non requiratur delatio dotis; ſecus vero ſi ſit ad diuerſam, propter fundamenta adducta.

7 Dos Monialis durat apud Monaſterium etiã poſt Monialis mortem, dummodo profeſſionem emiſerit. Ratio eſt, quia licet dos, quæ datur pro carnali matrimonio non maneat apud virum vxore mortua, ſed tranſeat ad hæredes vxoris, de quo Silueſter *in Summa verbo Dos num.* 22. conſuetudine tamen introductum eſt in fauorem ſtatus Religioſi, quòd dos, quæ datur pro Moniali, ipſa mortua poſt profeſſionem, remaneat apud Monaſterium. Sanchez *lib.* 7. *in Decalog. c.* 9. *num.* 23. Dixi dummodo profeſſionem emiſerit, quia ſi tempore nouitiatus obierit, reſtituenda eſt dos hæredibus Monialis, iuxta dicta eo *cap.* 25. *num.* 39. Imo etiam cum fructibus, ſi quos Monaſterium recepiſſet, deductis inde expenſis victus, & veſtitus, prout declaratum eſt à S. Congregatione, teſtibus Armendariz *ſup. num.* 30. Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Dos.* Nouario *ſup. num.* 4.

8 Qualiter dos pro Monialibus ſupernumerarijs aſſignanda ſit dixi dicto *cap.* 25. *num.* 6. ex declaratione S. Congregat. quam ibi retuli, & ad verbum refert Tamburinus ſupradicta *diſp.* 5. *quæſit.* 7.

DVBIA REGVLARIVM.

SVMMARIVM.

De hac materia remiſſiuè. num. 1.
Quid & quotuplex ſit dubium. num. 2.
Quando agere, vel omittere aliquid cum dubio ſit peccatum. num. 3.
An id liceat cum dubio ſpeculatiuo. num. 4.
Regula illa In dubijs melior eſt conditio poſſidentis *quomodo intelligenda. num.* 5.
Quomodo illa In dubijs tutior pars eſt eligenda. *num.* 6.
Quid de Religioſo dubitante de lege, aut præcepto ſuæ Religionis, aut Superioris. num. 7.
Quid de dubitante an ſit irregularis. num. 8.
Quid quando dubitat an ſit affectus aliqua cenſura. num. 9.
Quid quando dubitat an emiſerit, vel adimpleuerit aliquod votum, vel iuramentum. num. 10.
De Religioſo dubitante an teneatur ieiunare, vel dicere Officium. n. 11.
De dubitante an compleuerit ætatem ad ieiunandum, vel recipiendum Ordines. num. 12.

De dubitante an post mediam noctem aliquid cibi, vel potus sumpserit. num. 13.
De dubitante die Iouis an sit transacta media nox. num. 14.
De dubitante de alterius excommunicatione. num. 15.
De dubitante de valore professionis. num. 16.
De dubitante an omiserit aliquam partem horæ canonicæ. num. 17.
Alia remissiuè. num. 18.

1 DE hac materia plura Theologi in materia de conscientia. Quibus relictis, ea solum quæ magis practicabilia sunt inter Regulares hîc apponenda.

2 Est autem dubium duplex: aliud proprium, aliud improprium. Dubium proprium est motus intellectus indifferens in vtramque partem contradictionis. Quod contingit quando intellectus neutri parti assentitur, sed manet in æquilibrio absque determinato assensu ad aliquam partem. Dubium verò improprium est idem quod opinio, quæ est assensus incertus intellectus ad aliquam partem contradictionis, cum formidine tamen oppositæ. In præsenti ergo agimus de dubio propriè dicto, quamuis consequenter etiam de dubio impropriè, seu de opinione dicetur. Cornexo *to.* 1. *in* 1.2. *Tract.* 8. *disp.* 4. Rursus dubium, aliud est speculatiuũ, aliud practicum: speculatiuum est quod de aliqua re in genere v.g. an sit licita, vel illicita, habetur, v.g. an aliquis cõtractus sit, vel non sit vsurarius; practicum est quod est de aliqua re in particulari, & hic, & nunc considerata, scilicet in ordine ad appetitum rectum, & cum omnibus suis circunstantijs, an scilicet sit, vel non sit licita, vt si dubitem de hoc contractu in particulari. Nauarrus *in Man. præludio* 9. *num.* 9. Sanchez *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 9. *num.* 3. Cornexo *sup. dub.* 1. Diuiditur etiam vlterius dubium in dubium iuris, quod est de lege, præcepto &c. & dubium facti, quod est de facto aliquo, voto videlicet, iuramento, homicidio &c. Cornexo *sup. dub.* 2. Quo supposito; statuendæ sunt aliquæ regulæ generales in hac materia, ex quib. resolui possunt varij casus conscientiæ ad Regulares spectantes.

3 Prima est, agere, vel omittere aliquid cum dubio practico de illa actione, vel omissione, an sit, vel non licita, semper est peccatum. Primò, ex illo Paul. *ad Rom.* 14. *omne quod non est ex fide peccatum est*, idest, quod non est ex determinato iudicio de bonitate actus, vel omissionis, prout communiter Expositores. Secundò, quia sic operans exponit se periculo peccandi, quia agit id de quo dubitat an sit peccatum. Tertiò, quia omnis actus humanus rectus, & honestus debet esse prudens, prudentia autem consistit in iudicio intellectus determinantis honestatem actus. Cornexo *sup. dub.* 1. *concl.* 1. Layman. *lib.* 1.

Digitized by Google

lib. 1. Tract. 1. cap. 5. §. 1. num. 3. Tale autem peccatum eſt eiuſdem ſpeciei ac illud de quo dubitatur, itaut ſi dubium ſit, an talis actio, vel omiſſio ſit ſacrilegium, ſic agere, vel omittere erit ſacrilegium. Habet enim eamdem malitiam, vt propterea *Eccleſ. 3.* dicatur: *qui amat periculum peribit in illo.* Sanchez *ſupra cap. 10. num. 6.* Bonacina *de legib. diſp 2. queſt. 4. punct. 7. num. 3. & 7.*

4 Secunda, licitum eſt agere, vel omittere aliquid cum dubio tantum ſpeculatiuo, dummodo adſit iudicium practicum de honeſtate actionis, vel omiſſionis. Ratio eſt, quia conſcientia practica eſt, quæ eſt proxima, & immediata regula actuum humanorum, non autem ſpeculatiua, niſi quando cogit ad eamdem conſcientiam practicã formandam. Sanchez *dicto cap. 9. num. 3. & cap. 10. num. 7.* Cornexo *ſup. dub. 1.* Hinc dubitans ſpeculatiue an res, quam poſſidet bona fide ſit ſua, poteſt illam retinere, ſi facta ſufficienti diligentia non eſt certus cuius ſit, quia tunc ratione poſſeſſionis poteſt formare iudicium practicum prudens de illa retinenda. Similiter, miles dubitans ſpeculatiuè de iuſtitia belli poteſt licitè præliari, quia ſuppoſito præcepto Principis, poteſt iudicare prudenter id ſibi licere. Cornexo *ſupra*.

5 Tertia eſt, regula illa communis, ſcilicet *In dubijs melior eſt conditio poſſidentis*, quæ deſumitur ex regulis Iuris *num. 65.* vbi ſic *In pari delicto, vel cauſa potior eſt conditio poſſidentis*, nõ ſolum eſt vera in materia iuſtitiæ, ſed etiam in materijs aliarum virtutum. Titulus enim poſſeſſionis generalis eſt omnibus virtutibus, & ratio quare poſſeſſio fauet in materia iuſtitiæ, ſcilicet quia tũc certitudo poſſeſſionis ſtat pro poſſidente, etiam procedit in alijs virtutibus. Fauet Suarez *in 3. p. to. 5. diſp. 40. ſect. 5. n. 16* præcipuè tamen, & clarius *t. 2. de Relig. l. 4. de voto cap. 5. n. 7.* Sanchez *ſup. dicto cap. 10. n. 11.* Cornexo *ſup dub. 3.* & alij quos refert, & ſequitur Diana *par. 4. Tract. 3. Reſolut. 2.* Id tamen intelligendum eſt quando in reliquis par vtriuſque eſt cauſa, pro vt colligitur ex regula Iuris illis verbis *In pari &c.* Sanchez *ſup. n. 12.*

6 Quarta eſt, regula illa *In dubijs tutior pars eſt eligenda*, quæ desũitur ex *cap. iuuenis de ſponſalib. cap. ad audientiam, cap. ſignificaſti 2. cap. petitio tua de homicidio, cap. illud de Clerico excomunicato, & ex ca. ſi quis autem diſp. 7. de pœnit.* potius conſilium continet, quam præceptum. Nauarrus *ca. ſi quis autem a n. 34. & in Man. cap. 27. num. 281.* Suarez *5. to. in 3. par. diſp. 40. ſect. 6. num. 9.* Sanchez *dicto cap. 10. num. 15.* Layman. *ſup. §. 2. num. 8.* Excipe tamen caſus illos à iure expreſſos in textibus adductis, in ijs enim Pontifex præcipit ſequendam eſſe tutiorem partem. Sanchez *ibid. num. 48.* Naldus *in Summ. verbo Dubium num 39.*

7 Ex ijs collige primò, Religioſum, qui dubitat an in ſua Religione

ſit aliqua lex, vel Conſtitutio, vel aliquod præceptum ſui Superioris aliquid præcipiens, vel prohibens, non teneri obedire, poſito enim tali dubio, & quòd non poſſit certiorari de tali lege, aut præcepto, poteſt ratione poſſeſſionis libertatis, quam habet, prudenter iudicare non teneri ad obediendũ. Enriquez *l.8. de Euch. c.45. n.3. in comment. littera P.* Sanchez *dicto c.10. n.32.* Secus vero eſt quando Regularis certus eſt de lege, aut præcepto, ſed dubitat an res quæ præcipitur ſit licita, nec ne, quia tunc poſſeſſio ſtat ex parte præcipientis, & ita tenetur illi obedire, iuxta dicta *to.1. cap.4. num.24.* Idem dicit Sanchez *ſup. num.35.* de eo qui dubitat an lex ſit vſu recepta, abrogata, aut diſpenſata, quia tunc poſſeſſio ſtat ex parte legis, licet oppoſitum probabiliter etiam tueatur Azor. *to.1. Inſtit. Moral. lib.2. cap.19. quæſt.12.* Conſule Dianam *ſupra reſolut.14.* Tenetur etiam Religioſus obedire in caſu quo dubitaret rem præceptam excedere Regulam, & limites poteſtatis Superioris, aut Prælatum non eſſe legitimum, aut confirmatum, dummodo ſit in pacifica poſſeſſione, propter eamdem rationem, iuxta dicta eo *cap.4. num* 25. Limitant hoc aliqui, niſi ex eo ſequatur magnum incommodum in perſona, bonis, aut honore Religioſo ipſi, aut alijs, ratione enim talis nocumenti habet ſufficiens fundamentum ad iudicandum practicè in ſui fauorem, præſertim ratione poſſeſſionis libertatis, & quod lex non obligat niſi ſit ſufficienter promulgata, qualis non eſt ea quæ ſolum ſub dubio proponitur. Cornexo *ſup. dub.2.* Layman *ſup. §.2. num.12.* poſt Medinam, Aragon, & alios quos referunt. Limitari etiam poteſt in caſu quo non ſolum ſubditus, ſed etiam Prælatus ipſe dubitaret de ſua poteſtate, tunc enim cum non ſit pacifica poſſeſſio poteſtatis ex parte Superioris, poteſt fauere ſubdito poſſeſſio ſuæ libertatis. Caſtrus Palaus *to.1. diſp.3. punct.13. num.13.* Diana *par.4. tract.3. Reſolut.9.* Quid vero ſentiendum non in caſu dubij proprie, prout in præſenti, ſed in caſu quo eſt varietas opinionum inter Superiorem, & ſubditum, dixi eo *cap. 4. num.26.* licet oppoſitum tueatur Ioannes Sancius *in ſelectis diſp.33.* per totam.

8 Secundò, Religioſum ſpeculatiuè dubitantem an ſit, vel non ſit irregularis, ſi poſita ſufficienti diligentia adhuc maneat dubius, poſſe credere ſe non eſſe irregularem, quando dubium eſt de iure, an ſcilicet ſi in eo caſu ſit impoſita irregularitas. Ratio eſt, quia vt habetur ex *cap. Is qui de ſent. excommunicat. in 6.* nullus eſt irregularis cenſendus, niſi talis irregularitas expreſſa ſit in Iure. A fortiori ergo non erit irregularis cenſendus quando Ius eſt dubium. Azor *ſup. quæſt.11.* Quando vero dubium eſt facti ratione homicidij, quia ſcilicet dubitat an verè fuerit homicida, tunc cenſendus eſt irregularis, iuxta dicta *to.1. cap.4. num.30.* quia ſcilicet in *cap. ad audientiam cap. ſignifi-*

caſti

casti 2. & cap. petitio tua de homicidio, ita decernitur. Azor *sup. quæst.* 10. Cornexo *sup. dub.* 3. & solum quantum ad hoc quod est abstinere a celebratione, & altaris ministerio, non quo ad alias pœnas, quia illa iura solum sunt statuta in fauorem reuerentiæ altaris. Cornexo *ibidem*. Si vero dubium sit facti in alijs materijs præterquam homicidij, non debet se credere irregularem, quia textus adducti solum loquuntur in materia homicidij, quare in alijs materijs standum est pro possessione, præsertim cum inter regulas iuris *num.* 11. habeatur: *Cum iura partiũ sunt obscura reo fauendum est potius, quam actori*. Sanchez *supra num.* 48. Amplia hoc ad dubium de mutilatione, propter eamdem rationem, & quia mutilatio non est propriè sed impropriè, ac secundũ quid homicidium. Sanchez *num.* 49. Amplia etiam ad dubium de legitimitate, ita vt dubium habens circa illam, siue illud sit iuris, siue facti, si in possessione talis existat, possit se gerere vt legitimum, propter rationem adductam de possessione quæ fauet in dubijs. Layman *sup.* §. 5. *num.* 39. Diana *sup. Resolut.* 6.

9 Tertiò, Religiosum dubitantem an excommunicationem, suspensionem, vel interdictum contraxerit, vel an sententia excommunicationis, suspensionis, vel interdicti contra eum lata sit, si facta sufficienti diligentia ad inueniendam veritatem, adhuc maneat dubius, siue tale dubium sit iuris, siue facti, non esse censendum excommunicatum, suspensum, aut interdictum. Ratio est, quia illi fauet possessio, & nullum ius est determinans in tali dubio censendum esse aliquem excommunicatum, suspensum, vel interdictum, sicut extare dixi de irregularitate in dubio facti de homicidio. Sanchez *sup. num.* 55. Diana *sup Resol.* 35. Vnde talis audire potest Missam, & efficere alia excommunicatis prohibita. Cornexo *sup. dub.* 2. Secus est quando Religiosus certus esset de talibus censuris contra eum latis, dubitaret tamen an causa fuerit iusta, vel sufficiens, quia tunc stat possessio pro Iudice, seu Prælato. S. Thom. *quodlib. 4. art.* 14. Sayrus *de Censur. to.* 1. *lib. 4. cap.* 1. *num.* 21. Idem est quando dubitaret an Iudex, vel Prælatus seruauerit modum procedendi in iure requisitum, propter eamdem rationem. Sanchez *sup. num.* 56. apud quem alia. Quando vero dubitaret an censura sit lata, vel ferenda, potest iudicare esse solum ferendam; quia odia sunt restringenda. Coninch. *de Sacrament. disp.* 13. *num.* 22. Hurtado *tract. de censur. in comm. diff.* 5. *num.* 22.

10 Quartò, Religiosum modo prædicto post factam sufficientem diligentiam dubitantem an emiserit aliquod votum, vel iuramentum, non teneri ad illa, quia possessio stat pro ipsius libertate, etiam in hac materia, & nullum est ius talem obligationem illi imponens. Sotus 7. *de Iust. quæst.* 3. *art.* 2. *docum.* 2. §. *sed est hic*. Cornexo *sup. dub.* 2. §.

Tertiò colligo. Si verò sit certus de voto, vel iuramento, dubius tamen an adimpleuerit, tenetur illud adimplere, quia tunc possessio stat pro ipso voto, vel iuramento. Sanchez *sup. num.* 13. Layman. *sup. §.* 4. *num.* 31. Quid verò dicendum quando dubium est non de voto sed de materia voti, an sit bona, vel mala, consule Suarez *to.* 2. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 6. *num.* 12. & Dianam *sup. resol.* 13.

11 Quintò, Religiosum valetudinarium, vel impeditũ dubitantẽ an teneatur ieiunare, vel dicere horas canonicas, si Prælatus illi præcipiat ne ieiunet, aut ne recitet, tenetur obedire ipsi, iuxta dicta *eo cap.* 4. *num.* 28. quod & tenet Cornexo *sup. dicto dub.* 2. §. *colligitur quintò*, quia cum præceptum Prælati sit certum, & possessio sit ex parte ipsius, præferendum est alijs præceptis dubijs & incertis.

12 Sextò, qui post accuratam inquisitionem dubitat vtrum expleuerit tempus requisitum ad obligationem præcepti Ecclesiastici ieiunandi, non tenetur ieiunare, quia etiam iste possidet suam libertatem. Sanchez *lib.* 2. *de Matrim. disp.* 41. *num.* 38. Layman. *supra* §. 4. *num.* 33. Naldus *in Summ. verbo Dubium num.* 23. Aliter verò loquuntur de eo qui dubitat an compleuerit ætatem ad recipiendum Presbiteratus Ordinem necessariam, propter reuerentiam Sacramenti. Idem Sanchez *ibid. num.* 41. Layman. *ibid. num.* 35. Naldus *ibid.*

13 Septimò, de Sacerdote qui dubitat an possit celebrare manè, eo quod etiam dubitat an post mediam noctem aliquid cibi, vel potus sumpserit, quamuis Sanchez *ibid. num.* 40. dicat celebrare non posse, probabile tamen est quod Layman. *sup. num.* 36. dicit, scilicet posse, quia lex Ecclasiastica de ieiunio celebrantis non videtur tam rigorosè explicanda. Quod idem dicit de eo qui dubitat an masticando aliquid deglutiuerit. Idem sequitur Diana *par.* 3. *Tract.* 4. *Resolut.* 29. Quid verò dicendum quando aliquis manducauit aliquid postquam vnum horologium sonuit pro media nocte, & postea sonuit aliud, inferius dicenda manifestabunt.

14 Octauò, dubitans die Iouis an sit transacta media nox, cum dies sequens sit dies ieiunij potest edere carnes, quia possessio est ex parte libertatis, cui fauendum est quando non constat de præcepto. Naldus *in Summa verbo Dubium n.* 24. Villalobos *in Summ. to.* 1. *Tract.* 1. *diff.* 21. *nuus.* 7. Secus verò si hodie est dies ieiunij, & dubitatur an sit media nox, non enim potest sic dubitans comedere, cum possessio sit ex parte ieiunij. Naldus & Villalobos *ibid.* Si autem sint diuersa horologia in vno loco, & vnum sonuerit pro media nocte, & aliud non, tunc illa horologia haberi debẽt veluti opiniones probabiles, & sequi possumus quodlibet, si non constat euidenter quod errent. Naldus *sup.* Ioannes Sancius *in select. disp.* 53. *num.* 3.

Nonò,

15 Nonò, dubitans de alterius excommunicatione, videlicet an ſit publicus percuſſor Clerici, vel denunciatus, nō debet illum vitare, quia faceret illi iniuriam; cum quiſque poſſideat ius, vt illi nō negetur communicatio, niſi conſtet legitimè de delicto propter quod debeat eo priuari. Filiucius *to.* 1. *Tract.* 13. *cap.* 7. *n.* 129. Diana *ſup. Reſolut.* 35. Propter eamdem rationem dicendum eſt dari debere Euchariſtiam peccatori, de quo dubitatur an ſit publicus, vel ſolum occultus. Ochagauia *Tractatu* 2. *de Euchariſt. eff. quæſt.* 10. *num.* 4.

16 Decimò, Religioſus dubitans de valore profeſſionis à ſe emiſſæ, eſt aſtrictus votis, & tenetur iudicare in fauorem Religionis, tum quia Religio eſt quæ poſſidet ipſum, cum profeſſio facta ſit verbis inducentibus obligationem ipſorum, & traditionem Religioſi, tum quia præſumptio fori externi ſtat pro verbis profeſſionis, & ita dum certo nō conſtat de contrario ſtandum eſt etiam in foro conſcientiæ huic præſumptioni. Sanchez *de præcept. Decalog. lib.* 4. *cap.* 2. Diana *ſup. reſol.* 55. Quod extenditur ad caſum dubij metus grauis, quia cum conſtet de profeſſione, & excuſatio dubia ſit, poſſeſsio ſtat pro profeſſione. Sanchez *ibid. cap.* 3. *num.* 27. Imo generaliter ad omne dubium valoris profeſsionis, propter eamdem cauſam. Suarez *de Relig. to.* 2. *lib.* 7. *cap.* 2. *num* 6. Sanctarellus *variar. reſolut. to.* 1. *quæſt.* 48. *n.* 48. Idem dico quando eſt dubium an Religioſus ratificauerit poſt quinquennium, non vero ante illud expletum, profeſsionem alias inualidam. Cum enim Concilium Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 19. ſolum aſsignet ſpatium quinquennij ad reclamandum contra inualiditatem profeſſionis, ſupponit pro illo tantum ſpatio nō debere præſumi ratificatam eſſe profeſsionem, bene tamen illo tranſacto, ac per conſequens tunc, & non antea iuuabit Religionem poſſeſsio Religioſi. Sanctarellus *in var reſolut. par.* 1. *quæſt.* 48. *à num* 46. Diana *reſolut.* 49.

17 Vndecimo, Religioſus verè dubitans an recitauerit aliquam horā, vel omiſerit aliquem pſalmum &c. regulariter loquendo tenetur illa recitare, quia cum obligatio præcepti ſit certa, & adimpletio dubia, poſſeſsio ſtat pro ipſo præcepto, non pro Religioſo, vt colligitur ex Suarez *to.* 2. *de Relig. de hor. canon. lib.* 4. *cap.* 28 *num.* 21. Dixi *verè*, quia ſi non adeſt verum dubium, de quo ſermo eſt præſenti, quod contingit quando intellectus ad neutram partem inclinatur vllo modo, ſed adeſt probabilis coniectura pro aliqua parte, iſti parti adhærēdum, quia talis coniectura eſt quaſi opinio probabilis. Dixi etiam *regulariter*, quia ſcrupuloſi non debent facilè credere huiuſmodi dubijs, ſed ſequi benigniorem partem. Homobonus *in conſult. caſ. conſcient. volum.* 2. *par.* 5. *reſponſ.* 210. Diana *ſup. reſolut.* 68.

18 Quid agendum in caſu de dubio an caſus aliquis ſit reſeruatus,

nec ne, dixi ſupra verbo *Caſus reſeruati num.*14. Quid quando Confeſſarius eſt dubius an habeat, vel non iuriſdictionem, ſupra verbo *Confeſſio num.*3.

DVELLVM.

SVMMARIVM.

*De duelli materia. num.*1.
*Quid ſit duellum. num.*2.
*Quando committatur. num.*3.
*Quomodo ſit prohibitum. num.*4.
*A quibus Summis Pontificibus. num.*5.
Quomodo à Concilio Tridentino. ibid.
*De quo duello loquatur Concilium. num.*6.
Qualiter prohibitum à Gregorio 13. *num.*7.
*De cenſuris, & pœnis à Concilio & Gregorio impoſitis. num.*8.
Quomodo prohibitum à Clemente 8. *num.*9. *&* 10.
An pœnæ duelli incurrantur non ſecuto effectu pugnæ. num. 11.
De excommunicatione quæ incurritur. num. 12.
Qui abſoluere poſſunt ab illa. num. 13.
*De pœna carentiæ Eccleſiaſticæ ſepulturæ. num.*14.
De alijs pœnis. num. 15.
*Caſus in quibus non incurruntur. num.*16,
*Quid de prouocante ad duellum, ſeu illud acceptante ſolum ficte. num.*17.
*Quid de Religioſis, vel Clericis duellantibus. num.*18.

1 DVELLI materia quamuis extranea videatur Regularibus, ipſis tamen neceſſaria eſt pro multis caſibus, qui in Confeſsionibus ſecularium occurrere ſolent, ideo non prætermittenda.

2 Eſt duellum idem quod *duorum bellum*, græcè *monomachia*, ideſt ſingularis pugna, *ca. Monomachiam* 2. *quæſt.* 5. Ioannes Beetz *in* 5. *præcept. Decalog. expoſit.*3. *cap.*4. Silueſter *in Summa verbo duellum num.* 1. Sumitur autem dupliciter; ſcilicet propriè, & impropriè, duellum impropriè eſt quodcunque certamen inter duos, ſiue licitum, ſiue illicitum. Propriè vero eſt certamen inter duos vel plures in pari numero priuata auctoritate ex condicto, ideſt, ex pacto inuicem inito, ſtatuto tempore, & loco, cum periculo vulneris, aut mutilationis,

aut

aut mortis. Bonacina *de cenſuris diſp. 2. quæſt. 6. punct. 2. num. 1.* Hinc bellum non eſt duellum, cum non ſit priuata auctoritate, ſed Principis auctoritate indictum. Nec etiam illi conflictus, qui fiunt inter milites quando Dux vnius exercitus mittit v. g. decem milites contra decem alterius, quia hoc etiam fit publica authoritate. Similiter nec quotidiani conflictus, qui fiunt ſubito iræ feruore, vel ex aliqua altercatione, cum non fiant ex condicto, & pacto, ſed veluti caſu. Idem dicendum de conflictibus, qui fiunt inter milites, vel alios ſimiles, qui propter inimicitias quas inter ſe habent cum ſibi obuiant ſe inuitant ad pugnandum, & eo loco pugnant, etiam ſi vnus alij dicat diſtringe enſem, vt pugnemus, quia tunc non eſt certamen cum determinatione loci, & temporis. Idem dico de pugna, quæ ſolet eſſe inter mulieres, vel etiam inter viros ſine inſtrumento periculoſo ad vulnerandum, quia ea non eſt cum periculo occiſionis, mutilationis, aut vulneris. De ijs Filiucius. *Tract. 15. c. 5. quæſt. 5. num. 107.* Peregrinus *de duello* præſertim *quæſt. 2.* Bonacina *dicto punct. 2.*

3 Committitur vero duellum primo, quando cauſa pugnandi vnus dicit, veni ad talem locum, ibi te expecto. Nam ibi adeſt pactum cum deſignatione temporis, præſentis ſcilicet, & loci. Sanchez *lib. 2. in Decalog. c. 39. num. 28.* Bonacina *ſup. num. 6.* Similiter, quando aliquis iniuria ab alio affectus videns ipſum enſe carere, dicit ei: abi, affer enſem, hic te expecto, vel in tali loco, propter eamdem rationem. Sanchez & Bonacina *ibid.* Similiter, quando aliquem exiſtentem in platea, vel loco publico alius illi diceret; exeamus hinc ad pugnandum, quia hoc eſt verè deſignare locum, & tempus. Idem Sanchez, & Bonacina *ibid.* ex Farinacio, *vol. 1. conſil. 9. in fin.* Aliter tamen dicunt ſentiendum, quando aliquis inimicum ſuum in Eccleſia, aut loco ſibi periculoſo exiſtentem, eo quod alter habeat ibi adiutores, dicit, exeamus hinc, non determinando locum, ſed ſolum fugiens Eccleſiæ irreuerentiam, & ſuum periculum, propter oppoſitam rationem. Quamuis autem idem Bonacina *ibid.* dicat committi duellum ab eo qui alterum prouocat ad pugnandum dicens, tecum pugnabo prima vice qua tibi per vrbem obuiam ero, probabilis tamen eſt oppoſita ſententia, quia tunc non deſignatur locus certus, aut tempus certum, quod videtur neceſſarium pro duello, maximè cum materia hæc odioſa ſit, & pœnalis. Diana *5. par. Tract. 13. Reſolut. 59.* ex Mancino.

4 Hoc ergo duellum propriè dictum prohibitum eſt, tum iure naturæ, quia in illo exponitur homo periculo homicidij propria auctoritate facti, quod iure naturæ eſt prohibitum, tum iure diuino, quando fieret ad veritatis indagationem, vel criminis purgationem, vel litis ter-

terminationis, prout olim erat in vſu apud Longobardos, vt refert Ioannes de Lignano *in Tract. de duello*, quia non eſt medium accommodatũ ad hunc finem,& eſt tentare Deum contra illud Matth.4. *Non tentabis Dominum Deum tuum*. Tum iure Canonico, vt patet *de cleric. propugnant. in duello per tot.* & 2. *quæſt.*4. *ca. conſuluiſti*. Tum denique iure ciuili. C. *de gladiatoribus l.vnica lib.* 11. Ioannes Bectz *in Decalog. circa* 5. *præcept. expoſit.*3.c.4. Siluester *ſup.num.*2. Azor. *tom.*3. *inſtit. moral. l.*2.c.5. § *primo quæritur*.

5 Specialiter tamen poſt Iulium 2. Leonem 10. Clem.7. & Pium 4. qui duellorum vſum, præſertim in ſtatu Eccleſiaſtico, damnarunt, vt videre eſt in Bulla *ea quæ &c.* eiuſdem Pij 4. ann. 1560. edita, in 2.*to. Bullar.* inter Bullas ipſius *num.* 21. poſtea Concilium Trident. *ſeſſ* 25. *de reformat. c.*19. Sic habet: *Deteſtabilis duellorum vſus, fabricante Diabolo, introductus, vt cruenta corporum morte, animarum etiam perniciem lucretur, ex Chriſtiano orbe penitus exterminetur. Imperator, Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & quocumque alio nomine Domini temporales, qui locum ad Momomachiã in terris ſuis inter Chriſtianos conceſſerint, eo ipſo ſint excommunicati, ac iuriſdictione, & dominio Ciuitatis, Caſtri, aut loci in quo, vel apud quem duellum fieri permiſerint, quod ab Eccleſia obtinent, priuati intelligantur, & ſi feudalia ſint directis dominis ſtatim acquirantur. Qui vero pugnam commiſerint, & qui eorum Patrini vocantur excõmunicationis ac omnium bonorum ſuorum proſcriptionis, ac perpetuæ infamiæ pœnam incurrant, & vt homicidæ, iuxta ſacros Canones puniri debeant, & ſi in ipſo conflictu deceſſerint perpetuò careant Eccleſiaſtica ſepultura. Illi etiam qui conſilium in cauſa duelli tam in iure quam facto dederint, aut alias quacunque ratione ad id quemquã ſuaſerint, nec non ſpectatores, excommunicationis, ac perpetuæ maledictionis vinculo teneantur, non obſtante quocunque etiam priuilegio, ſeu praua conſuetudine, etiam immemorabili.*

6 Circa quæ notandum primò, Concilium dumtaxat videri loqui de duellis publicis, & ſolemnibus, non de priuatis, & ſine ſolemnitate factis. Farinacius *conſ.*9. *lib.*1. *num.*10.13.18.19.21. & 34. Sanchez *ſup. num.*21. Laiman. *lib.*3. *de Iuſtitia Tract.*3. *par.*3. *cap.*5. *num.*4. Quamuis Enrriquez *lib.* 13. *de excommunicat. cap.*39. *num.*3. *in comment. littera y.* dicat, etiam de priuato duello locutum eſſe Secundò, loqui Concilium de quocunque duello, ſiue de eo quod cauſa veritatis alicuius eruendæ initur, ſiue ob aliam quamcunque cauſam. Loquitur enim de duellis conſuetis, quæ nõ ſunt ad eruendam dictam veritatem, cum iam talia non ſint in vſu, ſed ob alias cauſas. Sanchez *ſup. num.*24. Tertiò, Concilium loqui de bello inter Chriſtianos, ac

proin-

proinde Principes permittentes in ſuo territorio duellum inter Turcas non comprehendi hac lege, ſicut neque ipſi Turcæ comprehenduntur. Secus vero dicendum ſi duellum fieret inter Chriſtianum, & Turcam. Sanchez *ſup. num.* 29. Bonacina *ſup. num.* 10. Quartò, excommunicationem impoſitam à Concilio non eſſe ſolum ferendam, ſed etiam latam tam contra dominos concedentes locum ad duellum, quam contra alios relatos, ab illis verbis *qui vero pugnant.* Nam verbum *incurrant* latam ſententiam notat. Suarez 5. *to. in* 3. *par. diſp.* 23. *ſect. vlt. num.* 11.

7 Deinde Gregorius 13. in Conſtitut. *Ad tollendam* anno 1582. edita in 2.to. Bullar. inter Conſtitutiones ipſius num. 78. & apud Naldum in Summ. verbo *duellum* num. 7. ſic habet: *Statuimus, omnes illos qui ex dicto, ſtatuto tempore, & in loco conuento, monomachiam commiſerint, etiam ſi nulli patrini ſocijue ad id vocati fuerint, nec loci ſecuritas habita, nullæue prouocatoriæ litteræ, aut denunciationis Cartulæ præceſſerint, cenſuris, & pœnis omnibus a dicto Concilio propoſitis teneri, perinde ac ſi publico, & conſueto abuſu ſingulare certamen iniiſſent. Volentes etiam locorum dominos ſi certamen ex cõdicto huiuſmodi permiſerint, aut quantum in ſe fuerint non prohibuerint, omneſque illud fieri mandantes, inſtigantes, auxilium, conſilium, vel fauorem dantes, equos, arma, pecuniam, commeatum, & alia ſubſidia ſcienter ſubminiſtrantes, aut ex cõpoſito ſpectatores, vel ſocios quouis modo ſe ſe præbentes, eiſdem cenſuris, & pœnis ſubiacere, etiam ſi illi qui ad locum deſtinatum pugnaturi acceſſerunt, impediti pugnam non commiſerint, ſi per ipſos non ſteterit quominus illa comittatur.*

8 Cenſuras ergo, & pœnas à Concilio impoſitas in caſu duelli publici, vel ſolemnis, etiam ad duella priuata extendit Gregorius, & loquitur de duellis ex quauis cauſa initis, & illa excommunicatio eſt latæ ſententiæ, iuxta dicta. Sanchez *ſup. num.* 20. 24. & 26. Comprehenduntur etiam mandantes, inſtigantes, & fauorem dantes, qui tamen non exprimebantur in decreto Concilij. Item ex compoſito ſpectatores, ideſt. illi qui ex induſtria, & non caſu aliquo duellum aſpiciunt. Filiucius *ſup. num.* 114. Addit Naldus *ſup. num.* 6. eos intelligi, qui ex tractatu ſeu conuentione præhabita cum ipſis pugnaturis ad locum certaminis cauſa illud ſpectandi deſcendunt. Item ſocij, ſeu comitantes, niſi forte comitentur vt impediant duellum. Bonacina *ſup. n.* 10.

9 Poſt quæ Clemens 8. in Conſtitutione *Illius vices* anno 1592. edita in 3.to Bullar. inter Conſtitutiones ipſius *num.* 11. & apud Naldum *ſup. num.* 7. Conſtitutiones, & decreta Pij 4. Concilij Tridentini, & Gregorij 13. approbauit, confirmauit, & innouauit, ipſaque declarando,

randō,& extentēdo,hęc adiūxit: *Ac insuper auctoritate,& tenore præmissis decernimus, & declaramus easdem Constitutiones, ac decretum locum habere vbique gentium,& terrarum,inter quascunque personas etiam armatas,& in castris, seu propugnaculis militantes, etiam vbi nostrorum, & S.R. Ecclesiæ aut Catholicæ fidei hostium furor impune grassatur, vel in dominijs per eos occupatis,& detentis. Idem quoque iuris censendum esse, si publico, & forsan iusto bello indicto,miles aliquis alterum in aduersariorum exercitu militantem siue alias in hostium castris,præsidijs, aut terris degentem,priuatas simultates,atq; inimicitias publicæ causæ intermiscendo,etiam Ducum permissu,ex cōdicto ad singulare certamen descendat, aut illum prouocet. Nec non ijsdem pœnis,decreto, & Constitutionibus teneri eos inter quos pactiones initæ sint de dirimendo certamine cum primum alteruter vulneratus fuerit, seu sanguinē effuderit, aut certus ictuum numerus vtrinque illatus fuerit, vel si conuenerint, vt non singuli cum singulis,sed bini, terni, aut plures hinc inde pugnent, & non solum locorum Dominos, sed etiam Magistratus, Præsides, locum tenentes, aut etiam militum Duces & Capitaneos in Castris, vel extra ea, in alieno, vel hostili solo, vel cum militibus exercitus aduersariorum monomachiam in quocunque casu per præsentem, & alias Constitutiones huiusmodi prohibito permittentes, vel quantum in ipsis est non prohibentes, aut post admissum crimen veniam, & immunitatem concedentes.*

10 *Præterea pari ratione prohibemus omnia, & singula eius generis scripta,manifesta, seu fides vulgo appellata,quæ etiam sine expressa prouocatione ad certamen, tamē quasi præparatoria quædam ad Chartulas, seu libellos prouocatorios,& ad duellum, illorumque velut radices, aut semina, vt plurimum lacessendi aliquem ad pugnam, & suscitandæ simultatis atque inimicitiæ materiam, & occasionem præbent. Dum scilicet in illis per modum epistolæ, libelli, aut publicæ attestationis, & intimationis siue per authentica documenta, siue per vnius, pluriumue chirographum, subscriptiones, aut relationes, sub prætextu proprij, vel alieni honoris & famæ, more militari, atque vt vulgo dicitur* cauallereico, *tuendi, aut lædendi, siue ad illatæ propulsatæue contumeliæ, aut iniuriæ probationem, seu tollendam illius suspicionem rei alicuius gestæ ad id pertinentis, vel verborum, aut responsionum series, & ordo narratur, vel ex simili abusu hac de causa aliquid tale adeo firmiter asseritur, aut negatur, vt qui contradixerit, is siue nominatim siue in genere mendacij arguatur, aut mentiri dicatur. Aut ad hunc effectum ex militari etiam consuetudine quæritur, declaratur, aut respondetur,qua mente, aut quo sensu quippiam eiusmodi, quod ad superius expressa spectet, gestum, dictumue sit, vel denique*

aliqua effari & publicam contra certum vel incertum personam, vel generatim contra quemuis ex præfatis Catholicam doctrinam, & verò talium etiam initio certamine aliquid ita effe, aut fuiffe, vel non fuiffe, nec non quæfunque etiam fine fcriptis falfum aut fuperfluum quæ quomodo conservantium, & ob hujufmodi caufam in iis locis publicum, vel privatis, vel hominum multitudo conuenire fuerat, devantationes, narrationes, declarationes, & fubfcriptiones. Volumus autemus, & fingulis qui fupra, vel aliam nominis, aut effectum & qua fuperius dicta ab, prædicta, vel his fimilia, nullatenus magni aut certaminis pronunciata fcripta, libelli, epiftolæ, earumue compofitio dilcuerint, compofuerint, fcripferint, mifferint, detulerint, dimiferint, effecerint, exemplauerint, typis imprimerint, fubfcripferint, attinuauerint, aliter vobis denominauerint, has aliefiali fuerint, quia aliqua ad fingulare certamen, publicis, vel privatis inuitauerint, ad prouocandum aliquem ad pugnam, fine de huius generis fcripta, quæ Manichæi, quæ que Cluniacæ pronuntiatæ appellantur, fcribendo, diffidendo, mittendo, deferendo, dimittendo, accipiendo, confiituendo, aut per quemuis præfcripti nos fuafores, aut mandatores, quæue in præmiffis, vel eorum aliquem, fi quemadodo hominis nomine fuerint fcripta pugnæ, aliquo, aut certamen, aut effectuum acceffus aut alias ad pugnam præcinctus, neque capcella, & aperta prouocatio fubfcripta fuerint, quæ fcripfimus prædicta, qua Manichæi denominantur, in publicis prædicent, aut coniungam intimata exiftentem ifi per eos non fatuta, quo minus publicari, aut denuntiari fuerit. Nolumus confequens, & pœnis omnibus in præfenti, & alijs præcedibus Conflitutionibus, & Decreto contentis fubiacere, imo & fupradicta omnia, & alia etiam maiorem Excellentiam, vel mandanda dignitatibus quibuscumque prominentibus etiam. Ipsorum & meas etiam per præfentes ex partes compromittimus. Dat. Romæ Anno &c. Pontificatus &c. Sanctiones, mandatum, & mandatorum, & executorum omnes, & quæcumque inflitia, vel præmiffum, palam, vel occulte, quæ fingulis, que locis, modis, & formis, ac cafibus, fub præfenti Noftra, vel alijs præcedibus Conflitutionibus, ac decreto comprehenfis, fingulare certamen quod duellum vulgo dicitur fub quocumque tenore, nec non fub fimilis fanctionis, aut prouocantes, ipsum, confilium, vel fauorem præfantes, ejusue arma, & commentus præmemus, aut conflantes, aut eorum cohortatione, fiue libelleti, literas, nuncios, aut quæuumque alia fcripta huiufmodi quomodolibet portantes, huiufque similis fcripta, & indictiones, five libros, aut tractatus, de quibus, quacumque tam fuperius expreffa, quam alia fcripfimus, fui mandata præfulgent dignitatis. Ita vt fingularis illum perfona conflituti Comunitatis, Hoſpitum, Collegii,

Digitized by Google

tatis, Collegij, aut Reipublicæ, quæ huius criminis participes quoquo modo fuerint, nequaquam excusentur, sed supradictos omnes, eorumque singulos ipso facto absque vlla monitione, Iudicis decreto, aut ministerio, perpetui Anathematis, excommunicationis maioris, & maledictionis æternæ mucrone perculsos, & damnatos harum serie declaramus, & si in ipso conflictu obierint, sepultura Ecclesiastica perpetuò priuatos esse volumus. Ipsas vero Ciuitates, terras, oppida, vel castra, & loca in quorum territorijs id facinus scientibus, & tacitè, vel expresse permittentibus, aut tolerantibus Dominis, aut Magistratibus, vel Senatu, aut populo admissum fuerit, Ecclesiastico supponimus interdicto, cuius interdicti relaxationem, aut excommunicationis absolutionem, ab alio, quam à Nobis, aut pro tempore existente Romano Pontifice pœnitentia, & satisfactione congruè peracta, nisi in mortis articulo constituti, nequeant obtinere, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indultorum quibusuis personis tã Ecclesiasticis cuiuscũque Ordinis, aut Militiæ, status, aut gradus, aut conditionis existentibus, quam laicis, etiam Imperiali, Regali, vel alia mundana præeminentia insignitis per Sedem Apostolicam in genere, vel in specie concessorum. Quæ omnia, quoad præmissa, nolumus cuiquam in aliquo suffragari. Pœnis alijs tam spiritualibus, quam temporalibus contra eos inflictis, nihilominus in suo robore permansuris.

11 Circa quæ, prolixitatis vitandæ causa, solum aliqua animaduertenda sunt. Primũ, quòd licet staudo in terminis decreti Concilij Tridentini, & Constitutionis Gregorij 13. non videatur incurri dictas pœnas à diffidante ad duellum, vel illud acceptante, nisi secuto effectu pugnæ, quia excommunicatio lata ob aliquod crimen, non incurritur nisi secuto effectu, iuxta dicta supra verbo *Casus reseruati num.* 12. idque indicet Gregor. illis verbis: *monomachiam commiserint*: in tali enim casu illi monomachiam non commiserunt, sed voluerunt committere (Sanchez *sup. num.* 28. Bonacina *sup. num.* 16. Naldus *supra num.* 6. Diana *par.* 3. *tract.* 6. *Resol.* 1. §. *Dico octauo*) Standoo tamen in terminis Constitutionis Clementis 8. incurrere illos dictas pœnas, habent idem Naldus *sup.* & alij apud Dianam *par.* 5. *Tract.* 14. *Resolut.* 102. Sed id negant Hurtadus de Mendoza 2. 2. *disp.* 170. *sect.* 21. §. 190. & sequentibus, quem idem Diana refert. Naldi tamen & aliorum sententia probabilior est, & conformior verbis Pontificis, & stylo Curiæ. Standoo etiam in terminis Concilij, & Constitutionis Gregorij incurrent illas, vt credo, omnes illi, de quibus loquitur idem Gregorius ab illis verbis: *Volentes etiam locorum Dominos*. Nam clausula illa, *etiam si illi qui ad locum destinatum pugnaturi accesserunt impediti pugnam non commiserint*, cum sit clausula in fine, cuius natura est re-

spicere

ſpicere omnia præcedentia ad illos referatur. Quamuis Sanchez & Bonacina relati ſolum eam referant ad ſocios, & Naldus *ſup.* ad ſocios, & ex compoſito ſeu condicto ſpectatores.

12 Secundum, quod licet excommunicatio impoſita a Concilio & Gregorio 13. reſeruata non ſit, nullum enim ibi verbum eſt reſeruationem indicans, impoſita tamen a Clemente 8. reſeruata eſt Papæ, vt patet illis verbis, *Excommunicationis abſolutionẽ ab alio quam a Nobis, aut pro tempore exiſtente Romano Pontifice &c. niſi in mortis articulo conſtituti nequeant obtinere etiam prætextu quarumuis facultatum, & Indultorũ quibus vis perſonis tam Eccleſiaſticis cuiuſcunq; Ordinis, aut Militiæ, ſtatus, aut gradus, aut conditionis exiſtentib.* Sanchez *ſup. num.* 27. Addit tamen Rodriguez *to.* 1. *Summæ cap.* 73. *num.* 3 etiam fuiſſe reſeruatam a Gregorio 13. in dicta Bulla, eo quòd in ipſa extenderit excommunicationem a Pio 4. impoſitam etiam ad duella priuata, ea enim excommunicatio Pij 4. reſeruata eſt.

13 Nihilominus ab hac excõmunicatione abſoluere poſſunt, quãdo caſus fuerit occultus, Epiſcopi, propter priuilegiũ illis conceſsũ a Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. quod non eſt derogatum per hanc Conſtitutionẽ Clementis, cum de illo nulla fiat mentio, prout debebat fieri, vt derogatum cenſeretur. Sanchez *ſup. num.* 27. Bonacina *ſup. num.* 15. Abſolui etiam poteſt hæc excommunicatio virtute Bullæ Cruciatæ in Regnis vbi publicatur, vt volunt Sanchez *ibid,* & Hurtadus de Mendoza *ſup. data ſect.* 21. *num.* 201. De Religioſis autem ait Sanchez, quod nullus Religioſus poteſt virtute ſuorum priuilegiorum concedẽtium omnes caſus Papæ ab illa abſoluere. Quod non placet Hurtado *ſup.* loquenti de priuilegijs Societatis, quia illa (inquit) non derogantur niſi de eis fiat expreſſa mentio, quam nõ fecit Clemens. Sed quid quid de hoc ſit, cum ex decretis ſacræ Congregationis de ann. 1602. eiuſdem Clem. 8. iuſſu editis, quæ retuli *to.* 1. *cap.* 19. *num.* 15. conſtet nullum Confeſſarium, ſiue ſecularem, ſiue Regularem abſoluere poſſe intra Italiam extra Vrbem a caſu duelli, iuxta decretum (vt ibi dicitur) Sacri Concilij Tridentini, & Conſtitutionem fælic. recordat. Gregorij 13. incipientem *Ad tollendam*, ideo quo ad hoc ſublata ſunt omnia priuilegia in contrarium quarumcumqne Religionum. A caſu autem duelli, & excommunicatione illi annexa iuxta Conſtitutionem Clemẽtis 8. ideſt quo ad illas actiones ſpeciales, quas hic Pontifex in materia duelli prohibuit, quę alias non cõtinebantur in decreto Concilij Trid. & Conſtitutione Gregorij 13. abſoluere poſſunt vbique gentium Ieſuitæ, & qui communicant cum ipſis in priuilegijs, propter priuilegiũ Pauli 3. quod, retuli ſupra verbo *Confeſſarius num.* 5. Imo etiam ab eodem caſu duelli in terminis Concilij Trid. & Conſtitutionis Gregorij 13.

gorij 13. absoluere possunt supradicti extra Italiam, & in Vrbe, cum solum id prohibeatur in dictis decretis intra Italiam extra Vrbem. Vide Naldum *sup. verbo duellum num.6. & 7.* & Peirinis *to.1. priuileg. Minim. in Constitutione prima Iulij 2. numero 64.* Et nota, prædicta decreta posteriora esse Constitutione Clem. 8. & ita potuisse modificare illam. Iuxta hæc intellige Laymani doctrinam, quam ex Filiucio, Reginaldo, & Comitolo refert loco relato *num. 4. in fine.*

14 Circa pœnam illam à Concilio, & Clem. 8. designatam contra duellantes, quod scilicet, si in ipso conflictu decesserint, perpetuo careant Ecclesiastica sepultura, notandum, quod si aliquo tempore post peractum duellum obierint, etiam si ob vulnus in duello acceptum talis mors ipsis contigerit, non sunt priuandi dicta Ecclesiastica sepultura. Concilium enim, & Pontifex loquuntur de illis, qui in ipso conflictu, non post ipsum, decesserint, & cum sit lex pœnalis extendi non debet, sed potius restringi. Portellus *in responsionib. Cas. conscient. par. 3. casu 10. num. 3. & 4.* Licet oppositum tueantur Homobonus *in resolut. cas. Conscient. to.2. par.7. respons.64.* & Ioannes Sancius *in select. disp. 36. n.9.* Nec obstat si dicatur, quod cum isti moriantur in excommunicatione priuari debent Ecclesiastica sepultura. cap. *in sacris de sepulturis*, & Clem. 1. eodem tit, & alijs iuribus. Suarez *5. to.in 3. par. disp.12 sect.4.* Cornexo *to.2. in 3. par. Tract.5. de excommunicat. disp.10.§.8.* Tum quia possunt ante mortem absolui, vel saltem post mortem quoad hunc effectum, tum quia id procedit solum in excommunicatis vitandis, scilicet publicis percussoribus Clericorum, aut declaratis, non in alijs. Suarez & Cornexo *ibid.* Si vero in ipso duello decesserint, etiam si ante obitum dederint contritionis signa, priuandi sunt sepultura Ecclesiastica, propter decretum Concilij, & Constitutionem Clementis. Quibus adde, ita haberi in Rituali Romano Pauli *5. in Rubrica de exequijs.* Diana *4. par. Resolut.92.* Qui etiam cum dicto Portello, & alijs habet, quod si tales decedentes in duello signa contritionis dederint, possit pro illis offerri Sacrificium Missæ, eo quod etsi excommunicati decedant, non tamen sunt excommunicati clericorum percussores, aut denunciati, nec certo constat obijsse in peccato mortali cum ratione cõtritionis ab illo peccato duelli emundari potuerint. Qualiter autem prosit, vel non prosit sacrificium Missæ excommunicatis, habes infra verbo *Excommunicatio num.12.*

15 Circa alias pœnas tam à Concilio, quam à Clem. 8. contra delinquentes in casu duelli assignatas, satis probabile est omnes illas præter interdictum, quia est censura, requirere sententiam declaratoriam criminis, iuxta dicta sæpius, præsertim *to.1. cap.10. num.29. 30. & 31.* De quo Sanchez *sup. num.32.*

Sunt

16 Sunt etiam aliqui casus in quibus nec excommunicatio, nec aliæ qua ex dictis pœnis incurretur ob duellum. Primus est, cum publica auctoritate ob honestum finem, & non spectaculi, vel voluptatis causa indicitur in bello, vt si hostes exercitui duellum offerant, idque ab aliquo acceptari ad auertendam ignominiam, animos hostium debilitandos, suorumque confirmandos, necessarium videatur; vel quando sedandi belli causa ob Reipublicæ bonum, vel securitatem ab hostibus consequendam, instituitur, neq; enim in his casibus aliquid contra ius naturæ, aut leges Pontificias fieri, vel per Epicheiam existimant plures, specialiter Caietanus *in Summa verbo Duellum*, Nauarrus *in Man. cap.* 15. *num.* 27. Valentia 2. 2. *disp.* 3. *quæst* 17. *punct.* 1. Layman. *sup. num.* 3. Secundus est, cum quis compellitur sub vitæ periculo moraliter certo acceptare duellum, tunc enim illud acceptare in sui defensionem iuræ naturæ præscribitur. Bonacina *sup. num.* 11. Naldus *sup. num.* 1. Layman. *sup. num.* 2. Addit Bonacina, etiam ad defensionem rerum propriarum videri esse licitum acceptare duellum, quando aliquis eas inuadit, nec aliud adest remedium ad eas defendendas præter acceptationem, quia tunc non tam est duellum, quam iusta defensio rerum propriarum. Melius tamen Laymanus *sup.* dicit, non videri hoc consentaneum homini Christiano, propter scandalum, aliaque incommoda, quæ plerumque cum duellis coniuncta sunt. Pro defensione tamen honoris (in casu videlicet quòd vir nobilis prouocatus ad duellum, si illud non acceptaret reputaretur timidus, nec crederetur id fecisse obtumorem Dei, quia alias communiter æstimatur vt homo praua conscientiæ, & ita esset semper despectus, & inglorius inter similis qualitatis homines) posse illud acceptare, aliquibus forsan probabile videbitur, quibus fauet Hurtadus *sup. disp.* 170. *sect.* 13. §. 106. & sequentibus. Sed opositum in praxi semper obseruandum, nec tale duellum acceptandum. Etsi enim apud vulgares, & improbos (de quibus prudentes parum curare debent) ignominiæ tribuatur talis duelli recusatio, tamen apud sapientes, & probos id honori ascribetur, tum propter honorem Dei, & Ecclesiæ obedientiam, tum propter magnas pœnas etiam temporales, etiã infamiæ, quæ ex duello sequitur, propter quas non solum pij, & prudentes, sed improbi, & vulgares debent laudare hominem illud recusantem. Bañez 2. 2. *quæst.* 40. *art.* 1. *in fin.* & *quæst.* 64. *art.* 7. *dub.* 3. *in solut. ad* 3. Sotus *lib.* 5. *de iust. quæst.* 1. *art.* 8. *ad finem corporis* §. *Quod si hinc quispiam*, & alij quos refert, & sequitur Sanchez *sup. num.* 9. vbi etiam *num.* 10. & 11. ex eodem Bañez habet qualiter respõdere debeat talis prouocatus vt fugiat infamiam. Quibus adde, respondere posse: *Qui duellum ineunt infames in Ecclesia sunt, & propter hanc causam inter alias non admitto illum*

Tertius caſus, in quo licitè (ſecundum probabilem opinionẽ) acceptari poteſt duellum, eſt quando iniquus Iudex innocentem cogat ad illud acceptandum, vel quod mortem ſubeat. Tunc enim, etſi duellum acceptare non poſſit ad probandum ſui innocentiam, vel veritatem certò comprobandum, poteſt tamen illud aſſumere ad ſui neceſſariam defenſionem. Ioannes Beetz *ſup.* Bonacina *ſup. num.* 12. ex alijs quos refert. Sed addit Laymanus *ſup. num.* 1. id ſolum eſſe verum ſi ille cum quo ineundum eſt duellum non ſit etiam innocens. De alijs porrò caſibus an licitum id ſit diſputant relati auctores.

17 Nota tamen, quod ſi quis fictè, & non animo pugnandi, ſed ea ſolum intentione vt videatur fortis, & animoſus prouocat ad duellum, ſeu illud acceptat, cum morali ſecuritate quod nullum damnum inde prouenturum ſit, quia ſperat certò pacem componendam, non videri incurrere in foro conſcientiæ duelli cenſuras, ſicut nec hæreticorum pœnæ (iuxta aliquorum ſententiã, de qua verbo *Irregularitas n.* 61.) incurrentur ab eo, qui ſolum fictè, & externè hæreſes profert. Naldus *ſupra num.* 2. & Diana 3. *par. Tract.* 6. *Reſol.* 1. *in principio* ex Filiucio, & alijs.

18 Nota etiam ſpecialiter pro Religioſis, quòd cum Clerici ſponte duellum offerentes, vel oblatũ ſuſcipientes, ſiue victores, ſiue victi ſint deponi debeant, iuxta *cap.* 1. *de Cleric. pugnant in duello* (quod intellige de depoſitione ferenda, vt habent Nauarrus *in Man. cap.* 27. *n.* 156. Enriquez *lib.* 3. *de excommunicat. cap.* 39. *num.* 23.) idem dici debet de Religioſis, propter eamdem rationem. Excipe caſum quando alij ipſos occidere vellent, quia tunc non eſt duellum, ſed defenſio iuxta naturæ debita, iuxta dicta *ſup.* Vide Sanchez *ſup. num.* 18.

ECCLESIA, SEV TEMPLVM.

SVMMARIVM.

Eccleſia materialis quæ, & quo tuplex ſit. num. 1.
Ad quem ſpectat illam conſecrare. num. 2.
An ex delegatione competat ſimplici Sacerdoti. num. 3.
Quid de Eccleſijs Regularium. num. 4.
Quid quando Epiſcopus ab illis requiſitus id facere recuſauerit. n. 5.
De cœmeterij conſecratione. num. 6.
Benedicere ſolemniter Eccleſias Regularium ad quos pertineat. n. 7.
Conſtrui ne aut ædificari poſſint ſine dote competenti. num. 8.
An Epiſcopus primarium lapidem, & Crucem ponat. num. 9.

Eccle-

Celebrare non licet niſi in Eccleſia conſecrata aut benedicta. num.10.
Celebrare in Eccleſia violata quale peccatum ſit. num.11.
Polluitur Eccleſia multis caſibus. num.12.
Quales ij ſint. ibid.
An tunc polluantur etiam cœmeteria, & aliæ partes Eccleſiæ. n.13.
Quale peccatum requiratur ad iſtam pollutionem. ibid.
An reconcilietur Eccleſia ſi, vel ſemel in ipſa poſtea celebretur. ibid.
Eccleſia conſecrata quomodo reconcilietur. num.14.
Quid de priuilegijs Regularium. num.15.
An Prælati Regulares habeant circa hoc aliquod priuilegium. n.16.
Declarationes S. Congregationis. num.17.
Aliæ declarationes pro Eccleſiarum reuerentia. num.18.

1 ECCLESIA materialis, de qua in præſenti, *eſt locus publicus Epiſcopali authoritate conſtitutus, & conſecratus, ad quem fideles conueniunt ad percipienda fidei ſacramenta.* Silueſter *in Summ. verbo Eccleſia 2. num.1.* Eſt duplex, alia conſecrata, & alia non conſecrata, ſed ſolum benedicta. Quæ licet conueniant in aliquibus, differunt tamen in conſecratione, & benedictione, pollutione, ſeu violatione, & reconciliatione. De quibus modo agendum, quia propriora Regularibus.

2 Eccleſiam conſecrare ſpectat iure communi ſolum ad Epiſcopũ. *cap. Nemo de conſecrat. diſt. 1.* Imo ad Epiſcopum proprium, non ad alienum. *cap. tua fraternitas de conſecrat. Eccl.* Nec hoc poteſt delegare Epiſcopus niſi Epiſcopo c. *aqua eod. tit.* vbi expreſsè prohibetur id committi ſimplici Sacerdoti, non obſtante patriæ conſuetudine, quia eſt actus proprius Ordinis Epiſcopalis.

3 Ex delegatione autem Papæ id competere poteſt etiam ſimplici Sacerdoti. Silueſter *ſup. verbo Conſecratio num.2.* Azor. *to.1. inſtit. Moral. lib.10. cap.26. quæſt.10.* De conditionibus autem ad conſecrationem Eccleſiæ requiſitis agitur *ca. præmentis. 16. quæſt.7 cap. ſi quis Baſilienſis de conſecrat. diſt. 1. cap. omnes Baſilicæ ibid. & cap tua de conſecrat. Eccleſ.* De quibus Miranda *in Man. Prælat. to.2. quæſt.39. art.1. concl.3.* Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſc. Allegat.27. à n.1.* Declaratum autem eſt a S. Cõgregatione ſæpius, Eccleſiam poſſe conſecrari omiſſis aliquibus cæremonijs, quæ propter ſitũ non poſſunt obſeruari, dummodo Epiſcopus quantum licet ſe conformet Rubricis, & Regulis Cæremonialis. Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Eccleſia.*

4 Ex quo infertur, ſolum ab Epiſcopo, iuxta dicta, poſſe conſecrari Eccleſias Regularium, præſertim cum de hac re, nullum, quod ſciam extet priuilegium Summorum Pontificum Abbatibus, aut Prælatis

Regularibus concessum. Tamburinus *de iure Abbat. to. 1. disp. 23. quæst. 7. num. 3.* Imo talis Episcopus debet esse diæcesanus, vel de licentia ipsius, vt colligitur ex Concil. Trid. *sess. 6. de reformat. c. vlt.* vbi dicitur. *Nulli Episcopo liceat cuiusuis priuilegij prætextu Pontificalia in alterius Diæcesi exercere nisi de Ordinarij loci expressa licentia, & in personas eidem Ordinario subiectas tantum.* Tamburinus *sup. quæst. 8. num. 1.* Addens propterea non valere amplius priuilegia Monachis concessa, quibus poterant absque Diæcesani licentia Episcopos quoscunque ad eorum Ecclesias consecrandas vocare.

5 Pro casu verò quo Episcopus Diæcesanus à Regularibus requisitus eorum Ecclesias consecrare noluerit, extant aliqua priuilegia Religionibus quibusdam concessa. Primò enim Honorius 4. concessit Minoribus, *vtsi Diæcesani ab ipsis debita humilitate requisiti noluerint in Ecclesijs eorum primarium lapidem ponere, ac Ecclesias, vel Oratoria, & Altaria sua consecrare, vel id facere vltra quatuor menses distulerint, possint prædicti fratres per quoscunque voluerint Episcopos, gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentes, præmissa recipere.* Ita refert Cassarubius *in Compend. Priuileg. Mendicant. verbo Altare num. 2.* Similiter Iulius 2. in Bulla *Dudum ad Sacrum* apud Peirinis *to. 1. priuileg. Minim. in Constitut. 1. eiusdem* Iulij concessit Minimis, vt possent omnes, & singulas eiusdem Ordinis *Ecclesias, & Oratoria quæcunque recepta, & recipienda nondum consecratas, seu consecrata, facta prius requisitione ab Episcopis locorum, eisdemque recusantibus, vel negligentibus, per quemlibet alium Catholicum Episcopum, gratiam & communionem dictæ Sedis habentem, consecrari facere.* Quæ priuilegia moderans Leo 10. in Concilio Lateranensi pro Mendicantibus ait: *Nec ab alieno Episcopo consecrationē Ecclesiæ, vel Altaris, aut Cœmeterij benedictionem petere, seu in Ecclesijs per eos pro tempore ædificandis primum lapidem per alienum Episcopum poni facere possint, nisi vbi Ordinarius bis, aut ter cum debitis reuerentia, & instantia requisitus, sine legitima causa id recusauerit.* Hæc vero reuocata esse per Concilium Tridentin. loco relato tenet Peirinis *sup. in dicta Constitutione Iulij num. 46. & 47.* Licet Rodriguez *to. 1. quæst. Regular. quæst. 19. art. 4.* & Miranda *sup.* quos non reijciunt Barbosa *sup. num. 11.* & Tamburinus *sup. quæst. 8. num. 3.* dicant, concessionem illam Leonis 10. non esse reuocatam à Concilio, quia Concilium solum reuocat priuilegia Regularium: illa autem concessio non tam est priuilegium, quam Ius commune, iuxta *cap. 1. de supplenda negligentia Prælatorum.* Quia ergo dicti capitis decisio solum procedit in casu necessitatis, ideo solum pro illo, si daretur, amplectendam censeo sententiam Rodriguez, & Miranda,

randę, prout in simili dixi de casu necessitatis consecrationis Altarium supra verbo *Altare num.* 5. Regulariter autem vix contingere potest talis casus in Religionibus, cum vix necessarium illis possit esse consecrare suas Ecclesias, cum sufficiat illas benedicere, quod plures Prælati Regulares possunt facere, vt dicetur inferius. Peirinis *sup. num.* 47.

6 De Cœmeterij consecratione idem proportionaliter dicendum est, cum iuxta dicta supra verbo *Cœmeterium num.* 1. & 2. sit locus sacer, & Ecclesiæ adiunctus, scilicet, non posse fieri nisi ab Episcopo, & Episcopo Diœcesano, vt supponunt auctores relati, qui etiam referunt priuilegium Ioannis 22. pro nostris Carmelitis, quod habetur in nostro Mari magno Bulla 30. vbi hæc Pontifex. *Pro parte vestra... fuit nobis humiliter supplicatum, vt cum plerumque contingat, quod locorum Ordinarij seu Diœcesani in locis, quæ pacificè obtinetis, cœmeteria vestra benedicere, & consecrare in debite contradicunt, prouidere vobis super hoc paterna diligentia curaremus. Nos igitur vestris supplicationibus inclinati, vt in quibuscunque locis, quæ nunc obtinetis, & in posterum iusto titulo, dante Domino, obtinebitis, si locorum ipsorum Ordinarij à vobis super hoc humiliter requisiti noluerint, aut recusauerint in debitè cœmeteria vestra benedicere, seu etiam consecrare, possitis huiusmodi cœmeteria per aliquem Antistitem gratiam, & communionem Apostolicæ Sedis habentem quoties opus fuerit facere benedici, & etiam consecrari, idemque Antistes huiusmodi cœmeteria authoritate Apostolica benedicere, & consecrare valeat, sine iuris præiudicio alicui, deuotioni vestræ tenore præsentium indulgemus.* Quamuis etiam relatus Miranda, conformiter ad doctrinam Rodriguez etiam relati, quos non reijciunt Barbosa, & Tamburinus *sup.* dicant hoc priuilegium non videri reuocatum à Concilio Tridentino in decreto superius relato, sed permanere in sua vi, iuxta moderationem Leonis 10. de qua etiam *supra*, eo quod non tam videatur priuilegium, quam ius commune, iuxta dicta ex *cap.* 1. *de supplen. negligent. Prælator.* nihilominus solum pro casu raro necessitatis id accipiendum existimo, iuxta dicta etiam ex Peirinis. Nota etiam, quòd Corduba *in annotationibus ad compend. priuileg. Mendicant. verbo benedicere Ecclesiastica* refert simile priuilegium concessisse Bonifac. 9. Ordini Prædicatorum.

7 Benedicere autem Ecclesias, seu cœmeteria, quamuis etiam proprium munus Episcoporum sit, iuxta dicta supra verbo *benedictio n.* 5. vbi etiam an id munus simplici Sacerdoti committere possint, nihilominus benedicere, etiã solemniter, Ecclesias, & cœmeteria Regularium concessum est pluribus Prælatis ipsorum, & ita hoc priuilegio tã ipsi, quam alij qui cum ipsis communicationem habent priuilegiorum

vti possunt. Primò enim Iulius 2. in Bulla superius relata pro Minimis concessit *quod ipsius ordinis Minimorum Generalis, & Vigiles, ac Prouinciales, eorumque Vicegerentes, omnes, & singulas eiusdem Ordinis Minimorum Ecclesias, Cœmeteria, Capitula, & Oratoria &c. vbicunque receptas, seu recepta, & recipiendas, seu recipienda, solemni benedictione benedicere possent.* Deinde Leo 10. in Bulla *Religionis honestas* anno 1514. edita quæ habetur apud relatum Peirinis *to. 1. priuileg. Minim. in Leone 10. Bulla 18.* concessit Generalib. Prouincialibus, Vicarijs, & Custodibus, ac Guardianis Ordinis Minorũ de Obseruantia pro tempore existentib. *Vt omnia, & singula eiusdem Ordinis, & Obseruantiæ Ecclesias, cœmeteria, ac Capitula, & Oratoria vbicunque existentia receptas, & recepta, & recipiendas seu recipienda &c. solemni benedictione* benedicere possent. Agunt de ijs priuilegijs Casarubius *in Compend. priuileg. Mendicantium verbo Benedicere Ecclesiastica* §. 12. & 14. Cum autem in vtroque priuilegio habeatur clausula *eiusdem Ordinis*, ideo pro comperto est non posse id facere dictos Prælatos pro Ecclesijs aliorum Ordinum. Quod etiam notat Casarubius *sup. in fine.* Notat etiam Sorbus *ibid.* solemnem benedictionem esse illam quæ fit cum illa solemnitate *Adiutorium nostrum &c. sit nomen Domini &c.* Vide pro illa Pontificale, seu Rituale Romanum.

8 Quamuis iure communi Ecclesia construi, aut ædificari non possit sine dote competenti, prout colligitur ex *ca. Nemo de consecrat. dist.* 1. (Siluester *in Summ. verbo Ecclesia 2. num. 3.*) licet tamen Mendicantibus ædificare sine dote, ex antiqua Ecclesiæ consuetudine, vel quia sic intellecta sunt eorum priuilegia. Siluester *ibid. num. 4.*

9 Similiter, quamuis iure communi pro ædificatione Ecclesiæ necessarium sit quod Episcopus primarium lapidẽ ponat, & Crucem ibi figat, prout colligitur ex *ca. nemo* relato. (Siluester *sup. num. 3.* Azor. *to. 2. Instit. Moral. lib 9. cap. 3. quæst. 4.* Tamburin. *de iure Abbat. to. 1. disp. 22. quæsit. 9.*) imo is spectet ad Episcopum Diœcesanum, vt constat ex Bulla Leonis 10. in Concil. Lateranensi, de qua *supra num. 5.* nisi forsan in casu ibi assignato: nihilominus ex priuilegio Cœlestini 5. confirmato ab Eugenio 4. in Bulla *Ad decorem* in Bullario Rodriguez inter Bullas Eugenij *num. 18.* concessum est Priori S. Spiritus de Sulmona Ordinis Cœlestinorum vt in ædificandis Capellis, Ecclesijs, aut Hospitalibus, primum lapidem, & fundamenta pontificali more benedicere posset. Refert hoc priuilegium Tamburinus relatus, & vocat hunc Priorem totius ordinis Cœlestinorum Generalem, ac dicit hoc priuilegium esse in vsu inter Abbates Regulares.

10 Celebrare non licet iure communi nisi in Ecclesia consecrata, aut benedicta. Ita enim habetur ex *ca. 1. ca. sicut. ca. nullus de consecrat.*

cut. dist. 1. S. Thomas 3. *par. quæst.* 83. *art.* 3. Expositores ibid, & Canonistæ in *cap. vlt. de consecrat. Eccles.* ac Suarez in 3. *par. to.* 3. *disp.* 81. *sect.* 3.

11 In Ecclesia autem polluta, seu violata, Missam celebrare, mortis culpa est; quia hæc ipsa pollutio, seu violatio Ecclesiæ nihil est aliud, quam censura quædam, seu prohibitio iure Ecclesiastico introducta, vt nec Sacrum, nec diuina Officia in ea celebrentur, quando in illa factum est aliquid in grauem ipsius irreuerentiam. Et cum hoc præceptum sit de materia graui, procul dubio obligat ad mortale. Suarez *sup. sect.* 4. Layman. *lib.* 5. *Tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 6. Non est tamen imposita aliqua censura, aut irregularitas transgressoribus huius præcepti. Suarez & Layman *supra.*

12 Polluitur autem seu violatur Ecclesia, siue consecrata, siue benedicta, ita vt indigeat reconciliatione, in multis casibus. De quibus Siluester *in summa verbo consecratio* 2. *quæst.* 4. & 5. Sotus *in* 4. *disp.* 13 *quæst.* 2. *art.* 3. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *à num.* 256. Suarez *sup. sect* 4 Layman *sup.* Barbosa *de potest. Episcop. Allegat.* 28. Lugo *de Sacr. Eucharist. disp.* 20. *sect.* 2. *à num.* 52. Primus est, quando intra eam commissum est homicidium voluntarium, & iniuriosum. ex *cap. proposuisti. de Consecrat. Eccles. & ca. si motum de consecrat. dist.* 1. Dixi *intra eam*, quia si homicidium fiat supra tectum, vel in parietibus extra illam, vel subtus illam, non violatur Ecclesia. Dixi *homicidium*, quia non quælibet percussio, aut vulneratio ad id sufficit, nisi sequatur mors, aut effundatur multus sanguis, iuxta dicenda postea. Dixi *voluntarium*, quia nec homicidium casuale, neque factum in amentia, aut ebrietate, quæ sunt inuoluntaria, sufficiunt ad hoc. Dixi etiam *iniuriosum*, quia homicidium secutum ex pura defensione non sufficit. Imo nec sufficit quod actio iniuriosa ex qua sequitur mors extra ecclesiam data sit, quamuis mors in Ecclesia contingat. E conuerso tamen sufficit quod lethale vulnus in Ecclesia infictum sit, quamuis mors extra illam sequatur. Lugo *sup. num.* 53. Secundus est, quando in Ecclesia sanguis humanus iniuriosè effunditur. *cap. si Ecclesia. de consecrat. eccles. ca. Ecclesijs de consecrat. dist.* 1. Intelligitur autem non de effusione naturali, medicinali, licita, aut casuali, nec de effusione in quantitate parua, nec de ea quę non est facta in ipsa Ecclesia. Quid verò dicendum quando effusio sanguinis orta est ex ioco, agit idem Suarez *sup.* Quid quando ea contigit in gradibus Ecclesiæ, agit Sanchez *de matrim. lib.* 9. *cap.* 15. *num.* 28. Tertius est, quando humanum semen viri siue fœminæ, siue fidelis, siue infidelis in ea voluntariè quoquo modo effunditur. *cap. vnico de consecrat. Eccles. in* 6. & *ca. Ecclesijs de consecrat. dist.* 1. Lugo *sup. num.* 55. Dixi *voluntariè*,

quia non sufficit quod fiat in somnis. Dixi *quoquomodo*, ad denotandum id esse, siue id fiat per mollitiem, siue per fornicationem, adulterium, sodomiam &c. imo etiam per copulam coniugalem, præterquã si hæc oburgentem necessitatẽ, & probabile periculum incontinentię à culpa mortali excusetur Quartus casus est, quando in Ecclesia sepultus est aliquis excommunicatus vitandus *cap. consuluisti de consecrat. Eccles.* Quintus, quando in ea sepelitur aliquis infidelis, vel non baptizatus, *ca. Ecclesiam* 1. & 2. *dist.* 1. *de consecratione*. Quo etiam casu non solum Ecclesia est reconcilianda, sed & parietes eius radendi. Quod etiam intelligitur de pueris, qui ante baptismum decedunt, etiã si sint filij fidelium. Sextus casus addi solet, quando Ecclesia per Episcopum publicè excommunicatum est consecrata, vel benedicta, argument. dict. *cap. consuluisti de consecratione*. Sed non video vnde ex eo capite colligatur, quia solum ibi est sermo de Ecclesia in qua aliquis excommunicatus est sepultus. Layman. *sup. num.* 9. Septimus etiam additur, quando parietes Ecclesiæ successiuè reparantur, sed hoc non admittitur à Siluestro *sup.* §. 4. & 5. & Nauarro etiam *sup. num.* 258. nisi quando omnes, aut maior pars eorum simul deijciuntur, quod raro fit, vel corruerint, vel quando combusti sunt, vel notabiliter decrustati in toto, vel in maiori parte *ca. Ecclesijs de consecrat. dist.* 1. & *cap. ligneis de consecrat. Eccles. vel Altar*.

13 Pro horum tamen casuum praxi notandum Religiosis primò, quod in casibus in quibus violatur Ecclesia violatur etiam cœmeterium illi continguum, non econtra, iuxta dicta supra verbo *Cœmeterium num.* 4. & quod violata Ecclesia, violantur Capellæ ipsius, & è contra, quia Capellæ sunt partes Ecclesiæ. Sanchez *lib.* 9. *de Matrim. disp.* 15. *num.* 25. Layman. *sup. num.* 10. Idem dico de Choro, propter eamdẽ rationem. Sanchez *ibid. num.* 33. Secus dicẽdum de Sacristijs, aut alijs cameris, vel cryptis subtus, propter oppositam rationem. Sanchez *ibid. num.* 31. Naldus *in Summ. verbo Ecclesia. num.* 29. Secundò, quod licet ad violationẽ Ecclesię in tribus casibus prioribus requiratur actio culpabilis, vt dictum est, in casibus verò posterioribus non est necessaria culpa, sed sufficit factum ipsum. Layman. *sup. num.* 8. Tertiò, quod Ecclesia, vel cœmeteria occultè violata, quandiù violatio latet non indigent reconciliatione, & potest in illis celebrari. Nauarrus *supra num.* 256. Suarez *sup. dicta sect.* 4. §. *Secundò dubitari solet*. Requiritur ergo quod res manifesta sit, vel per facti euidentiam, aut iuridicam confessionem, vel probationem. Sanchez *ibid.* Sa *in Summ. verbo Ecclesia num.* 19. An verò si in prædictis casibus occultis, vel semel in Ecclesia celebratur, maneat reconciliata, ita vt non indigeat alia reconciliatione, affirmat Sà *sup.* cum alijs, celebratio enim est etiam reconcilia-

cilliatio,& consonant ea quæ dixi supra verbo *Calix num.*8.de Calce non consecrato si in eo celebretur; negant verò plures alij, cum nullo iure id fundetur.Layman.*sup. num.*13 Ego vero licet hanc posteriorem sententiam securiorem censeam, priorem tamen probabilem iudio,quando celebratio fuit bona fide facta, prout etiam tenet Naldus *supra verbo Ecclesia num.* 24. alijs relatis. Qui extendit etiam hanc doctrinam ad Calices,& paramenta, si cum eis bona fide celebretur. Quartò,si violatio Ecclesiæ contingat tempore quo in ea dicitur Missa, si non est inceptus Canon, debet illam Sacerdos relinquere, si verò est inceptus debet prosequi, quia in hoc secundo casu censetur Sacrificium inchoatum. Suarez *sup.* & alij communiter.

14 Si Ecclesia quæ violatur erat consecrata reconciliari non potest nisi per Episcopum,& cum aqua ab ipso solo cum vino, & cinere benedicta, non per simplicem Sacerdotem, nisi ex Papæ commissione. Ita enim colligitur ex *cap. Aqua, & cap. proposuisti de consecrat.Eccles.* Bacconius *in* 4. *dist.* 11. *art.* 3. Sotus *in* 4. *disp.*13. *quæst.*2. *ar.*3. Miranda *in Man. Prælator. to.*2. *quæst.* 39. *art.* 8. *concl.* 2. Idem dicendum de reconciliatione cœmeterij consecrati, iuxta dicta supra verbo *Cœmeterium* vbi duas declarationes Sacræ Congregationis ad intentum retuli.Extat etiam alia in vna Cameracensi 9. februarij 1608. quam refert Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Ecclesia* vbi sic: *Ecclesiæ consecratæ, & cœmeterij reconciliatio, non alteri, quam Episcopo committenda est.*

15 Nihilominus, quia Iulius 2. in Bulla *Dudum ad sacrum* quam supra *num.*5. retuli, concessit Generali, Vigilibus, ac Prouincialibus, eorumque vices gerentibus Ordinis Minimorum, vt possent reconciliare suas Ecclesias quomodocunque pollutas, quoties opus foret, *aqua tamen prius per aliquem Catholicum Antistitem (vt moris est) benedicta*, similiter quia Leo 10. in Bulla *Religionis honestas* supra *num.*7. relata concessit Generalibus,Prouincialibus, Vicarijs, Custodibus, & Guardianis Ordinis Minorum vt possent Ecclesias suas, *quoties opus fuerit* (inquit Pontifex) *aqua per vos, præsertim in locis remotis, vbi Episcopum aquam benedicentem per duas dietas distantem adire non poteritis, benedicti, reconciliare, liberè & licitè*, ideo plures existimare videntur posse dictos Prelatos,& alios etiam respectiuè, qui cum eis communicant in priuilegijs vti his concessionib. iuxta earũ tenores in reconciliatione Ecclesiarum etiam consecratarum. Rodriguez *to.*1.*quæst.Regular.quæst.*19.*ar.*6. Layman.*sup. num.* 12.Antonius Nouarus *in summ. Bullar.tit de pollut.Ecclesiar. num.*7. Quod est satis rationi conforme. Primo, quia ad reconciliandum Ecclesiam non consecratam non requiritur aqua ab Episcopo benedicta,sed sufficit

ficit iure communi aqua lustralis, seu benedicta communis, pro vt tenent Siluester *sup. quæst.* 8. Sotus *sup.* Nauarrus *sup. num.* 256. Suarez etiam *sup.* Miranda *dicto ar.* 8. *concl.* 1. Auila *de Censuris par.* 5. *disp* 7. *dub.* 4. Barbosa *dicta Allegat.* 28. *num.* 57. & alij contra Toletum *in Summ. lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 9. Cum ergo Pontifices in prædictis priuilegijs ad reconciliationem Ecclesiarum requirant aquam ab Episcopo benedictam, credendum est loqui de reconciliatione Ecclesiarum consecratarum. Secundò, quia iure communi potest fieri reconciliatio Ecclesiæ non consecratæ per simplicem Sacerdotem, prout tenẽt modò relati auctores, & alij quos refert Diana *par.* 4. *Resolut.* 91. vt ergo dicatur Pontifices aliquod priuilegium concedere in locis adductis, credendum est eos loqui de reconciliatione Ecclesiarum consecratarum. Iure autem communi posse fieri reconciliationem Ecclesiæ non consecratæ à simplici Sacerdote, & per aquam lustralem communem probant plures ex relatis authoribus ex *cap. si Ecclesia de consecratione* adiuncta Glossa ibidem. Pontifex enim ait ibi: *Si Ecclesia non consecrata cuiuscumque semine fuerit, aut sanguinis effusione polluta, aqua protinus exorcizata lauetur, ne diuinæ laudis organa suspendãtur*. Illud enim *aqua protinus exorcizata lauetur*, satis denotat non esse expectandum ad id Episcopum, aut quod aqua ab ipso benediceretur, aut benedicta mitteretur. Præsertim, quia si intendisset Pontifex ad id esse necessariam Episcopi auctoritatem, vel aquam ab ipso benedictam, illud expressisset, quemadmodum fecit in *cap aqua* proxime præcedenti, vbi sermo erat de reconciliatione Ecclesiæ consecratæ.

16 Ex quibus patet, quod si Ecclesia aliqua consecrata Regularium polluatur, reconciliari poterit iuxta tenorem dictorum priuilegiorum per Prælatos relatos, vel alios similes earum Religionum, quæ cum p[ri]s habent communicationem in priuilegijs. Circa illud autem verbum priuilegij. Iulij 2. scilicet *per aliquem Catholicum Antistitem* &c. nota videri reuocatum à Concilio Trident. *sess.* 6. *de Reformat. c. vlt.* nisi forsan pro casu necessitatis, iuxta dicta supra *num.* 5. Similiter, circa illud Leon. 10. *per duas dietas*, nota quod dieta continet viginti milliaria, seu circiter septem leucas, prout colligitur ex Glossa *in cap. nonnulli de rescript. verbo duas dietas.* Miranda *sup.* Barbosa *sup. num.* 65. Si verò Ecclesia quæ polluitur, non fuerit consecrata, sed tantum benedicta, reconciliari potest per quemcunque Sacerdotem, iuxta dicta. Licet decens sit id fieri per Prælatos Regularium; imo, & quod de ea re admoneatur Episcopus, prout consuetum esse refert Laymanus *sup. num.* 2. §. *Addendum Tertiò*, nisi casus esset quod Ecclesia pollueretur dum Missa incepta est, tunc enim poterit ab ipsomet Sacerdote reconciliari, vt habent Suarez *sup.* & Layman. loco relato. Pro forma autem

autem reconciliationis Ecclesiæ vide Portellum *in dub. Regular. verbo Ecclesia in addition.*

17 Contra dicta tamen obstare videntur aliquæ declarationes S. Cõgregationis, quas affert Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Ecclesia*. In vna enim Placentina 19. Maij 1607. cui consonat alia etiam Placentina (nisi forsan sit eadem) quam affert *verbo Episcopus* 19. Maij 1617. habetur, reconciliationem Ecclesiæ pollutæ non posse fieri per simplicem Sacerdotem sine licentia Sedis Apostolicæ. In alia etiam Galtillenensi 24 Septemb. 1605. id conceditur Vicario Generali, attenta absentia Episcopi, & in alia Rothomagensi 13. Iulij 1601. dicitur id committi posse Abbati seu Decano, vel Sacerdoti in dignitate constituto, aqua tamen prius per Episcopum benedicta. Sed in his declarationibus sermo videtur esse de reconciliatione Ecclesię consecratæ, & non benedictæ tantum. Nec obstat, quod in alia Remensi 9. Maij 1609. conceditur reconciliatio Ecclesiæ non consecratæ cuidam Archidiacono, & in alia Hydruntina 15. Decembr. 1632. id videatur committi Vicario Capitulari. Respondeo enim, quod licet id possit competere simplici Sacerdoti, decet tam quod id non faciant nisi Prælati, aut personæ in dignitate constitutæ, & propterea ipsis tantummodo hoc munus committit S. Congregatio.

18 Pro Ecclesiarum debita reuerentia notanda est declaratio S. Cõgregationis apud Dianam 5. *par. in Collect. ipsar. num.* 49. vbi habetur, *Gubernator, & Magistratus recusantes contra solitum accedere ad Ecclesiam Cathedralem, debitis remedijs cogendi sunt vt accedant*. Habes etiam declarationes S. Congregat. Episcopor. & Regular. *in 1. to. Sum. c. 21. n. 34.* pro ijs quæ Regulares in suis Ecclesijs facere possunt. Item in eodem 1. *to. c. 12. n. 41.* plures declarationes S. Congregationis ad intentum. An & quando Altare execretur, seu violetur, execrata, seu violata Ecclesia, supra verbo *Altare num.* 21. Item pro ijs quæ non licet facere in Ecclesijs supra verbo *Cœmeterium n. 2.*

EIECTI REGVLARES AB ORDINE.

SVMMARIVM.

De illis remissiuè. num. 1.
Qualiter viuentes in sæculo debeant esse. num. 2.
An sint suspensi ab exercitio Ordinum. num. 3.
An irregulares. ibid.
Promoueri non possunt ad superiores Ordines. num. 4.

An

An caſu quo diſpenſentur à quo Epiſcopo ordinari poſſint. num.5.
Quo titulo. num.6.
An ſint capaces beneficiorum. num.7.
In quo habitu debeant incedere. num.8.
An audiantur circa bona relicta Religioni. num.9.
Quid ſi eiecti ſunt propter crimina ſibi falſo impoſita. num.10.
Quid de Monialibus, num.11.

1 DE Regularibus eiectis non pauca dicta ſunt *to.1. cap.23.* ſed quia res eſt nouis difficultatibus implicata, alia addenda ſunt, videlicet de ijs quę competunt huiuſmodi eiectis quandiu extra Religionem viuunt.

2 Et primo, iuxta dicta eo *cap.23. num.12.* prædicti eiecti tenentur in ſæculo exiſtentes viuere morigeratè, & aptos ſe reddere ad viuendum in Religione, ſi ad eam vocentur a Superioribus. Ratio eſt, quia per profeſſionem quam emiſerunt, obligarunt ſe ad perſeuerandum in Religione vſque ad mortem, nec per eiectionem ſunt ſoluti ab hac obligatione, ſed ſeparati ad tempus donec corrigantur, propter crimina commiſſa, & ne alijs ſcandalum ſint. Ergo quantum eſt ex parte ſua debent eſſe parati ad implendum id quod promiſerũt; ſed niſi ſe corrigant, & emendentur, non redduntur apti, vt admittantur, potius reſiſtunt. Ergo. Sotus 7. *de iuſt. quæſt.2.ar.5. in ſolut. ad 3. dub. fin.* Aragon.2.2.*quæſt.* 88. *ar.3.* Sanchez *lib.6. in decalog.cap.9. num.25. & 3.* Bonacina *de clauſura quæſt.2. punct.12.§.2. num.1.* Fateor quidem Dianam, quẽ & ſequi videtur Ioannes Maria Nouarius *in lucern. Regular. verb. Eiecti a Religione num.3.* probabilem vocare oppoſitam ſententiam, quod an ita ſit alij viderint; mihi autẽ non ſatis probatur, propter rationem adductam, et quia in *cap. fin. de Regularib.* innouato a S. Congr. Concilij in decreto quod retuli dicto. *cap.23. num.7.* præcipitur Prælatis Religionum, vt tales eiectos quærant & ad Religionem reducant, quando ſalua Ordinis diſciplina admitti poſſunt, ex hoc enim infertur, nullum eijci poſſe tam in perpetuum, vt Religio non debeat illum admittere, ſi eſt correctus, ac proinde corrigi tenere, vt adimpleat quod in profeſſione promiſit. Vnde Naldus *in Summa verbo Religioſus num.8.* Nauarrum oppoſitum dicentem minus rationabiliter id conſuluiſſe aſſerit. Addit Bonacina relatus poſt Sairum, Sotum, & alios, hos eiectos teneri petere a Religione vt admittantur, quia ad id obligantur ex vi profeſſionis quam fecerunt, & in qua non ſunt diſpenſati.

3 Deinde, cum ex dictis ex Decreto S. Congregationis eod *cap. 23. num.18.* conſtet taliter eiectos ſuſpenſos eſſe perpetuò ab exercitio

tio Ordinum ſublata Ordinarijs facultate cũ ipſis diſpenſandi, certum eſt non poſſe Ordines quos habent exercere ſine Sedis Apoſtolicæ diſpenſatione, an autem illos poſſint exercere ſi Prælati Religionis ipſorum habentes priuilegia ad diſpenſandum cum ſubditis in ſuſpenſionibus, vel cenſuris à Sede Apoſtolica impoſitis, quorum aliqua adduxi *to.1. cap.18. num. 36.* cum ipſis diſpenſent, dubiæ quæſtionis res eſt, & licet videatur id fieri poſſe, cum adhuc perſeuerante electione maneant aliquo modo ſubditi Religioni, ſiquidem eos tenetur quærere, aliquando etiam recipere, vt dictum eſt, nihilominus quia per electionem excluſi ſunt vt indigni à fauoribus Religionis, ideo credo non poſſe cum illis tales Prælatos diſpenſare; nec priuilegia eſſe ipſis conceſſa in ordine ad tales ſubditos. Vnde à S. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium in vna Vliſſiponenſi declaratum eſt, prædictos celebrare non poſſe, niſi præcedente diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ. Nouarius *ſup. num.6.* Vide Sanchez *to.2. conſil. Moralium lib.7.c.1. dub. 24. num. 3.* Cum autem ſuſpenſi ab exercitio Ordinum, ſi illos exerceant, fiant irregulares, vt communiter ſupponunt Doctores, & ex illis Cornexo *to.2. in 3.par. S.Thom. Tract.5. de Irregularit. diſp.6. dub. vnic. in principio*, ideo prædicti, ſi ſuos Ordines exercent, fiunt irregulares, vt habent Bonacina *ſup. dicto punct. 12. §.6. num.4.* & Nouarius *ſup. num.5* In qua irregularitate diſpenſari non poſſunt à Prælatis ſuarum Religionum, propter dicta; ſed ſolum, vel à Papa, vel ſi delictum fuerit occultum ab Epiſcopo, propter decretum Concil. Trid. *ſeſſ.24. cap.6.* Sanchez *dicto lib. 6. in Decalog. cap.9. num.39.* & loco proximè relato ex *2.to. conſil. Moralium.*

4 Nec promoueri poſſunt ad ſuperiores Ordines. Tum quia cui vetita eſt functio Ordinis, vetita etiam eſt illius ſuſceptio, cum Ordines ſuſcipiantur, vt exerceantur (Bonacina *ſup.*) iſtis autem prohibita eſt functio cuiuſcunque Ordinis, vt patet ex verbis Decreti S. Congregat. *ſint perpetuo ſuſpenſi ab exercitio Ordinum.* Tum quia, vt dixi eo *cap. 23. num.* 18. ſunt irregulares quia in fames, ſaltem infamia facti, vt potè electi non ſolum propter grauia delicta, ſed etiam propter incorrigibilitatem ſine qua eijci non poſſunt, pro vt ex dicto decreto S. Cõgregationis retuli eo etiam *cap.23. num.4.* Idem dicendum de huiuſmodi electis ſi alias non erant in Sacris conſtituti, ſcilicet non poſſe promoueri ad Sacros Ordines, propter dicta.

5 Caſu autem quo prædicti electi diſpenſentur in prædictis impedimẽtis, & aliàs habiles ſint, ita vt Ordines Sacros ſuſcipere poſſint, illos ſuſcipere debent ab Epiſcopo ſuæ originis, cum ſemper ſeruent hoc domicilium. Sanchez loco relato ex *2.to.conſil. Moral.n.2.* referens Nauar. Barb. *de offic. & poteſt. Epiſ. Alleg.4.n.21.* plures alios referens.

Ordina-

6 Ordinati autem debent non titulo Religionis, cum ab ea sint expulsi, & ab ipsa sustentari non debeant, nec titulo patrimonij proprij, cum illius non sint capaces ratione voti paupertatis emissi, in quo non sunt dispensati. Sanchez *dicto num.* 59. Bonacina *sup. num.* 4. Sed titulo aliquorum reddituum ab Episcopo designatorum, qui sint in proprietate Ecclesiæ, vel Episcopi, assignati tamen quoad vsum prædictis eiectis. Ita enim videtur arbitrandum ne cogantur mendicare, Rodriguez *to.* 1. *quæst. Regular. quæst.* 30. *ar.* 24. Sanchez *sup.* ex Nauarro. An verò titulo alicuius Beneficij ordinari possint modo dicetur.

7 Non sunt capaces isti eiecti Beneficij cui annexum sit alicuius Ordinis exercitium, cum enim suspensi maneant ab exercitio Ordinũ, incapaces erunt Beneficij cui annexa est functio talium Ordinum. Bonacina *sup.* Beneficij autem, siue simplicis, siue pensionis, quibus annexum non fuerit Ordinum exercitium incapaces non sunt, & ita ratione illorum si ipsis concedantur ab habente facultatem, ordinari poterunt, sublatis dictis impedimentis.

8 Eiecti à Religione vigore dicti decreti quousque in sæculo stãt si in Ordinibus etiam minoribus constituti sint, tenentur incedere in habitu clericali. Ita enim declarauit Sacra Congregatio 1. Aprilis 1628. apud Nouarium relatum *n.* 7. Estque huiusmodi declaratio ad mentem prædicti decreti, in quo etiam dicitur: *Eiecti quandiu non redierint ad Religionem in habitu Clericali incedant*. Ex quo collige, Conuersos ab Ordine expulsos non teneri incedere in habitu Clericali, cum nec in minoribus sint constituti.

9 Prædicti eiecti à Religione tanquam incorrigibiles non audiuntur si velint venire aduersus renunciationem bonorum factam ex causa ingressus Religionis. Ita enim ex Rotæ quadam decisione refert Nouarius *sup. n.* 14. Estque satis conforme ijs quæ dixi eo *cap.* 23. *num.* 14. Quibus adde, quod cum prædicta adquisita sint Religioni, non debet ipsis priuari illa ex causa, præsertim, quod alias ex suo delicto commmodum maximum reportarent eiecti, & idcirco etiam plures eiectionem procurarent.

10 Si aliqui eiecti sunt à Religione propter crimina falsa, quæ ipsi sibi imposuerunt, non sunt securi in conscientia extra illam, sed veri Apostatæ. Ratio est, quia talis eiectio est inuoluntaria, & fraudulenta, vt potè fraudibus, & falsitatibus extorta, & propterea nihil ipsis suffragatur. Sanchez *dicto libro 6. in Decal. cap. 9. num.* 67. Vnde tenentur detegere fraudem, & redire ad Monasterium. Bonacina *sup.* §. 1. *num.* 13. Secus dicerem, quando commiserunt crimina eo animo vt eijcerentur, etsi enim intentio illa peccaminosa valde fuerit, posita tamen eiectione, liberi sunt sicut alij. Quia tamen iuxta dicta *sup.*

num. 2.

Digitized by Google

num. 2. tenentur extra Religionem morigeratè viuere, vt reducantur ad illam, parum illis prodeſt ſua malitia.

11 Moniales quantumuis incorrigibiles non poſſe eijci à Religione dixi ſupra verbo *Clauſuræ num.* 15. in caſu tamen quo de Papæ licentia eijcerentur, philoſophandum de illis erit reſpectiuè, ac de vitis eiectis, quantum ad obligationem votorum, Regulæ, Obſeruantiarum &c. iuxta dicta eo *cap.* 23. *à num.* 11.

ELECTIO INTER REGVLARES.

SVMMARIVM.

De hac materia remiſſiuè. num. 1.
Seruari debere in electionib. Regularium formam cap. Quia propter *num.* 2.
An in omnibus electionibus. ibid.
Quid de electionib quæ fiunt per compromiſſum, & per communem inſpirationem. num. 3.
Quia quando duo, vel tres ſolum ſunt in aliqua communitate. num. 4.
Qui & quomodo vocandi ad electionem. num. 5.
Quid ſi aliquis ex electoribus contemptus ſit. num. 6.
De deſignatione Procuratoris ad eligendum. num. 7.
De conditionibus eligentium. num. 8.
Electio Prælati non facienda ante prædeceſſoris ſepulturam. num. 9.
Qualiter Spiritus Sancti adiutorium inuocandum ſit. num. 10.
De ſecreto ſeruando in electionibus. num. 11.
De libertate ad ipſas requiſita. num. 12.
Quo tempore petenda eſt confirmatio. num. 13.
Hymnus Te Deum laudamus *in fine electionis an ſit de eſſentia. n.* 14.
De qualitatib. eligendorum. num. 15.
Alia remiſſiuè. ibid.

1 ETSI de hac materia non pauca dicta ſint *to.* 1. *Summæ cap.* 15. & *to.* 2. *cap.* 12. & 13. aliquæ tamen addenda ex S. Congregationis præſertim, & Rotæ deciſionibus, quia res eſt valde familiaris inter Regulares, & nouis quotidie difficultatibus expoſita.

2 Primò ergo id quod ſuppoſui dicto *to.* 1. *cap.* 15. *num.* 11. & *to.* 2. *cap.* 12. *num.* 25. ſcilicet, in electionib. Prælatorum Regularium obſeruari debere formam præſcriptam in *cap. Quia propter de elect.* firmatum

tamen à S. Congregatione declaratum dicitur electionem Prælatorũ Regularium ita fieri debere per vota ſecreta, vt non poſſit fieri per viã compromiſſi, aut inſpirationis, vt referunt Garzia *de benefic. par.* 5. *cap.* 4. Caſtellinus *de elect. cap* 7. *num* 4. §. *Ad quorum.* Sigiſmundus de Bononia *de elect. dub.* 2. *num.* 7. *& dub.* 31. *num.* 14. §. *& inſuper* ideo cautè procedendum Regularibus, maximè ſi de hac declaratione authenticè conſtet. Nota tamen quod compromiſſum mixtum ſcrutinio, quodcontigit quando compromiſſarij exquirũt vota ſingulorum, & eum eligunt in quem ſanior, & maior pars conſenſerint, legitimum eſt, & canonicum, pro vt habet Rota ſupra relata in vna Treuerenſi 24. Ianuarij 1625. §. *Quantum attinet*.

4 Cum electio Prælatorum Regularium, iuxta dicta eo *cap.* 15. *num.* 1. ſpectet ad ipſos Regulares, ſi duo, vel tres ſolum eſſent in aliquo Collegio, ad illos ſpectaret, vt ibi etiam dixi. Adde, quod ſi poſtquam Collegium in duobus ſaltem fuerit conſtitutum ad vnum reducatur, alijs mortuis, priuatis, ſuſpenſis, vel excommunicatis, ad illum deuolueretur ius eligendi, quia vt dixi eo *cap.* 15. *num.* 6. in tali caſu ille ſolus repreſentaret totum Capitulum, pro vt ex varijs Rotæ deciſionibus, & ex alijs auctoribus aſſerunt Tamburinus *ſup. quæſt.* 8. *num.* 3. 4. *&* 5. & Barboſa *ſup. num.* 46. Non tamen ille poſſet ſe eligere, vt dixi eo num. 6. nec conuenit quod ipſe procedat ad electionem, iuxta dicta ibidem num 8.

5 Ad electionem vocandi ſunt omnes præſentes per ſigna ſolita, ſiue campanæ, ſiue viuæ vocis, & abſentes per litteras, vel nuncium, iuxta Religionum ſtatuta, vel conſuetudines. *cap. in Geneſi, cap. inter cunctas, cap. Quia propter de elect.* Miranda *in Man. to.* 2. *quæſt.* 23. *ar.* 6. *Concl.* 2. Tamburinus *ſup. quæſit* 3. *num.* 10. Pro tenore autem litterarum citationis vide Sigiſmundum de Bononia ſupra *dub.* 9. *num.* 3. §. *litteras autem.* Et nota, quod nuncio, præſertim iurato, creditur an aliquis ex vocalibus abſens ſit vocatus, nec ne. Gloſſa *verbo vocatos in ca. quod ſicut* 28. *de elect.* Caſtellinus *ſup. cap.* 8. *num.* 18. Qualiter autem poſt aſſignatum terminum ad eligendum, ſi aliqui non compareant, non ſint amplius expectandi, dixi eo *num.* 8. Quod tamen intellige, ſi ſine incommodo expectari non poſſint, & non ſit aliqua rationabilis cauſa detentionis eorum, pluuia ſcilicet, vel ſimilis, & Præſidens Capituli pro certo haberet eos longe abeſſe, alias doloſè facta credi poteſt acceleratio electionis, Sigiſmundus de Bononia *ſup. dub.* 13. *num.* 7. Barboſa *ſup. num.* 98. ex Rodrig. & alijs.

6 Si aliquis ex legitimis electoribus contemptus fuit, ideſt non vocatus ad electionem, poteſt illam irritam facere. *cap. Quod ſicut de elect.* ita vt ſi ipſam tacitè, vel expreſſe non ratificet, electio per ſen-

tentiam retractanda est, & ea cassata omnes electores ad eam nouiter celebrandam conuenire debent. Lauorius *dicto Tit.4.cap.17.num.13.* Tamburin. *dicto quæsit. 3. num.2. & 3.* Non tamen talis electio est ipso iure nulla, sed solum contempto postulante annullanda *cap. bonæ 2. de elect.* Bacconius noster *sup.* Lauorius *sup. num.17.* Nec votum ipsius contempti alijs accedens potest facere vt electio, quæ alias nulla fuit ratificetur. Lauorius *ibid. num.22.* Barbosa *sup. num. 114.* Reclamatio etiam contempti facienda est ante confirmationem electionis, nisi adsit ignorantia, quia tunc etiam post confirmationem reclamare poterit. Lauorius *ibid. num.14.* Sigismundus de Bononia *sup. dub.10 num. 4. & 5.* Addit idem Lauorius *num. 15.* solum eum qui neglectus est, & non alium de contemptu agere posse.

7 Iuxta dicta etiam eo *cap. 15. num. 9.* designatio Procuratoris ad ferendum suffragium in electionibus non est contra ius commune, licet in hoc obseruari debeant statuta, & consuetudines Religionum. Pro quo extant hæ declarationes S. Congregationis. Prima: *Procuratores legitimè constituti cum generali mandato ad eligendum ab ijs qui legitimè impediti sunt, non excluduntur, dummodo non habeant speciale mandatum de eligenda certa persona, quia tunc votum non posset esse secretum.* Garzia *de Benefic. par. 5. cap. 4. num. 200.* Sigismundus à Bononia *sup. dub.14. num.9.* Secunda est. *Non est prohibitum Superioribus Ordinum, quibus id ex Regula conceditur, vt aliquem fratrem idoneum suo loco delegent, seu mittant ad Capituli Generalis celebrationẽ, vt suo nomine electionem faciat, si ex institutis, & decretis suæ Religionis, licet Superioribus absentibus, & legitimè impeditis mittere alium ad Capitulum Generale, qui suo loco, & nomine in electione suffragium ferat.* Castellinus *sup. cap. 5. num. 98.* Tamburinus *sup. quæsit. 4. num. 9.* Vt ergo id fieri possit obseruandæ sunt conditiones a S. Congregatione adductæ, & vlteriùs quod Rota in vna Calaguritana Beneficij 13. nouembr. 1620. coram Vbaldo declarauit, videlicet, tria requiri ad hoc vt votum absentis per Procuratorem possit sustineri, primo, quòd sit in loco vnde euocari possit, secundò, quod iusto impedimento detentus sit, tertiò, quod Procurator habeat mandatum ad iurandum super dicto impedimento. De quibus ex antiquoribus Bacconius supra, & ex Recentioribus Iulius Lauorius *sup. tit. 4. cap. 17. num. 30. 34. & 44.* Barbosa *sup. n. 108. 109. & 110.*

8 De conditionibus, quas debent habere eligentes, & impedimentis propter quæ priuantur iure eligendi, dixi eo *cap. 15. num. 2. 3. 4. 5. 6; & 7. & to. 2. cap. 12. à num. 29.* Nota tamen, quod licet dicto *cap. 15. num. 5.* dixerim, irregulares non posse eligere ex *cap. is qui de sent. excommunicat. in 6.* quod plures alij sequuntur. Nihilominus Nauarrus

in Man.

Digitized by Google

in Man. cap. 27. num. 244. Suarez 5. *to. in 3. par. disp.* 40. *Sect.* 2 *num.* 27. & plures ex Recentioribus oppositum tenent satis probabiliter. Pro eo autem quod dixi *d. cap.* 15. *num.* 6. & *d. to.* 2. *cap.* 12. *num.* 29. circa admissionem inhabilium ad electionem, vide dicenda infra verbo *Excommunicatio num.* 31.

9 Electio Prælati non est facienda antequam mortuus prædecessor traditus sit sepulturæ *ca. nullus dist.* 79. *cap. bonæ* 2. *de elect.* Rodrig. *to.* 2. *quæst. Regular. quæst.* 52. *art.* 14. *in princip.* Miranda *to.* 2. *Man. quæst.* 23. *art.* 10. *concl.* 1. Et quamuis Rodriguez *ibid.* ex multis alijs dicat talem electionem validam non esse, nihilominus Miranda sequens Siluestrum *in Summ. verbo. Eelectio* 1. *quæst.* 6. meritò oppositum tenet Casu etiam quòd in rigore iuris prior sententia tenenda esset, in casu tamen vrgentis necessitatis. v. g. quando timeretur magna vis, aut violentia alicuius Principis, posset accelerari electio. Rodriguez, & Miranda ibid. Afferunt etiam priuilegium Clem. 4. pro Minorib. quo ipsis concedit, quòd in electione Prælatorum non astringantur quoad tempus iuris Regulis. Sed nota, quòd hoc priuilegium refertur à Cassarub. *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo electio num.* 4. & illud tantum est pro electione Generalium, & Prouincialium, non pro electione Prælatorum immediatorum.

10 De modo faciendi electionem iuxta *cap. Quia propter* dixi *to.* 2. *cap.* 12. *num.* 27. & 28. & latè tractant Bacconius supra, & ex Recentioribus Tamburinus *sup. quæst.* 6. & Barbosa *sup. à num.* 167. Nunc addendum, Spiritus Sancti adiutorium esse ante electionem inuocandū, vt habetur ex *cap. cum in terra*, & *cap. cum inter* 2. *de elect.* Quamuis autem aliqui existiment hanc Spiritus Sancti inuocationem per Missæ ipsius celebrationem, omnibus Gremialibus assistentibus, esse de substantia electionis, propter decretum Concilij Basilien. *in pragmat. sanct.* §. *cum humanæ fragilitatis*, pro vt ex Petro Biaxio sequi videtur Rodriguez *to.* 2. *Quæst. Regular. quæst.* 52. *ar* 1. Verius tamen est id non esse de substantia electionis, sed solum de solemnitate ipsius. Sigismundus de Bononia *sup. dub.* 19. *num.* 5. Tamburinus *sup. dicto quæs* 6. *num.* 28. Si tamen in aliqua Religione esset Constitutio de hoc cum clausula irritante electionem, talis electio irrita esset. Barbosa *supra num.* 181.

11 Est autem facienda electio omnino secretè, iuxta dicta ex Concil. Trident. *eo cap.* 15. *num.* 17. *& to.* 2. *cap.* 12. *num.* 34. Adeo vt nec ignorantia talis decreti Concilij excuset aliter faciētes, pro vt decisum à S. Congregat. referunt Riccius *in decis. curiæ Archiepisc. Neapolit.* 197. *num.* 7. *par.* 4. Nouarius *in lucern. Regular. verbo electio. n.* 5. Similiter si post electionem factam in litteris seu patētibus confirma-

tionis exprimerentur nomina eligentium, inualida redderetur, pro vt etiam decisum à S. Congregatione referunt Castellinus *de elect cap.4. num.61.* Nouarius *sup. num.1.* Reddi etiam nullam, si vel vnum tantum votum publicetur, est etiam decisum à Rota in vna Treuerensi 20. Nouembris 1624. coram Illustriss. D. Coccino. Sigismundus de Bononia *de elect. dub.31. num.* 4. Nouarius *sup.* Quod intellige, iuxtà à me dicta in locis relatis, si id fiat publicè, & consentiente Capitulo. Licet circa hoc multi multa dicant, vt videre est in Barbosa *sup. n.209. 210. & 211.* Similiter, eligentes per schedulam aliquo patenti signo signatam, vt innotescat scrutatoribus, vel vni ex illis, quod tales eligentes elegerunt illum nominatum in schedula, faciunt electionem non secretam, & peccant mortaliter, ac proinde sic electus factus de hoc certus tenetur resignare Prælaturam, siue Officium, vel petere à Sanctissimo confirmationem cum dispensatione. Ita enim habetur ex declaratione Sacræ Congregationis, pro vt habet Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Electo, eligentes, & sup. num.207.* Pariter etiam, electio erit nulla, quando aliqui ex electoribus vnicam schedulam recipiunt vnico nomine scriptam, & nomen electi notũ scribæ, vel alteri, reponunt in capsula, vel quando accipiunt de manu scribæ duas schedulas, & vnam quam voluerint reponunt, & alteram scindunt, quia potuit scriba reuelare talem qui non habuit nisi vnam schedulam, vel talem qui non habuit duas. Ita referunt decisum à S. Congregatione Garzia *dicto cap. 4. num. 193.* & Sigismundus de Bononia *dicto dub. 31. num. 6.* & à Rota in Treuerensi *supra*. Nouarius *supra num. 9.* Non tamen redditur electio nulla, si aliquis ante scrutinium dicat, se velle eligere hunc, vel illum, si quidem potuit alij suffragium suum dare. Sic enim decisum etiam est a S. Congregatione teste Castellino *sup. cap.5. num.26. in fine*. Nec etiam si electi fuerint a Superioribus aliqui qui vota omnium diligenter excipiant, pro vt declaratum esse a S. Congregatione referunt Garzia *sup. d. cap. 4. num* 189. Castellinus *sup. cap.4. num.4.* Declarauit etiam Sacra Congregatio in electione Abbatissarum, vel alterius Superiorissæ posse vota per Episcopum vnà cum Vicario, vel alio viro assumpto ore tenus accipi. Garzia *sup. d. num.189.* Castellinus *sup. cap.4. num.4. & cap.5 num.28.*

12 De libertate requisita ad electionem dixi eo *to.1. cap.15. num.21.* præsertim in *2. & 3. edit.* Adde, declaratum esse à S. Congregat. eam electionem in qua scrutatores nolunt admittere quædam vota, sed dicunt electoribus, vt ea dent alijs, esse irritam. Castellinus *sup. cap.4. num.66.* Lauorius *sup. cap.21. num.16.* Adde etiam, quod licet publicato scrutinio non sit liberum electoribus variare, sed statim ad collationem & electionem procedi debeat. ex *cap. publicato de elect.* ante

publi-

publicationem tamen ſcrutinij licet variare, & alios eligere, vt colligitur à contrario ſenſu ex dicto *cap. publicato*, & ex *cap. Quod ſicut eo tit.* Silueſter *in Summ. verbo electio* 2. *quæſt.* 7. Miranda *ſup. quæſt.* 23. *art.* 24. Idque ex Rotæ deciſione 22. Maij 1628. refert Barboſa *ſup. num.* 217. Sed quo pacto id accipiendum conſule dicta eo *c.* 15. *n.* 22.

13 Facta electione tenentur electores intra octo dies petere ab electo conſenſum, alioquin negligentes excluduntur à proſecutione proceſſus, & ſunt ſuſpenſi per tres annos ab omnibus Beneficijs ipſius Eccleſiæ; et, ſi ad illa ſe ingeſſerint, ipſis iure perpetuo ſunt priuati. Hæc & alia ad intentum concernentia habentur ex *cap. cupientes* §. *cæterum de elect. in* 6. Silueſter *in Summ. verbo electio* 1. *num.* 7. Miranda *in Man. to.* 2. *quæſt.* 23. *ar.* 10. *concl.* 3. Similiter, electus ipſe tenetur intra menſem à præſentatione conſentire, alias priuatus eſt iure electionis, niſi forte ea ſit electi conditio, quod non poſſit conſentire abſque licentia Superioris, quo caſu tenetur ipſe, vel electores licentiam petere cum ea celeritate, quam patitur abſentia, vel præſentia Superioris, & ſi non habeatur licentia procedent ad aliam electionem. Silueſter *ibid.* Miranda *ibid concl.* 4. Nota autem quod quoad hæc, & ſimilia videtur ſufiragari poſſe Regularibus communicantibus in priuilegijs cum Minoribus priuilegium Clem. 4. quod *ſupra* retuli, pro vt notat Miranda *ſup. concluſione tertia*, pro electoribus videlicet Generalium, vel Prouincialium, non aliorum Prælatorum, vt eo loco dixi. Electus etiam qui ſemel electioni de ſe factæ renunciauerit, non eſt amplius eà de re audiendus, *cap. in præſentia de renunciat.* Lauorius *ſup. c.* 18. *num.* 33. Barboſa *ſup. num.* 147.

14 Hymnus *Te Deum Laudamus* qui in fine electionis Prælatorum adiungi ſolet, non eſt de eſſentia illarum, in iure communi ſtando. Lauorius *ſupra cap.* 19. *num.* 103.

15 De qualitatibus eligendorum in Prælatos dixi eo *cap.* 15. *n.* 25. & dicam 4. to. verbo *Prælati*. De Præſide Capitulorum pro electionibus dixi etiam eo *c.* 15. *n.* 34. & *to.* 2. *c.* 12. *à n.* 31. & dicam to. 4. *verb. Præſes Capitulorum*. De confirmatore etiã electionum dixi eo *c.* 15. *n.* 35. & 36. & *to.* 2. *dicto c.* 12. *à n.* 39. De electione etiã quæ confirmanda eſt, vel non confirmãda eo *c.* 12. *à n.* 40. & Bacconius *ſup.* Quando in electionibus Regularium committatur Simonia dixi eo *cap* 15. *à n.* 28. & dicam 4. *to* verbo *Simonia*. De decreto electionis egi eo *cap.* 12. *num.* 49. De alijs autem modis creandi Prælatos Regulares, ſcilicet de poſtulatione, & nominatione dixi eodem *cap.* 12. *à num.* 50. De quibus omnibus etiam relati authores latè agunt.

Digitized by Google

EPISCOPVS QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num.1.
De Episcopo respectu Regularium non exemptorum. num.2.
Respectu Regularium exemptorum. ibid.
Quam auctoritatem habeat circa Monasteriorum constructionem. num.3.
Quam quantum ad Ecclesias quas recipere possunt. ibid.
Quid casu quo erigantur aliqua Monasteria in quibus duodecim Religiosi sustentari non valeant. num.4.
De auctoritate, quam habet Episcopus supra dispositionem bonorum nouitiorum. num.5.
Circa restitutionem ipsorum. num.6.
Circa numerum Monialium. num.7.
Ad explorandum voluntatem virginis habitum susceptura. num.8.
Ad declarandum professionem inualidam. num.9.
Pro casibus nullitatis. num.10.
Quid circa clausuram Monialium. num.11.
Sacræ Congregationis declarationes. ibid.
De approbatione licentiæ exeundi extra Monasterium. num.12.
De authoritate, quam habet supra Regulares in ijs quæ sunt Ordinis Episcopalis. num.13.
Quoad Monachos Canonicos Ecclesiæ Cathedralis Regularis. n.14.
Quoad editionem librorum. num.15.
Circa Imagines, miracula, & Reliquias. num.16.
Circa obseruantiam festorum. num.17.
Circa Oratoria in priuatis domibus. num.18.
Circa Sacerdotes exteros non admittendos ad celebrandum. ibid.
Circa solemnes benedictiones. num.19.
Quo ad controuersias circa præcedentiam in processionibus. num.20.
Circa Regulares extra Monasteria degentes, & delinquentes. num.21.
Quid declaratum à S. Congregatione. ibid.
De alijs facultatibus ipsius. num.22.
An in alijs casibus præter assignatos. num.23.
De casibus, in quibus possunt contra Regulares per censuras procedere. num.24.
Alia remissiuè. num.25.

DE

1 DE Epiſcopo Regulari, ſeu quod idem eſt de Regularib. ad Epiſcopatum aſſumptis egi *to.* 1. *Summ. cap.* 17. per totum. De ijs in quibus Religioſi tenentur obedire Dom. Epiſcopis dixi eo *to.* 1. *cap.* 11. Maximè de cauſis Regularium in quibus intromittere ſe poſsũt Epiſcopi, vel Ordinarij egi ſupra verbo *Cauſa iudicialis Regularium*, & verbo *Delinquens Regularis*. De eiſdem etiam plura incidenter tam in 1. quam in 2. & in hoc opere dicta ſunt, & dicentur. Modò autem generaliter, ſaltem remiſſiuè, de ijs agendum in quibus Epiſcopi circa Monaſteria Regularium, aut Regulares ipſos auctoritatem, ſeu iuriſdictionem habeant. Erit autem ſermo non ſolum de Regularibus non exemptis, ſed etiã de exemptis, quales ſunt omnes ferme Religioſi, vt dicetur infra verbo *Exemptio Regularium*.

2 Loquendo ergo de Epiſcopo reſpectu Regulariũ non exemptorum, ſeu ſibi ſubiectorum, videtur non ſolum poſſe facere circa illos, & eorum Monaſteria ea quæ circa exemptos, ſed etiam ea quæ alij Prælati Regulares circa ſuos ſubditos agere poſſunt. Pro quo notandum, inter huiuſmodi non exemptos alios eſſe, qui ipſi Epiſcopo obedientiam emittunt, prout ſunt aliquæ Moniales, alij verò, qui non emittunt ipſi talem obedientiam, ſed ſolum Abbati, vel Generali. Et quidem circa priores, cum Epiſcopus ſit verus eorum Prælatus, poterit circa illos facere quidquid alij Prælati Regulares circa ſuos ſubditos, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 11. *num.* 1. Circa poſteriores verò, cum ſolum ſubſint Epiſcopo quoad diſciplinam Eccleſiaſticam ſicut alij clerici, non verò quoad obſeruantias Regulares, quia quoad eas ſolum ſunt ſubditi ſuis Prælatis iuxta dicta eo *cap.* 11. *num.* 4. ideo ſolum quoad ea quæ ſpectant ad diſciplinam Eccleſiaſticam habet authoritatem ſuper illos. Vnde tales, licet quoad diſciplinam Eccleſiaſticam magis teneantur obedire Epiſcopo, quam ſuo Prælato Regulari, quoad obſeruantias verò Regulares magis tenentur obedire ſuo Prælato, quam Epiſcopo, pro vt habent S. Thomas *in* 2. *diſt.* 44. *in fine*. Silueſter *in Summa, verbo obedientia quæſt.* 8. *& q.* 10. *dicto* 2. Sanchez *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 1. *num.* 13.

3 Loquendo autem de Epiſcopo in ordine ad Regulares exemptos, habet primò auctoritatem ſupra illos quantum ad hoc quod ſine ipſius conſenſu nequeant de nouo conſtruere Monaſteria, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 34. & 35. ex Concil Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 3. & litteris SS. D. N. Vrbani, quod etiam ſupponitur à Clemente 8. in Conſtitutione. *Quoniam ad inſtitutam* in 3. to. Bullar. in Clem. 8. num. 99. & à S Congregat. ſub Gregorio 15. in Conſtitutione *Cum alias* in 4. to. Bullar. inter Conſtitutiones ipſius num. 31.

Digitized by Google

4 Habet etiam auctoritatem circa eorundem Monasteriorum constructionem, ad vocandum, & audiendum Priores, Procuratores, seu alios interesse habentes aliorum Monasteriorum illorum locorum, vbi fundari debent noua Monasteria, ad hoc vt illi constet an dicta noua Monasteria commodè sustentari possint sine aliorum detrimento. Hoc etiam addito, quod si ab ipsius sententia a Sede Apostolica appellatum fuerit, tandiu dictorum Monasteriorum erectionem suspendere debeat, quousque a dicta Sede in eadem causa pronunciatum fuerit. Ita enim decreuit Clemens 8. in Constitut. relata. Quod etiam innouauit S. Congregatio sub Gregorio 15 in Constitutione etiam relata. Et ampliauit quantum ad hoc, quod non solum ad id vocari, audiri, & consensum præstare deberent Priores, & Procuratores aliorum Monasteriorum in illis locis vbi erigi debent Monasteria, sed etiam in alijs per quatuor millia passum circumuicinis, nisi aliàs ipsi Episcopo constiterit Religiosos dicti Monasterij absque detrimento aliorum Religiosorum aliorum Monasteriorum manu teneri posse commodè, & congruè in numero duodecim, & quòd in casu etiam quo in illis locis nulli alij Regulares reperiantur, prædicta inquisitio cum locorum incolis, & habitatoribus facienda sit. Quæ omnia approbata, & innouata fuerunt cum derogatione quorumcumque priuilegiorum à SS.D. N. Vrbano in Constitutione *Romanus Pontifex* inter Constitutiones ipsius 4.to. Bulla. num.25. Nota autem quod Constitutio relata Clem.8. etiam habet locum circa erigenda Monasteria Monialium, vt declarauit S. Congregatio 19. Decembris 1620. vt testantur Barbosa *de Iure Ecclesiastic. lib. 2. cap. 12. num. 7.* & Tamburinus *de Iure Abbatissarum disp. 33. quæst. 1. num. 4.*

5 Similiter habet auctoritatem Episcopus in Regulares quatum ad hoc quod non possunt recipere Ecclesias à sæcularibus sine consensu illius. *ca. decimas 16. quæst. 7. cap. Quod autem in fi. cap. Illud. versum quia, cap. nullus de iure patronat. cap. cum, & plantare in princip. verf. Ecclesias de priuileg.* Quod est intelligendum solummodo de receptione Ecclesiarum a laicis, non de receptione iuris patronatus in Ecclesijs. Hoc enim ius possunt recipere Regulares à laicis non expectato Episcopi consensu. Azor *to. 2. Instit. Moral. lib. 6. cap. 20. q. 5.* Suarez *to. 1. de Relig. lib. 4. de simonia cap. 28. num. 16.*

6 Casu etiam quo erigantur aliqua Monasteria de nouo sine prædicta conditione, scilicet quod, vt dictum est, in illis duodecim Religiosi sustentari valeant, habet auctoritatem Episcopus super illa, ita vt ipsius *visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni subiectæ esse intelligantur.* Ita enim decernitur à S. Congregatione Concilij in decretis *de celebrat. Missarum* sub eodem SS. Vrbano, quæ habentur

inter

inter Conſtitutiones ipſius 4. to. Bullar. *num.* 43. Declaratum etiam eſt ab eadem S. Congregat. iuſſu eiuſdem SS. in declarationibus additis eiſdem decretis *dub. vlt.* hoc decretum habere locum etiam extra Italiam Hæc verò omnimoda iuriſdictio, viſitatio, & correctio, ſolum quod attinet ad diſciplinam Eccleſiaſticam, non quoad obſeruantias Regulares accipienda ſunt, iuxta dicta ſupra *num.* 2. & dicenda inferius *num.* 16.

7 Habet etiam Epiſcopus authoritatem ſupra diſpoſitionem bonorum faciendam à nouitijs, ita ſcilicet vt nequeat ab ipſis fieri niſi intra duos menſes ante profeſſionem, & cum licentia Epiſcopi, vel eius Vicarij, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 24. *à num.* 33. ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *de Regularib. cap.* 16. Nomine autem Epiſcopi cui competit dare hanc licentiam intelligi debet non ſolum Epiſcopus conſecratus, ſed etiam confirmatus, quia à tempore confirmationis competunt ipſi omnia quæ ſunt iuriſdictionis, quale eſt hoc. Sanchez *lib.* 7. *in Decalog. cap.* 5. *num.* 65. Archiepiſcopus quoque in ſua diæceſi ante receptionem pallij, propter eamdem rationem. Sanchez *ibid. num.* 66. Bartholomeus à S. Fauſto *in theſaur. Religioſ. lib.* 5. *quæſt.* 196. Item Abbates, & alij Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuis Diæceſibus, propter eamdem etiam rationem. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcop. Allegat.* 99. *num.* 6. Item Capitulum Sede vacante, quia illud ſuccedit in omnem ordinariam iuriſdictonem Epiſcopo competentem. Sanchez *ſup. num.* 67 Qui idem etiam extendit ad Vicarium ipſius Capituli, ille enim etiam vocatur Vicarius Epiſcopi. Bartholomeus à S. Fauſto *ſup. quaſt.* 198.

8 Item habet authoritatem ad faciendum etiam medijs cenſuris Eccleſiaſticis quod nouitijs profeſſionem facere renuentibus reſtituantur omnia quæ ſua erant. Ita enim habetur ex eodem Concilio dicta *ſeſſ.* 25. *cap.* 16. Tamburinus de Iure Abbat. *to.* 1. *diſp.* 15. *quæſt.* 7. *num.* 29.

9 Item habet auctoritatem circa numerum Monialium in Monaſterijs ſtatuendum, ita ſcilicet, vt tam in Monaſterijs ſibi ſubiectis, quam in exemptis (cum interuentu tamen Superioris Regularis) curare debeat, vt conſormiter ad iura antiqua, Concilij Trident. decretum *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. & Conſtitutionem Pij 5. *Circa paſtoralis* is tantum Monialium numerus ſtatuatur, qui vel ex redditibus proprijs, vel ex conſuetis eleomoſynis commodè ſuſtentari poſſint. Ita enim decreuit Gregorius 13. in Conſtit. *Deo ſacris*, & S. Congregatio Epiſcop. & Regular. in vna Sortonenſi 27. Maij 1603. & eadem S. Congregatio pro Monialibus Regni Portugalliæ 6. Iunij 1615. Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcop. Allegat.* 98. *num.* 3. *& in Collectan. Bullar. verb.*

verb. numerus. Tamburinus *de Iure Abbatiſſar. diſp. 3. quæſt. 1. num. 4.* Qui notat *num. 3.* de conſuetudine multorum locorum Conuerſas non haberi in conſideratione ad effectum augendi numerum Monialium. Pro Monialibus autem ſuper numerarijs vide dicta *to. 1. Summ. cap. 25. num. 6.*

10 Habet quoque Epiſcopus, vel eo impedito, eius Vicarius, aut aliquis eorum ſumptibus deputatus auctoritatem explorandi voluntatem virginis, quæ habitum Regularē ſuſceptura eſt, vel profeſſionem emiſſura, an coacta, vel ſeducta ſit &c. iuxta doctrinam Concilij Trid. *ſeſſ. 25. cap. 17.* & dicta *to. 1. Summ. cap. 25. num. 12. & cap. 16. num. 17.* Hoc autem (quod fieri ſolet ante profeſſionem) ſic faciendum ex declarat. S. Congregat. Præfigatur huiuſmodi puellis certus dierum numerus 15. vel 20. intra quem declarare debent, vtrum velint profeſſionem emittere vel non, & ſi noluerint, remittendæ ſunt ad domos conſanguineorum, vel affinium. Campanile *in Diuerſ. Iuris canon. Rubr. 12. cap. 16. num. 16.* Epiſcopum etiam teneri intra 25. dies poſtquam monitus fuerit hoc examen perficere, ita vt ipſis elapſis amplius de eo non ſe debeat intromittere, deciſum referunt Campanile *ſup. num. 10.* & Armendariz *in Addit. ad recopilat. leg. Nauarr. lib. 2. tit. 18. lib. 7. de Religionibus num. 44.* apud quos alia ad intentum. Alias etiam declarationes S. Congregationis circa hoc habet Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Epiſcopus quoad Regulares*.

11 Inſuper facultatem habere Epiſcopum declarandi profeſſionem ante 16. annum factam nullam eſſe, ſicque deciſum eſſe, refert Armendariz *in Addit. ad recopilat. leg. Nauarr. ſup. num. 11.* Cum autem Concilium Trident. *ſeſſ. 25. cap. 19.* dicat profeſſi reclamationem faciendam eſſe coram Superiore, & Ordinario, ideo talē declarationem facere non ſpectat ſolum ad Epiſcopum, ſed ſimul cum Superiore Religionis. Si autem intra biennium tales cauſæ non terminentur, quid agendum ſit, dixi ſupra verbo *Cauſa iudicialis Regularium. num. 9.*

12 Idem dico de alijs caſibus nullitatis profeſſionis, puta, propter vim, vel metum, aut quid ſimile, propter decretum eiuſdem Concilij *ſup.* Talis enim cauſa decidenda eſt coram Epiſcopo, & Superiore Religionis. Vide dicta *to. 1. Summ. cap. 2. num. 7. &* 8. Azorium *to. 1. inſtit. Moral. lib. 12. cap. 4. quæſt. 10.* & Mirandam *to. 1. Man. q. 30. art. 1.* cum ſequentibus, ac dicenda *4. to.* verbo *Profeſſio Regularium.*

13 Pertinet etiam ad Epiſcopum procurare quòd clauſura Monialium reſtituatur, & conſeruetur; in Monaſterijs quidē ſibi ſubiectis ordinaria, & in alijs Sedis Apoſtolicæ authoritate, iuxta dicta *to. 1. Summ. cap. 25. num. 49.* ex decreto Concilij Trid. *ſeſſ. 25. cap 5.* Adde & Conſtitutionem Pij 5. *Circa Paſtoralis Officij*, & aliam Gregorij 13.

rij 13. *Deo sacris.* Quamuis autem stando in vi Concilij probabile satis videatur hanc facultatem non competere Episcopo in ordine ad Moniales Regularibus subiectas, ita vt particula illa Concilij in *alijs vero* solum sit intelligenda de alijs Monasterijs exemptis, non tamen Regularibus subiectis, prout colligitur ex *cap. periculoso* §. *vlt. de statu Regular. in* 6. cui Concilium non derogat, imo se illud innouare protestatur, & ex Constitutione dicta Pij 5. vbi non solum probat dictum cap. *Periculoso* sed etiam per illud *alijs verò* intelligit Monasteria, quæ ad Romanam Ecclesiam mediatè, vel immediatè spectant, & ita teneant Nauarr. *Comment.* 4. *num.* 60. *de Regularib.* Sanchez *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 15. *num.* 21. Bonacina *de clausura quæst.* 1. *punct.* 6. Nihilominus quia à S. Congregat. sæpius oppositum declaratum dicitur, vt referunt Galletus *in Margarit. cas. conscient. verbo Clausura num.* 1. Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. Allegat.* 102. *n.* 6. 7. & 8. 9. & *in Collectan. Bullar. verbo Clausura.* Gauantus *in Man. verb. Monialium clausura num.* 57. 58. 59. 60. 61. & 62. & consonet Constitutio Gregorij 15. *Inscrutabili* cum resolutione S. Congregationis ad nonum dubium circa illam, quæ omnia retuli dicto *c.* 25. *num.* 45. & 46. (Etsi eam suspensam fuisse pro Regnis Hispaniarum dixerim eo *to.* 1. *cap.* 19. *num.* 35.) Ideo huic parti adhærendum. Ex ijs autem declarationibus habetur, posse Episcopum visitare clausuram Monialiũ non sibi subditarum, etiam si nũquam alias visitata fuerit, & toties quoties expedire iudicauerit, nec ab ipsis Regularib. posse impediri, ac ingredi etiam Monasterium, & interrogare Moniales de pertinentib. ad dictam clausuram. Gauantus *sup.* Barbosa *sup.* referens Galletum, Zerolam, & Armendariz. Addit Gauantus *ibid. num.* 56. cui consonat alia declaratio apud Barbosam *in Collectan. Bullar. sup.* declaratum esse à S. Congregat. Episcop. & Regular. posse Episcopum visitare clausuram non sibi subditarum sine assistentia Superiorum Monasterij. Cum tamen in Constitut. Pij 5. relata dicatur id faciendum *vna cum Superioribus eorumdem Monasteriorum*, ideo qualiter hæc cohæreant alij viderint. Posse etiam Episcopum ob clausuram custodiendã in Monasterijs Monialiũ Regularibus subiectarum excommunicationis latæ sententiæ pœnam imponere, & sibi reseruare, circa aperitionem ostij clausuræ extra casus indigentiæ, nec non circa accessum, & colloquia cum Monialibus, & quod dicta excommunicatio liget nedum Regulares accedentes, verum etiam Moniales, facta de eis mentione, adeo vt Superior Regularis ab eadem excommunicatione absoluere nequeat, referunt declaratum à S. Congregat. in vna Viterbien. 26. Iunij 1626. Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Episcopus* 1. & Ioann. Maria Nouarius *in Lucern. Regular. verbo Episcop. quoad Regula.*

gulares num. 7. Additur autem in loco relato ex Concilio posse Episcopum prædictam clausuram procurare, *invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis*. Quod auxilium vt præbeatur, hortatur Concilium omnes Christianos Principes, & sub excommunicationis latæ sententiæ pœna omnibus, & singulis Magistratibus sæcularibus iniungit. Vide Sanchez *sup. num.* 22.

14 Prædictæ autem clausuræ Monialium conseruandæ gratia pertinet etiam ad Episcopum approbatio licentiæ exeundi Monasterium, iuxta dicta *to.* 1. *Summ. cap.* 25. *num.* 21. De quo etiam Tamburinus *de Iure Abbatiss. disp.* 20. *quæst.* 5. Item facultas concedendi licentiam pro ingressu, iuxta modum explicatum *eo cap.* 25. & supra verbo *Clausura num.* 24. & 25. Item posse prohibere, vel etiam aliquando permittere, accessum ad illas alloquēdas, iuxta dicta eo *cap.* 25. *num.* 35. & 36. De quo Barbosa *de Offic. & potest. Episcop. Allegat.* 102. *num.* 69. & sequentibus. Etiam sub pœna excommunicationis sibi reseruatæ, vt habent Barbosa, & Nouarius *sup.* ex declaratione relata S. Congregationis. Pro eis tamen Regularibus, qui huiusmodi excommunicatione ligantur, vide dicenda infra verbo *Exemptio Regularium num.* 11.

15 Habet etiam Episcopus auctoritatem in Regulares quoad illa omnia, quæ sunt Ordinis Episcopalis, v. g. Chrismatis confectionem, Ordinum collationem, & similia. *cap. veniens.* Erasmus Cochier. *de iurisdict. Ordinar. in exempt. par.* 2. *quæst.* 45. *num.* 16. & *par.* 4. *quæst.* 11. Nouarius *sup. num.* 4. & 5. referens S. Congreg. declarationem. Hoc tamen intellige, seclusis priuilegijs particularibus Regularium, de quibus suo loco.

16 Habet præterea Episcopus omnimodam iurisdictionem in Monachos Ecclesię Cathedralis Regularis, quales aliquot sunt in Sicilia, scilicet Panormitana, & Montis Regalis, quoadea videlicet, quæ non pertinent ad Regularia Instituta. *cap. nullus de elect. in* 6. & ibi Ancharan. Ioann. Andreas, Geminianus, & alij. Tamburinus *de iure Abbat. disp.* 15. *quæs.* 7. Idque constat ex Bulla quadam Pauli 3. & Rotæ decisione coram Illustriss. Domino Cuccino de anno 1604. vbi agitur de Iurisdictione Archiepiscopi Montis Regalis in Monachos eiusdem Ecclesiæ. Vnde habebit hanc authoritatem supra prædictos, monachos in alijs rebus spectantibus ad disciplinam Ecclesiasticam quemadmodū supra clericos alios sæculares. Hæc enim non spectant ad Regularia Instituta, iuxta dicta supra *num.* 6. Quæ verò veniant nomine Regularium Institutorum dixi aliquando interrogatus in causa Eminentiss. Cardin. de Torres Archiepiscopi dictæ Ecclesiæ Montis Regalis cum Monachis illius, esse ea quæ priuatiuè propria, & peculia-

ria

tia sunt Regularium in quantum tales sunt, qualia sunt ieiunia, silentia, abstinentiæ a carnibus, humilitas in habitu, & lectisternijs, similesquæ mortificationes, quæ in Regulis, & statutis ipsorum præcipiuntur. *cap. quanto de offic. Iudic.ordin.* Quare quo ad ista debet Episcopus dictos Regulares remittere suo Prelato Regulari, vel saltem tempore visitationis adhibere secum vnum illius Religionis, vt disponitur in Extrauaganti *Debent Superioribus suis de offic.ordinar.* inter communes *lib.*1. Barbosa *de offic. & potest. Episc. Allegat.* 105. *num.*77.

17 Habet insuper Episcopus auctoritatem supra quoscunque Regulares quoad editionem librorum cum approbatione ipsius Ex Concil. Trident. *sess.*4. *in decr. de edit. librorum* De quo *to.* 4. verbo *Libri* latius dicetur.

18 Item super Imagines insolitas ponendas, noua miracula admittenda, nouasue Reliquias recipiendas, iuxta decretum Concilij Trid. *sess.* 25. *in decr.de Inuocat. & venerat.* Pro quo vide dicenda *to.*4. verbo *Reliquiæ Sanctorum.* Sanchez *in Decalog. to.*1.*lib.*2.*cap.*43. & Fagundez *in quinque præcepta Eccles. lib.*1. *cap.*4.

19 Item quantum ad non celebrandum in priuatis domibus, aut omnino extra Ecclesiam, & Oratoria ab Episcopo designanda, iuxta Concilium Trident. *sess.*22. *in decret. de obseruand. & vitand. in celebrat. Miss.* Quo casu possunt Ordinarij contra Regulares procedere etiam per censuras, non obstantibus ipsorum priuilegijs, vt habetur in fine dicti decreti Concilij. Pro eius tamen intelligentia vide dicta *to.*1. *Summ. cap.*21. *num.* 14. & 15. & supra verbo *Altare num.* 13. ac dicenda infra verbo *Exemptio Regularium.*

20 Itẽ prohibere potest Episcopus ne Regulares in eorũ Ecclesijs Sacerdotes sæculares exteros ad diuina Officia celebranda admittãt, nisi prius ab ipso, visis literis cõmendatitijs, ipsi Sacerdotes admissi fuerint. Ex declaratione S. Congregat. testibus Armendariz *in Additionib. ad recopilat. leg. Nauarr. lib.* 2. *tit.* 18. *lib.* 1. *Relig.num.*45. & Barbosa *in Collectan. Bullar verbo Episcopus quoad Regulares.*

21 Similiter habet auctoritatẽ in illos circa obseruationem dierum Festorum, quos ipse Episcopus obseruare præceperit, propter decretum Concilij Trident. *sess.*25. *cap.* 12. quod retuli *to.*1. *cap.*9.*num.*46. iuxta ibid. dicta. Vnde Rodriguez *to.*2. *quæst. Regular. quæst.*70. *ar.*2. aperiter inuehitur in Regulares id non facientes, & Prælatos permittentes. Quæ autem Festa possit Episcopus indicere, & quæ possint in illis Regulares facere, & an sint aliqua priuilegia Regularium quoad hoc, vide dicenda infra verbo *Festi dies*, vbi etiam an possint cogi ab Episcopis ad annunciandum in suis Ecclesijs Festa, & ieiunia Ecclesiæ, & per censuras ad dictorum Festorum obseruantiam.

Insu-

22 Insuper habet Episcopus authoritatem faciēdi in locis exemptis suæ Diœcesis solemnes benedictiones, ac diuina Oficia celebrandi. Erasmus Cochier *dicta quæst.* 45. *num.* 34. & 35 Barbosa *dicta Allegat.* 105 *num.* 66. Vnde declaratum à S. Congregatione in vna Fanensi die 11. Aprilis 1601. quod si Episcopus in die Palmarum vnà cum Capitulo, & clero personaliter ad Monasterium Regularium accedere teneatur, debere ipsum benedicere palmas priùatiuè quoad Abbates, Nouarius *in lucer. verb. Episcop. quoad Regulares n.* 1. Item posse Episcopum etiam in Ecclesijs Regularium cantari facere Missas Rogationum per suos Canonicos, declaratum quoque est ab eadem S. Congregat. in vna Firmana 25. Ianuarij 1603. Nouarius *ibid. num.* 40.

23 Pariter etiam auctoritatem habet Episcopus in Regulares quoad componendas amota omni appellatione controuersias ortas circa præcedentiam in processionibus, iuxta Concil. Trid. *sess.* 25. *cap.* 13. quod breui manu, summariè, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij fieri debet, vt declaratum à S. Congregatione refert Campanile *Rubric.* 12. *cap.* 13. *num.* 120. Vide dicta *to.* 2. *Summ. cap.* 1. *num.* 27. & dicenda tomo 4. verbo *Processio*.

24 Maximè etiam Regulares extra Monasterium degentes, & delinquentes posse ab Episcopo visitari, puniri, & corrigi, constat ex ijs quę dixi *to.* 1. *Summ. cap.* 11. *num.* 8. ex decreto Concilij Trid. *sess.* 6. *c.* 3. Quamuis autem ibi dixerim hoc decretum solum intelligi de Regularibus degentibus extra Monasterium sine licentia sui Superioris, nō de ijs qui degunt cum tali licentia, nam Monachus qui ex licentia sui Prælati degit extra Monasterium, intra illud censetur habitare, vt ex Abbate antiquo, Panormitano, Angelo, Siluestro, Nauarro, & Henriquez tenet Sanchez *to.* 2. *Consil. Moral. lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 2. *num.* 4. Nihilominus quia graues auctores, videlicet Piasegus *in praxi noua Episcop. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 42. Barbosa dicta *Allegat.* 105. *num.* 16. & Nouarius *in lucern. Regular. verbo delinquens. num.* 10. referunt declaratum esse à S. Congregatione oppositum, scilicet, quod Regularis manens extra claustrum de licentia sui Superioris, etiam in domo deputata ad erectionem Monasterij, nisi in dicta domo sit Regularis obseruantia, vt saltem viuat sub Superiore conuentualiter, si deliquerit, possit puniri ab Ordinatio, idque ex Rota decis. 223. num. 5. referat Tamburinus *dicto quæsit.* 7. *num.* 7. ideo huic parti standum. Hac tamen limitatione, vt intelligatur de Regulari extra Monasteriū per notabile tempus existente, & ibi habente domicilium etiam de licentia sui Superioris, non de illo qui ad breue tempus extra Monasterium in quo habet domicilium exiſtit. Hæc namque videtur mens Concilij. Dicitur enim: *Regularis extra Monasterium degens*, nondicit *existens.*

stens. Degere autem denotat existentiam permanentem & diuturnam, non breuem, aut transeuntem. Vide Peirinis *to.* 1. *priuileg. Minim. in Constit.* 2. *Sixti* 4. *num.* 22. Imo etiam si Regularis maneat per multum tempus de licentia sui Superioris sub Regulari obseruantia in aliquo membro, seu grangia sui Conuctus pro seruitio Religionis, & ibi delinquat, non ab Episcopo, sed à suo Superiori puniri debet, nam talia loca gaudent priuilegijs Monasteriorum quorum membra sunt. *cap. recolentes* §. *Cæterum de stan. Monachor.* Riccius *decis.* 281. *n.* 4. *p.* 4. Barbosa *sup. num.* 17. Nouarius *sup. num.* 11. & 12.

25 Declaratum quoque est à S. Congregatione in vna Melitensi apud Nouarium *sup. num.* 34. Episcopum posse visitare, & corrigere Regulares degentes extra claustra occasione docendi doctrinam Christianam. Refert etiam idem auctor *ibid. verbo Iesuitæ num.* 32. declaratum ab eadem Sacra Congregatione in vna Liman. sub 10. Iunij 1591. Iesuitas doctrinam Christianam extra claustra docentes, si habeant in illis locis Superiores qui curam ipsorum gerant, & apud quos se recipiant, iuxta Regulæ institutum viuentes, non posse corrigi, aut visitari ab Ordinarijs locorum. Idem dic de alijs Regularibus, si eædem circumstantiæ concurrant.

26 De Regulari intra claustra degente, & extra eam notoriè delinquente, quomodo subijciatur Episcopo dixi *to.* 1. *Summ. cap.* 16. *num.* 26. & 27. & supra verbo *Delinquens Regularis à nu.* 1. Qualiter etiam Regulares extra Monasterium degentes subijciantur Episcopo in causis ciuilibus mercedum, & miserabilium personarum, dixi eo *to.* 1. *cap.* 11. *num.* 10. & *to.* 2. *cap.* 10. *n.* 6. & 7. & supra verbo *Causa iudicialis Regularium num.* 5. Item quomodo subdantur eidem quoad habendum lectionem S. Scripturæ in suis Monasterijs *to.* 1. *Sum. cap.* 9. *num.* 48. Vbi nota, ad istam lectionem S. Scripturæ non requiri licentiam, seu examē Ordinarij, prout decisum refert Galletus *in Margarit. cas conscient. verbo legere, & verbo licentia* 3. De subiectione Regularium ad Episcopos quoad conciones habendas dixi *to.* 1. *Sum. cap.* 20. per totum, & *to* 2. *cap.* 1. *num.* 17. & supra verbo *Concionari, & concionator.* Quoad confessiones sæcularium audiendas *to.* 1. *cap.* 19. fere per totum. & *to.* 2. *cap.* 1. *num.* 18. & supra verbo *Confessarius.* Quoad interdicta, & censuras publicanda, & seruanda *to.* 1. *cap.* 9. *n.* 29. & *to.* 2. *cap.* 1. *num.* 21. Quoad accedendum ad processiones *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 47. Quoad reddendam rationem executionis testamentorum *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 9. Quoad quæritandum extra loca vbi habent Conuctus *to.* 1. *cap.* 6. *num.* 14. Pro quo vide ibi *num.* 43. & *to.* 2. *cap.* 1. *num.* 4. Quoad Dimissorias sæcularibus concedenda supra verbo *Dimissoriæ num.* 3. De subiectione etiam Regularium curam animarum habentium

tium ad Epiſcopos,in ijs videlicet,quę ad dictam curam ſpectant,dixi *to.*1. *cap.*11. *num.*9. & *to.*2. *cap.*1. *num.* 28. & *cap.* 18. *num.*9. An poſſint eorum Eccleſiæ parrochiales ab ipſis viſitari,dixi *to.*1. *cap.*11. *num.*7. An in aliquibus caſibus poſſent etiam Epiſcopi abſoluere Regulares à cenſuris, vel cum ipſis diſpenſare in irregularitatibus dixi *to.* 1. *cap.* 11. *num.* 6. & ſupra verbo *Clerici num.* 16. Qualiter etiam in aliquibus caſibus ad S. Officium Inquiſitionis ſpectantibus, vt ſunt hæreſis, ſolicitationis in confeſſione ad inhoneſta, Aſtrologiæ iudiciariæ, obloquentium contra puriſſimam Virginis Mariæ conceptionem,aut celebrantium,qui non ſunt in gradu Sacerdotij conſtituti,ſeu in debitè colentium ſub prætextu Sanctitatis defunctos non canonizatos, aut beatificatos,iudicari poſſint ab Ordinarijs, dixi ſupra verbo *Cauſa iudicalis Regularium num.* 14. vbi & caſum monetariorum ad eoſdem Ordinarios ſpectare etiam dixi. De ijs quoque Regularibus qui ſine mandato ſuorum Superiorum in ſcriptis extra Conuentus reperti fuerint,vel ſi miſſi ad Vniuerſitates in Conuentibus non in habitant, qualiter Epiſcopo ſubijcantur, dixi *to.*1. *cap.*11. *num.*11.

27 Alios caſus in quibus Regulares Epiſcopo ſubijciantur aſſignant aliqui auctores, præſertim Eraſmus Cochier locis relatis. Barboſa *dicta Allegat.* 105. Tamburin. dicto *queſit.*7. *num.* 54. quos omittendos cenſeo, quia magna egent limitatione, vel coarctatione, & quia eſto quod ſtando in iure communi ſuſtineri poſſint, non tamen poſitis priuilegijs Regularium,quæ in materia hac ampliſſima ſunt, & vniuerſaliſſima, & quia de illis in diſcurſu operis partim dixi, partim alibi Deo dante copioſius dicetur.

28 De caſibus autem in quibus Epiſcopi poſſunt contra Regulares per cenſuras procedere dixi eo *to.*1. *cap.* 11. *num.*14. & 15. & dicam infra verbo *Exemptio Regularium*.

29 Vide dicta ſupra verbo *Cauſa iudicialis Regularium*,& dicenda inferius verbo *Exemptio Regularium*,& verbo *Immunitas Eccleſiaſtica Regularium*.

EREMITÆ.

1 DE illis ſufficientiam egi *to.*2. *cap.* 7. & ideo pro nunc ſuperſedendum.

Digitized by Google

EVCHARISTIA QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num.1.
Qualiter non liceat Regularibus administrare hoc Sacramentum sine licentia Parrochi. num.2.
An idem dicendum de Clericis Sæcularib. num.3.
Quid pro articulo mortis. num.4.
Quid pro casu quo Parrochus negaret Eucharistiam secularib. n.5.
Quid pro aduenis & peregrinis. num.6.
Quid pro extraneis Religiosis. num.7.
Quid pro familiaribus ipsorum. num.8.
An per modum viatici administrari illis possit Eucharistia. num.9.
An sit aliquod priuilegium circa hoc. num.10.
De administratione Eucharistiæ in priuatis Oratorijs. num.11.
Ad quos spectat administrare Eucharistiam Religiosis. num.11.
Quomodo accipienda a Sacerdotibus tempore Paschatis. num.13.
An solus Sacerdos possit ministrare Eucharistiam. num.14.
An solus ipse se possit communicare in articulo mortis. num.15.
De ieiunio obseruando à Communionem sumpturo. num.16.
In quibus casibus liceat Communio non ieiunis. num.17.
An Sacerdos non ieiunus possit quandoque celebrare. num.18.
Quid quando dubitat an sit ieiunus. num.19.
Quando concedenda Eucharistia incidentibus in amentiam, seu phrenesim. num.20.
Energumenis an concedenda. num.21.
An Sacerdos possit dare partem suæ Hostiæ volenti communicare. num. 22.
Quando publico peccatori deneganda Eucharistia. num.23.
Quando, vel non exponenda. num.24.
Alia remissiuè. num.25.

1 DE hoc venerabilissimo Sacramento quatenus ad Regulares spectat quædam dixi in duobus Summæ tomis, quæ tamen modò ampliari iure debent, vel pro casibus crebriùs occurrentibus.

2 Primo ergo non licere sub pœna excommunicationis Papalis Regularibus iure communi administrare Eucharistiam sine licentia Parochi, propter Clement. *Religiosi de priuileg.* vbi id statuitur, bene

tamen extra diem Paſchatis ex priuilegijs Summorum Pontificum quibuſdam Religioſis conceſſis, quibus tam ipſi, quam alij qui cum ipſis communicationem priuilegiorum habent vti poſſunt, dixi *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 31. *& cap.* 21. *num.* 8. *& to.* 2. *cap.* 1. *num.* 20. Quia tamen eo *num.* 8. circa eam difficultatem, an ſcilicet qui in Paſchate ſatisfecit Eccleſiæ præcepto Communionem in Parrochia ſumendo poſſit alio die eiuſdem Paſchatis apud Regulares Euchariſtiam ſumere, dixi cautè procedendum, quia vt refert Gauantus *in Man. Epiſcop. verbo Euchariſtia num.* 23. declaratum eſt à S. Congregatione non poſſe id fieri, ideo modò animaduertendum, præfatum Gauantum referre ibi duas declarationes S. Congregationis ad intentum, alteram de anno 1586. & alterâ de anno 1615. Quia ergo in alia declaratione poſteriori videlicet de anno 1619. quam Barboſa *de Officio Parochi c.* 20. *n.* 10. *& in Collectan Bullarij verbo Euchariſtia* refert, ſolum dicitur *fratres non poſſe in die Paſchatis adminiſtrare populo Euchariſtiam ſtante quod in priuilegio Eugenij* 4. *hoc eis expreſsè interdicitur pro illa die*, cum probabile ſatis ſit mentem Summorum Pontificum prohibentium ne Regulares eo die Euchariſtiâ adminiſtrent, ſolum eſſe de Cõmunione formaliter Paſchali, ideſt de ea, quæ de præcepto Eccleſiæ fieri debet, non de alia, prout tenet Suarez *to.* 3. *in* 3. *par. diſp.* 72. *ſect.* 2. §. *Cenſeo igitur, & to.* 4. *de Relig. Tract.* 10. *lib.* 9. *cap.* 3. *num.* 7. Rodriguez *to.* 1. *queſt. regular. queſt.* 56. *ar.* 3. & alij, ideo probabile etiam ſatis eſt, ſi oppoſitum non conſtet ex aliqua declaratione authentica S. Congregat. eum, qui in Paſchate Communionem in Parrochia ſumpſit, poſſe in alio die eiuſdem Paſchatis apud Regulares dictos priuilegiatos communicari, pro vt nouiſſimè tenet Nouarius *in lucern. Regular. verb. Euchariſtia num.* 11. plures alios referens. Idem etiam videtur dicendum de eo qui intra tempus determinatum ab Eccleſia ſumpturus eſt Euchariſtiam in Parrochia pro adimplendo præcepto Eccleſiæ, poſſe videlicet antea in alia die eiuſdem Paſchatis communicari apud prædictos Regulares, propter eamdem rationem. Suarez, Rodriguez, & Nouarius relati. Fauent ad hoc Nicolai quinti, & Antonij Cardinalis ac Pœnitentiarij Pauli tertij priuilegia pro Hieronimianis de Guadalupe, quæ refert idem Rodriguez *ibid.* §. *Reſpondeo ſecundò*. Ad minus tamen conſuetudini legitimæ ſtandum eſt in caſibus prædictis.

3 Nota tamen Clement. *Religioſi de priuileg.* relatam vbi adminiſtratio Euchariſtiæ prohibetur Regularibus ſine licentia Parrochi ſpeciali, non comprehendere clericos ſæculares, quia ſolum loquitur de Religioſis. Silueſter *in Summ. verb. excommunicatio* 7. *num.* 32. Cõprehendit autem omnes Religioſos Religionis approbatæ, etiam cle-

ricos

sime Militantes, Sanct. *Thom. 3. part. qu. 83. art. 4.* Ecclesiæ non ordinatos, Confratres, seu Monasteria, quia omnes illi claudantur nomine Religiosi. Silvester, & Suarez *ibid.* De Nouitijs autem, & probationibus non comprehendi, quia & illi in hac consuetudine nomine Religiosorum veniunt, non tamen in ordine. Suarez *ibid.* & Petrinus *in verbo, Monast. in Compil. c. fin. de tem. Sylvester ibid.* Nomine etiam *Præsbiteri Parrochiales* qui vitæ Clericorum intelligitur Rector Ecclesiæ parochialis, etiam si Sacerdos non sit, Navarrus *in Man. cap. 27. num. 100.* Hæc porro eo casu in ciuitate, aut in Clementina ponitur ei solum contra præfinitum ex pace ex vno *præsbitero de vita & honestate clericorum*, ex quo patet etiam absolui ibi Incertum, intra spatium dicti. Navarrus *ibid.* Fagundez *in 2. Decret. per tot. lib. 3. cap. 2. num. 14.*

4 In vniuersa autem ciuitate Parrocho pollicitæ admittuntur hoc Sacramentum à Regularibus cuiuscunque conditionis in sali ecclesiarum, seu corporis. Suarez *ibi.* Et vnum locum de Lugo *de Sanct. Sacrament. disp. 18. sect. 3. num. 53.* Huttadus *de Sanct. Eucharist. dub. 11. dif. 6. n. 18.* Et tanto magis, quia in tali casu præfinitur consuetudini Parrochi, & quoniam à non præfinitorum, præfinitum nemo Ecclesiæ conclusit.

5 Similiter eadem effet quod Parrochus regnat Ecclesiastici Sæculoribus Monasteriorum conuentus, monialium, nullus vnius abbatis, & aut illum administrationem ecclesiæ ex priuilegio Sanct. pro Monialibus quod refert Cabassutius *in Compend. practicæ Monialium cap. 2. de communione num. 8.* & pro Carmelitis, quod refert *dis. 2. Summa. cap. 23. num. 10.* pollicitationis quia ad omnium dictarum annexa ellentialium, quem abstinent. Cabassutius *ibid. num. 10.* videlicet quod pollicitis à Monialium (& etiam ab quicunque aliis communicantibus principaliter habeant) minutius, quando ecclesiæ non habeant. Sic sine legitima causa, vicinorum tellimonio probata, autcognitum eorum Sacramentum facta, deuenter, ita eum habet Leo 10. in Bulla *Dum intra in 2. 10. Bullan. inter Bullas pro num. 24. Navarrus in Man. 10. 1. quæst. 49. nr. 1.* Nalder *in Summ. verbo Eucharistia num. 15. & verbo Religiosi num. 33.* ubi translatum in hac fundum tecta monet. Adnotationes Cabassutius, & Manuales dare, pollicitationes confessiones, facta per Stipem 4. eo quod ipse Leo 10. vitæ vocis oneclio ita declarauit. Quia tamen causa vitæ vocis eiusdem hoc tempore reuocata fuit *ex S. D. N. bene dicta dis. 1. Summ. cap. 3. num. 21.* vitæ causæ procedentes.

6 Pollicitum potelt Regulares in minime Eucharistiam admittit, & peregrinis etiam in die Epiphaniæ, & aut impedimento parcepcum

H 2 a

Digitized by Google

annuæ comunionis, cum in ea re nulla iniuria fiat proprijs Parochis, quia tales aduenæ, & peregrini ab illis absunt, tenent non solum Peirinis, quem dicto *cap.* 21. *num.* 8. retuli, sed etiam Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *dub.* 23. *num.* 17. Diana *par.* 3. *Tract.* 2. *de dub. Regular. resolut.* 12. Nouarius *sup. num.* 4. & alij quos ipsi referunt, estque id satis probabile, maximè accedente priuilegio Iulij 2. pro Minimis à Peirinis eo loco relato, quo tam ipsi Minimi, quam alij cum ipsis priuilegiorum communionem habentes vti possunt.

7 Possūt præterea Religiosi extraneis Religiosis ministrare Eucharistiam, etiam tempore Paschatis, & ad impletionem præcepti Communionis, quando absunt à loco vbi sunt ipsorum Prælati. Ratio est, quia nec in hoc fit iniuria Parrochis, cum illi Religiosi Parrochis non subdantur, & præsumatur licentia Prælatorum ipsorum, nec contradicat Clementin. *Religiosi de priuileg.* quia solum est in fauorem Parrochorum & quoad ipsorum subditos. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 102. Sanchez *sup.* Fagundez *sup.*

8 Posse etiam eo tempore Paschatis plures Religiosos ministrare Eucharistiam suis familiaribus, constat ex dictis *to.* 2. *cap.* 16. *num.* 19. Quare declaratio quædam S. Congregat. quam refert Gauantus *in Man. verb. Eucharistia num.* 24. in qua dicitur famulos sæculares in Monasterijs degentes ad parrochiam in Paschate ire debere, intelligi potest de famulis Regularium nō habentium priuilegium quoad hoc. Nota tamen conditiones, quas ex Leone 10. & Concilio Trident. eodem *cap.* 16. *num.* 15. dixi requiri ad hoc quod prædicti familiares hoc, & similibus vtantur priuilegijs, & quia vna illarum est ex dicto Concilio, quod illi intra Regularium septa ac domos resideant, difficile videtur quod famulus coniugatus qui nocte dormit extra Conuentum illis vtatur, prout Diana *sup.* tenere videtur, nisi forsan illi suffragetur priuilegium de quo *num. sequenti* dicam. Ex quo constat quid dicendum de famulis mercenarijs, qui scilicet solum ad breue tempus Regularibus inseruiunt ad fodiendum, fabricandum &c. si enim isti manent intra eorum septa etiam nocte, & sub eorum obedientia, illisque actu inseruiunt; videtur posse Regulares potientes dictis priuilegijs illis administrare Eucharistiam, etiam in Paschate, quia verè sunt familiares ipsorum pro eo tempore, & in eis reperiuntur conditiones assignatæ à Leone Papa, & Concilio, secus vero si aliqua ex dictis conditionibus illis desit. Quando tamen isti non habent Parochiam, sed sunt ex aliena patria, iudicandum de illis sicut dixi *sup. num* 6. de aduenis, & peregrinis. Sanchez *sup. num.* 18. Tamburin. *de iure Abbat. to.* 2. *disp.* 5. *quæst.* 3. *num.* 7.

9 Posse autem etiam quosdam Regulares administrare Eucharistiam

Digitized by Google

ſtiam famulis ſuis dictas conditiones habentibus, etiam per modum viatici in articulo mortis, colligi poteſt ex priuilegio Leonis 10. pro Minimis, quod eo *cap.* 16. *num.* 11. retuli, & ita ſupponit Peirinis *to.* 1. *priuileg. Minim. in Conſtit. prima Iulij* 2. §. 15. *num.* 11. & Iacobus Mancinus *in Pratic. viſitandi infirmos pract.* 8. *dub.* 2. Addit pro eadem Diana *par.* 5. *Tract.* 3. *reſolut.* 52. priuilegium Pij 4. & Pij 5. in Bulla *Ad Immarceſſibilem &c.* to 2. Bullar. inter Bullas eiuſdem Pij *num.* 31. vbi Theatinis Religioſis idem conceditur, etiam pro mercenarijs famulis, operarijs, & ſeruis eorumdem Congregationis.

10 Plures etiam Regulares, (& alios qui cum ipſis communicationem priuilegiorum habuerint) poſſe miniſtrare Euchariſtiam, etiam per modum viatici, ſæcularibus hoſpitibus infirmantibus, & commorantibus in eorum Monaſterijs, tenet Peirinis *ſup.* §. 37. *num.* 92. propter priuilegium Iulij 2. Minimis conceſſum, & Peregrinus 1 *par. ſui Compend. tit. communicare num.* 3. propter priuilegium relatum Pij 4. & Pij 5. pro Theatinis. Conſule illa, maximè hoc poſterius Pij 5. quod eſt ſatis amplum. Et nota, quod ad hoc vt Religioſi vti valeant ipſis nõ requiritur quod ſint approbati ab Epiſcopis, ſed ſufficit licentia Superiorum, poſitis ipſis priuilegijs. Peirinis *ſup. num.* 93.

11 Poſſe etiam aliquos Regulares adminiſtrare Euchariſtiam ſæcularibus in priuatis ipſorum ſæcularium Oratorijs, in quibus licentiam habent audiendi Miſſam, etiam ſi Epiſcopus prohibuerit ne in illis cõmunionem acciperent, tenet Portellus *in Reſponſionib. Moralib. par.* 3. *caſu* 39. cui fauet Diana 4. *par. Tract.* 4. *Reſolut* 14. ex priuil. Pauli 4. conceſſo Minorib. in Bulla, quam refert Rodriguez in Bullario inter Bullas Pauli 4. num. 3. Quia tamen priuilegium hoc clarum non eſt (vt intuenti illud, & prohemium Bullæ patebit) ſicut nec alia, quæ affert ipſe Rodriguez *to.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.* 56. *art.* 3. ideo merito relatus Diana conſulit Regularibus nõ vti illo ſine conſenſu Epiſcoporum, præſertim cum Concil. Trid. *ſeſſ.* 22. *in decr. de obſeruand. in celebrat. Miſſar.* conceſſerit Epiſcopis facultatem prohibendi Regularibus ne celebrẽt in Oratorijs priuatis ab eiſdẽ non approbatis, conſequenter enim videtur etiam poſſe illis prohibere ne Euchariſtiam adminiſtrent. Nouarius *ſup. num.* 9. *&* 10. Ex priuilegio tamen Bullæ Cruciatæ videtur id fieri poſſe in locis vbi viget, vt habet Diana relatus, quamuis prudenter etiam conſulat ne id fiat contradicente Epiſcopo. Addit *in* 4. *par. Tract.* 4. *Reſolut.* 81. poſſe indictis Oratorijs ex vi Bullæ Cruciatæ adminiſtrari Euchariſtiam etiam in Paſchate. Sed vide dicta *ſup.* verb. *Bulla Cruciatæ num.* 14.

12 Adminiſtrare Euchariſtiam Religioſis ſolum ſpectat ad eorum Prælatos, vel habentes ab ipſis licentiam expreſſam, vel præſumptam

Ratio est, quia administratio Sacramentorum solum pertinet ad pastores ordinarios, vel de commissione ipsorum, pastores autem ordinarij Regularium sunt eorum Prælati. Tamburinus *de iure Abbat. to. 2. disp. 5. quæst. 1.* Quid verò dicendum de Tertiarijs viris, aut fœminis, constat ex dictis *to. 2. cap. 14. num. 34.*

13 Licet Sacramentum Eucharistiæ manu alterius accipientes, vt sunt laici, teneantur in Parochia tempore Paschatis pro adimpletione præcepti communicare, celebrantes tamen, scilicet Sacerdotes, etiam sæculares, non ita. Sic enim consuetudine receptum est. Naldus *in Summa verbo Eucharistia num. 5.* ex Henriquez.

14 Licet etiam regulariter loquendo minister Sacramenti Eucharistiæ debeat esse Sacerdos, *cap. peruenit de consecrat. dist. 2.* pro vt S. Th. & Theologi cum ipso docent 3. *par. quæst. 82.* fere per totam, imo non quilibet Sacerdos, sed ille qui habet potestatem iurisdictionis, siue ordinariam, siue delegatam, quia dispensatio Sacramentorũ pertinet ad pastorem spiritualem. Vasquez *de Eucharist. disp. 219. cap. 2.* Layman *lib. 5. Tract. 4. cap. 7. num. 3.* Nihilominus tempore necessitatis, vt in mortis articulo, potest Diaconus illam administrare, vt habetur ex Concilijs Niceno, Arelaten, & Carthaginen. 4. S. Tho. *sup. art. 3.* & Expositores cum ipso *ibid.* Rodriguez. *to. 1. quæst. Regul. quæst. 56. ar. 8.* Requiritur autem iusta aliqua causa vt hæc facultas Diacono conferatur, & vt ipsa legitimè vtatur. Iura enim prædictam requirunt. Suarez *to. 3. in 3. par. disp. 72. sect. 1.* Rodriguez *sup.* Vnde si præter Diaconum sint alij Præsbiteri qui possint, & velint id facere, nõ potest committi Diacono, quia iam cessat ratio necessitatis. Suarez *ibid.* Casu etiam quòd Eucharistia sit de necessitate administranda, & non adsit Sacerdos, vel nolit id facere, Diaconus eam administrat ex præsumpta voluntate Ecclesiæ, præsertim cum necesse non sit vt in hoc Sacramento ab eius administratione excludatur, qui ipsum conficere non potest. Sotus *in 4. dist. 13. quæst. 1. ar. 3.* Suarez *sup.* Similiter si in aliquo Monasterio contingat solum Prælatum esse Sacerdotem, & ipsum nullo modo ministrare posse Eucharistiam Religioso, aut famulo Conuentus morituro, potest id committere Diacono. Rodriguez *sup* Si tamen sine necessitate, aut licentia illam administraret, non solum peccaret mortaliter contra Ecclesiæ prohibitionem, sed etiam fieret irregularis, quia exerceret actum proprium Ordinis Sacerdotalis, quem non habet, vt tenet Laymanus *sup. num. 3. §. porro irregularitatem.* Administrans etiam ex commissione, si est censura irretitus etiam efficitur irregularis, quia talis administratio est actus Ordinis Diaconatus, ratione cuius efficitur capax illius. Naldus *in Summa verbo Eucharistia num. 18.* Inferiori autem clerico, scilu-

scilicet Subdiacono nunquam munus hoc conferri potest. Ita enim colligitur *ex cap. peruenit* relato, maximè accedente Ecclesiæ consuetudine, quæ nunquam hoc permisit. Suarez *sup.*

15 Nulli nisi soli Sacerdoti sacrificanti licere communicare seipsũ plures asserunt, alij negant. Sed dicendum, in articulo mortis, si non sit Sacerdos qui Eucharistiam administret, probabile est quemcunq; fidelem etiam laicum seipsum posse communicare, sicut fecisse fertur celebrem illam Reginam Scotiæ in Anglia morti proximam. Ratio est, quia etsi hoc Sacramentum non sit tam necessarium sicut pœnitẽtia, est tamen valde necessarium, præsertim pro articulo mortis, cum iuxta probabilissimam plurium opinionem, quam ex S. Tho. 3. *par. quæst.* 79. *art.* 3. sequitur inter alios Cornexo *ibid disp. vnic. dub.* 2. in aliquo casu possit conferre primam gratiam, & causare remissionem peccati mortalis, & ex alia parte hoc non est contra ius diuinum, cum in eo stando olim fideles proprijs manibus communicarent se ipsos, & sacras Hostias domos suas deferrent, vt Historiæ referunt, & ius humanum *ea peruenit de consecrat. dist.* 2. quod id prohibet, sicut nec consuetudo Ecclesiæ non videntur obligare in casu tam grauis necessitatis, vel saltem maximæ vtilitatis. Valentia *to.* 4. *disp.* 6. *q.* 10. *punct.* 1. *in fin.* Suarez *to.* 3. *par. disp.* 72. *sect.* 3. *in fin.* Diana & alij quos refert *par.* 3. *tract.* 4. *Resol.* 47. *& par.* 5. *Tract.* 3. *Resol.* 47. Addit Cornexo *Tract.* 5. *de excommun. disp.* 10. *dub.* 1 posse id facere se communicando in dicto casu articuli mortis Sacerdotem excommunicatum, etiam non tolleratum, siue ex præconsecratis Hostijs, siue etiam celebrando, præsertim si non se agnoscat contritum, sed solum attritum. Probabile etiam multis est, quemcumque fidelem etiam laicum posse alijs in eo casu extremæ necessitatis, & articuli mortis constitutis similiter Eucharistiam administrare, propter eamdem rationem. Coninchus *de Sacram. quæst.* 82. *art.* 3. *num.* 23. Iacobus Granadus *de Sacram. in* 3. *par. controu.* 6. *Tract.* 12. *disp.* 1. *num.* 4. Diana *sup.* Hæc tamen intelligenda sunt secluso scandalo, quod sæpius erit, vt credo. Layman. *sup. num.* 6. Extra articulum etiam mortis licitum erit Sacerdoti non potenti sacrificare, seipsum communicare, rationabili aliqua subsistente causa, & scandalo cessante, pro vt defendunt Suarez *sup.* Coninchus *sup. num* 25. & alij. Casu autem quo Sacerdos ægrotaret, nec esset alius qui ei administraret Eucharistiam nisi solus Diaconus, potius deberet ab ipso illam accipere, quàm sibi ipsi ministrare, quia in tali casu Diaconus ex licentia Sacerdotis, vt dictum est, id potest facere, & Sacerdos non habet causam ad id faciendum. Diana *dicto Tract.* 3. *Resolut.* 48.

16 Eucharistiam sumpturo necessarium est obseruasse à media nocte præcedenti ieiunium, non solum Ecclesiasticum, sed etiam natura-

le, ita vt vel minimum cibi, aut potus sumptisse communionem impediat, sub mortali, *ca. sacramenta de consecr. dist.* 1. *c a. nihil.* 7. *quæst.* 1, & alijs iuribus. S. Tho. 3. *par. quæst.* 80. *art.* 8. & ibi Theologi. Sotus *in* 4. *dist.* 12. *quæst.* 1. *art.* 8. Lugo *de Sacr. Eucharist. disp.* 15. *sect.* 2. Etiam si id fuerit per modum medicinæ, quia intētio Ecclesiæ in hoc præcepto est vt propter reuerentiam Sacramenti nihil ante illud ea die in stomachum deueniat. Siluester *in Summ. verbo Eucharistia* 3. *quæst.* 6. Etiam si id quod traijcitur non habeat rationem nutrimenti, vt papyrus, creta, lignum. Enriquez *lib.* 2 *de Eucharistia cap.* 49. Naldus *in Summ. verbo Eucharistia num* 10. Imo etiam si illud postea euomatur. Naldus *ibid.* Bonacina *de Eucharist. disp.* 4 *q.* 6. *punct.* 2. *num.* 10. Secus verò quando traijcitur aliquid casu aliquo, & non ex intentione, aut per modum cibi, aut potus; vt si per modum respirationis quis attraxerit, & deglutiat aliquid puluerís, vel terræ, vel aliquam pluuiæ guttam, vel aliquam muscam in os intrantem, aut etiam per modum salivæ, vt quando os abluitur, & aliquid aquæ transmittitur in stomachum, aut quando preter intentionem reliquiæ cibi, quæ heſterno die dentibus adhæserunt, traijciuntur. Sotus *sup.* Suarez *to.* 3. *in* 3. *par. disp.* 68. *sect.* 4. Bonacina *sup. num.* 6. Lugo *sup.* De tabachi sumptione noua quæstio est, propter nouum vsum, forsam abusum, huius sæculi, an impediat communionem. Aliqui enim respondent negatiuè. Diana 5. *par. tract.* 13 *Resolut.* 1. Quod mihi non placet, quia tabachus verè est nutrimentum, vt constat ex multis experientijs plurium, qui ex ipso solo sustentati sunt, verè etiam est medicina, hoc enim prætextu sumitur, sumitur etiam non casu, sed ex intentione, & proposito, vt suppono, & quod sumatur per nares non tollit quo minus talis actio sit comestio, etsi non communis, & ordinaria, sed extra ordinaria, qualis esset si ægroto edere per os non potenti aliquis liquor daretur per nares, vt inde ad stomachū deueniret. Quare credo, quod, siue sumatur in puluere, siue in fumo, siue in folio, siue per os, siue per nares, nisi sit in tam parua quantitate vt moraliter certum sit, nihil ipsius substantię ad stomachum peruenisse, impedire communionem. Lege Antonium de Leone *in quæst. moralib. de Chocolate par.* 2. 5. 4. *à num.* 10. vbi affert duo Concilia Prouincialia Limense, & Mexicanum, à S. Congregatione Cardinalium approbata, vbi hæc sententia confirmatur.

17 Sunt tamen aliqui casus, in quibus licitum est sumere Eucharistiam non ieiunis, primus est de infirmis, quibus non ieiunis potest conferri Eucharistia per modum Viatici, quādo commodè aliter fieri non potest. Ita tenet communis vsus Ecclesiæ. Intellige etiam toties quoties status morbi mutatur cita vt, esset, redeatque mortis periculum.

Suarez

Suarez *ſupra ſect.* 5. Imo etiam ſi non mutetur poſſe infirmum eodem modo communicari in eadem infirmitate poſt octo, vel decem dies poſt præcedens Viaticum, propter magnam vtilitatem huius Sacramenti pro illo periculo mortis, tenent Suarez ſupra, & Toletus *in Summa l.6. c* 15. *n.*2. In caſu etiam quo quis v.g. iſto mane ſe communicauit, ſi poſt prandium incidat in periculum mortis poſſe illi iterum dari Euchariſtiam, & ſi plures negent, probabiliter tamen affirmant Hurtadus de Mendoza *de Sacram. diſp.* 10. *de Euchariſt. diffic.*2. & alij quos ſequitur Diana 5. *par. tract.* 3. *reſolut.* 33. Secundus caſus eſt, quando ita poſtulat reuerentia huius Sacramenti, vt ſi Sacerdos animaduertat fore, quod alioquin perueniet ad manus hæreticorum, vel aliorum, à quibus iniquè tractabitur. Henriquez *ſupra c.*50. Laymanus *l.*5. *Tract.*4. *cap.*6. *num.*22. Qui in tali caſu animaduertit deberi cum reuerentia ſumi à Sacerdote, vel ſi is non adſit, à clerico, vel laico. Tertius eſt, etſi rarus, quando aliquis non ieiunus cogitur communicare, vel celebrare ad vitandum ſcandalum, tunc enim præceptum Eccleſiaſticum cedit naturali cõſeruandi famam. Suarez *ſup. ſect.* 5. Layman. *ſup.* Idem dico ſi aliquis cogeretur non ieiunus ad celebrandum, quando id non eſſet in contemptum Eccleſiæ. Diana *Tract.*3. *reſolut.* 39. Quartus contingit in celebratione Miſſæ, ſi Sacerdos peracta conſecratione ante communionem moriatur, & non eſt alius, qui ſubſtituatur ad perficiendum ſacrificium, niſi Sacerdos non ieiunus, talis enim ſubſtituendus eſt, quia præceptum perficiendi ſacrificium ſtrictius eſt præcepto ſumendi Euchariſtiam ieiuno ſtomacho, quia illud eſt diuinum, iſtud humanum. Nauarrus *in Man. c.*25. *num.*86. Vel quando Sacerdos loco vini conſecrauit aquã, & hoc non animaduertit, niſi poſt aquæ ſumptionem. Tunc enim de nouo debet vinum conſecrare, & conſecratum ſumere, propter eamdem rationem. Henriquez *dicto c.*5. Vel quando Sacerdos cepta Miſſa recordatur ſe non eſſe ieiunum, nec poteſt omittere Miſſam propter ſcandalum, quod inde oriretur, aut quia eſt iam poſt conſecrationem. Suarez *ſup. ſect.*6. Laymanus *ſup. num.*21. Quintus contingit Sacerdoti etiam poſt ſumptam ablutionem, quando reperit aliquam particulam Hoſtiæ in patena, vel quando adhuc illi reſtant aliquę particulæ adhærentes palato, quia huiuſmodi particularũ ablumptio pertinet ad vnum, idemque ſacrificium, & reputatur pro vna communione. Suarez *ſup. ſect.*6. Henriquez *ſup. c.*50. De reliquijs etiam manentibus in vaſe communionis poſtquam diſpenſata eſt Euchariſtia, idem videtur dicendum, quando fuerunt conſecratæ in eadem Miſſa, propter eamdem rationem, vel quando etiam ſi in alia conſecratæ fuerint non poſſunt reuerenter cuſtodiri, propter reuerentiam tanti Sacramenti,

menti. Aliàs autem melius est, quod conferuentur. Bonacina *sup. num.* 14. ex alijs.

18 An vero Sacerdos non ieiunus possit celebrare ad consecrandã Hostiam pro communione moribundi, quamuis communis sententia negatiuè respondeat, eo quod maior ratio habenda sit de reuerentia Sacramenti, quam de communione moribundi, præsertim cum eo casu non obligetur præcepto communicandi, nisi adsit aliqua Hostia cõsecrata (Sotus *in* 4 *dist.* 12. *quæst.* 1. *art.* 8. Nauarrus *in Man. cap.* 25. *num.* 89. & alij) Nihilominus aliquibus est probabile oppositũ, intelige, cessante scandalo. Layman *sup. num.* 21. cui fauent Suarez *supra dicta sect.* 5: Granadus *in* 3. *par. de Sacram. controu.* 6. *Tract.* 10. *disp.* 8. *num.* 12. & Diana 5. *par. Tract.* 3. *Resolut.* 35. post Maiorem, Zambranum, & Zanardum. Ad communicandum tamen seipsum in prædicto articulo mortis constitutum posse Sacerdotem non ieiunum celebrare, si aliunde sacram Eucharistiam non haberet, etiam probabiliter tenent Laymanus *sup. num.* 20. & Lugo *de Sacram. Eucharist. disp.* 15. *sect.* 4. *num.* 69.

19 Quid autem dicendum in casu, quo Sacerdos dubius sit an aliquid sumpserit post mediam noctem, vel quando post quam vnum horologium sonuit pro media nocte, aliquid comedit ante quam aliud sonaret, constat ex dictis supra verbo *Dubia Regularium num.* 13.

20 Etiam ijs qui in amentiam seu phreneſim inciderint ad ministrandam in mortis articulo Eucharistiam, non solum quando eam prius explicitè petierunt, sed etiam quando implicite desiderarunt, colligitur ex Concilio Carthaginensi 4. *cap.* 76. & Arausic. 1. *cap.* 3. vt refertur *canone is qui* 26. *quæst.* 6. Ratio est, quia tales obligabantur hoc præcepto, & tanti Sacramenti receptio vtilissima illis est pro salute animæ; non ergo eis denegari debet. Layman. *lib.* 5. *Tract.* 4. *cap.* 4. *num.* 4. Bonacina *de Eucharist. disp.* 4. *quæst.* 6. *punct.* 1. *num.* 4. & 5. Requiruntur autem ad id tres conditiones. Prima, quod non credatur tales esse in statu peccati mortalis, vt sic enim sunt indigni Eucharistiæ receptione. Secunda, quod non sit spes redituros ad vsum rationis. Tunc enim expectandum esset, vt maiori cum fructu, & deuotione communionem reciperent. Tertia, quod non sit periculum irreuerentiæ in Sacramentum, puta quod illud essent expuituri &c. cuius rei experientia capi potest dando illis prius Hostiam non consecratam. Layman. *ibid.* Vt verò credantur implicite desiderasse hoc Sacramentum, sufficit piè, & catholicè vixisse. Granadus *de Sacram. in* 3. *par. controu.* 6. *Tract.* 10. *disp.* 5. *num.* 3. & 4. Lugo *de Sacram. Eucharist. disp.* 13. *sect.* 3. *num.* 24. & 25. Lege Sancium *in Select. disp.* 38.

Energu-

Digitized by Google

21 Energumenis etiam tribui debet Eucharistia, nisi sit periculum irreuerentiæ, & habeant vsum rationis, propter rationem adductam. Sotus *in* 4. *dist.* 12. *quæst.* 1. Layman *dicto cap.* 4. *num.* 6.

22 Posse sacerdotem celebrantem dare partem suæ Hostiæ alicui volenti communicare nonnulli approbant. Sed cum hoc sit contra vsum Ecclesiæ & cęremonias Missalis, nullo modo admittendum est, nisi in casu raro, in quo insignis aliqua persona communicari vellet, nec esset alia Hostia, & scandalum nō esset. Quo sensu accipiendus Granadus *de Sacram. in* 3. *par. controu.* 6. *Tract.* 13. *disp.* 13. *num.* 4. Meritò ergo in Constitutione Synodali à Serenis. Cardinali infante edita, 1622. id prohibitum est. Casu tamen quod esset communicandus moribundus, nec alia Hostia esset, id fieri sine dubio posset, propter dicta in superioribus. Granadus *ibid. num.* 3.

23 Publico peccatori, v. g. publico vsurario, vel publicæ meretrici antequam de ipsius pœnitentia constet, publicè, vel occultè petenti Eucharistiam, denegari debet, tum quia margaritæ non sunt mittendæ ante porcos, tum quia talis est indignus tanto Sacramento, & Sacerdos cui commissa est illius dispensatio, debet illud prudenter administrare. Suarez *to.* 3. *in* 3. *par. disp.* 67. *sect.* 2. Rodriguez *in Summ. to.* 1. *cap.* 68. *concl.* 2. *num.* 2. Occulto autem peccatori, quamuis si in occulto petat, denegari etiam debeat, propter dicta, secus verò, si in publico petat, tum exemplo Christi, qui illam non denegauit Iudæ, quem sciebat peccatorem, tum ad euitandum scandalum aliorum, & illius infamiam. Sotus *in* 4. *dist.* 12. *quæst.* 1. *ar.* 6. Nauarrus *in Man. cap.* 21. *num.* 55. *& 56.* Si tamen sine scandalo & infamia repelli posset, repellendus est. Suarez *sup. disp.* 67. *sect.* 4. *in fin.* Quando etiam peccatum occultum est cognitum solum per Confessionem, cum non liceat Confessario vti scientia Confessionis, ne ea reddatur odiosa, denegari non debet communio, nisi Sacerdos bono modo, & sine offensione sigilli excusari se posset. Bonacina *de Sacram. disp.* 1. *quæst.* 6. *punct.* 4. *num.* 4. Si tamen aliquis in vno loco v. g. Romæ sit publicus peccator, & existens Matriti petit publicè communionem, licet plures dicant posse illi negari, quia per suum peccatum Romę publicum amisit ius suæ famæ, nihilominus probabile valdè est posse illi concedi eo modo quo dixi peccatori occulto concedendam esse, tum quia in dubio credendus est emendatus, tum quia esto Sacerdoti constet emendatum non esse, Matriti tamen retinet bonam famam, & ibi est occultus peccator Sotus *sup.* Henriquez *de Euchariſt. c.* 57. Quid verò dicendum quando Sacerdos dubitat, an ille qui petit communionem, sit publicus peccator, aut non, habes supra verbo *Dubia Regularia num.* 15.

Qua-

24 Qualiter Euchariſtia exponi non debeat à Regularibus publicè adoranda ſine cauſa ab Ordinario approbata, dixi ex declarationibus S. Congregationis *to.* 2. *Summ. c.* 1. *num.* 26. Vide & Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Euchariſtia.* vbi etiam habet ex alia declaratione non eſſe ſingulis diebus exponendam (intellige etiam ab illis, qui id poſſunt facere,) ſed in quibuſdam tantum Solemnitatibus. Qualiter etiam non retinenda in Oratorijs Confraternitatum, dixi ex declarationibus etiam Sac. Congregationis eodem *to.* 2. *c.* 15. *num.* 22. Multo minus poſſe ab illis exponi, conſtat ex alia declaratione apud eumdem Barboſam *ſup.* Renouandam eſſe ſingulis octo, vel quindecim diebus, habetur ex Clem. 8. in Conſtit. *Sanctiſſimus* in 3. to. Bullar. inter Conſtitutiones ipſius *num.* 34. Naldus *in ſumma verbo Euchariſtia num.* 19. Sumenda eſt ſemper à Sacerdote ſiue ſano, ſiue infirmo habente Stolam, ex Concil. Bracarenſi, Rituali Romano Pauli 5. & conſuetudine. Naldus *ſup. verbo Sacerdos num.* 7. Deferendam eſſe (intellige in proceſſionibus) à celebrante proprijs manibus, non obſtante quauis contraria conſuetudine, etiam conſtat ex alia declaratione S. Congregationis apud Barboſam *ſup.* Vbi etiam ex alijs declarationibus habetur feria quinta in Cœna Domini ſub vnica tantum claue retinēda per Sacerdotem in craſtinum celebraturo aſſeruari debere, & nullo modo apud perſonas laicas, & ſæculares cuiuſcunque ſtatus, gradus, & conditionis, non obſtante conſuetudine in contrarium, etiam apud Regulares.

25 Vide dicenda 4. to. verbo *Miſſa*.

EXAMEN EXAMINATORES.

SVMMARIVM.

De hac materia remiſſiuè. num. 1.
De Examinatoribus Synodalibus. num. 2.
Quales ij debeant eſſe. ibid.
De conditionibus ipſorum. ibid.
An Regulares eligi poſſint. ibid.

1 DE examine Confeſſariorum Regularium dixi *to.* 1. *Summ. c.* 19. *à num.* 2. & *to.* 2. *c.* 1. *num.* 18. De examine Concionatorum eo *to.* 1. *c.* 20 *à num.* 1. & *to.* 2. *c.* 1. *num.* 17. & ſupra verbo *Epiſcopus num.* 22. De examine puellæ ſuſcepturæ habitum Religionis, vel profeſſionē emiſſuræ, dixi eodē *to.* 1. *c.* 25. *n.* 12. & *to.* 2.

to.2.c.1.num.24. & ſupra verbo *Epiſcopus num.8.* De examine autem Regularium ad beneficia Regularia dixi eo *to. 2.c. 18. num. 11.* De examinatoribus autem pro Regularibus Cõfeſſarijs, Concionatoribus, lectoribus publicis, ac promouendis ad Sacros Ordines, iuxta decreta Summorum Pontificum Clem.8.& Vrbani 8. deſignandis in Capitulis Generalibus,vel Prouincialibus, dixi *to.2.c.12.num.33.*

2 Solum hic aliquid dicendum de Examinatoribus ſynodalibus à Concilio Trident. *ſeſſ. 24.cap.* 18. aſſignatis pro prouiſione Eccleſiarum Parrochialium, pertinet enim eius rei notitia ſpecialiter ad Regulares. Conſtat namque ex Concilio ibidem huiuſmodi Examinatores debere eſſe Magiſtros, ſeu Doctores, aut Licentiatos in Theologia, aut iure Canonico,vel alios clericos ſeu Regulares etiam ex Ordine Mendicantium. Vnde ex alijs Ordinibus etiam aſſumi poſſunt. Gauantus *de Synodo par.1. cap.31.& in Man. verb. Examinatores n.5.* Nouarius *in lucern.Regular.verb.Examinatores num.2.* Declaratum etiam eſt à Sacra Congregatione in vna Turritana ſub die 10. Martij 1629. in prædictos Examinatores Synodales non poſſe eligi Clericos ſæculares aut Regulares, qui dictis gradibus non ſunt inſigniti,niſi illi viri qualitatis expreſſæ non extent, quo caſu ſunt eligendi, qui ad munus exercendum magis idonei videbuntur,eorumque vota æqualis valoris, & efficaciæ erunt ſicut aliorum.Barboſa *de Offic.& poteſt.Parochi cap.2. num.75.* Debent autem iſti Examinatores iurare ad Sancta Dei Euangelia ſe,quacunque humana affectione poſtpoſita,fideliter munus executuros, pro vt habet idem Concilium vt ſupra illis verbis *Iurentque omnes &c.* ita vt ſi non iurauerint Concurſus vitietur. Declaratum enim eſt à Sacra Congregatione in vna Biſignanen. ſub 2.Decembris 1628.Concurſus factos non præſtito iuramento ab Examinatoribus Synodalibus fuiſſe nullos. Barboſa *ibid. num.78. & de Offic. & poteſtat. Epiſcop. Allegat.58.num.48.* Vnde iuramentum illud, & ad S. Dei Euangelia pertinet ad formam.Nicolaus Garzia *de benefic. par.9. cap. 2. num.356.* Barboſa *ſup. dict. num.48.* Cauere autem debent, *ne quidquam prorſus occaſione huius examinis, nec ante nec poſt accipiant, alioquin Simoniæ vitium tam ipſi, quam dantes incurrent, a qua abſolui nequeant niſi dimiſſis beneficijs, quæ quomodocunque etiam antea obtinebant, & ad alia in poſterum inhabiles reddantur.* Ita enim habetur eo loco Concilij.Garzia *ſup. à n.368.* Franciſcus Leo *in Theſaur. fori Eccleſiaſt. par.2. cap.3. num.25.* Ita vt nec poſſit Ordinarius ſtatuere aliquod ſtipendium etiam minimũ pro illis, & ſi ſecus ſtatutum fuerit decretum irritum ſit. Ita enim eſt deciſum, vt refert idem Garzia *dict. cap.2. num.374.* In Eccleſijs autem Hiſpaniarum contrarium receptum eſſe teſtatur Petrus Ledeſma

in Sum-

in Summa par. 2. Tract. 7. cap. 1. Concl. 7. propè finem. Posse autem Episcopum aliquid de suo præfatis Examinatoribus conferre, titulo præmij, stipendij, seu sustentationis, quia Concilium non videtur loqui de Episcopo, probabiliter tenent Garzia *sup. num.* 379. Bonacina *de Simonia quæst. 7. punct. 2. diff. 1. num. 6.* An vero examinatus possit aliquid dare in eleemosinam Conuentui, vel Monasterio vnde erat Religiosus ipsius Examinator, intuitu examinis, res est dubia, & problematicè disputari potest. Idoneitas de qua iudicare debent, pro vt colligitur ex Concilio non solum est respectu scientiæ, sed etiam ætatis, morum &c. Sigismundus a Bononia *de elect. dub. 32* Naldus *in Summa verbo Examinatores num.* 2. id referens decisum à S. Congregatione. Dicit etiam *num.* 1. Examinatores non posse aliquem reprobare propter defectum notum in sola Confessione, quod mihi certum est, non enim est licitus vsus scientię Confessionis pro externa gubernatione, pro vt sæpe dixi. Alia ad intentum in prædictis Auctoribus reperiet lector.

EXCOMMVNICATIO quoad Regulares.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num. 1.
Quatenus spectat ad Regulares. ibid.
De Religioso minori excommunicatione ligato, quæ illi sint prohibita. num. 2.
An eligi possit. num. 3.
Num priuetur iure eligendi. num. 4.
Excommunicatio minor à quo, & in quibus casibus feratur. num. 5.
Ab illa quis absoluat. num. 6.
Excommunicato maiori excommunicatione quorum Sacramentorum administratio sit prohibita. num. 7.
Quorum Sacramentalium vsus. num. 8.
Quomodo peccet Sacramenta recipiendo. num. 9.
Quid de illo, qui ipsi Sacramenta ministrauerit. num. 10.
De priuatione suffragiorum Ecclesiæ. num. 11.
Quomodo ea intelligenda. ibid.
An Missa pro hæreticis celebrari possit. num. 12.
Excommunicatus non celebrat, nec actum Ordinis exercet. num. 13.
Nec diuina officia ex officio celebrat. num. 14.

Pri-

Digitized by Google

Priuatim diuinum officium recitat. num.15.
Quomodo id facere poteſt. ibid.
Prohibitæ non ſunt illi priuatæ orationes. num.16.
An prohibeatur concionare. num.17.
An exercere Officium lectoris. num.18.
An aſsiſtere Miſſæ, aut Officijs diuinis. num.19.
An alij eum admittere poſsint ad diuina. num.20.
Quid faciendum ſi excommunicatus velit diuinis aſsiſtere. num.21.
Prohibitum eſt alijs cum excommunicato diuinis aſsiſtere. num.22.
An teneatur diebus feſtiuis audire Miſſam. num.23.
An poſsit intrare hæreticorum templa. ibid.
Incapax eſt beneficiorum Eccleſiaſticorum. num.24.
Quid ſi ad illa eligatur. ibid.
An ſit capax penſionis. num.25.
An fructus beneficij, vel penſionis recipere poſsit. num.26.
Regulares excommunicati quorum Officiorum Ordinis ſint incapaces. num.27.
Quid ſi in excommunicatione ea obtinuerunt. num.28.
Grauiter peccat qui excommunicato confert aliquod Officium, vel beneficium. num.29.
Quid faciendum pro noua collatione. num.30.
Iure eligendi quomodo priuetur excommunicatus. num.31.
Suſpenditur ab Officijs. num.32.
Priuatur vſu iuriſdictionis. num.33.
Actus iuriſdictionis ab ipſo facti an valeant. num.34.
Quomodo ſe gerere debeat ſubditus cum Prælato excommunicato. num.35.
An Prælatus excommunicatus abſoluat. ibid.
Priuatur excommunicatus omni communicatione forenſi. num.36.
An ſaltem actoris munus exercere poſsit. ibid.
An munus patroni, ſeu aduocati. num.37.
An poſsit teſtis eſſe. num.38.
An tabellio. num.39.
An vt reus conueniri poſsit. num.40.
Irritat excommunicatio litteras, & reſcripta Apoſtolica obtenta. n.41.
Priuatur excommunicatus omni ciuili, & politica communicatione. num.42.
In quibus caſibus. ibid.
Cum moderatione tamen Extrauagantis ad Euitanda. *num.43.*
An alij fideles cum excommunicatis communicare poſsint. num.44.
Caſus in quibus poſsunt. num.45.

Quid

Quid intelligatur per particulam lex. *num.*46.
Quid per particulam humile. *num.*47.
Quid per particulam res ignorata. *num.*48.
Quid per particulam neceſſe. *num.*49.
*An etiam in diuinis communicare poſsit in caſib. prædictis. num.*50.
*Debita num ſolui debeant excommunicato. num.*51.
De excommunicato in excommunicatione per annum perſiſtente. num. 52.
Priuatur excommunicatus Eccleſiaſtica ſepultura. num 53.
Quomodo id intelligend. ibid.
*Alia remiſsiuè. num.*54.

1 DE hac cenſura plura dixi, tum primo, & ſecundo tomo, Summ. tum in hoc tertio verbo *Abſolutio*, verbo *Bulla Cœnæ*, verbo *Bulla Cruciatæ*, verbo *Caſus reſeruati*, verbo *Cenſuræ*, verbo *Confeſſarius*, & ſparſim per totum opus. Nunc vero applicando materiam excommunicationis ſpecialiter Regularibus, in gratiam ipſorum agam de natura, & effectibus excommunicationis, quatenus ad ipſos regulariter ſpectare poteſt. Cum autem excommunicatio ſit duplex, alia maior, & alia minor, maior quidem illa, quæ priuat hominem bonis communibus fidelium, videlicet Sacramentis, ſuffragijs Eccleſiæ, & communicatione humana: minor verò quæ priuat communione paſſiua ſacramentorum. *Cap. ſi celebrat. de Cleric. excommunicat. miniſt.* (Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.*4. & 5. Cornexo *to.*2. *in* 3. *par. S. Th. Tract.*5. *de excommunicat. diſp.*1. *dub.*3.) ideo de vtraque agendum, & primò de excommunicatione minori.

2 Ergo Religioſus minori excommunicatione ligatus non poteſt aliquod Sacramentum v.g. Euchariſtiam, Ordinem &c. ſuſcipere, ita vt ſi illud ſuſcipiat peccet mortaliter. Ita enim colligitur tum ex *d. cap. ſi celebrat.* adiuncta communi expoſitione Doctorum; tum ex eo quod violat præceptum Eccleſiæ in materia graui. Ioannes Beetz *in præcept. Decalog. præcept.* 3. *expoſit.*4. *cap.*10. *littera B.* Cornexo *ſup. diſp.*9. *dub.*2. Layman. *lib.*1. *Tract.*5. *par.*2. *cap.*3. *num.*4. Non tamen propterea incurrit irregularitatem, aut aliam cenſuram *d. cap. ſi celebrat.* Beetz, & Cornexo *ſup.* Conſequenter etiam miniſtrans illi Sacramenta grauiter quoque peccat, niſi excuſetur ratione ignorantiæ, ſcandali, aut alterius mali vitandi: cooperatur enim peccato illius. Bonacina *de excommunicat. diſp.*2. *quæſt.* 3. *num.*3. Sacramenta autem quæ recipit validè recipit, quia per excommunicationem minorem non redditur incapax Sacramentorum. Cornexo *ſup.* Excepto Sacramento pœnitentiæ, quia cum peccet mortaliter illud recipiendo, non ſolum poni-

nit

mit obicem gratiæ, ſed etiam ipſum reddit nullum. Cornexo,& Bonacina *ſup.* Secus ſi petat prius abſolutionem cenſuræ, aut ſciat abſolutionem ab illa eſſe ſibi eō̃edendam antequam abſoluatur à peccatis. Bonacina *ſup.* Poſſe autem recipere Sacramenta quando id neceſſe eſſet ad vitandum ſcandalum, infamiam &c. à fortiori conſtabit ex dicendis infra *num.* 9. cum de excommunicato maiori excommunicatione idem dicam. Quamuis autem plurium ſententia ſit, talem excommunicatum excommunicatione minori peccare mortaliter, vel ſaltem venialiter in adminiſtratione Sacramentorum, ſi ſine neceſſitate id faciat, ex eo quod in d. cap. *Si celebrat* dicatur; *peccat autem conferendo Eccleſiaſtica Sacramẽta* (Ioannes Betz *ſup.* & alij Recentiores) Nihilominus oppoſitum eſt probabilius, aliàs dici deberet quod excommunicatio minor ſicut priuat communicatione paſſiua Sacramẽtorum, ſic & actiua. Textus autem ille intelligitur de illa collatione Sacramentorum, quæ eſt adiuncta cum receptione, pro vt contingit in Epiſcopo ordinante, qui ſimul celebrat, & ſe communicat, & in Sacerdote etiam celebrante, qui etiam ſe communicat. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 24. Suarez *to.* 5. *in* 3. *par. diſp.* 24. *ſect.* 2. *num.* 7. *&* 12. Cornexo *ſup. dub.* 1.

3 Religioſus etiam excommunicatione minori ligatus, ſi electus fuerit ſcienter, talis electio eſt irritanda. Ita enim habetur *d. cap. ſi celebrat.* vbi ſic: *Si ſcienter talis electus fuerit, eius electio eſt irritanda, pro eo quod ad ſuſceptionem eorum eligitur, à quorum perceptione à SS. Patribus eſt priuatus.* Vnde ſi ignoranter talis electio facta eſt, ſiue ignorantia ſe teneat ex parte electorum, ſiue ex parte electi, ſiue vtrorumque, valida erit, quia textus dicit *ſi ſcienter*, & ratio, quæ ibi adducitur de omnibus probat. Suarez *dicta ſect.* 2. *num.* 18. Cornexo *ſup. dub. vlt.* Cum autem dicatur in textu *eſt irritanda*, colligitur non eſſe ipſo iure irritam, ſed annullandam per ſententiam. Ioan. Beetz. *ſup.* Toletus *in Summa lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 2. Cornexo *ſup.* Intelligitur etiam communiter textus de electione ad aliquam dignitatem, vel beneficium, ea ſcilicet quibus annexa eſt ſuſceptio alicuius Sacramenti, non ad alia, propter rationem in textu aſſignatam. Suarez *ſup. num.* 14. *&* 15. Cornexo *ſup.* Idem dico de collatione ipſorum, tum quia talis collatio eſt virtualis quædam electio, cum ſit acceptio vnius præ multis, tum quia ratio textus æquè in vtroque procedit. Suarez *ſup. num.* 21. Cornexo *ſup.* Et de preſentatione, propter eamdem rationẽ. Laymàn. *ſup. num.* 5. Quæ verò Officia ſint in Religionibus, quæ nomen dignitatis merentur, dixi *to.* 2. *Summ. cap* 13. *num.* 2. & quæ dicantur beneficia Eccleſiaſtica in illis *to.* 1. *cap.* 15. *num.* 32. 33. & eo *to.* 2. *cap.* 18. Hinc, talem eligentes peccant mortaliter, & ſimiliter ipſe

electus, si se eligi permittat. Transgrediuntur enim legem canonicam in materia graui. Bonacina *sup. num.* 7. Peirinis *in to.* 2. *de Prælato quæst.* 2. *cap.* 5. *num* 24 Non tamen propterea incurrunt aliquam pœnam, vel censuram, cum non sit in iure expressa, secundum Suarez *sup. num.* 22. & alios. Licet Peirinis *sup. num.* 26. probabiliter dicat talem eligentes incurrere pœnam *cap. cum in cunctis* §. *clerici de elect.*

4 Non tamen Religiosus sic ligatus excommunicatione minori priuatur iure eligendi, *cap. si celebrat.* relato. Vnde potest ipse eligere, presentare, & vti omni iurisdictione, quam alias habet, audire Missam, sumere pacem, diuinis Officijs interesse, frui suffragijs, communicare cum alijs, absoluere alios à peccatis, censuris &c. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 24. Bonacina *sup. num.* 7. 8. 9. & 10. Peirinis *sup. n.* 25.

5 Hæc porro excommunicatio minor licet ab homine ferri possit sicut, & maior, vsu tamen Ecclesiæ rarò, aut fere nunquam sic fertur. Nauarrus *sup. num.* 25. Toletus *sup. num.* 3. Similiter, esto secundum aliquos à iure sit lata propter aliquos casus, de quibus Suarez *sup. sect.* 3. nunc autem solum propter vnum incurritur, scilicet propter communicationem, aut participationem indebitam cum excommunicato maiori excommunicatione. *cap. nuper de sent. excommunicat.* Toletus *sup.* Suarez *sup. num.* 2. Dixi *indebitam*, quia si communicatio sit inculpabilis, scilicet, vel in casibus iure permissis, de quibus *à n.* 45. dicetur, aut etiam quando, vel ob ignorantiam, vel ob aliam causam sic communicans non peccat, non incurrit hanc excommunicationem, cum enim sit pœna non incurritur nisi supposita culpa. Suarez *sup. num.* 3. Non requiritur autem ad hoc culpa mortalis, sed sufficit venialis. Etsi enim si communicatio est in diuinis tunc sit mortalis, quando vero in humanis, regulariter soluni reputatur transgressio leuis, & venialis, nisi adesset contemptus, aut communicatio esset cum excõmunicato de participantibus, aut in crimine criminoso, iuxta dicenda infra *num.* 44. Toletus *sup.* Forsan etiam non sufficit ad eam incurrendam culpa, quæ solum est venialis ex defectu aduertentiæ, aut deliberationis, vt putat Suarez *sup.* quia in tali culpa non reperitur perfecta inobedientia, aut contumacia, quæ ad incurrendam censuram, est necessaria. Dixi etiam supra *cum excommunicato maiori excommunicatione.* Quia communicans cum excommunicato minori excõmunicatione, siue in diuinis, siue in humanis nullam aliam excommunicationem incurrit, nec excommunicatio minor, vt dicitur parit aliam. Nauarrus, & Toletus *sup.* Adde, quod licet olim ad incurrendam excommunicationem minorem sufficeret communicare cum quocunque excommunicato, respectiuè tamen, scilicet cum publico publicè, & cum occulto occultè, ex *cap. cum non ab homine de sent.*

excom-

excommunicat. (Cornexo *d. Tract.* 5. *de excommunicat. disp.* 10. *dub. vlt.* Layman. *lib.* 1 *Tract.* 5. *par.* 2. *cap.* 4. *in princip.*) modò verò post Concilium Constantiense, vt teneamus vitare excommunicatum, ac proinde, vt incurratur excommunicatio minor propter communicationem cum ipso, requiritur, quod talis excommunicatus sit, vel tam notorius percussor clerici quod nulla tergiuersatione celari possit, aut iuris suffragio excusari, vel sit à Iudice, vel Superiore specialiter publicatus, vel denunciatus. Ratio est, quia ita decretum fuit in dicto Concilio Constantiensi confirmato à Martino S. in Extrauag. *Ad vitanda*, quam referunt S. Antonin. 3. *partit.* 26. *cap.* 3. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 35. Sotus *in* 4. *dist.* 22. *quæst.* 1. *ar.* 4. Quæ licet postea correcta fuerit a Concilio Basilienſi *sess.* 20. vbi quicunque notorij excommunicati vitandi dicuntur, hoc tamen Concilium approbatum non est quoad hoc, & consuetudine Ecclesiæ receptum est oppositum; Suarez *to.* 5. *in* 3. *par. disp.* 9. *sect.* 2. Cornexo *dub. vlt.* Layman. *sup. num.* 1. Solum ergo hoc tempore excommunicati vitandi, & non tolerati, sunt, vt dictum est, publici clericorum percussores, aut publicati, & denunciati, reliqui autem excommunicati dicuntur tolerati, & non vitandi. De quibus plura infra.

6 Ab excommunicatione minori inter Regulares contracta si lata esset ab homine solum conditor ipsius absoluere posset, iuxta dicta supra verbo *Censura Ecclesiastica num.* 12. Bonacina *sup. d. quæst.* 3. *num.* 11. Lata tamen à iure, qualis regulariter fere semper est, absoluitur quoad forum externum à quocunq; Prælato ordinario ipsius excõmunicati. Layman. *sup. cap.* 3. *num.* 6. Quoad forum vero internum non solum à quocunque Prælato, qui proprius Sacerdos sit, *cap. nuper de sent. excommunicat.* sed etiam à quocunque Confessario ipsorum Regularium tolli potest, cum iuxta dicta supra verbo *Confessarius Regularis nu.* 11. Confessarij pro Regularibus assignati possint illos absoluere ab omnibus peccatis, & censuris non reseruatis. An verò id possint facere simplices Sacerdotes qui nullo modo Cõfessarij sunt, quamuis probabilis sit pars affirmatiua, quando scilicet hæc excommunicatio incurreretur solum propter peccatum veniale, probabilius tamen est oppositum, iuxta dicta *to.* 1. *Sum. cap.* 21. *num.* 13. De quo Layman. *sup. num.* 6. Bonacina *sup. num.* 15. Qui etiam *num.* 16. addit ad absolutionem ipsius sufficere verba exprimentia absolutionem, & quod detur sub conditione quando pœnitens dubitat se illam incurrisse.

7 Religiosus autem, & quicunque alius excommunicatione maiori ligatus non potest ministrare aliqua Sacramenta. *cap. Apostolicæ, & cap. si celebrat. de clerico excõmunicat. celebr. & ca. Engeltrudam* 3.

*quæst.*4. Vnde, ea administrans mortaliter peccat, quia in re valde grauiter violat præceptum Ecclesiæ. Cornexo *d. Tract.* 5. *disp.*10. §.1. Layman. *lib.* 1. *Tract.*5. *par.* 2. *cap.*2. *num.*5. Quod intellige, non solum de excommunicato non tolerato, seu vitando, vt de se patet, sed etiam de tolerato, seu non vitando, quantum est ex parte sua, si videlicet se ingerat in administratione Sacramentorum, quia Extrauagans *Ad euitenda* adducta nihil suffragatur illi, licet, si ab illo petantur Sacramenta, possit ea administrare, vt infra dicetur. Suarez *sup. disp.* 11. *sect.* 1. *n.* 1. *& sect.* 4. *num.*10. & sequentibus. Incurrit etiam irregularitatem si illa administret ex Officio. Suarez dicta *disp.* 11. *sect.* 3. Cornexo *d.* §. 1. *dub. vltimo.* Vide dicendæ verbo *Irregularitas num.*55. Sacramenta tamen ab excommunicato quocunq; administrata valida sunt, quia Sacramentorum valor solum pendet iure diuino ex applicatione veræ materiæ, & formæ. Vasquez *Tract. de excommunicat. dub.*3. Bonacina *d. disp.*2. *quæst.* 2. *punct.*2. §. 3. *num.*1. & §.4. *num.*1. Excipe Sacramentum pœnitentiæ, administratum enim ab excommunicato non tolerato, nullum, & irritum est ob defectum iurisdictionis. Vasquez *sup. dub.*4. Bonacina *dicto* §.4. *num.*1. nisi in casu quo esset publicus error facti, & titulus præsumptus, quia tunc Ecclesia ei tribuit iurisdictionem, iuxta *l. Barbarius ff. de Offic. Prætor.* Laymam *sup.* In casu etiam extremæ necessitatis proximi potest quilibet excommunicatus, etiam non toleratus, administrare ei Sacramenta v.g. Baptismi, Pœnitentiæ &c. non solum validè sed etiam licitè, pia namque mater Ecclesia ne deficiat suis filijs in necessarijs, prouidet, vt etiam sic excõmunicatus administret Sacramenta necessaria. Cornexo *sup. dub.*2. Imo etiam teneturid facere, quia ad id obligatur præcepto charitatis, propter proximi extremam necessitatem. Cornexo *ibid.* Vbi etiam cum alijs asserit, quod si tale Sacramentum est Baptismus debet administrari sine cæremonijs, & solemnitate, & in sequentibus tractat an id facere possit excommunicatus in præsentia aliorum similium, vel dissimilium. Poterit quoque prædictus excommunicatus, etiam non toleratus, ministrare omnia Sacramenta licitè, imo & validè (excepto Sacramento pœnitentiæ propter dicta) quando id esset sibi necessarium ad vitandum mortis periculum, vel infamiam, quia lex Ecclesiastica id prohibens non obligat cum tanto dispendio. Cornexo *sup. num.*1. Nisi adesset scandalum, aut talis administratio ex torqueretur in odiũ, vel contemptum Ecclesiæ, quia tunc lege naturali, & diuina potius deberet pati mortem, quam id facere. Cornexo *ibid.* An vero sic excommunicatus possit administrare sibi Eucharistiam in articulo mortis, vide dicta supra verbo *Eucharistia num.*15.

8 Prædictus etiam Religiosus sicut, & quicunque alius maiori ex-

com-

communicatione ligatus, ſiue ſit toleratus ſiue non, grauiter peccat conficiendo Sacramentalia, v.g. aquam benedictam, & faciendo ſimiles benedictiones, ſeu conſecrationes, quia hoc eſt immiſcere ſe diuinis, quod illi eſt prohibitum. Ea tamen valida ſunt, & rata, ſi habeat Ordinem ad ea requiſitum, quia non ſunt actus iuriſdictionis, ſed ſolum Ordinis, nec ab Eccleſia irritata. Suarez dicta *diſp.* 11. *ſect.* 2. *num.* 9. *&* 10. Bonacina *ſup. d.* §. 4. *num.* 4. *&* 5. Incurrere tamen irregularitatem ea conficiendo inferius dicam.

9 Similiter prædictus Religioſus excommunicatus mortaliter peccat quodcunque Sacramentum ſuſcipiendo: repellitur enim tanquam indignus à participatione illorum, *cap. Cum illorum, & cap. ſi quem de ſent. excommunicat. & cap. ſi celebrat. de Cleric. excommunicat. miniſtr.* Nauarrus *cap.* 27. *num.* 18. Cornexo *dicta diſp.* 10. §. 2. Quod intellige etiam de excommunicato quantumuis tolerato, quia in Extrauaganti *Ad euitanda* nullus fauor ipſi conceditur. Suarez *ſup. diſp.* 10. *ſect.* 1. *num.* 4. Cornexo *ſup.* Excuſari tamen poteſt à peccato non ſolum propter ignorantiam, aut inaduertẽtiam, iuxta dicta verbo *Cenſura Eccleſiaſtica num.* 11. ſed etiam quando id faceret ad vitandum mortis periculum, vel grauem infamiam, iuxta dicta *ſup. num.* 7. Nulla autem pœna eſt iure impoſita ſic facienti, excepto excommunicato Ordinis Sacramentum ſuſcipiente. De quo alibi. Suarez *ſup. num.* 5. Cornexo *ſup.* Sacramenta autem ab excommunicato ſuſcepta valida ſunt, cum ipſorum valor ſolum pendeat à debita materia, & forma, & ijs poſitis non ſit in poteſtate Eccleſiæ ea irrita reddere. Vgolinus *de excommunicat. maiori Tab.* 2. *cap.* 7. §. 2. Layman. *ſup. cap.* 2. *num.* 1. Idem dico de Sacramento pœnitentiæ, propter eamdem rationem. Vnde caſu quo pœnitens excommunicatus, bona fide, aut ignorantia probabili ſolum, confiteatur ſua peccata non manifeſtando excommunicationem, vel Confeſſarius bona etiam fide, aut ignorantia, vel etiam malitia non abſoluat ab excommunicatione, ſed ſolum à peccatis, vel prius a peccatis, quam ab excommunicatione, verum recipitur Sacramentum, & cum gratiæ effectu. Ioannes Bertz *in* 3. *præcept. Decalog. expoſit.* 4. *cap.* 5. Sayrus *de excommunicat. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 5. Cornexo *d.* §. 2. *dub. vlt.* Bonacina *d. quæſt.* 2. *punct.* 2. §. 1. *num.* 1. Licet plures, alij quos refert, & ſequitur Ioannes Sancius *in Select. diſp.* 32. *num.* 11. oppoſitum tueantur.

10 Sacerdos proinde, qui adminiſtrat aliquod Sacramentum excõmunicato, licet ſi id faciat in caſibus in quibus ipſe excommunicatus ea poteſt licitè ſuſcipere (de quibus *ſup. num.* 9.) non peccet, quia cum excommunicatus in tali caſu licitè petat, licitè etiam illi conceditur quod petit (Suarez *d. diſp.* 10. *ſect.* 2. *num.* 4. Cornexo *d.* §. 2.

dub. 1.)in alijs autem casibus in quibus licitè non petit ea excommunicatus, peccat mortaliter illi ea administrans. Diuersimodè tamen, nam si talis excommunicatus est toleratus, non peccat administrans illi Sacramenta ex vi censuræ, cum Extrauagans *Ad euitanda* adducta permittat omnem communicationem etiam in diuinis, & in administratione Sacramentorum cum excommunicatis toleratis, peccat tamen regulariter contra ius naturale, & diuinum, siquidem dat Sacramenta indigno. Dixi *regulariter*, quia quid faciendum sit in casu quo occultus peccator, seu excommunicatus peteret publicè Eucharistiam habes supra verbo *Eucharistia num.* 23. Si vero talis excommunicatus sit non toleratus, non solum peccat Sacerdos illi administrans Sacramenta contra ius naturale, & diuinum, propter adductam rationem, sed etiam ex vi censuræ, quia communicat in diuinis cum excommunicato vitando, quod est prohibitum non solum iure antiquo, sed etiã nouo dictæ Extrauagantis. Suarez *d. disp.* 10. *sect.* 2. Cornexo *d.* §. 2. *dub.* 1. & 2. Bonacina *d. punct.* 2. §. 2. Quare licet administrans Sacramenta dicto excommunicato tolerato nullam incurrat censuram, aut pœnam, quia nulla est in Iure expressa, nec ille peccet contra ius Ecclesiasticum, sed solum contra diuinum, aut naturale, vt dictum est, nihilominus ea administrans excommunicato non tolerato, in primis incurrit excommunicationem minorem, sicut generaliter eam incurrunt omnes, qui communicant cum illo. Deinde incurrit etiam ipso iure interdictum ab ingressu Ecclesiæ, *cap. Episcopor. de priuileg. in 6.* vbi etiam habetur qualiter ab eo absolui possit. Suarez, Cornexo, & Bonacina relati. Addendum est *ex cap. significauit de sent. excommunicat.* Clericum participantem cum excommunicato a Papa in diuinis (qualis est dans illi Sacramentum) incurrere etiam excommunicationem Papæ reseruatam. Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 11. Sunt tamen aliquæ conditiones ad incurrendam hanc excommunicationem, quas assignant Caietanus *in Summa verbo excommunicat. c.* 58. & Nauarrus *in Man. cap.* 27 *num.* 93. Prima, quod admittens ad participationem diuinorum sit clericus. Secunda, quod sit participatio in diuinis. Tertia, quod scienter admittatur. Quarta, quod sponte. Quinta, quod sic excommunicatus sit à Papa. Sexta, quod sit excommunicatus à Papa per sententiam specialem, vel generalem, si est postea specialiter denunciatus. Thesaurus *in prax. par* 2. *verbo absoluens cas.* 7. §. *secundo excommunicationem.* Non enim satis est esse ab eo excommunicatum sententia Canonis generalis, vt ait Grassius *in Decis. aur. lib.* 4. *cap.* 12. *num.* 24. nec esse publicum clerici percussorem, si non sit denunciatus, vt ait Bonacina *sup d* §. 2. *num.* 7. ex Coninch.

11 Priuatur etiam prædictus Religiosus, & quilibet alius maiori excom-

excommunicatione ligatus communibus Ecclesiæ suffragijs, ita vt qui ea ipsi applicauerit mortaliter peccet. *cap. à nobis de sent. excommunicat.* S. Th. *in* 4. *dist.* 18. *quæst.* 2. *art.* 1. Sotus *in* 4. *dist.* 22. *quæst.* 1. *art.* 1. *&* 4. §, *hoc supposito.* Sunt autem huiusmodi suffragia communia quædam auxilia spiritualia, quæ à clericis veluti Ecclesiæ ministris offeruntur pro fidelibus, qualia sunt Sacrificium Missæ ea ratione, qua offertur à Sacerdote nomine Ecclesiæ, Horæ canonicæ, publicæ processiones, Rogationes &c. Sotus *sup* Cornexo *d. disp.* 10. §. 3 *dub.* 1. Bonacina *d. quæst.* 2. *punct.* 1. *num.* 1. Item Indulgentiæ, quæ excommuni Ecclesiæ thesauro fidelibus applicantur. Layman. *d. cap.* 2. *num.* 2. Ijs ergo omnibus priuatur excommunicatus. Quod intellige non solum de excommunicato non tolerato, sed etiam de tolerato, quia iure antiquo ita statutum erat, & ius nouum Extrauagantis *Ad euitanda* non tauet excommunicato tolerato, quantum ad hæc suffragia spiritualia, sed solum quoad communicationem in alijs. Sotus *d. art.* 4. Suarez *sup. disp.* 9. *sect.* 2. *à num.* 17. Licet oppositum probabiliter teneant Henriquez *lib.* 13. *cap.* 13. *num.* 2. Layman. *sup. cap.* 4. *num.* 8. & alij. Adde, id esse verum etiam si talis excommunicatus sit contritus, quia per contritionem non est ablata excommunicatio, *d. cap. à nobis.* Suarez *sup. sect.* 3. *à num.* 2. Cornexo *sup.* §. 3. *dub.* 2. Licet etiam oppositum teneant Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 18. & alij. Feria autem sexta in Parasceue Ecclesia ipsa dispensat vt oret Sacerdos nomine ipsius pro omnibus etiam excommunicatis, ad imitationem Christi, qui ea die pro omnibus orauit, & pro omnibus applicauit suam mortem quo ad sufficientiam. Sotus *in* 4. *dist.* 11. *quæst.* 2. *art.* 7. *ad* 2. *&* 4. *dist.* 22. *quæst.* 1. *art.* 1. Cornexo *sup. dub.* 1. Imo si de facto talia excommunicato applicantur nihil ei prosunt, quia eo ipso quod excommunicatus est, priuatur communicatione passiua ipsorum. Suarez *sup. sect.* 4. *num.* 7. Cornexo *sup. dub.* 2. Addunt Nauarrus *sup. num.* 36. & Bonacina etiam *sup. d punct* 1. *num.* 4. eum qui publica oratione, & vt minister Ecclesiæ orat pro excommunicato vitando incurrere excommunicationem minorem, quia communicat cum eo. Non tamen priuatur excommunicatus orationibus priuatis fidelium, etiam Sacerdotum, & in Missa, ac in ipso *memento* Missæ, quia illæ non sunt suffragia nomine Ecclesiæ facta, sed à priuata persona. Siluester *Summa verb. excommunicatio* 1. §. 2. Sotus *supra* §. *quomodo autem.* Imo etiam loquendo de Sacrificio Missæ pro vt offertur à Sacerdote in persona Christi prodest excommunicato, si ei applicetur à Sacerdote, quia solum redditur incapax fructus Missæ pro vt offertur nomine Ecclesiæ. Suarez *d. disp.* 9. *sect.* 4. Cornexo *sup. dub.* 2. Dicunt autem peccare mortaliter Sacerdotem sic facientem, quia agit

contra prohibitionem Ecclesiæ Alij vero excusant sic offerentem pro excommunicato tolerato. Sayrus *lib.* 2. *cap.* 4. *num.*6. Henriquez, & Layman. supra relati. Sacerdos autem excommunicatus prosè offerens, non solum grauissimè peccat celebrando, sed etiam ratione obicis, quem ponit, non recipit fructum Sacrificij, nisi ponatur ratione inuincibilis ignorantiæ, vel extremæ necessitatis id facere, tunc enim participabit de fructu Sacrificij id quod excommunicatus participare poterit. Suarez *d. disp.*9. *sect.*4. *num.*8.

12 Hic nota, morem quarumdam Religionum, & piarum personarum offerentium Sacrificium Missæ pro conuersione hæreticorum, laudabilem videri, nec reprehensione vlla dignum. Etsi enim hæretici excommunicati sint, ac per consequens pro ipsis vt tales offerri non possit, qui tamen offerunt pro ipsorum conuersione non tam offerunt pro ipsis, quam pro destructione, vt ita dicam, hæresis, & excommunicationis, quibus ligati sunt. Quod est licitum, & conforme vsui Ecclesiæ, quæ sæpius in Collectis aliquot orat pro extirpatione hæreticorum. Sic colligo ex Bellarmino *lib.*2. *de Missa cap.*6. *in fin.* & Laymano supra loco relato.

13 Prohibitum etiam est prædicto Religioso, sicut, & cuicunque alij excommunicato maiori excommunicatione, Missam celebrare, aut actum alicuius Ordinis etiam minoris exercere. *Ca. si quis Episcopus* 1. *& 2.* 11. *quæst.* 3. *cap. Clerici, cap. latores, cap. illud. & cap. fraternitati tuæ de clerico excommunicato celebrante.* Vgolinus *de excommunicat. mai. Tab.*2. *cap.*8. Toletus *in Summ. lib.*1. *cap.*13. *n.*6. Intellige, etiam si sic toleratus, propter dicta superius. Cornexo *Tract.* 5. *de Irregularitate. disp.*6. *in principio*. Bonacina *de irregularitate disp.*7. *quæst.*3 *punct.*5. *num.*1. Estque hoc peccatum mortale, pro vt colligitur non solum ex eo quod est transgressio præcepti Ecclesiastici in graui materia, sed etiam ex pœna grauissima, quæ in dictis iuribus ponitur. Vgolinus *ibid.* Excusari tamen potest ab hoc delicto propter ignorantiam inuincibilem, naturalem obliuionem, seu inaduertentiã, vel etiam si id fiat ad euitandum scandalum, vel infamiam, vel magnum damnum, aut tempore extremæ necessitatis, iuxta dicta in superioribus, & dicenda inferius. Suarez *sup. disp.*11. *sect.*1. Alias tamen sic faciens efficitur irregularis, pro vt partim colligitur ex iuribus citatis, partim ex toto ferme titulo *de Cleric. excommunicat. celebrante*, accedente præsertim communi Doctorum expositione. Toletus *sup.* Suarez *disp.* 12. *sect.* 2. *à num.*7. Requiritur tamen ad incurrendam hanc irregularitatem, vt talem actum Ordinis solemniter faciat, idest, cum illis cæremonijs, & vestibus, quæ ei competunt ex officio, & Ordine. Siluester *in Summa verbo Irregularitas num.*16. Cornexo *sup.*

§. *Secun*

§. *Secunda conditio*. Vnde, quia ſecundum vſum Eccleſiæ actus minorum Ordinum rarò, vel nunquam fiunt à clericis, ita vt eodem modo non poſſint fieri à laicis. (Suarez *ſupra num.* 10. Layman. *lib.* 1. *Tract.* 5. *par.* 5. *cap.* 3. *num.* 4) ideo non niſi rarò clerici in minoribus conſtituti excommunicati hanc irregularitatem contrahent, quãdo ſcilicet ex vſu alicuius Eccleſiæ peculiares veſtes illis eſſent aſſignate, & cum illis exercerent ſuum miniſterium. Suarez *ſup.* In Subdiacono autem non eſt ſic. Eius enim munus, quod eſt cantare Epiſtolam ex vſu Eccleſiæ conceditur laicis in choro ſine veſtibus, & non Subdiaconis in altari ſine manipulo. Quare ſi Subdiaconus excommunicatus Epiſtolam canat ſine veſtibus in choro, aut ſine manipulo in altari, quia tunc non facit actum Ordinis ſolemniter, non efficitur irregularis. Silueſter, & Cornexo *ſup.* Bonacina *ſup. n.* 4. Qui duo dicunt hoc etiam eſſe verum in Diacono ſi Euangelium canat ſine ſtola, propter eamdem rationem. Quod mihi valde difficile eſt, quia Diaconi miniſterium regulariter non ſolet in Eccleſia fieri à laicis, aut ſine veſtibus ſacris, & ſtola, quod ſecus contingit in Subdiacono. Si vero alicubi fuerit conſuetudo canendi etiam Euangelium ſine ſtola, prout Layman. *ſup. num.* 2. Supponere videtur, idem dici debet. Addunt etiam, idem eſſe dicendum de Sacerdote excommunicato, qui ſine ſolemnitate baptizat more laicorum, videlicet non incurrere irregularitatem. De quo etiam Silueſter *ſup.* Quando vero Sacerdos excommunicatus efficeret ea, quæ nullo modo ab alijs fieri poſſunt, vt ſunt conſecrare, abſoluere, vngere infirmos, etiam ſi caſu dato ſine vlla ſolemitate ea faciat, incurret irregularitatem, quia ſunt actus proprij Ordinis Sacerdotalis. Cornexo *ſup.* §. *ſed notandum eſt ſecundo.*

14 Similiter prohibitum eſt prædicto Religioſo, ſicut & alij cuilibet maiori excommunicatione ligato diuina Officia ex officio, aut veluti Eccleſiæ miniſtrum celebrare. *Ca. ſi quis Epiſcopus* relato, *cap. Clerici, cap. Latores, Cap. illud, Cap. fraternitati tuæ de Cleric. excommunicat. celebrant.* Eſtque id peccatum mortale, niſi fortè adſint aliquæ cauſæ excuſantes, de quibus ſupra, quia eſt tranſgreſſio præcepti in materia valde graui. Cum enim excommunicatus ſit veluti membrum abſciſſum ab Eccleſia grauis deformitas eſt ingerere ſe ad publicas functiones nomine Eccleſiæ peragendas. Vgolinus *ſupra.* Cornexo *d. diſp.* 10. *de excommunicat.* §. 4. *dub.* 1. Hæc vero Officia diuina ſunt non ſolum Sacrificium Miſſæ, & exercitium cuiuſque Ordinis etiam minoris, vt dictum eſt, ſed etiam omnia, quæ ex inſtitutione Eccleſiæ ſolum à Clericis, vt miniſtris publicis effici poſſunt, vt ſunt Officium canonicum, & publicum ſeptem horarum, publicæ proceſſiones, ad quas fideles concurrunt, publicæ orationes, ſolemnes

cæremoniæ Ecclesiasticæ, aut solemnes benedictiones aquæ, oliuarū, candelarum, ramorum, olei, sepulturæ, & similium, & consecrationes Ecclesiarum, Altarium, Chrismatis, Virginum &c. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 36. §. *Ad quintum.* Suarez *d. Sect.* 2. *num.* 2. Cornexo *sup.* Si ergo hæc, & similia ab excommunicato fiant, efficitur irregularis, pro vt habetur ex iuribus relatis. Vgolinus, & Siluester *sup.* Etiam si talis excommunicatus sit occultus, aut toleratus, propter rationem sæpius adductam, quia scilicet illi nullus fauor quoad hoc conceditur Extrauaganti *Ad euitanda*.

15 Non tamen prohibetur excommunicatus quicumque dicere priuatim diuinum Officium, seu Horas canonicas; nullum enim est ius id prohibens Cornexo *sup.* Bonacina *quæst.* 2. *punct.* 3. §. 2. *num* 3. Vnde, si ipse tenebatur ad Officium diuinum recitandum, non excusatur propter excommunicationem. Aliàs commodum reportaret ex suo delicto. Nauarrus *in Man. cap.* 25. *num.* 102. Suarez *d. sect* 2. *num.* 14. Non tamen debet tunc dicere *Dominus vobiscum*, sed *Domine exaudi orationem meam*, propter dicta *to.* 1. *Summ. cap.* 12. *num.* 6. Addit Nauarrus *in lib. de Orat. cap.* 7. *num.* 16. excommunicatum dicentem *Dominus vobiscum* fieri irregularem, quia denotat dicere Officium nomine Ecclesiæ, quod est prohibitum excommunicato sub pœna irregularitatis, vt dictum est. Cum tamen hæc irregularitas non incurratur nisi propter peccatum mortale, & peccatum mortale requirat grauitatem materiæ, quæ hic non videtur esse, ideo probabile est valde non propterea incurri irregularitatem. Bonacina *supra num.* 6. Layman. *lib.* 1. *Tract.* 5. *par* 2. *cap.* 2. *num.* 6. Nec potest sic excommunicatus dicere Officium diuinum cum socio, quia iuxta dicta eo *cap.* 12. *num.* 6. hoc est communicare in diuinis cum alijs, quod est prohibitum excommunicato. Licet, quia hoc non videatur grauis materia, probabile est non esse peccatum mortale, secluso contemptu, & scandalo. Cornexo *sup.* ex Couarrub. & Suarez. Probabile etiam est excusari posse etiam à veniali Religiosum excommunicatum recitantem priuatè Officium cum socio sibi à Prælato ad eius seruitium deputato, quia talis est veluti famulus ipsius. Sic colligo ex Vgolino *de Censur. Tab.* 1. *cap.* 13. §. 14. *num.* 1. Suarez *d. sect.* 2. *num.* 18. & Cornexo *sup.* Illud certius, non propterea incurri aliquam irregularitatem. Suarez *ibid. num.* 19.

16 Similiter, nec est prohibitum excommunicato dicere priuatas orationes, qualis est *Aue Maria* quando datur signum ad salutationē Angelicam, quia licet signum sit publicum, oratio tamen vnius cuiusque priuata est. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 36. §. *Ad quintum.* Suarez *dicta sect.* 2. *num.* 16. Secus dicerem de Psalmo, & oratione pro

ne pro defunctis, quæ etiam dato ſigno ſolent dici, maximè in Italia, ea enim dicuntur ab omnibus ſimul, quod eſt prohibitū excommunicato, quia eſt communicare in diuinis cum alijs. Licet, quia materia videtur leuis, non credo tunc committi peccatum mortale, propter dicta. Addit Nauarrus *ibid.* licitum eſſe excommunicato benedicere menſam. Quod tamen intelligendum de benedictione ſimplici (vt ipſe ait) ideſt, de priuata benedictione more laicorum, non de illa, quæ fit in refectorio à Religioſis, ea enim ex vſu Religionum appropriata eſt Ordini Sacerdotali, & Officio Hebdomadarij. Vnde non credo dari poſſe ab excommunicato, propter dicta, aliàs incurret irregularitatem, niſi forte propter paruitatem materiæ ab ipſa, & peccato mortali excuſetur. Vide dicta ſupra verbo *Benedictio, & benedicere num.* 20. Poteſt tamen excommunicatus vti rebus ſacris vt priuata perſona, & quatenus deſeruiunt priuatæ deuotioni, v.g. Imaginibus, Reliquijs Sanctorum, ſigno Sanctæ Crucis, & ſimilibus. Bonacina ſupra *num.* 9. ex alijs quos refert. Addit ex Vgolino non poſſe vti aqua benedicta, quia eſt quoddam Sacramentale ex inſtitutione Eccleſiæ ſuffragans fidelibus, excommunicatus autem priuatur Eccleſiæ ſuffragijs, vt dictum eſt ſupra. Sed quamuis propter hunc finem fruendi ſuffragijs Eccleſiæ non poſſit illa vti, propter alios tamen fines pios, & honeſtos poterit ipſa, & alijs Sacramentalibus vti. Suarez *dicta diſp.* 12. *ſect.* 3.

17 Prohibitum etiam eſt præfato excommunicato concionari. Primo quidem ſi ſit vitandus, propter ſcandalum quod inde oriri poſſet. Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 1. *art.* 4. Cornexo *ſup. dub.* 4. Secundo, etiam ſi ſit toleratus, quia etiam eſt illi prohibitum cum alijs communicare, iuxta dicenda inferius. Suarez *d. ſect.* 2. *num.* 3. Cornexo *ſup.* Niſi in caſu quo propter audientium vtilitatem, ipſis petentibus, & non eo ſe ingerente, id fiat. Suarez *num.* 4. Cornexo *ibid.* An vero cum excommunicatus concionatur incurrat irregularitatem, affirmare videtur Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 163. §. *octauo inferetur*, quando ſolemniter, & ex Officio id faciat. Sed negat Suarez *num* 4. quia prædicare non eſt actus alicuius Ordinis, ſed potius iurisdictionis, iuxta dicta ſupra verbo *Concionare, & Concionator num.* 4. & 10. Fauent Rodriguez *in Summ. to.* 2. *cap.* 24 *concl.* 7. Petrinis *de ſubdito q.* 1. *cap.* 22. § *verum quidem eſt*, & Bonacina *ſup.* §. 2. *num.* 11.

18 Similiter prohibitum erit prædicto Religioſo excommunicato officium lectoris, ſiue artium, ſiue Theologiæ, aut Sacræ Scripturæ exercere, intromittendo ſe huic muneri, quia, vt dictum eſt, prohibita eſt illi communicatio cum alijs. Suarez *d. ſect.* 2. *num.* 5. Si tamen fuerit excommunicatus toleratus, poterit id facere, quando ex vi ſui

mu-

munieris ad id est astrictus, nec per alium supplere potest, quia tunc ratione obedientiæ, & boni communis ad id astringitur. Sotus *supra.* Bonacina *sup. nu.* 12. Siue autem sit toleratus, siue non toleratus, non propterea legendo incurrit aliquam irregularitatem, cum talis lectio non sit Officium diuinum, aut munus alicuius Ordinis etiam minoris. Nec, vt credo, peccabit mortaliter, cum illa communicatio non sit in Sacris, sed in humanis.

19 Prohibitum quoque est sic excommunicato assistere, seu interesse Missæ, aut Officijs diuinis, quæ ab alijs celebrantur. *cap. Episcoporum de priuilegijs in 6. cap. iſqui & cap. alma mater de sent. excommunicat. in 6.* & alijs iuribus. Siluester *verbo excommunicatio* 3. *num.* 1. Vgolinus *Tab.* 2. *cap.* 8. §. 3. *num.* 1. Et hoc sub mortali peccato, quia semper hoc reputatur materia grauis. Siluester, & Vgolinus *ibid.* Cornexo *sup. dub.* 2. Et hoc, siue Missa, & Officia celebrentur in Ecclesia, siue in choro, siue in Oratorio, siue in alio quocunque loco, siue incedendo, & ambulando, pro vt fit in processionibus, quia procedit in ijs casibus eadem ratio. Vgolinus *ibid. nu.* 2. Etiam si talis excommunicatus sit toleratus, & occultus, quia Extrauagans *Ad euitanda* nihil, quoad hoc ipsi fauet. Cornexo *ibid.* Non tamen propterea incurritur irregularitas, cũ assistere Missæ, aut diuinis Officijs non sit actus Ordinis. Cornexo *ibid.* Excipe, quando ipse excommunicatus non solum audit Missam, sed etiam auctoritate sua in causa est, vt Missa coram eo celebretur, ex *cap. illud de Cleric. excommunicat. celebrant.* accedente communi sententia Doctorum. De quo Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 244. & Suarez *d. disp.* 12. *sect.* 1. *a num. quarto.* Excusari etiam poterit excommunicatus Missæ, & Officijs diuinis assistens propter ignorantiam inuincibilem, obliuionem, vel inaduertentiam, aut si id faciat ad euitandum scandalum, infamiam, vel aliud magnum damnũ sicut in simili dixi in superioribus. Imo etiam ratione necessitatis si casu esset, quod aliquis Sacerdos non haberet ministrum, qui illi inseruiret Missæ, & peteret ab excommunicato tolerato, vt id ministerium illi præstaret, posset enim id facere. Suarez *d. sect.* 1. *num.* 3. Cornexo *sup.* Potest etiam excommunicatus cum Missa, & Officia non celebrãtur, ingredi Ecclesiam, orare priuatim in ea ab alijs seiunctus. Siluester *sup.* Nauarrus *sup. num.* 19. Audire concionem, cum concio non sit Officium diuinum. Idque colligitur ex *cap. responſo de sent. excommunicat.* Suarez *sup. sect.* 2. *num.* 3. Bonacina *d.* §. 2. *num.* 10. Ex quibus colligo, Religiosum excommunicatum non posse ingredi chorum cum diuina Officia ibi celebrantur. Secus quando non celebrantur, ad orandum priuatè, ita tamen vt eo tempore Missa non celebretur in Ecclesia.

Insuper

20 Insuper prohibitū est alijs excommunicatum ad Missam, & Officia diuina admittere, seu coram eo illa celebrare. *cap. significauit, & cap. nuper de sent. excommunicat. & cap. Episcoporum de priuileg. in 6. & cap. Is qui de sent. excommunicat. in 6.* Vgolinus *sup.* §.4. Cornexo *sup. dub.*3. Quod limitandum est ad solum excommunicatum non toleratum, nam cum nullus teneatur vitare alios toleratos propter dictā Extrauagantem *Ad euitanda*, ideo potest coram eis celebrare. Cornexo *sup.* Imo, casu quo eos sine causa quis induxerit ad assistendum, etsi peccauerit ratione inductionis ad malum, non tamen ratione communicationis cum illis. Cornexo *ibid.* Admittentes autē excommunicatum non toleratum ad prędicta, seu coram illo celebrantes peccant mortaliter, & incurrunt excommunicationem minorem, quia participant in diuinis cum excommunicato vitādo. *d. cap. Is qui.* Cornexo *sup.* Bonacina *sup.* §. 1. *num.* 10. Imo, etiam si tales admittentes excommunicatum sint exempti ab Episcopis, quales sunt Religiosi, incurrunt pœnam interdicti *ex cap. Episcoporum* relato. Cornexo, & Bonacina *ibidem* ex alijs. Consequenter celebrantes cum interdicto fient irregulares. Bonacina ibid.

21 Hinc, si excommunicatus vitandus velit interesse Missæ, si ea inchoata non est, potius debet Sacerdos illam omittere, quam coram excommunicato celebrare. Si vero Missa est inchoata, & excommunicatus vitandus superuenit, & vult ei interesse, sistendum est, & monendus vt discedat, vt colligitur ex Clement. *grauis de sent. excommunicat.* vbi noua etiam excommunicatio Papæ reseruata imponitur si noluerit parere. Quod si hæc admonitio non sufficiat, expellendus est, etiam vi, & coactione in defensionem immunitatis Ecclesiasticæ, quamuis sit Sacerdos, vel Religiosus. Neque propterea incurritur excommunicatio *ca. si quis.* Ex *cap. veniens de sent. excommunicat.* Hoc autem videtur pertinere ad Ostiarium. Quod si expelli nequeat sine periculo, omittenda est Missa etiam inchoata, modò non sit inchoata consecratio, quia si consecratio inchoata est, perfici debet Missa vsque ad sumptionem sanguinis inclusiuè, eo quod integritas Sacrificij, quæ est de iure diuino, præponderare debet præcepto humano de non participando cum excommunicato, & tunc in Sacristia, vel in alio loco perficienda. Siluester *in Summ. verb. excommunicatio* 5. *num.* 3. Sotus *in* 4. *dist.* 22. *quæst.* 1. *art.* 4. Cornexo *sup. dub.*2. Bonacina *d.* §. 1. *num.* 12. & 13. Layman. *d. cap.* 2. *num.* 6. Vbi nota quod consecratio dicitur cepta ab illi verbis: *Qui pridie quam pateretur.* Layman. *sup.* Imo secundum alios à principio Canonis ab illis verbis. *Te igitur Clementissime Pater.* Siluester, Sotus, & Bonacina *sup.*

22 Hinc etiam prohibitum est omnibus cum excommunicato vitando

tando audire Miſſam, aut aſſiſtere diuinis Officijs, hoc enim communiter reputatur communicatio quædam in diuinis cum eo, quæ prohibita eſt, etiam ſub mortali. Cornexo *ſup. dub.* 4. Bonacina *ſup.* §. 1. *num.* 9. Vnde ſic facientes incurrunt excommunicationem minorem. Cornexo *ibid.* Hinc etiam, ſi inchoata Miſſa modo dicto ſuperius, velit excommunicatus vitandus eam audire, tenentur fideles egredi, relicto ſolo Miniſtro cum Sacerdote, vt ei inſeruiat. Cornexo *ſup.* Bonacina *ſup. num.* 13. Si autem talis excommunicatus vitandus Eccleſiam ingrediatur, non vt Miſſam, aut diuina Officia audiat, ſed titulo tranſeundi per illam, vel ad eam confugiendi ne capiatur à miniſtris iuſtitiæ, vel etiam vt oret priuatim, & ſeorſum, non tenentur fideles egredi, quia non communicant cum eo in diuinis. Caietanus *verbo excommunicatio maior cap. vlt. in fin.* Vgolinus *ſup.* §. 5. *num.* 4. Idem dico, & propter eamdem rationem, ſi talis excommunicatus non velit audire eam Miſſam, ſed aliam in alia Capella. Caietanus *ſup.* Cornexo *ſup.* Hæc vero quæ dicta ſunt de Miſſa intelligi etiam debent de Officijs diuinis. Vnde addit Caietanus *ibid.* quod ſi fideles intereſſent cum tali excommunicato veſperis, aut vni Miſſæ, aut vni proceſſioni, etiam ſi illi eſſent in capite, & excommunicatus in cauda proceſſionis extenſæ per duo milliaria, vel è contra, dicerentur communicare cum illo.

23 Hinc collige valde probabile eſſe excommunicatum maiori excommunicatione, ſiue toleratum, ſiue non toleratum non peccare mortaliter contra præceptum Eccleſiaſticum audiendi Miſſam in diebus feſtis, non audiendo illam. Ratio eſt, quia præceptum audiendi Miſſam ſolum cadit ſuper eos, qui non ſunt impediti; excommunicatus autem cum prohibeatur ab Eccleſia aſſiſtere Miſſæ, aut diuinis Officijs, vt dictum eſt, impeditus eſt ne illa audiat. Nauarrus *in Man. cap.* 21. *num.* 3. Suarez *to.* 3. *in* 3. *par. diſp.* 88. *ſect.* 6. Quod intellige etiam ſi per ipſum ſtet ne abſoluatur, aut negligens ſit in procuranda abſolutione; ex hoc enim ſolum infertur peccare contra alia præcepta, non contra iſtud de audienda Miſſa, quod ſolum obligat eos qui iure eam poſſunt audire, ſicut infirmus, vel detentus in vinculis, qui non procurat tollere hæc impedimenta non peccat contra idem præceptum audiendi Miſſam Bonacina *ſup. d.* §. 1. *num* 4.

Collige etiam ex dictis, Religioſum intetris hæreticorum commorantem adeuntem templa ipſorum, & eorum ritibus aſſiſtentem non peccare præcisè propter talem communicationem, cum illi hæretici, vt ſuppono, non ſint excommunicati denunciati. Azor. *to.* 1. *inſtit. Moral. lib.* 8. *cap* 11. *quæſt.* 1. Sanchez *in Decal. lib.* 2. *cap* 9. *num.* 5. Adde, tales ritus non eſſe propriè Officia diuina, cum non ſint ab Eccleſia

Digitized by Google

cleſia inſtituta, ſed potius reprobata. An vero peccet ſic communicans ſaltem ratione ſcandali, periculi peruerſionis, vel hæreſis profeſſionis, latè idem Sanchez *ſup. cap.* 4. *à num.* 26.

24 Maximè præterea Religioſus excommunicatus, ſicut & quicunq; alius maiori excommunicatione ligatus, fit incapax, & inhabilis ad quodcunquè Eccleſiaſticum beneficium, ita vt collatio talis beneficij ipſi facta irrita ſit, & nulla. *cap. poſtulaſtis, & cap. vlt. de cleric. excommunicat. miniſtrant.* Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 21. Garzia *de Benefic. part.* 7. *cap.* 13. Intellige, etiam ſi ſit excommunicatus toleratus, cum nullum priuilegium ei concedatur per Extrauagantem *Ad euitanda.* Cornexo *ſup.* §. 7. *dub.* 1. & alij apud Dianã *par.* 5. *Tract.* 9. *de excommunicat. Reſol.* 99. Etiam ſi inuincibiliter ignoret ſuam excommunicationem, quia licet ignorantia excuſet à noua culpa non tamen facit habilem alias inhabilem. Coninch *de excommunicatione diſp.* 14. *dub.* 9. Cornexo *ſup.* Intellige etiam de excommunicato, ſiue a iure, ſiue ab homine, cum iura abſolutè loquantur. Vaſquez *Tract. de excommunicat. dub.* 6. Bonacina *ſup. punct.* 4. §. 1. *num.* 1. ex Rotæ deciſione. Extenditur id ad quoduis munus, vel dignitatem Eccleſiaſticam, vt ſunt Legati Apoſtolici, Inquiſitoris, Epiſcopalis adminiſtratoris, & Prælati Religionis, quia cum excommunicato prohibitum ſit exercitiũ cuiuſlibet Eccleſiaſtici muneris, vel dignitatis, conſequẽter etiam prohibita erit collatio ſeu inſtitutio illius. Prohibito enim exercitio actus cenſetur prohibitum illud omne, per quod peruenitur ad illum actum. Suarez *ſup. diſp.* 13. *ſect.* 1. *num.* 4. 5. *& 6.* Laymanus *ſup. num.* 7. §. *monet verò* ex Abbate *in cap. vlt. de Cleric. excommunicat.* Extenditur etiam ad dignitatem quamcunque temporalem, vt Imperatoris, Regis, Ducis &c. propter rationem aſſignatam, & *cap. venerabilem de elect.* Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 4. Bonacina *ſup. num.* 3. Excipe quando collatio fit à Papa ſciente illum cui conferitur dignitas, vel beneficium eſſe excommunicatum. Tunc enim cenſetur vitualiter cum eo diſpenſare. Cornexo, & Bonacina *ſupra.* Excipe etiam quando aliquis ex teſtamento, vel iure hæreditario ad quirit aliquam dignitatem, vel dominium temporalia, quia tunc ea tenere poteſt, non obſtante excommunicatione, quamuis ea durante, vſu iuriſdictionis careat, vt infra dicetur. Sayrus *de Cenſuris lib.* 2. *c.* 5. *num.* 37. Cornexo *ſup.* Quod dixi de collatione intelligi etiam debet de electione, poſtulatione, nominatione, præſentatione, & commendatione, imo de impetratione litterarum. Sayrus *d. cap.* 5. Cornexo *ſup.* Secus dico de acceptatione, validè enim acceptatur beneficium ab excommunicato, ſi tempore collationis, ſeu electionis &c. excommunicatus non erat. Iura enim non irritant acceptationem, ſed electio-

ctionem, collationem &c. Couaruuias *cap. Alma mater* 1. *par.* §. 7. *num.* 4. Bonacina *ſup. num.* 9. Cornexo *ſup.* Si vero tempore electionis, præſentationis, nominationis &c ſic nominatus, electus, aut præſentatus &c. excommunicatus erat, & ante acceptationem abſolutionem impetrauit, licet communiter probabilius, & ſecurius dicatur non poſſe retinere tale beneficium, ſine noua collatione, aut diſpenſatione, quia non eſt aliquis titulus validus ad illud retinendum; cum ea electio, præſentatio &c. inualida fuerit, quia ille electus, præſentatus &c. erat incapax: probabile tamen eſt oppoſitum, in caſu quo præter alias conditiones locis infra à me referendis adductas, concurrat etiam quòd electores, præſentatores &c. permaneant in ſua prima voluntate, ratione enim talis permanentiæ prior electio, præſentatio &c. videntur ratificari, & approbari, ſuppoſita abſolutione. Vide Henriquez *lib.* 13. *cap.* 13. Sanchez *lib.* 8. *de Matrim. diſp.* 7. *num.* 12. Bonacinam *ſup. num.* 10. & dicta à me *to.* 2. *cap.* 13. *num.* 52. ac ſupra verbo *Beneficium. num.* 10. vbi conditiones alias ad hoc neceſſarias aſſignaui.

25 Similiter præfatus excommunicatus licet capax videatur penſionis titulo ſæculari, & ob temporale obſequium præſtita, cum talis penſio ſtipendij temporalis rationem ſubeat, quod poteſt excommunicatus recipere; incapax tamen eſt penſionis titulo clericali ob Spirituale miniſterium datæ, cum enim ipſe præſtare non poſſit tale miniſterium, non videtur capax penſionis, quæ propter illud datur. Auila *de Cenſur. par.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 5. *dub.* 5. Cornexo *ſup.* Layman *ſup. n.* 8.

26 Ex quo ſequitur talem excommunicatum qui beneficium, vel pẽſionem titulo clericali obtinuit, non poſſe fructus percipere. Nullum enim ius ad illos habet, cum id quod habere poterat ſolum eſſet collatio valida beneficij, vel penſionis, qualis in hoc caſu non eſt. Bonacina *ſup. num.* 5. poſt plures alios. Apud quos etiam an ſaltem poſtea legitimè beneficium obtinẽs poſſit ſibi fructus antea perceptos retinere, præſertim, ſi beneficij onera per ſe, vel per alium ſuſtinuerit, aut ſi bona fide, credens non eſſe excommunicatum beneficium accepit. De quo etiam Layman. *ſup. num.* 7. *& lib.* 4. *Tract. de benefic. Eccleſiaſtic. cap.* 15. *num.* 3. Quid verò ſit dicendum de fructibus beneficij ante excommunicationem legitimè poſſeſſi, an ſcilicet excommunicatus ſit ipſis priuatus, agit Suarez *d. diſp.* 13. *ſect.* 2. Cornexo *ſup.* §. 6. *dub.* 1. & Diana *ſup. Reſolut.* 104.

27 Maximè ex dictis ad praxim Regularium ſequitur ea omnia procedere reſpectiuè in ipſis, ita ſcilicet, vt excommunicatione innodati incapaces ſint non ſolum cuiuſcunque beneficij etiam Regularis, aut penſionis dictæ, ſed etiam Officiorum Religionis, quæ ſunt dignitates,

qualia

Digitized by Google

qualia esse omnes Prælatias, scilicet Generalatus, Prouincialatus, Prioratus, Guardianatus &c. dixi *to* 2. *cap.* 13. *num.* 2. Idem dicendum de alijs muneribus Religionis, quæ esto dignitates propriè non sint, sunt tamen veluti Personatus, & officia grauiora, videlicet Definitoriatus, Sociatus, Discretatus &c. ea enim ordinantur ad electiones faciendas: quare sicut excommunicatus priuatur iure eligendi, sic & illis muneribus, quæ ad id sunt instituta. Idem colligitur ex *cap. postulatis de Cleric. excommunicat. celebran.* Ratio enim illius etiam procedit in præsenti. Peirinis *to.* 2. *de Prælat. quæst.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. Secus verò dicendum de alijs officijs Religionis, scilicet Procuratoris, Sacristæ, Magistri nouitiorum &c. propter oppositam rationem, & iuxta dicta in simili de illegitimis *to.* 1. *cap.* 18. *num.* 62. & *to.* 2. *cap.* 13. *num.* 50. Quia tamen excommunicatus non potest licitè communicare cum alijs, iuxta dicenda inferius, ideo peccat acceptando hæc officia, quæ exerceri non possunt sine communicatione cum alijs, nisi ea acceptet sub certa spe non exercendi illa ante absolutionem. Peirinis *sup. n.* 8. De gradibus autem Doctoratus, seu magisterij, Licentiatus, seu Baccalaureatus, plures existimant excommunicatum non esse illorum incapacem. Vgolinus *de excommunicat. tab.* 2. *cap.* 18. §. 1. *num.* 1. & alij quos sequitur Bonacina *sup. quæst.* 2. *punct.* 7. *num.* 4. De quo dicam infra verbo *Gradus*, & *Graduati num.* 2.

28 Qualiter etiam Religiosus non possit retinere etiam post impetratam absolutionem ab excommunicatione ea beneficia, dignitates, vel personatus Religionis, quorum est incapax excommunicatus iuxta dicta, si excommunicatione ligatus ea obtinuit, sed indigere noua collatione, seu dispensatione in inualiditate primæ, dixi *to.* 2. *cap.* 13. *num.* 52. & supra verbo *Beneficium num.* 10. & tenet Peirinis *supra num.* 6. conformiter ad doctrinam Nauarri *in Man. cap.* 27. *n.* 21. Suarez *sup. disp.* 13. *sect.* 1. *num.* 2. & aliorum communiter (licet oppositum probabile esse eodem loco dixerim.) Quare si casus esset, quod sic excommunicato traderetur aliqua ex supradictis dignitatibus, beneficijs &c. tenetur se excusare, quantum commodè fieri potest, vel si necessarium fuerit, declarare excommunicationem, si talis est, vt ex ea non sequatur infamia, vel scandalum. Quod si sequatur, & cogitur acceptare, potest id facere ad ea vitanda, intentione tamen obtinendi quamcitius dispensationem. Suarez *sup. num.* 31. Cornexo *sup. dicto* §. 7. *dub.* 1. Bonacina *sup. d.* §. 1. *num.* 12. Hinc iure optimo pro electionibus faciendis in Ordine nostro cautum est per Reuerendissimum Theodorum Stratium Generalem in Instructione pro celebratione Capituli Prouincialis, quam retuli *to.* 2. *cap.* 12. *in fine*, quod ante electiones absoluantur Gremiales à censuris, & impe-

dimentis &c. Idemque consulerem faciendum à Prælatis Religionum in prouisionibus dictorum Officiorum ad instar Summi Pontificis, qui idem facit in collationibus similium, iuxta dicta supra verbo *Beneficium num.9.* vbi etiam dictum manet ad quos casus se extendat dicta absolutio Papæ.

29 Infertur etiam ex dictis grauiter peccare electorem, qui excommunicato conferret aliquod ex prædictis beneficijs, officijs, dignitatibus &c si quidem ea conferret non solum indigno, sed etiam incapaci, vt dictum est. Pœna autem conferentis est suspensionis à beneficiorum collatione, recipientis vero annullatio, seu irritatio collationis. *cap. postulastis de cleric. excommunicat. celebrant.* Suarez *d. sect. 1. num.* 34. Adde, quod si prædictus excommunicatus fuerit vitandus, vlterius etiam collator incurret excommunicationem minorem propter participationem cum illo. Cornexo supra *d. dub.1. infin.* Quando verò agitur de electione alicuius excommunicati occulti, tunc si ea fit per suffragia publica non debet elector eum infamare, & nisi habeat aliam causam ad negandum illi suffragium nō est illi negandum, quia actio illa publica per scientiam publicam regulanda est. Secus si sit electio secreta, quia tunc e conuerso per scientiam etiam priuatam, dummodo sit extra confessionem habita, regulari debet. Suarez *supra num.* 31. Cornexo *sup.*

30 Quando etiã huiusmodi beneficia, dignitates &c. excommunicato collata conferri non possunt nisi per electionem, debent iterum per electionem nouam prouideri. Si vero talia fuerint, quæ à Prælatis conferri possunt sine electione, tunc ab eisdem, vel Superioribus, vel habentibus eamdem auctoritatem iterum debent prouideri. In quo ad diuersa Religionum statuta attendere oportet. Cum autem in nostro Ordine propter Constitutiones nostras *par.2. cap. primo* §.9. Generales habeant eandem authoritatem, quam Capitulum Generale, quibusdam casibus ibi relatis exceptis, ideo pro illis occasionibus deferire potest. Generaliter etiam loquendo dispensare in incapacitate, quam habet excommunicatus ad retinendum beneficium, dignitatem &c. tempore excommunicationis obtenta, pertinet ad eum Superiorem, qui prædicta conferre potest. Ea enim dispensatio est quædã virtualis collatio. De quo Suarez *d. sect.* 1. *à num.*34. Peirinis *sup. num.7.* & alij apud ipsum. Lege & Sanchez *to.*1. *consil. Moral. l.*2. *c.*2. *dub.*10.

31 Priuatur etiam prædictus excommunicatus iure eligendi, ita vt in electione beneficiorum, dignitatum &c. vocem actiuam habere non possit, iuxta dicta *to.*1. *cap.*15. *num.*5. *& to.*2. *cap.*12. *num.*29. *&* 30. vbi multa ad praxim electionum Regularium. Vnde si eligat, aut cōferat beneficium &c. se ingerendo peccat mortaliter, quia iniuriam

irrogat

irrogat Eccleſiæ, cuius ſe quaſi prouiſorem agit, & alijs electoribus, quorum numerum iniuſtè auget. Sanchez *ſup.* ex Caietano & Soto. Electio etiam ab ipſo facta eſt nulla, & irrita. *cap. Conſtitutis* 1. *de appellat. cap. tanta de exceſſib. Prælat.* & alijs iuribus. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 21. Cornexo *ſup.* §. 5. *dub.* 1. Si tamen eſt excommunicatus ſolum toleratus, & ſe ſolo, vel cum alijs electoribus eligit, electio valida eſt, non ſolum, quia vt dicetur inferius, geſta per excomunicatum toleratum valida ſunt, ſed etiam, quia licet Extrauagans *Ad euitanda* nullum intendat fauorem impertiri excommunicatis, hoc tamẽ quod eſt eligere non tam eſt in fauorem eligentis, quam electi, & Eccleſiæ. Suarez *ſup. diſp.* 14. *ſect.* 2. *num.* 3. & 18. Peirinis *ſupra num.* 13. & 15. Quod itelligitur etiam in caſu quo alij electores eum ſcienter ad electionem admittant, licet enim poſſint ipſum repellere poſita exceptione, *cap. exceptionem de except.* & *cap.* 1. *eod. in* 6. (Layman. *ſup. d. cap.* 2. *num.* 13.) ſi tamen eum permittunt, eius acta valida ſunt, quia quamuis quoad ſe ſit priuatus tali facultate, ac per cõſequens peccet mortaliter id faciendo, iuxta dicta, quandiu tamen non repellitur, ſed toleratur, Eccleſia ſupplet, ſeu conſert ipſi poteſtatem ad talem actum. Suarez *d. num* 18. Peirinis *d. num.* 13. Solum ergo de excommunicato vitando, ſeu non tolerato procedit id quod dixi de nullitate electionis ab ipſo factæ. Suarez *ibid.* Peirinis *ſupra num.* 14. Et quod dictum eſt *to.* 1. *cap.* 15. *num.* 6. & *to.* 2. *cap.* 12. *n.* 29. & 30. de inhabilibus ad electionem admiſſis, quibus conſonat Cornexo *ſup. d. dub.* 1. & Laymanus etiam *ſupra.*

32 Quamuis autem excommunicatus non priuetur propter excommunicationem officio, beneficio, aut dignitate legitimè à ſe iam antea poſſeſſis, quia nullus textus id ſuadet. (Garzia *de benefic. par.* 7. *c.* 13. *num.* 90. Peirin. *ſup. num.* 11.) ſuſpenditur tamen ab illis, *cap. paſtoralis* §. *fin. de appellat.* Nauarrus *in Summ. cap.* 27. *num.* 21. Vgolinus *d. Tabul.* 2. *cap* 11. *num.* 2. Cornexo *ſup. d. dub.* 1. & §. 6. in principio, vbi addit illis priuandum eſſe, ſi per multum tempus in excommunicatione perſeueret, iuxta textum *in cap. Cum bonæ memoriæ de ætat.* & *qualit. Ordin.*

33 Priuatur etiam omni vſu iuriſdictionis, *ca. Audiuimus* 24. *q.* 1. vbi propterea habetur quod excommunicatus non poteſt excommunicare. *cap.* 1. *de ſuppl. ind. negligent. Prælator. in* 6. *cap. ſi is qui de Offic. delegat. eod. lib.* & *cap.* 1. *de Offic. Vicar. eod. lib.* Et colligitur, tum ex eo quod omnis Eccleſiaſtica communicatio eſt illi prohibita, ſine ipſa enim non poteſt exerceri hæc iuriſdictio, tum quia cum ille ſit ſuo modo ſeparatus ab Eccleſia indignus eſt vt in illa ius dicat iuriſdictionem exercendo. Vgolinus *ſup. num.* 1. Cornexo *d.* §. 5.

*dub.*1.Quod itellige tam de actibus iurisdictionis externæ, quales sunt præcipere, leges ferre, censuras imponere, iudicare, dispensare, licentias, seu indulgentias concedere &c. quam de actibus interuæ, vt sunt Sacramentaliter absoluere, pœnitentias iniungere, &c. iura enim generaliter aliquando loquuntur,& esto aliquando non sic loquantur,ratio eorum, scilicet, quia excommunicatus est suspensus ab officio, & beneficio,in omnibus illis procedit. Suarez *d. disp.* 14. *sect.* 1. *num.*2. Cornexo *sup.* Vnde aliter faciens mortaliter peccat,nisi forte aliquando propter leuitatem materiæ à mortali excusetur.Suarez *num.*3.Cornexo *sup.* Intelligitur etiam tam de excommunicato vitando, quam de tolerato, propter dicta sæpius de Extrauaganti *Ad euitanda*, quod scilicet,nullatenus excommunicatis ipsis suffragetur. Suarez & Cornexo *supra.* An Parochus excommunicatus non toleratus validè assistat Matrimonio, aut validè conferat licentiam alij Sacerdoti assistẽdi,agit Diana *sup. Resolut.* 78. 79. & 80. vbi etiam an licitè id faciat. An etiam excommunicatus possit delegare suam iurisdictionem, seu constituere Commissarium ad aliquid, dixi supra verbo *Commissio*, & *commissarius num.* 7.

34 Licet autem actus iurisdictionis ab excommunicato vitando facti,siue in foro externo,siue interno nullius valoris sint ob defectum iurisdictionis, & quia ita colligitur ex *ca. Audiuimus* 24. *quæst.* 1. & *cap. ad. probandum de re iudicat.* (Vgolinus *d. cap.* 11. §. 1. *num.* 2. Suarez *d. sect.* 1. *num.* 4.) facti tamen ab excommunicato tolerato validi sunt. Quamuis enim vsu iurisdictionis careat, Ecclesia tamẽ,& Respublica propter commune bonum illi tribuit eo casu iurisdictionem, non quidem ita vt illi liceat exercitium ipsius, sed tantum vt valeat quod efficit. Colligitur ex *l. Barbarius ff. de Offic. Prætor.* vbi de seruo quodam,qui Prętoria dignitate functus est dicitur *nihil eorum* (quę scilicet gesserat) *reprobari*,& ratio adiungitur: *cum populus Romanus etiam seruo potuisset decernere hanc potestatem.* & ex *ca. infamis* 3. *q.*7. §. *verumtamen*, vbi de sententia data à seruo dum putaretur liber dicitur *rei iudicatæ firmitatem tenet.* Suarez *sup. num.*4. & *sequentibus.* Sanchez *de Matrim. lib.* 3. *disp.*22. *per totam*. Requiruntur autem ad id duæ conditiones. Prima, quod adsit titulus collatus à Superiori, quamuis inualidus seu impeditus propter excommunicationem, v.g. Iudicis, Prælati, Confessarij &c. Secunda, quod adsit communis error, quo ille titulus communiter, & probabiliter existimetur verus. Sanchez *ibid. num.* 5. 6. 7. 8. & 49. Cornexo *sup.* §. 1. *dub.*5.

35 Ex quo ad praxim Regularium aliqua elici possunt. Primũ,quod licet Religiosus non teneatur obedire suo Superiori excommunicato non tolerato, seu vitando, imo quod nec id licite facere possit, iuxta

dicta

dicta *to.*1. *cap.*4. *num.* 38. nisi forsan ex vrbanitate id faciat, & in re leui; quia tunc nõ peccabit mortaliter, vt habet Cornexo *d.*§.5. *dub.*1. Si tamen Prælatus est excõmunicatus toleratus illi tenetur subditus obedire, cum ad huc toleretur ab Ecclesia in sua iurisdictione. Vgolinus *d. cap.*11. *num.*3. Esto ipse Prælatus peccet ea vtens, propter dicta. Secundò, quòd licet Religiosus excommunicatus vitandus non possit exercere nec licitè nec validè officium Confessarij ob defectum iurisdictionis ad validitatem Confessionis ex Conc. Trid. requisitæ, nisi pro constituto in articulo mortis, quia pro tali articulo conceditur iurisdictio ab Ecclesia omnibus Sacerdotibus etiam hæreticis, propter magnam huius Sacramenti necessitatem (Sayrus *lib.*2.*cap.*2.*num.*18. Cornexo *d.*§.1. *dub.*3.) vel etiam quando talis etsi sit excommunicatus vitandus in vno loco, in eo tamen in quo est id ignoratur, & pœnitens bona fide ad eum accedit, quia tunc Ecclesia similiter iurisdictionem tribuit, vt validè absoluat (Cornexo *d.*§.1. *dub.*5. Bonacina *sup.* §.4. *num.*3.) Religiosus tamen excommunicatus toleratus, qui est Sacerdos, & aliàs Confessarius, validè semper absoluit, propter dicta. Sanchez *sup. num.*13. Cornexo *sup.dub. vlt.* Dixi, qui est Sacerdos, quia non Sacerdos nunquam absoluit validè, etiam in casu quo communi error æstimetur vt Sacerdos, quia Ecclesia non potest supplere iuris diuini impedimenta, quale est hoc, sicut potest supplere iurisdictionem. Caietanus *in Summ. verbo Confessionis iteratio cap. confessio quare ex parte Confessoris iteranda.* Sanchez *sup.num.*27. Idem dic de alijs impedimentis iuris naturalis, vt sunt defectus vsus rationis, propter eamdem rationem. Sanchez *ibid. & num.* 29. Dixi etiam, & aliàs Confessarius, quia vt dixi ad hoc vt gesta per excommunicatum valida sint requiritur titulus collatus à Superiori. Siluester *in Summ. verbo Confessor* 1. *quæst.*19. Nauarrus *in Man. cap.*9. *num.*11. Sanchez *sup. num.* 49. Cornexo *d. dub.*5. Adde etiam, licere prædicto excommunicato tolerato absoluere alios, non solum quando ignoranter ab eo postulatur Sacramentum pœnitentiæ, sed etiam quando scienter, vel quia est Parrochus, vel propter aliam rationabilem causam, dummodo ad id non se offerat ipse, sed sit in vtilitatem recipientis. Cum enim in Extrauag. *Ad euitanda* concedatur fidelibus facultas communicandi cum excommunicatis toleratis, etiam in administratione, aut receptione Sacramentorum, consequenter etiam conceditur eadem facultas ipsis excommunicatis, vt quando ipsi non se offerunt ad hoc, sed rogantur à fidelibus, vt ea faciant, possint id facere. Cornexo *d.* §.1. *dub. vlt. per totum.* Bonacina *sup.* §.3. *num.*4. & 5. Hoc tamen intellige quantum est ex parte excommunicationis præcisè, si enim aliunde est in peccato mortali, peccabit mortaliter

administrando Sacramentum sine puritate conscientiæ requisita, propter doctrinam generalem de ministro Sacramentorum. Tenetur enim esse in gratia, saltem medio actu contritionis Cornexo *supra*.

36 Priuatur quoque præfatus Religiosus sicut & quilibet alius maiori excommunicatione innodatus omni communicatione forēsi, idest actibus iuridicis Iudicis, actoris, testis, patroni &c. Id enim, quod attinet ad actus Iudicis, habetur excommuni consensu, accedente inter alia iura *cap. ad probandum de sentent. & re iudicat.* vbi sententia lata à multis, quorum vnus erat excommunicatus, dicitur cassata, idest, cassa, & irrita nunciata, vt notauit Glossa ibi. Cornexo *d.* §. 5. *dub.* 1. Layman. *d. cap.* 2. *num.* 14 Quoad actus vero actoris, patroni, & testis, ex *cap. decernimus de sent. excommunicat. in* 6. Toletus *in Summa lib.* 1. *cap* 13. *num.* 7 Layman. *sup.* Vnde quoad Iudicem spectat, etsi acta ab ipso dum est excommunicatus vitandus valida non sint, siquidem pro eo tempore priuatur vsu iurisdictionis (Cornexo *sup.* Bonacina *sup. quæst.* 2. *punct.* 7. *num.* 2.) ita vt teneatur restituere damnum illatum reo, quem condemnauit, vel eius hæredibus, prout probabilius esse tenet Sanchez *to.* 1. *Consil. Moral. lib.* 3. *cap. vnic. dub.* 18. Si tamen est excommunicatus toleratus valida sunt ipsius acta, propter dicta supra *n.* 34. Cornexo *sup. dub.* 2. Quod etiam intelligendum est, si tamen partes velint coram eo causam agere, quia iuxta dicta in superioribus *num.* 7. 17. 19. & 20. maximè 31. etsi fideles possint cum excommunicato tolerato cōmunicare, ita vt licitè id facere possint, non tamen ad id coguntur, sed possunt ei excommunicationem obijcere. Suarez *sup. disp.* 16. *sect.* 1. *num* 7. Peccat autem ipse Iudex quantumuis toleratus hoc ministerium exercendo (intellige iuxta dicta, si ad id se intromittat) grauiter, vel venialiter iuxta materiæ capacitatem. Sanchez *ibid. num.* 8. 9. & 10. Nota tamen quod quamuis ipse *sect.* 2. satis probabilem esse credat sententiam tenentem, quod excommunicatus validè possit eligi, seu creari in Iudicem, probabilior tamen est opposita, quia vt dictum est superius excommunicatus incapax est cuiuscunque dignitatis etiam temporalis annexam iurisdictionem habentis, propter *cap. venerabilem de elect.* & Doctorum cōsensum. Bonacina *d. punct.* 7. *num.* 4. post alios quos refert. Eadem autem, quæ de Iudice dixi, etiam de arbitro accipienda sunt, quia arbiter ad formam Iudicis constituitur. *l.* 1. *ff. de arbitris*. Suarez *d. sect.* 1. *num.* 6. Cornexo *d. dub.* 1. Secus verò quando aliquis constituitur, non vt verus arbiter, sed vt vir prudens de partium consensu. Suarez *ibid.* Bonacina *sup. num.* 2. Vnde arbitramentum ipsius tenet, cum fiat sine ordine iudicario. Cornexo *ibid.* ex Sayro, & alijs.

36 Quod verò attinet ad actorē excommunicatū, quamuis in causa pro-

propriæ excommunicationis admittendus ſit, non tamen in alijs caſibus nec per ſe, nec per alium, nec per modum reconuentionis, propter *cap. decernimus* relatum, & ideo exceptio excommunicationis reſpectu illius ſemper admittitur, *cap. exceptionem de exceptionibus & cap.* 1. *eod. tit in* 6. Suarez *ſupra ſect.* 3. *num.* 1. & 2. Sayrus *lib.* 2. *cap.*7. Licet autem excommunicatus vitandus à Iudice repelli debeat, non tamen toleratus, quia hic licet repelli poſſit exceptione obiecta, ſi tamen non obijcitur talis excepto admitti poteſt, pro vt habetur ex *d. cap.*1. *de excep. in* 6 Layman. *ſupra* Bonacina *d. punct.*7. *num.*9. Geſta etiam per actorem excommunicatum, ſiue toleratum, ſiue non toleratum, quando admiſſus eſt in iudicio, nec repulſus, valida ſunt, cum ius illa non irritet, imò potius oppoſitum elici videatur ex *d. c.*1. *de except.* Layman. *ſup.* Bonacina *n.* 10. Peccat tamen mortaliter, vel venialiter iuxta capacitatem materiæ actoris munus exercendo, propter Eccleſiæ prohibitionem, & quia ſe immiſcet hominum communioni, niſi magna neceſſitate cogente id faciat. Suarez *ſup. n.*9.

37 Quoad munus patroni, ſeu aduocati, cum illud ſit excommunicato vetitum non ſolum *d. cap. decernimus* ſed etiam ex communi prohibitione communicandi cum alijs, id circo peccat excommunicatus etiam toleratus illud exercendo. Geſta tamen ab ipſo (niſi repulſus fuerit) valida ſunt, etiam ſi ſit excommunicatus vitandus, prout in ſimili dixi de actore. Cornexo *ſup.* §.9. Layman. *ſup.* Quod idem proportionaliter dicendum de munere procuratoris, tutoris, ſeu curatoris. Cornexo *ibid.* Bonacina *ſup. num* 13. & 15. Vbi etiam *n.* 16. non teneri ad reſtitutionem pretij accepti pro exercitio officij aduocati, adde, & procuratoris, tutoris, ſeu curatoris.

38 De teſte etiam dicendum ſicut de patrono, & aduocato, videlicet excommunicatum prohiberi eſſe teſtem ex eod. *cap. decernimus*, & excommuni prohibitione communicandi cum alijs. Excipitur cauſa hæreſis *cap. in ſtaei fauorem de hæretic in* 6. Vnde in alijs caſibus peccat excommunicatus teſtificando niſi ſit toleratus, & non ſe ingerat ad hoc faciendum, ſed id ſit in vtilitatem aliorum. Caſu tamen, quod excommunicatus etiam vitandus non repellatur, vel à Iudice, vel à parte, validum erit eius teſtimonium, pro vt in ſimili dixi de actore, & aduocato. Layman. *ſup.* Bonacina *ſup. num* 11. & 12.

39 De munere tabellionis, cui correſpondet in Religionibus munus Secretarij, ſeu Notarij. dicendum, etiam eſſe prohibitum excommunicato cuicunque, etiam tolerato, quia illi prohibita eſt communicatio cum alijs ſine qua non poteſt id munus exerceri. Cornexo *d.* §.9. An vero eius acta valida ſint, tractant Henriquez *lib.* 13. *cap.* 9. Auila *par.*2. *cap.*6. *diſp.*6. *dub.*5. Suarez *diſp.* 16. *ſect.* 5. & Cornexo *ſup.*

40 Posse autem excommunicatum quemcunque veluti reum in causis conueniri, & tunc se defendere, procuratorem creare, & alia facere quæ ad sui defensionem legitimam necessaria sunt, conforme est tum iuri naturali, tum alijs iuribus, præsertim *cap. intelleximus de iudicijs cap. cum inter priorem de except*, De quo Siluester *in Summ. verbo excommunicatio 3 num.2.effectu 12.* Toletus *in Summa lib.3.cap.13. num.8.* Layman. *sup. num.* 15. Quod maximè procedit quando ipse est reus necessarius, seu coactus, non quando voluntarius. Cornexo *sup. d.* §.9 ex Suario, & Sayro.

41 Excommunicatio præterea, irritat, & annullat litteras, & rescripta Apostolica ab excommunicato impetrata super alio articulo, quã excommunicationis, ex *cap.1. de rescript. in sexto*. Siluester *supra d. num.2. effect.16.* Nauarrus *in Man. cap.27. num.22.* Intelligitur hoc de excommunicato etiam tolerato; quia textus generaliter loquitur, nec Extrauagans *Ad euitanda* aliquem fauorem tribuit excommunicato quantumuis tolerato. Suarez *disp.17. sect.1. num.* 4. Bonacina *sup. punct. vlt.* Nota autem hoc solum procedere in rescriptis Pontificijs, non in alijs Episcopalibus, aut à Prælatis Religionum impetratis, textus enim adductus non probat aliud. Suarez *num.* 3. & Bonacina *ibid.* Hac ergo de causa in rescriptis Papalibus præmitti solet absolutio excommunicationis ad valorem eorum; quæ absolutio quantum valeat dixi supra verbo *Beneficium.num.9.*

42 Maximè etiam priuatur præfatus religiosus, & quilibet alius maiori excommunicatione innodatus, omni ciuili, & politica communicatione fidelium contenta illo versu: *os, orare, vale, communio, mensa negatur.* Ex *ca. cum excommunicato 11. quæst.3. cap. nuper, cap. si aliquando de sent. excommunicat. cap.2.de except.* & alijs iuribus. Siluester *sup. d. num.2. effect.* 5. Nauarrus *sup. num.19. & 20.* Toletus *in Summa lib.1. cap.11. num.3.* Quæ prohibitio intelligenda est de actiua, & passiua communicatione, ita vt non solum excommunicatus ipse teneatur aliorum fidelium communicationem vitare, sed etiã ipsi fideles debeant eius communicationem fugere, iuxta moderationem tamen Extrauagantis *Ad euitanda*, de qua sæpius dixi. Cornexo *supra* §. 10. *dub.* 1. Nomine autem fidelium comprehenduntur hoc loco omnes baptizati, etiam aliàs excõmunicati, aut hæretici. Layman. *sup. num* 16. Per *os* intelliguntur colloquia etiam secreta, siue per verba, siue per signa, aut per litteras, vel nuncios, oscula, amplexus, munerum donatio, vel receptio. Nauarrus *sup. num.*20. Sayrus *lib.2.cap.13.* Per *orare* intelligitur omnis participatio cum excommunicato in Sacramentis, diuinis Officijs, & alijs orationibus, siue in Ecclesia, siue extra. Nauarrus *ibid.* Toletus *sup.* Per *vale* salutationes, resalutationes, honoris

honoris exhibitiones, quales ſunt excommunicato aſſurgere, detegere caput, locum dare in ſedili &c. Suarez *ſup. diſp.* 15. *ſect.* 1. Cornexo *ſup.* Bonacina *ſup. punct.* 6. § 2 *num.* 4. Quamuis Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *quæſt.* 1. *art.* 4. Sayrus *ſup. num.* 7. & alij hoc reſtringant ſolum ad ſalutationem verbis factam, non ad alia ſigna honoris. Quorum ſententia ſolum admittenda eſt, quando ea fierent ad vitandum ſcandalum, magni damni periculum, vel vt media ad conuerſionem excommunicati. Propterea licitum erit illi dicere *Deus te conuertat*, *Deus te illuminet &c.* Bonacina *ſup. num* 4. In caſu etiam, quo liceat illi ſcribere, loco ſalutationis debemus dicere, *Spiritum ſanioris conſilij &c.* Cornexo *ſup.* ex D. Antonino, & alijs. Nota tamen, quòd Diana *ſup. Reſolut* 116. referens Henrriquez, Coninch, Præpoſitum, Filiucium, & alios, tenet probabile eſſe non eſſe prohibitum reſalutare excommunicatum, etiam non toleratum, quia hoc non tam eſt ſalutare, quam ſoluere debitum ipſi, quia ipſe prius ſalutauit. Per verbum *communio* intelligitur primò omnis humanus, & ciuilis contractus, etſi enim tales contractus cum excommunicato initi ſæpius validi ſint (Silueſter *in Summa verbo excommunicatio* 3. *num.* 7. Toletus ſupra) ſunt tamen illiciti. Sairus *lib.* 2. *cap.* 13. Intelligitur etiam quæcunque communicatio in ſocietate, cooperatione, & habitatione. Cornexo *ſup.* Vnde conſedere, conmanducare, condormire, collaborare, cooperari, ſi hæc fiant formaliter per modum ſocietatis, aut communicationis ſunt prohibita, ſecus vero ſi fiant caſu aliquo, & materialiter ſolum. Suarez *ſup. diſp.* 15. *ſect.* 1. *n.* 8. *&* 9. Bonacina *ſup. num.* 5. Per *menſam* intelligitur commmunicatio in cibo, & potu, in eadem menſa formaliter, vt dictum eſt, vt contingit in Monaſterijs, & Seminarijs, in quibus, licet diuerſæ menſæ ſint diſpoſitæ in eodē refectorio, omnes tamen ei loco cenſentur adeſſe per modum ſocietatis. Cornexo *ſup.* Bonacina *ſup. num.* 6. referens Auilam, Henriquez, Sayrum, & alios. Vnde recte infert cum qui ſcit in ſuo refectorio eſſe aliquem notoriū percuſſorem clerici, peccare non recedendo. Idemque videtur dicendum de magiſtro, vel lectore lectionem aliquam legentibus coram multis diſcipulis, ipſiſque audientibus, ſi vnus ipſorum ſit excommunicatus vitandus. Auila 2. *par. cap.* 6. *diſp.* 11. *dub.* 3. *concl.* 8. Bonacina *ſup. punct.* 3. §. 2. *num.* 12. Licet oppoſitum teneant Suarez *ſupra diſp.* 12. *ſect.* 2. *num.* 5. & Naldus *in Summa verbo excommunicatio num.* 30. *& verbo legere num.* 7.

43 Hæc tamen omnia intelligenda ſunt, vt dixi, iuxta moderationem Extrauagantis *Ad euitanda*, de qua ſupra *num.* 5. Ex qua habetur, quod licet excommunicatus ipſe quicunque ſit, non poſſit in aliquo ex prædictis caſibus cum alijs communicare abſque peccato, alij tamē

pote-

poterunt communicare cum illo, si sit toleratus, idest si non sit, vel tam notorius clerici percussor, quod nulla tergiuersatione celari possit, vel nominatim denunciatus, seu publicatus, solum enim hoc duplex genus excommunicatorum cuitare tenemur, propterea namque vocantur excommunicati vitandi, seu non tolerati. Hoc vero peccatum ex parte ipsius excommunicati cum alijs communicantis, regulariter, & per se solum erit veniale, quia materia censetur leuis. Suarez *d. disp. 15. sect. 2. num. 4.* Cornexo *sup. dub. 1.* Dixi *regulariter*, quia si id fiat ex contemptu clauium Ecclesiæ, tunc ob grauem iniuriam, quæ Ecclesiæ fieret, esset mortale, iuxta dicenda inferius. Dixi *per se*, non solum, quia per accidens ratione necessitatis excusari potest excõmunicatus cum alijs communicans etiam à veniali, iuxta dicenda inferius, sed etiam, quia si excommunicatus toleratus communicet cum alijs non se se, sponte ingerendo, sed ab ipsis inuitatus, aut prouocatus excusari similiter poterit à veniali. Nam cum in dicta Extrauaganti *Ad euitanda*, concessum sit fidelibus priuilegium communicandi cum excommunicatis toleratis, consequenter etiam dici debet idem priuilegium indirectè concedi ipsis excommunicatis eo casu. Bonacina *sup. punct. 6. §. 1. num. 1.* Layman. *sup. cap. 4. num. 6.*

44 Alij etiam fideles cũ excommunicatis vitandis in prædictis casibus extra diuina communicantes solum peccant venialiter, iuxta dicta supra *num.* 43. Excipe, vt ibi dixi, quando adest contemptus excommunicationis, aut clauium Ecclesiæ, quia tunc peccarent mortaliter. Nauarrus *sup. n.* 29. Cornexo *d. dub. 1.* Incurrunt etiam, iuxta sæpius dicta, excommunicationem minorem. Quando autẽ excommunicatio esset posita etiam contra participantes, tunc communicare cũ sic excommunicato esset peccatum mortale, & incurreretur excommunicatio maior. Suarez *d. sect. 2. num. 17.* Toletus *dicto cap. 17. num. 3.* Cornexo *sup.* Nota tamen, quod hæc excommunicatio in participantes non est lata à iure, sed solum imponitur ab homine, & per sententiam specialem nominando eos, cum quibus communicatio prohibetur, & monitione canonica præmissa, *cap. statuimus de sent. excommunicat. in 6.* Sotus *in 4. dist. 22. quæst. 1. ar. 4.* Suarez *sup.* Tollitur etiam ab eodem à quo tollitur principalis. Toletus *sup. cap. 16. num. 7.* Similiter etiam quando communicatio esset, vt dicitur, in crimine criminoso cum excommunicato, tunc cum illo communicans incurreret etiam excommunicationem maiorem, & peccaret mortaliter, *cap. si concubinæ, & cap. nuper de sent excommunicat.* Sotus *sup.* Cornexo *sup.* Bonacina *d. punct. 6. §. 1. num. 8.* Requiritur autem ad incurrendam hanc excommunicationem, primò, quod talis excommunicatus sit vitandus, secundò, quod communicatio sit cooperando crimini, vel

contu-

contumaciæ, propter quam lata eſt contra eum excommunicatio, ſeu propter quam contraxit excommunicationem, poſtquam illam contraxit, vt ſi aliquis præbeat auxilium, fauorem, vel conſilium excommunicato propter retentionem concubinæ, vel non reſtitutionem bonorum ne ea faciat, quæ illi præcipiuntur. Tertiò, vt id faciat ſcienter, ſciens videlicet illum eſſe excommunicatum propter tale crimen, *cap. nuper* relatum. Nauarrus *d. cap.* 27. *num.* 112. Bonacina *ſupra num.* 9. Adde, nec ſufficere, quod excommunicatus cum quo participatur ſit quomodocunque vitandus, ſed vt ſit nominatim excommunicatus, quia de hoc eſt ſermo in *d. cap. nuper*. Sanchez *lib.* 2. *in decalog. cap.* 10. *num.* 50. Abſolutio etiam ab hac excommunicatione acceſſoria pertinet ad eum ad quem ſpectat abſolutio principalis. Layman. *ſup. cap.* 3. *num.* 1.

45 Sunt tamẽ aliqui caſus, in quibus ſine aliqua culpa etiã veniali, aut aliqua excommunicationis, etiam minoris, pœna, licitum eſt communicare cum excommunicato, quantumuis vitando, & non tolerato, vt deciditur à Gregorio ſeptimo *in ca. quoniam multos* 11 *quæſt.* 3. quos communiter Doctores in hoc verſiculo comprehendunt: *vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe*. Per *vtile* intelligitur vtilitas ſiue ſpiritualis, ſiue corporalis ipſius excõmunicati, vel participãtis cum illo. Ita quod ea interueniente licitè cum ipſo communicare poſſumus. Vaſquez *de excommunicat. dub.* 9. Cornexo *ſup. d.* §. 10. *dub.* 2. Vnde non ſolum Concionator habere poteſt concionem coram ipſo, ſed etiam poſſunt fideles eum hortari vt reſipiſcat, & ad meliorem frugem ſe recipiat, etiã ſi alia verba intermiſceantur, & vrbaniter ſalutetur, aut ſi ad ipſum ſcribatur, ſalutatione ordinaria in principio epiſtolæ præmiſſa id fiat, ordinatè tamen ad ipſius reſipiſcentiam. *cap. cum voluntate de ſent. excommunicat.* Siluester *in Summa verbo excommunicatio* 5. *num.* 4. Nauarrus *ſup cap* 27. *num.* 26. Bonacina *ſup.* §. 2. *num.* 10. Addit Cornexo ſupra ex Sayro etiam pro vtilitate ſpirituali alicuius tertij poſſe nos communicare cum excommunicato. Addendum, quod quia vt dixit Siluester *ſup.* in hoc habenæ laxandę non ſunt, ideo ad hoc, quod ratione vtilitatis poſſimus cum excommunicato communicare, oportet, quod hæc vtilitas ſiue ſpiritualis, ſiue itemporalis noſtra, vel ipſius excommunicati, ſit notabilis, vt Laymanus *ſup. cap.* 2. *num.* 16. §. *Itaque primo* dixit, ideſt, vt ſit moralis quædam neceſſitas ad melius eſſe, vt ait Suarez *ſup diſp.* 15. *ſect* 3. *num.* 10. Addit idem *num.* 11. etiam ipſum excommunicatum ob ſimilem vtilitatem ſuam, quæ moralis neceſſitas ad melius eſſe cenſeatur, poſſe cum alijs communicare. De lectore etiam, vel magiſtro, quod propter vtilitatem diſcipuli excommunicati coram eo legere poſſit lectionem Theologiæ,

& ipſi

& ipsi respondere ad dubia, tenet Sotus *in 4. dist. 22. q. 1. art. 4.* Sed iure nõ admittitur hoc ab alijs, nisi intercederet dicta notabilis vtilitas.

46 Per particulam *lex* intelligitur lex matrimonij. Vnde vxor non peccat cohabitando cum marito excommunicato etiam non tolerato, nec communicando cum illo tam in petitione, & redditione debiti, quam in gubernatione domus, communi mensa, familiari colloquio, *ca. quoniam multos* 11. *quæst.* 3. Sanchez *lib. 9. de matrim. disp.* 14. *num.* 4. Cornexo *sup.* Similiter vir non excommunicatus communicare potest cum vxore excommunicata, propter æqualitatem mutuæ obligationis inter coniuges ad omnia obsequia. Sanchez *sup. num.* 16. Cornexo *sup.* Diana *sup. Resolut.* 122. & 123. Apud quos alia ad intentum, quæ quia Regularibus minus necessaria sunt, prætermitto.

47 Per particulam *humile* intelligitur quicquid pertinet ad subiectionem, ita scilicet vt qui alteri subijciuntur, vt sunt filij respectu parentum, famuli respectu dominorum, &, quod propriùs ad nos spectat, subditi respectu suorum Prælatorum, possint cum eis quantumuis excommunicatis communicare. *cap. quoniam multos.* Siluester *sup. verbo excomunicatio* 5. *num.* 4. Bonacina *d.* §. 2. *num.* 25. Sed quod attinet ad Religiosos respectu suorum Prælatorum, cum iuxta dicta *tomo primo cap.* 4. *num.* 38. subditus non teneatur obedire suo Prælato excommunicato vitando, imo nec debeat id facere, nisi forsan ex vrbanitate (quid quid dicat Bonacina *sup. num.* 26.) ideo hæc communicatio, quæ permittitur Religioso cum suo Prælato excommunicato vitando non est in ratione Prælati, cum nullum actum Prælatus ipse exercere possit, cum sit suspensus ab Officio, sed solum videtur esse illa, quę ratione habitationis vitari moraliter non potest. Suarez *sup. disp.* 15. *sect.* 7. *num.* 2. Diana *sup. resolut.* 127. Quo sensu accipiendus Cornexo *sup.* §. *Respondetur Clericos.* Solum ergo ille qui est sibi ad corporale obsequium deputatus poterit familiariter communicare cum ipso, & ipse cum illo, non titulo prælationis, sed quasi seruitutis, vel necessitatis, sicuti posset facere quilibet alius Religiosus eodem modo excommunicatus. Suarez *ibid.* Idem dicendum est e contra de Prælato respectu Religiosi excommunicati non tolerati, scilicet non posse communicare cum illo nisi in casu necessitatis, vel notabilis vtilitatis, aut quantum spectat ad paternalem gubernationem, & regimen ipsius. Graffius *in decis. aur. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 9. Suarez *sup. num.* 5. Serui autem Religiosorum generaliter loquendo communicare possunt cum illis, etiam si excommunicati sint non tolerandi, ex *d. ca. quoniam multos.* Bonacina *d.* §. 2. *num.* 31. Quod intellige, etiam si seruitus fuisset posterior excommunicatione, prout plures probabiliter existimant. Coninch. *disp.* 14. *dub.* 12. *num.* 129. Hurtadus *disp.* 9.

de ex-

de excommunicat. diff.4. num. 24. Idem dicendum e contra quando ipſi ſerui ſunt excommunicati,ius enim quod conceſſit huiuſmodi priuilegium ſeruis reſpectu dominorum ſuorum idem videtur conceſſiſſe dominis reſpectu ſeruorum,quia in correlatiuis diſpoſitum in vno habet locum etiam in alio. Vaſquez *de excommunicat. dub.* 9. Bonacina *ſup. num.* 38. Qui verò intelligantur nomine filiorum, cum dicitur filios poſſe communicare cũ patre excommunicato,latè tractent Auctores relati. Solum aduertendum ad intentum noſtrum, quod cum Magiſter nouitiorum ſit veluti pater ſpiritualis ipſorum,quid quid dicitur de communicatione patris excommunicati cum filijs, & e conuerſo, dici etiam debet de Magiſtro nouitiorum, & ipſis nouitijs. Bonacina *ſupra num.* 39.

48 Per particulam *res ignorata* denotatur, à peccato,& excommunicatione, quæ incurritur ob communicationem cum excommunicato vitando,excuſare ignorantiam inuincibilem,vel inaduertentiam iuris, vel facti. Siluester *ſup. verbo excommunicatio* 5. *num.* 4. Cornexo *ſup.* Qualiter autem dubius an alius ſit excommunicatus vitandus non teneatur illum euitare,dixi ſupra verbo *dubia Regularia num.* 15. Vide Nauarrum *ſup. cap.* 27.*num.*27. Nec ſufficit ad hoc vt euitetur ſcięntia quæ per Sacramentũ Confeſsionis habetur,quia id quod ſola Confeſſione ſcitur cenſetur ignoratum. Cornexo *ſup.* Bonacina *ſup.n.*45. Nec etiam requiritur, quod perſonaliter viderit excommunicatum publicè denunciari, aut publicè percuſiſſe Clericum,ſed ſufficit, quod de hoc ſit fama publica, vel id aſſeratur à fide dignis, aut ab ipſomet excommunicato. Siluester *d. num.* 4. & 28. Cornexo *ſup.* Quem vero ſemel ſcio eſſe excommunicatum vitandum ſemper debeo ipſum vitare, donec mihi conſtet de ipſius abſolutione, niſi ipſe aliàs ſit pius, & fide dignus, ac dicat ſe eſſe abſolutum, aut non ſeruet excommunicationem. Siluester *ſup. num.*26. Nauarrus *ſup. num.*36.Cornexo *ſup.*

49 Per particulam *neceſſe* denotatur,neceſſitatẽ tam ipſius excommunicati, quam aliorum, ſiue extrema ſit, ſiue ſolum grauis, ſiue Spiritualis, ſiue corporalis, excuſare communicantem cum excommunicato vitando a peccato,& excommunicatione incurrenda.Ita enim colligunt ex *d. cap quoniam* Autores relati. Explicanda porro videtur de neceſſitate notabili, ſicut in ſimili dixi circa particulam *vtile*. Vnde quamuis Nauarrus *ſup. num.* 27. eam vocet magnam neceſſitatem, melius tamen Suarez *d. diſp.* 15. *ſect.* 3. *num.*8. eam appellat alicuius momenti,& grauitatis.Vnde ad noſtrum intentum plures aſſerunt Religioſos poſſe poſtulare eleemoſynas etiam ab excommunicato vitando. Bonacina *ſup. num.* 59. ex Sayro, & Auila. Præſertim cum poſtulare alicui eleemoſynam ſit ſuadere illi opus charitatis, miſericordiæ,

vel

vel beneficentiæ, quod non est prohibitum cum excommunicato.

50 Quamuis autem contenta in prædicto versu *vtile, lex, humile, res ignorata, necesse* aliqui credant solum excusare à communicatione in politicis, seu humanis, non à communicatione in diuinis (. Silueſter *sup. num.* 5. Toletus *sup. num* 6.) plures tamen alij ea extendunt etiam ad communicationem in diuinis, quia dictum *ca. quoniam multos* generaliter loquitur. Sa *in Summ. verbo excommunicatio, num.* 44. Auila *par.* 2. *cap.* 6. *disp.* 11. *dub.* 6. Cornexo *sup.* Layman *d. cap.* 2. *num.* 16. §. *deinde*, & alij. Illud tamen certum communicationem in crimine criminoso, de qua supra *num.* 44. nullatenus permissam esse, quibuscumque. Layman, *ibid.* & alij.

51 Quamuis etiam aliquorum sententia sit excommunicato non teneri debitorem soluere debitum, saltem citra extremam necessitatem, (Lessius *lib.* 2. *cap.* 16. *dub.* 9. *num.* 77. Naldus *in Summa verbo excommunicatio num.* 32.) probabilius tamen est contrarium, cum nullo iure naturali, aut humano debitor excludatur à solutione talis debiti. Etsi enim *ca. nos Sanctorum*, & *ca. iuratos* 15. *quæst.* 6. declaretur, eos qui obnoxij erant alicui titulo fidelitatis, aut iuramenti liberari à tali vinculo si is inciderit in excommunicationem, & faueat *cap. grauem de pœnis.* ibi tamen non est sermo de debitis realibus pecuniarum &c. sed de debitis subiectionis, seu de debitis solis verbis contractis. Toletus *sup. d. cap.* 13. *num.* 7. Auila *par.* 2. *cap.* 6. *disp.* 11. *dub.* 4. Diana *sup. Resolut.* 130.

52 Religiosus quoque, & quicunque alius excommunicatus maiori excommunicatione, in ea per annum perseuerans, tanquam suspectus de hæresi inquiri potest ab Inquisitoribus hæreticæ prauitatis. Colligitur ex *c. grauem de pœnis*, & ex Conil. Trid. *sess* 25. *c.* 3. Tol. *sup. n.* 10. Nal. *in Summ. verbo excōmunicatio n.* 41. Quodsi citatus ad se purgandum de tali suspicione non se purget ab illa, tunc iterum excommunicatur; &, si per annum insordescit reputatur vt hæreticus *Cap. cum contumacia de hæretic. in 6.* Toletus *sup. num.* 11. Naldus vt supra. Apud quos alia ad intentum. Huiusmodi etiam excommunicatus per annum in sordescens priuari potest beneficijs, quæ obtinet. Abbas, & Doctores *in cap. cum bonæ de ætat. & qualit.* Toletus *sup. num.* 9. Suarez *disp.* 17. *sect.* 1. *num.* 7. Habetur etiam *ex ca. rursus & ca. quicumque* 11. *quæst.* 3. quod si excommunicatus intra annum causam suam purgare contempserit, postea non audiatur. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 23. Suarez *sup.* Qualiter autem per annum insordescens non gaudeat generali absolutione, quæ in rescriptis Pontificis præmitti solet, dixi supra verbo *Beneficium num.* 9. Quid vero requiratur ad dictam insordescentiam, agit Naldus *sup. num.* 40.

Nec

53 Nec ſolum viuens, ſed etiam mortuus punitur ab Eccleſia excõmunicatus. Si enim ante abſolutionem obtentam deceſſerit, priuandus eſt Eccleſiaſtica ſepultura, *cap. ſacris de ſepulturis*, & Clem. 1. *eod. tit.* Et ratio traditur à Pontifice, vt quibus non *communicamus viuis, neque mortuis communicemus.* Cornexo *ſup.* §. 8. *dub.* 1. Layman. *ſup. num.* 19. Negatur etiam ipſis funebre Eccleſiaſticum Officium, propter eamdem rationem. Cornexo, & Layman. *ibid.* Per Eccleſiaſticam vero ſepulturam intelligitur ſepultura in loco Sacro, ideſt in Eccleſia, vel Cœmeterio, vel alio loco ad ſepulturam, vel diuina Officia peragenda legitima auctoritate deſtinato. Cornexo *ſup.* Bonacina *ſup.* §. 3. *num.* 3. & 4. Non autem in loco proximo Cœmeterio, vel Eccleſiæ, qui non eſt locus Sacer. Cornexo, & Bonacina *ibid.* Caſu ergo quo in loco Sacro ſepultus eſſet excommunicatus extumulari debet, & poni in loco non Sacro. *cap. Sacris de ſepulturis.* Toletus *ſup. d. cap.* 13. *num.* 9. Cornexo *ſup.* Qualiter vero hæc intelligantur ſolum de excommunicato tolerando, ſeu non tolerato, & quod propter ſic excommunicati ſepulturam in loco Sacro violetur Eccleſia, ita vt indigeat reconciliatione, habes ſupra verb. *Eccleſia num.* 12. De quo etiam authores relati. Nota tamen, quod ſi talis excommunicatus dederit ante mortem ſigna contritionis, non ſolum tunc poteſt abſolui, & poſtea ſepeliri in loco Sacro, vt de ſe patet, quod intellige etiam ſi ſolum abſolutus fuerit a quolibet Sacerdote ob neceſſitatem, *cap. vlt. de ſepulturis* (Vgolinus *Tabul.* 2. *cap.* 9. §. 5. Suarez *ſup. diſp.* 12. *ſect.* 4. *num.* 3.) ſed etiam caſu quo ante mortem abſolutus non fuerit, nec per eum ſtetit quo minus abſolutionem conſequeretur, ſed ſigna contritionis dederit, poteſt poſt mortem abſolui, ſepeliri in loco Sacro, & frui ſuffragijs Eccleſiæ. *cap. a nobis* 2. *cap. ſacris de ſent. excommunicat.* Suarez *ſup.* Laymanus *ſup.* Vnde declaratum eſt a S. Congregatione apud Barboſam *in Compend. Bullar. verbo excommunicatio*, quod ſi excommunicatus in mortis articulo dixit: *Confeſſione, Madonna Sanctiſſima aiutami*, Eccleſiaſticę ſepulturæ tradi debet. Sepelientes autem excommunicatum vitandum in loco Sacro non ſolum peccant mortaliter, quia communicant in diuinis cum excommunicato, nec ſolum incurrunt excommunicationem minorem, quam generaliter incurrunt omnes communicantes cum excommunicato non tolerato, ſed etiam ſi id faciant ſcienter, & ex præſumptione incidunt ipſo facto in excommunicationem maiorem, a qua non poſſunt abſolui niſi prius ad arbitrium Diœceſani eis quibus irrogata eſt iniuria ſatis factionem exhibuerint competentem. Ita enim habetur Clement. 1. *de ſepult.* Vgolinus *ſup.* §. 6. Suarez *ſup. num.* 8. & *ſequentibus.* Naldus *in Summa verbo excommunicatio num.* 29. Incur-

runt

iuntetiam pœnam interdicti ab ingressu Ecclesiæ sæculares, siue Regulares id facere præsumentes, ex *cap. Episcoporum de priuilegijs in 6.* Cornexo *sup.* Vide & Thesaurum *in prax. par. 2. verbo Censura cap. 7. & 14.* Quinam autem censendi sint sepelientes excommunicatum, an videlicet quoquomodo ad id cooperantes &c. agunt Vgolinus, & Suarez relati, Naldus *supra, & verbo sepultura num.* 5. Diana supra *Resolut.* 98.

54 Circa hanc etiam materiam vide dicenda infra verbo *Interdictum*, verbo *Irregularitas.* & 4. to. verbo *Suspensio.*

EXEMPTIO REGVLARIVM.

SVMMARIVM.

De illa remissiuè. num. 1.
Quid, & quotuplex sit. num. 2.
Exemptio Regularium ab Ordinarijs an illis competat iure communi. num. 3.
Saltem ex priuilegijs Summorum Pontificum ea competit ipsis. num. 4.
Qualiter intelligenda, & à quibus Ordinarijs. num. 5.
Per quæ verba denotetur huiusmodi exemptio. num. 6.
An illis Suscipimus sub defensione, vel sub protectione. *num.* 7.
An illis Suscipimus in proprios filios, vel in ius S. Petri. *ibid.*
Quid quando Ordinarij procedunt contra Regulares in casibus in quibus exempti sunt. num. 8.
An quando procedunt per censuras. ibid.
An Ordinarij possint declarare excõmunicatos Regulares exẽptos. n. 9.
Declaratio S. Congregat. quoad hoc. ibid.
Quid habeatur ex Clementina 1. de priuilegijs. *ibid.*
An Legati habeant prædictam facultatem. num. 10.
Quid de casibus in quibus, vel ex decreto Concilij Tridentini, vel ex Constitutionibus Apostolicis Regulares subduntur Ordinarijs. n. 11.
Quid si Regulares habeant priuilegium in contrarium. ibid.
Regulares non obedientes Ordinarijs in casibus quibus illis subduntur à quibus puniendi. num. 12.
Declarationes S. Congregat. quoad hoc. 1 *num.* 3.
Citati Regulares ab Episcopo an teneantur comparere. num. 14.
An ostendere priuilegium exemptionis. ibid.
Regulares ad tribunalia sæcularia an aliquo prætextu trahi possint. num. 15.

Non

Non prætextu grauaminis, aut violentiæ, vel etiam à ſenſionis, num. 16.

Quid de Iudice ſæculari oppoſitum faciente. ibid.

Quid quando Iudex Eccleſiaſticus, vel non adeſt, vel ſi adeſt non vult auxilium ferre. ibid.

Recurrere Regulares ad ſæcularia tribunalia abuſus quorumdam eſt. num. 17.

An liceat illis appellatio ad prædicta tribunalia. num. 18.

Quid de appellationibus tuitiuis. ibid.

Optima Soti doctrina. ibid.

An ſaltim auocatio cauſarum Regularium ad prædicta tribunalia licita ſit. num. 19.

1 DE hac re præter dicta cap. 11. fere per totum, & ſupra verbo *Cauſa iudicialis Regularium*, & verbo *Clericus*, & verbo *Delinquens Regularis*, & verbo *Epiſcopus*, alia addenda ſunt pro maiori ipſius notitia.

2 Eſt autem exemptio idem, quod liberatio, ſeu eductio alicuius à poteſtate alterius, & exemptus, qui potitur tali exemptione. Siluester *in Summ. verb. exemptio num. 1.* Ea vero prout ad Regulares ſpectat eſt duplex, alia ab Ordinariorum iuriſdictione, & alia à ciuili, ſeu ſæculari poteſtate. De vtraque ergo dicendum.

3 Et de priori loquendo, licet videatur iure communi competere Regularibus, *ca. Quam ſit neceſſarium, & ca. nullam 18. quæſt. 2.* oppoſitum tamen dicendum eſt, cum conſtet eo *ca. nullam* potius haberi contrarium illis verbis: *Clerici ſingulorum Monaſteriorum ſint in poteſtate Epiſcoporum.* Idemque ſupponitur ferme per totam illam *quæſt. 2 ca. hoc tantum, ca. Abbas. ca. quidam. ca. qui Religioſis. ca. de Monachis. ca. Cellulas. ca. ſi quis Abbas. ca. Abbates. ca. Monaſteria, ca. Abbatibus, ca. cognouimus. ca. viſitandi. ca. non ſemel. ca. ſeruitium*, & alijs iuribus. De quo Campanile *in Diuerſ. iur. canon. Rubric. 12. cap. 13.* Barboſa *de Offic. & poteſt. Epiſcop. Allegat. 105. n. 1. & 2.* Tamburinus *de Iure Abbat. to. 1. diſp. 15. quæſt. 1. & 2.* Limitant hoc Siluester *in Summa verbo Epiſcopus quæſt. 7* Sanchez *to. 2. conſil. Moral. lib. 6. cap. 9. dub. 1. num. 8.* dicentes, Regulares iure communi exemptos eſſe à lege Diœceſana Epiſcopi. 11 *quæſt. 1. ca. 1. & quæſt. 3. ca. inter cætera, & 18. quæſt. 2. ca. quam ſit. & 16. quæſt. 1. ca placuit*, non autem à lege iuriſdictionis, prout ex prædictis iuribus *& ca. obitum diſt. 61. ca. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7.* & alijs colligitur. Limitandum etiam videtur, vt ſcilicet, dicatur monachos iure communi exemptos eſſe ab Ordinariorum iuriſdictione, quantum ſpectat ad

Regulæ obſeruantiam. Ita enim ſupponitur in *d. ca. nullam*, vbi dicitur, ea quæ pertinent *ad diuini cultus reuerentiam, vel vtilitatem Monaſterij* ad Abbatem ſpectare, idque conſtat ex præſenti vſu Eccleſiæ ea: enim Monaſteria, quæ Ordinarijs ſubdita ſunt, ſubduntur quoad Regularem obſeruantiam ſuis Prælatis, vt dixi ſupra verbo *Epiſcopus* quoad Regulares *num.* 26. *&* 16.

4 Quiquid autem de hoc ſit certum eſt, ſaltem ex priuilegijs Sedis Apoſtolicę omnes ferme Regulares ab Ordinariorũ iuriſdictione exẽptos eſſe, vt conſtat ex varijs ipſorum priuilegijs, quæ prolixitatis vitandæ cauſa prætermitto, & ſupponunt Authores relati. Specialiter Carmelitæ eam habent a Clemente 4. Ioanne 22. Clemente 6. Sixto 4. & alijs Summis Pontificibus, vt videre eſt in Mari magno Ordinis, Bullæ ſcilicet eiuſdem Sixti 4. quæ incipit *Dum attenta*, & extat in Bullario Rodriguez to. 1 in eodem Sixto *num.* 37. & agnoſcit Tamburinus *dicta diſp.* 15. *quæſit.* 4. *num.* 19. Qui etiam refert ibidem exemptionem noſtrorum Patrum Diſcalceatorum, & eo *quæſit.* 4. exemptiones per diuerſos Summos Pontifices conceſſas Ordinibus Baſilianorum, Canonicorum Regularium, Caſſinenſium, Cluniacenſium, Camaldulenſium, Vallumbroſanorum, Ciſtercienſium, Celeſtinorum, Silueſtrinorum, Oliuetanorum, Montis Virginis, Præmonſtratenſium, Carthuſianorum, Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Auguſtini, Crucigerorum, Seruitarum, Minimorum, Ieſuitarum, Theatinorum, Clericorum Regularium de Somaſcha, Miniſtrantium infirmis, Scholæ piæ, Fratrum B. Ioannis Dei, & aliorum. Idem intentum proſequitur Barboſa ſupra dicta *Allegat.* 105. & Ioannes Maria Nouarius *in lucern. Regular. verbo exemptio.* Aliorum verò Ordinum Regularium, quos Auctores iſti prætermiſerunt, exemptio, conſtare poteſt, tum ex dictis 2. *to.* tum ex Compendijs ipſorum priuilegiorum.

5 Circa quæ priuilegia, & pro praxi Regularium circa ipſa, aliqua animaduertenda ſunt. Primum, quod quamuis in ea graui quæſtione qua quæritur, quid nomine Ordinariorum in priuilegijs exemptionis Regularium intelligendum ſit, an ſcilicet ſolus Epiſcopus, vel Archiepiſcopus, & eorum Vicarius, an etiam Legati Papæ, dixerim dicto *cap.* 11. *num.* 18. Legatos à latere non comprehendi, præſertim propter litteras ſuarum Legationum, nunc verò addendum, etiam ſtando in vi iuris communis, poſſe dici non comprehendi dictos Legatos à latere, eo quod *cap. Abbatem de elect. in 6. & cap.* 1. *de verbor. ſignificat. etiam in 6.* quoad iuriſdictionem in exemptos parificatur Legatus à latere Papæ. Sanchez *ſupra num.* 19. Quod ſecus videtur dicendum de alijs Legatis, ſeu Nuncijs Apoſtolicis, illi enim Ordinarij ſunt, & nomine Ordinarij comprehenduntur. Silueſter *in Summa verbo exemptio. num.* 1.

Digitized by Google

*num.*1. Henriq. *in lib.7.de Indulgent.cap.*25. Vide dicenda infra *n.*10. ex priuilegio Clem 4. pro Minoribus.

6 Secundum, quia verba, quæ in prædictis priuilegijs legi solent varia sunt, & multiplicia, ideo dicendum, ea, quæ sufficienter probant hanc exemptionem ab Ordinarijs, quantum colligi potest ex *cap. si Papa de priuileg. in 6.* in primis esse illa, vel illis similia, quæ in Bulla Ioannis 22. supra relata pro exemptione Ordinis Carmelitarum leguntur: *A cuiuscunque Diœcesani, & cuiuslibet alterius potestate, iurisdictione, & dominio omnino eximimus.* Bacconius *in* 4. *dist.*25. *q.*14. *art.*1. Siluester *sup. quæst.*4. Barbosa de *Offic. & potest. Episcopi Allegat.*123. *num.*11. Deinde illa, eximimus *cum plena libertate.* Siluester *ibid.* Erasmus Cochier *de Iurisdictict. Ordinar. in exempt. par.*1. *quæst.*9. Item illa, *Ecclesia, seu Religio gaudeat libertate Ecclesiæ Romanæ.* Siluester, & Cochierius *ibid.* Similiter illa, quod Episcopus non audeat illic *Cathedram collocare*, seu aliquod imperium exercere. Siluester, & Cochierus *ibid.* Sanchez *sup. num.*4. Pariter illa (quibus etiam similia in dicto priuilegio Ioannis 22. reperiuntur) *soli Romano Pontifici, vel Sedi Apostolicæ immediatè, aut sine medio subijcimus*, aut *subiacere volumus.* Siluester, & Sanchez *sup.* Ac illa, *recipimus in proprios, seu speciales subiectos.* Siluester, & Sanchez *sup.* ac Barbosa etiam *sup. num.*20.

7 Secus vero dicendum si solum dicatur *suscipimus sub defensione*, quia hoc non denotat exemptionem ab Ordinarijs. Siluester *sup.* Idem dici debet de verbis *suscipimus sub protectione*, quia ita habetur expressè *in cap. ex parte* 2. *de priuilegijs.* Et sane rationabiliter, cum protegere idem sit, quod defendere, & protectio non sit signum superioritatis, cum constet milites protegere ciuitatem, & Imperatorem dici Protectorem Ecclesiæ Rom. in Clem.1. *de iure iurando.* De quo bene Barbosa *sup. nu.*26. & Tamburinus *de Iure Abbat. to.*1. *disp.*15. *quæst.*5. *à num.*15. Verba etiam illa *suscipimus in proprios filios* non probant hanc exemptionem, vt expresse habet *cap. si Papa* relatum. Siluester *sup.* Barbosa *num.*20. Tamburinus *num.*13. Quando autem illa verba *suscipimus in Ius sancti Petri*, vel similia, arguant exemptionem ab Ordinarijs, & quando non, ac de concordia *cap. recepimus de priuileg. & cap. si Papa de priuilegijs in 6.* quæ contraria videntur, docte agit Barbosa *sup. num.*15. & sequentibus, quem sequitur Tamburinus *sup. num.*4. & sequentibus.

8 Tertium, quod si in illis rebus, in quibus Regulares exempti sunt ab Ordinariorum iurisdictione procedunt contra illos, processus, & omnia gesta prorsus irrita, & inania sunt, iuxta dicta supra verbo *Causa Iudicialis Regularium num.*15. Adde, hoc etiam intelligi, etiam in

casu, quo id prætenderēt facere Ordinarij eo quòd Prælati Regularium essent negligentes in eorum punitione, iuxta dicta *ibid. num.* 16. Adde, etiam si procedant per censuras, quia tales censuræ ex defectu iurisdictionis sunt nullæ in vtroque foro. Sanchez *sup. num.* 28. Maximè, quia priuilegijs plurium Religionum id expressè continetur, vt in priuilegio Ioannis 22. relato pro Carmelitis, confirmato per Clem. 6. & Sixtum 4. de quo Bacconius noster *in* 4. *dist.* 25. *quæst.* 14 *ar.* 4. vbi sic: *Ita quod nec locorum Ordinarij nec alia quæuis persona Ecclesiastica in Vos, & Ordinem vestrum, personas, Ecclesias, Oratoria, domos, & loca prædicta vt potè prius exempta, possint excommunicationis, suspensionis, aut interdicti promulgare sententias.* Et in priuilegio Pauli 3. anni 1549. pro Iesuitis, quod refert Sanchez *ibid.* Ac in priuilegijs Martini 5. & Eugenij 4. pro Prædicatoribus, & Sixti quarti pro Minoribus, quæ refert Cassarubius *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo exemptio num.* 15. 16. & 23. Quod etiem intellige, adhuc in casu dato, quod Ordinarij ignorarent, aut prætenderent ignorare, aut ignorasse exemptionem Regularium. Nam auocatio causæ cum clausula irritante hanc vim obtinet, vt acta à Iudice prohibito etiam ignorante sint ipso iure nulla, vt ex multis probat Couarrubias *quæst. pract. cap.* 9. *num.* 7. Atqui in præsenti priuilegia Religionum afferunt clausulam irritantem, vt videre est in dictis priuilegijs Ioann. 22. Clem. 6. & Sixti 4. pro Carmelitis, illis verbis: *Quod si forsan quidquam in contrarium à quocunque fuerit attentatum, illud omnino irritum sit, & inane*, & Pauli 3. pro Iesuitis, *eo ipso irrita, & nullius roboris sit.* Henriquez *lib.* 7. *de Indulgent. cap.* 25. Sanchez *supra.*

9 Nec etiam possunt præfati Ordinarij declarare excommunicatos Regulares exemptos, etiam in casu quo illi notoriè in excommunicationem incidissent, iuxta dicta eo *cap.* 11. *num.* 15. ex Peirinis. Quod & sequuntur Diana 3. *par. Tract.* 2. *de dub. Regul. Resol.* 35. Vulpius *in praxi for. Ecclesiastic. cap.* 42. & alij. Et ratio est, quia talis declaratio est actus iurisdictionis, cum debeat fieri cognita causa iudicialiter, imo & sæpius citata parte, prefati autem Ordinarij nullam iurisdictionem exercere possunt in exemptos. Possunt tamen Ordinarij Religiosum exemptum excommunicatum vitandum, vel quia est publicus percussor Clerici, vel quia à suo Prælato est denunciatus vt talis, denunciare illum suis subditis, ad hoc vt teneantur eum vitare, hoc enim non est exercere iurisdictionem in illum, sed monere suos subditos de obligatione, quam habent sic excommunicatum vitandi. Hoc enim sensu accipio declarationem Sacr. Congregat. in vna Liman. 29. Ianuarij 1633. quam refert Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Episcopus.* 1. in qua habetur, Episcopum posse Regularem exemptum, qui ob notorium de-

lictum

lictum in censuras incidit, denunciare pro publico excommunicato, vt talis ab omnibus eniţetur. Eodem etiam sensu accipiendi sunt Barbosa *supra Allegat.* 105. *num.* 73. & Tamburinus *d. disp.* 15. *quæst.* 7. *num.* 38. dum dicunt posse Episcopum declarare Regulares exemptos excommunicatos, quando notorie essent tales, prout melius explicat Sanchez *sup. num* 29. Imo etiam videtur posse Ordinarios declarare excommunicatos Regulares Sacramenta Eucharistiæ, & Extremæ vnctionis ministrantes, aut Matrimonia solemnizantes, aut excommunicatos in certis casibus absoluentes, iuxta Clem. 1. *de priuileg.* §. 1. vbi id expresse habetur, vt tenet Peirinis *tom.* 1. *priuileg. Minim. in Const.* 2. *Sixti* 4. §. 10. *num.* 13. cum alijs, quos refert. Nec per priuilegia posteriora Ioannis 22. Clementis 6. Sixti 4. Martini 5. Eugenij 4. & Pauli 3. relata censebitur hoc ius reuocatum, nisi de eo in ipsis expressa mentio fiat, quia est decretum Concilij Generalis, Vienensis scilicet, cui non derogatur, vt sæpe dixi, nisi de eo mentio expressa fiat.

10 Nec solum Episcopi, Archiepiscopi, aut alij communiter dicti Ordinarij carent potestate ferendi censuras in Regulares exemptos, sed etiam Legati, (Legatis à latere exceptis) Delegati, vel Subdelegati Apostolici, ex concessione Clementis 4. pro Minoribus in Bulla *Exigentibus*, quam refert Rodriguez *in to.* 1. *Bullar. in Clem.* 4. qua gaudent tam ipsi Minores, quam alij Ordines cum ipsis priuilegiorum cõmunionem habentes. Limitat hoc idem Pontifex, nisi prædicti Legati, Delegati &c. in suis litteris mentionem facerent huius indulti, & Ordinis Minorum. Addit Nouarius *in lucern. Regular. verbo excommunicare num.* 8. Regulares non comprehendi in excommunicationibus in communi fulminatis etiam à Legatis à latere, nisi specialiter in ipsa nominentur. Refertque Rodriguez *to.* 2. *quæst. Regular. quæst.* 59. *art.* 5. in quo nihil tale reperio.

11 Cum autem dico Episcopos, & alios Ordinarios non posse censuras ferre in Regulares exemptos, non solum intelligendum est pro casibus, in quibus ipsi Regulares eisdem subditi non sunt, vt ex dictis patet, sed etiam pro illis, in quibus ex Concilio Tridentino, aut alijs Cõstitutionibus Summorum Pontificum illis subijciuntur, de quibus egi supra verbo *Episcopus.* Nisi expresse talis facultas ferendi censuras illis concedatur, aut ipsi Regulares nõ habeant priuilegium incontrarium, quale dixi supra *num.* 8. habere Carmelitas, Prædicatores, Minores, Iesuitas, & alios cum ipsis communionem priuilegiorum habentes. Quod sic declaratur. Quando, vel ex Concilio Tridentino, vel ex alia Constitutione Pontificia conceditur Ordinarijs potestas in Regulares exemptos cum facultate procedendi contra illos per censuras (prout in eodem Concilio cernitur *sess.* 22. *in decret. de observand. & vitand in*

celebratione Miſſæ quo ad hoc, quod eſt non celebrare in Oratorio priuato, vel omnino extra Eccleſiam, *& ſeſſ.* 25. *cap.* 5. quoad clauſuram Monialium: & *cap.* 16. quoad reſtitutionem bonorum Nouitiorum reſipiſcentium à Religione) tunc præfati Ordinarij per dictas cenſuras procedere poſſunt contra Regulares quantumuis exemptos, & priuilegiatos, propter auctoritatem illis conceſſam, cũ abrogatione præſertim priuilegiorum. Ita communiter Doctores. Quando verò ipſis Ordinarijs conceditur poteſtas ſupra Regulares exemptos ſine facultate expreſſa procedendi contra illos per cenſuras, prout cernitur in multis caſibus, quos retuli ſupra verbo *Epiſcopus*; tunc, etſi poſſint per cenſuras procedere contra Regulares non habentes priuilegium incontrarium, quia cui iuriſdictio data eſt, ea quoque conceſſa videntur, ſine quibus ea explicari non poteſt. *l.* 2. *ff. de iuriſdict. omni. iudic. cap. paſtoralis, c. præterea de Offic. delegat.* non tamen poſſunt per cenſuras procedere contra Regulares habentes priuilegium in contrarium. Colligitur clare ex *cap.* 1. *de priuileg. in* 6. *verſ. In eos autem*, vbi cum decretum ſuiſſe Epiſcopum habere iuriſdictionem in exemptos in aliquibus caſibus, ſubdit textus: *In eos autem, quibus ne interdici, ſuſpendi, vel excommunicari à quoquam valeant à Sede Apoſtolica eſt indultum (ſicut ſunt Religioſi quam plures) in quorum priuilegijs continetur, ne quiſquam Epiſcopus, vel Archiepiſcopus Monaſteriorum ſuorũ Monachos pro vlla cauſa, vlloue loco interdicere, ſuſpendere, vel excommunicare præſumat, ijdem Ordinarij iuriſdictionem ſuam quantum ad iſta, vbicunque illi fuerint, penitus exercere non poſſunt.* Hæc ibi. Ex quibus elicitur vel à ſimili idem in noſtro propoſito dicendũ. Colligo id ſecundò ex declaratione S. Congregationis de anno 1587. quam retuli *to.* 1. *cap.* 25. *num.* 35. & referunt Rodriguez *to.* 1. *quæſt. Regular. quæſt.* 45. *art.* 2. *in fin.* & Suarez *to.* 4. *de Relig. Tract.* 8. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 27. in qua dicitur: *Regulares adeuntes Monaſteria Monialium ſine licentia Epiſcopi incidunt in pœnam excommunicationis, quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit, niſi Regulares illi haberent ex priuilegio, quod non poſſint excommunicari, & tunc deberent puniri à ſuis Superioribus alia pœna*: vbi clarè habetur tradita doctrina. Quæ & confirmatur, quia cum Concil. Trident. in aliquibus caſibus, in quibus Regulares ſubijcit Ordinarijs, expreſsè tribuat hanc facultatem procedendi contra illos per cenſuras, in alijs vero non, intelligi datur quòd in iſtis non vult Concilium procedant per cenſuras contra Regulares priuilegiatos. De quo Henriquez *lib.* 7. *de Indulgen. cap.* 25. *ſub.* §. 7. Sanchez *lib.* 7. *de Matrimon. diſp.* 33. *num.* 23. *& lib.* 6. *in Decalog. cap.* 1. *num.* 14. Vulpius *in praxi fori Eccleſiaſtic. cap.* 42. Nouarius *in lucer. Regul. verbo excõmunicare n.* 5. & 6. & alij apud ipſos.

Vnde

Digitized by Google

12 Vnde infero primò, Regulares dicto modo priuilegiatos nō obedientes Ordinarijs in casibus, quibus illis subijciuntur, puniri debere, vel à proprijs Prælatis, vt habetur ex dicta declaratione S. Congregat. vel ab ipsis Ordinarijs, alijs tamen pœnis citra censuras. Quaranta *in Summ. Bullar. verbo præcedentia* §. *an in casu*. Nouarius *sup.*

13 Infero secundò, declarationes aliquot Sacræ Congregationis, quę asserere videntur Regulares excommunicari posse ab Episcopis in aliquibus casibus in quibus illis subijciuntur, qualis refertur vna Nebiensis 7. Februar. 1633. à Nouario *sup. num.* 1. & Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Episcopus*, per hæc verba: *Episcopus potest etiam sub cēsuris Ecclesiasticis compellere Regulares in ijs casibus in quibus in eos iurisdictio illi tribuitur à Iure communi, & S. Concilio, ac Constitutionibus Apostolicis*, intelligi debere de Regularib. non habentibus dictum priuilegium. Quæ explicatio conformis est iuri communi in dicto *cap.* 1. *de priuileg. in* 6. & menti S. Congregationis, propter declarationem superius adductam.

14 Pro praxi tamen Regularium circa eorum priuilegia notandum, quòd licet iuxta dicta *tomo primo cap.* 11. *num.* 15. citati ab Episcopo non teneantur comparere, licet decens sit id facere ad allegandum priuilegium exemptionis, nunquam tamen tenentur coram ipso exhibere exemptionis priuilegium. Ratio est, quia etsi quando exemptio non est notoria, teneantur exempti exhibere Ordinarijs intra terminum ab illis præscriptum priuilegia suæ exemptionis, quia ita habetur ex *cap. Cum personæ de priuileg. in* 6. & quia cum Ordinarij habeant suam intentionem iure communi fundatam, qui se exempti esse prætendunt debeant exhibere priuilegium exemptionis, vt probent illam (Siluester *in Summ. verbo exemptio quæst.* 7. Sanchez *to.* 2. *Consil. Moral. lib.* 6. *cap.* 9. *dub.* 4.) quando tamen ea est notoria, id non tenentur facere, prout colligi videtur ex Clement. *pastoralis de sentent. & re iudicat.* §. *Notorium*, Et ratio est non solum, quia hoc esset facere Ordinarium Iudicem in sua causa, quod non licet per text. *in l. qui iurisdictio ff. de iurisdict. omnium Iudic. & C. ne quis in sua causa.* sed etiam quia cum dare exemptionem solùm ad Papam spectet, ideo solum ipse debet de priuilegio exemptionis iudicare. Siluester, & Sanchez *supra*, & Tamburinus *de iure Abbat. to.* 1. *disp.* 15. *quæst.* 6. *num.* 3. Quia ergo notissimum in orbe est Regulares fermè omnes, Mendicantes maximè, & qui cum illis communicationem habent priuilegiorum, exemptos esse ab Ordinariorum iurisdictione, ideo illi non tenentur exhibere priuilegia suę exemptionis corā illis Siluester, & Sanchez *sup.* Possunt ergo casu quo ab Ordinarijs citentur suam exemptionem defendere respondendo, se illos audire, vel se ab illorum iu-

risdictione exemptos esse, ac proinde ab illa declinare, & tunc recurrere ad Conseruatorem, vt dictos Ordinarios inhibeat. Sanchez *sup. dub.*5. Tamburinus *d. quæst.*6. Qui etiam habet, quod in casu dubij circa priuilegia, non pertinet eorum interpretatio ad Ordinarios, propter aliqua priuilegia Religionum. Vide alia 4.to. verbo *Priuilegia Regularium*.

15 Cica exemptionem Regularium à iudicibus sæcularibus præterdicta supra verbo *Clericus à num.* 19. & dicenda inferius verbo *Immunitas Ecclesiastica Regularium*. nunc solum tria tangenda sunt puncta. Primum, an causæ Regularium possint per viam violentiæ vt dicitur, vel sub prætextu violentiæ ad tribunaria sæcularia deferri, eo scilicet fine, vt Principes sæculares à tali violentia eos defendant. Secundum, an saltem per modum appellationis. Tertium verò, an per modum auocationis.

16 Et quoad primum, licet plurium, Canonistarum præsertim, sententia sit posse Magistratus, aut Principes sæculares iudicare de causis Ecclesiasticorum (idem dic de Regularium causis) quando ipsi Ecclesiastici, vel Regulares grauati, aut violentiam pati à suis Superioribus creduntur, ad tollendum videlicet, vel reprimendum dictam violentiam, vel ipsos defendendos, pro vt tenent Salgado *in tract. de potest. Regia to.* 1. *par.* 1. *cap.* 1. *& sequent.* Pereira *de manu Regia par.* 1. *cap.*4. *& quæst.*7. Ceuallos *in Tract. super hac materia edito*, & alij non pauci, quibus fauent aliqui Theologi, specialiter Rodriguez *in Summ. to.* 1. *cap.* 51. *num.* 8. Henriquez *lib.* 14. *cap.*12. *num.* 6. *& lib.*3. *cap.*16. *num.* 4. *in Gloss. littera A.* & alij: tenendum tamen est oppositum. Primò, quia in Bulla Cœnæ *casu* 14. & 15. verbis relatis verbo *Bulla Cœnæ num.*28. & 40. excommunicatione Papali innodantur sic facientes. Secundò, Magistratus, aut Principes sæculares nullo alio modo possunt tollere dictam violentiam, aut defendere sic oppressos à Iudice Ecclesiastico, nisi aduocando ad se dictas causas, acta, & processum Iudicis ad se asserti præcipiendo, eaque examinando, & Superiorem illum Ecclesiasticum ad eorumdem rescissionem compellendo. Hæc autem non competunt, aut competere possunt laicæ potestati respectu Ecclesiasticæ, seclusa Sedis Apostolicæ priuilegio, cum sint actus iurisdictionis, & Superioris potestatis, quam non habent, nec habere possunt sæculares in Ecclesiasticos, iuxta dicta supra verbo *Clericus à nu.*19. Et confirmatur, quia tunc defensio siue propria, siue alterius cum tertij damno est licita quando fit cum moderamine, inculpatæ tutelæ, idest, quando non est alia via ad impediendum illud malum, quod timetur, vt patet in eo qui occidit iniustum inuasorem, non habens aliud remedium ad effugiendum mortem, quam volebat

illi

li inferre, ſed in hoc caſu adeſt oppreſſo alia via ad impediendum grauamen illatum, adire ſcilicet Superiorem Eccleſiaſticum illius Prælati, qui violentiam fecit, vt ſi clericus ſit, & grauari ſe putat ab Epiſcopo, ad Archiepiſcopum, & ab Archiepiſcopo ad Primatem, & a Primate ad Papam, pro vt Canones decernunt, vel ſi fuerit Regularis ex Priore, ſeu Guardiano ad Prouincialem, & ab eo ad Generalem, & à Generali ad Protectorem, & ab ipſo ad S. Congregationem, vel ad Papam, iuxta dicta *to.* 1. *cap* 9. *num.* 4. nullo ergo modo licet adire Iudicem ſæcularem, nec ipſi Iudici ſæculari aſſumere talem cauſam. Accedit, quod Iudex ſæcularis in tali cauſa ſe intromittens vſurpat iuriſdictionem, quam non habet, & ſe facit ſuperiorem Iudicis Eccleſiaſtici, quod omni iure eſt prohibitum. Suarez *contra Reg. Angliæ lib.* 4. *cap.* 34. *num* 34. & 35. Azorius *tomo primo inſtit Moral. lib.* 5. *cap.* 12. §. *ex dictis & cap.* 14. *quæſt.* 2. Bonacina *de legib. diſp.* 10. *quæſt.* 2. *punct.* 1. §. 1. *num.* 10. Tollere ergo talem violentiam etiam in caſu quo adſit, non ſpectat ad Iudicem ſæcularem, ſed ad Eccleſiaſticum Superiorem illius, qui eam fecit, pro vt colligitur ex multis decretis 87. *diſt.* Suarez *ſup. num.* 35. Azor *ſup. d.* §. *ex dictis.* Bonacina *ibid.* Vnde oppoſita ſententia periculoſa, & cõtra ſacrorum Canonum auctoritatem vocatur à S. Rota in vna Oſcenſ. *Canonicatus* coram D. Pegna die prima Decembris 1595. Quamuis etiam aliqui addant id ſaltem licere quando Iudex Eccleſiaſticus, qui dictam violentiam tollat, vel non adeſt, vel ſi adeſt, id non vult facere, quod ſentire videntur Malderus *par.* 2. *quæſt.* 96. *ar.* 4. Portellus *in additionibus ad additiones ad Dub. Regular. verbo appellare num.* 4. Fauet Souſa *in Bull. Cœnæ cap.* 15. *diſp.* 78. *num.* 2. De quo Diana *prima par. in Tract. de Immunit. Eccleſiaſtica Reſolut.* 13. Nihilominus quia nec abſentia, nec mala voluntas Prælati Eccleſiaſtici, tribuere poteſt iuriſdictionem Principi ſæculari in Regulares, aut Eccleſiaſticos, quia talis iuriſdictionis capax non eſt niſi ex commiſſione Prælati Eccleſiaſtici, ideo nec in tali caſu id licitum erit. Solum ergo poſito caſu raro certiſſimæ violentiæ, magnæ, & vrgentis neceſſitatis; ac poſita abſentia, vel dicta mala voluntate Iudicis Eccleſiaſtici ſuperioris illius, qui violẽtiam facit, videtur (ſub cenſura Sedis Apoſt.) id admitti poſſe: eo enim caſu ſicut licitum eſt ipſi oppreſſo vim ſibi illatã repellere, ſic & ſæculari poteſtatis adiutorio vti, non per modum iuriſdictionis, ſed per modum defenſionis, iuxta rectã rationem faciendam Suar. *ſup. n.* 6. & 9. Azor. *d. q.* 2 Laymann. *l.* 4. *Tract.* 9. *c.* 4. *n.* 4. Dixi autem, certiſſimæ violentiæ, quia ſi res ſit dubia ſemper pro Superiori Eccleſiaſtico præſumendum eſt, ideoque tunc nulla poteſtas laica impedire poteſt ne agat, quod velit in ſubditum, cum vtatur iure ſuo, quod habet in dubijs. Suarez

ſup.

ſup. num. 33. Diana *par.* 3. *Tract.* 1. *Reſolut.* 53. & *par.* 5. *Tract.* 1. *Reſolut.* 13. §. *urget ſecundo*.

17 Vnde infero quoad praxim Regularium, vſum quorumdam male morigeratorum Religioſorum recurrentium ad Principes, ſeu Iudices ſæculares, vt vim ſibi illatam à ſuis Superioribus tollant, peſſimum eſſe, & contrarium Bullæ Cœnæ, tum propter dicta, tum quia eſto in caſu certiſſimæ violentiæ illis inflictę, & cum conditionibus aſſignatis id eſſet licitum, iuxta dicta, nihilominus rariſſimè ita contingit, ſemper enim eſt caſus dubius, cuius ſignum eſt, quod Principes illi, & Iudices ſæculares examinant, an ſit facta talis violentia, male ergo faciunt tam ipſi recurrentes, quam recurſum acceptantes, ſiquidem priuant Prælatum Regularem iure, quod habet in caſu dubio. Diana *d. Reſolut.* 53. contra Portellum, & Hieronimum Rodriguez, quos refert.

18 Quoad ſecundum de appellatione, qualiter ea omnino illicita ſit Eccleſiaſticis, ſeu Regularibus, ſi fiat ad Principes, ſeu Iudices ſæculares conſtat ex dictis *to.* 1. *cap.* 9. *à num.* 4. & ſupra verbo *appellatio num.* 5. & ex excommunicatione poſita in Bulla Cœnæ caſu 13. contra appellantes à decretis Sedis Apoſtolicæ, vt retuli verbo *Bulla cœnæ num.* 36. Vnde appellationes quædam, tuitiuæ appellatę, quę in aliquibus partib. ſunt in vſu, conceſſæ à Principe ſæculari contra Iudicem Eccleſiaſticum, reprobatæ etiam videntur, non ſolum ex dictis, ſed ex Concil. Trident. *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. Diana *par.* 1. *Tract. de Immunit. Eccleſiaſtic. Reſol.* 102. Qualiter etiam eadem doctrina ſit tenenda etiam in caſu quo cauſa deciſa fuit à duobus Iudicibus, vno Eccleſiaſtico, & altero laico, ita vt nec tunc liceat appellatio ad Iudicē laicum, agit idem Diana *par.* 5. *Tract.* 1. *Reſolut.* 54. ex Felino, Ambroſino, & Bonacina. Specialiter etiā pro Regularibus qualiter hoc genus appellationis nullatenus eis expediat, nec etiam in caſu raro ſuperius allato, præter dicta locis relatis, optimè habet Sotus *lib.* 5. *de Iuſt. & iure quæſt.* 6. *ar.* 3. ſic: *Reſpondetur nihilominus perquamſanctè e Religionibus abigi appellandi vſum. Nam etſi fortaſſe accidere quandoque poſſit, vt Monachus aliquis iniuria laſus affligatur, tamen ex alia parte talia damna (quæ rariſſimè contingunt) pace, & quiete compenſantur, neruus enim, & decus Religionis in hoc maximè conſiſtit, vt altiſſimo interſe ſilentio omnia velut inter fratres, quæ ſua eſt profeſſio, planiter tractent, & tranſigant, neque ſe ſeculo prodant. Etenim vbi primùm Religionum cauſæ Clauſtrorum metas exierint, actum de illis eſt*.

19 Quoad tertium de auocatione cauſarum Regularium, & aliorum Eccleſiaſticorum ad tribunalia ſæcularia, dicendum eſt, etiam nullo modo licere, ſicque facientes incidere in excommunicationem Papalem Bullæ Cœnæ caſu 14. verbis relatis ſupra verbo *Bulla Cœnæ num.* 38.

*num.*38. Cum autem ibi dicatur, *aliíſque Iudicibus Eccleſiaſticis*, ideò incurrent dictam cenſuram non ſolum auocantes cauſas ſpirituales ad laica tribunalia, ſi auocatio ſit à Iudicibus Sedis Apoſtolicæ, ſed etiam ſi ſit ab aliis Iudicibus Eccleſiaſticis quales ſunt Prælati Regulares. Particula enim illa *aliis* vniuerſalis eſt. Nec refert, quod dictio *alius* ſit relatiua ſimilium, quia non ſemper ita contingit, ſed iuxta ſubiectæ materiæ qualitatem oppoſitum ſæpe contingit, vt dixi ſupra verbo *dictio num.*5. Quod maximè verum eſt in præſenti, cum in quolibet Iudice Eccleſiaſtico reuerenda ſit auctoritas Eccleſiæ, quod eſt intentũ Summorum Pontificum in dicta Bulla Cœnæ. Filiuccius *to.*1. *Tract.*16. *cap.* 10. *num.*250. Naldus *in Summa verbo Bulla Cœnæ num.*49. Diana *par.*3. *Tract.*1. *Reſol.*55. contra Vgolinum, & alios. Qualiter autem nec huiuſmodi auocatio, de qua in præſenti, nec appellatio de qua ſupra, excuſari poſſit, vel per conſuetudinem etiam immemorabilem, vel per ſimplicem toleratiam Summorum Pontificum, niſi adſit aliquod verum priuilegium ab ipſis conceſſum, nec reuocatum, dixi ſupra verb. *Clericus num.* 19. vide Aſterium *de Cenſuris lib.* 5. *diſp.*15. *cap.*2. & Duardum *in Bulla Cœnæ ca.*15. *queſt.*13.

EXTREMA VNCTIO.

SVMMARIVM.

*De Regularibus an poſſint miniſtrare hoc Sacramentum, & quibus perſonis. num.*1.
Quid de excommunicatione poſita in Clementina Religioſi de priuilegijs. *num.*2.
*Notabile priuilegium Patrum Theatinorum. num.*3.
Priuilegium Iulij 2. *pro Minimis. ibid.*
*Miniſtrare hoc Sacramentum Religioſis ſpectat ad eorum Prælatos. num.*4.
Sacerdotes non vnguntur in palma manus. ibid.
*Qualiter adminiſtrandum hoc Sacramentum tempore peſtis. num.*5.
*Adminiſtratur ſemper in periculo vitæ propter infirmitatem. num.*6.
*An debeant vngi ſemper omnes quinque ſenſus. num.*7.
An etiam tempore peſtis. ibid.
*An vnctio renum, & pedum debeat adhiberi. num.*8.
*Miniſter huius Sacramenti vnus tantum an ſit. num.*9.
*Vnctiones an ſucceſsiuè fieri debeant. num.*10.
*An in modum Crucis. num.*11.

Que

Quæ quantitas olei ſufficiat pro vnctione. num.12.
De oleo quod eſt materia remota huius Sacramenti. num.13.
An renouari debeat ſingulis annis. ibid.
Forma huius Sacramenti quæ. num.14.
Non omnia verba ipſius pertinent ad ſuſtantiam. ibid.
Multo magis id dicendum de Pſalmis, & Orationibus. num.15.
Excommunicatus an poſsit adminiſtrare hoc Sacramentum. num.16.
Adminiſtrandum eſt illis qui in amentiam inciderunt. num.17.
Item pueris capacibus Sacramenti pœnitentiæ. ibid.
Sacerdos moribundus non poteſt ſe inungere. num.18.
Praxis adminiſtrandi hoc Sacramentum inter Regulares. num.19.
Alia remiſsiuè. num.20.

1 DE hoc Sacramento quatenus ad Regulares ſpecialiter ſpectat, dixi *to.* 1. *cap.9. num.*31. *& cap.* 21. *num.* 10. non poſſe adminiſtrari ſæcularibus à Religioſis ſine Parochi licentia extra caſum neceſſitatis, ſub pœna excommunicationis Papæ reſeruatæ, de qua in Clem. *Religioſi de priuileg.* bene tamen in caſu neceſſitatis, quãdo Parochi licentia interpretatiuè præſumitur. Addunt aliqui, quod inſtante articulo mortis poſſet Religioſus, & quilibet alius Sacerdos miniſtrare illud ægroto in tali periculo conſtituto, etiam ſi ſciret Parochum id egrè laturum, cum veriſimile ſit id velle Eccleſiam piam matrem propter fidelium vtilitatem. Naldus *in Summa verbo Exrema vnctio num.* 10. De Tertiarijs Religionum an ſaltem ijſdem adminiſtrari poſſit hoc Sacramentum à Regularibus, dixi *to.*2. *c.* 14. *num.*34. De familiaribus autem, ſeu famulis Regularium, dixi eo *to.*2. *cap.*16. *num.* 20. *&* 21. Qualiter etiam Regulares poſſint pauperibus in Hoſpitalibus ipſorum Religioſorum degentibus hoc Sacramentum miniſtrare, dixi eo *to.* 1. *cap.*21. *num.* 10. ex Miranda *in Man. to.*1. *quæſt.* 49. *ar.* 1. Nota tamen id eſſe ſolum intelligendum de illis Regularibus, quibus à Sede Apoſtolica eſt hoc conceſsum. Ita enim decernitur in d. Clem. *Religioſi.* Quamuis etiam dicto *num.*10. dixerim Sixtum quartum Carmelitis conceſsiſſe, quod poſſent adminiſtrare hoc Sacramentum, ſicut & Euchariſtiam perſonis eiidem confeſsis, quando Parochialium Eccleſiarum Rectores difficiles ſe reddunt in exhibitione iſtorum Sacramentorum, illa ſine rationabili cauſa denegando, ſeu malitiosè differendo (, cui conceſsioni ſimilis etiam eſt alia, quam ex eod. Sixto quarto pro Minoribus refert Caſarubius *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo communicare num.*6.) Nihilominus propter limitationem huius priuilegij factam per Leon. 10. in Bulla *Dum intra*, quam retuli ſupra verbo *Euchariſtia num.* 5. ſolum eſt hoc

est hoc admittendum, quando talis negatio sine legitima causa vicinorum testimonio probata, aut requisitio coram notario publico facta doceretur. Vide ibi dicta, ac Cassarubium, & Mirandam eo loco relatos.

2 Nota etiam circa hanc Clementinã *Religiosi de priuileg.* id quod in simili dixi supra verbo *Eucharistia num.* 3. scilicet, excommunicationem in ea positam non comprehendere Clericos sæculares, sed omnes Religiosos Religionis approbatæ. Quamuis autẽ ibi dixerim, quod attinet ad administrationem Eucharistiæ, comprehendere etiam Religiosos non Ordinatos, Conuersos, & Moniales, id tamen non potest dici in præsenti, dum de Sacramento Extremæ vnctionis est sermo, quia etsi Eucharistia ab istis administrata vera Eucharistia sit, cum Eucharistiæ Sacramentum non consistat in fieri, sed in facto esse, cæterum Extrema vnctio ab illis ministrata non est verum Sacramentũ, sed fictum, quia solus Sacerdos est Minister huius Sacramenti, proinde ergo solum à Sacerdote incurri potest hæc excommunicatio. Suarez *to.* 5. *in* 3. *par. disp.* 22. *sect.* 4. *n.* 5. Alia vero, quæ ibi dixi de Nouitijs, & de Presbytero parrochiali, ac de præsumptione requisita ad incurrendam hanc excommunicationem, etiam applicari possunt in præsenti.

3 Pro notabili priuilegio, quod habent ex Pio 4. & Pio 5. Patres Theatini ad ministrandum hoc Sacramẽtum etiam mercenarijs famulis, operarijs, & seruis Congregationis ipsorum, ac quibusuis hospitibus etiam sæcularibus, qui in locis suæ Congregationis reperiri contigerit, consule Bullam eiusdem Pij 5. inter Constitutiones ipsius 2. *to. Bullar n.* 31. & dicta supra verbo *Euch. n.* 9. ac Peregrinum, & Peirinis ibi relatos. Putat etiã Peirinis eo loco *n.* 93. posse Minimos (idẽ dicet de alijs cum ipsis communicationẽ priuilegiorũ habentibus) ministrare hoc Sacramentũ prædictis sæcularibus, propter priuilegium Iulij 2. quo illis concedit facultatem ministrandi talibus Eucharistiam, concesso enim maiori censetur etiam concessum minus. *cap. ex parte* 3. *de decimis*, & de Regulis Iuris in 6. *num.* 53. Quod non placet, quia in priuilegijs non valet argumentatio à maiori ad minus, nisi quando minus continetur sub maiori, vt pars ipsius. Congruentius id probat ex priuilegio Nicolai Franci Nuncij cum potestate Legati à latere Sixti 4. quod refert Rodriguez *in Bullario to.* 1. *in Sixto* 4. *Bulla* 42. Ibi enim conceditur facultas dandi extremam vnctionem ijs qui intra septa Monasterij S. Benedicti Vallisoletani, & quorumdam aliorum, infirmati fuerint.

4 Ministrare hoc Sacramentum Religiosis spectat ad ipsorum Prælatos, vel de eorum licentia, propter dicta à simili de ministratione Eucharistiæ supra verbo *Eucharistia num.* 7. De quo Tamburinus *de*

Iure

Iure Abbat. to.2. disp.7. quæst.1. Nota tamen, quòd Sacerdotes non vnguntur in palma manus, sed in exteriori parte, quia in palma semel vncti fuerunt in Sacerdotalis Ordinis susceptione. Viualdus *de Extrema vnct. 8. vbi conferendum num.3.* Sa *in Summ. verbo extrema vnctio num. 16.* Quamuis si oppositum sit consuetudine receptum, obseruari possit, cum hæc vnctio ab altera diuersa sit. Layman. *lib.5. Tract.8. cap.8. num.3.* ex Paludano, & Zambrano.

5 Pro casibus autem occurrentibus tempore necessitatis, in quibus præsertim, iuxta dicta, competit hæc facultas Regularibus, dicendum primo, probabile esse tempore pestis posse inungi infirmum non digito, sed virga oblonga, siue lignea, siue argentea, aut ex alia materia; nulla enim in hoc irreuerentia fit Sacramento, & talis modus vnctionis excusabilis est propter euitandum mortis periculum. Chapeauilla *de Sacram. Extremæ vnction. quæst. 34.* Siluius *in 3. par. quæst. 32. ar.3.* & alij, quos refert, & sequitur Diana *3. par. Tract.4. de Sacrament. Resolut. 167. & 5. par. Tract.3. Resolut. 79.* Dixi posse, quia cum hoc Sacramentum non sit de necessitate salutis, aut de præcepto diuino non tenetur aliquis illud administrare cum periculo mortis, nisi in casu quo infirmus nullum aliud Sacramentum suscipere valeret, ad subueniendum ipsius necessitati spirituali quantum fieri posset. Suarez 4.to. *in 3. par. disp. 44. sect.2. num.2.* Naldus *in Summ. verbo Extrema vnctio nu.6.* Licet alij id etiam negent cum Hurtado *de Sacramento extremæ vnctionis diff. 12. in fin.*

6 Quamuis etiam hoc Sacramentum administrari non debeat nisi cum homo est in periculo vitæ propter aliquam infirmitatem, iuxta illud Iacobi 5. *Infirmatur quis in vobis, inducat Presbiteros Ecclesiæ* (S. Thomas *in 4. dist. 23. quæst. 2. art.2.* Sotus *ibid.*) tempore tamen pestis, cum hæc infirmitas fallax sit, & interdum hominem inopinatò occidat, potest etiam dari in principio. Suarez *sup. sect. vlt. in fin.* Layman. *lib.5. Tract.8. cap.4. num.4.* Imo, quando adhibito consilio medicorum dubitatur an homo sit peste infectus, potest etiam in principio administrari, propter morbi huius fallaciam, sed sub conditione. Chapeauilla *de Sacr. ministr. tempore pestis cap.5. q.11.* Naldus *sup.* In alijs etiam morbis non est expectandum extremum periculum vitæ, aut quod naturaliter omnino sit desperata salus, quia salus infirmi, quæ etiam est effectus secundarius huius Sacramenti non causatur ab ipso miraculosè, sed virtute ordinaria Supernaturali. Sotus supra. Ioan. de la Cruz *in Direct. conscient. par.2. de Sacram. extremæ vnct. dub.3. concl.3.* Nal. *sup.* Ministrari debet, si fieri potest, quando infirmus vsu rationis gaudet, vt se magis ad fructum illius disponat. Bonacina *disp.7. de Sacram. extrem. vnctio quæst. vnica punct.5. n.7.* post plures alios.

Simi-

7 Similiter, quamuis de neceſsitate huius Sacramenti videatur eſſe, quod vngantur omnes quinque ſenſus, ſcilicet oculi, aures, nares, os, & manus, tum quia ita colligi videtur ex Concilio Florent. *in decr. Eugenij*, tum quia inſtitutum eſt ad remittenda peccata, ſeu reliquias peccatorum, quæ ex omnibus trahunt originem (S. Tho. *ſup. ar.* 3. Sotus *ibid.*) nihilominus plures Theologi exiſtimant, caſu, quo infirmus peſte eſſet infectus, ob euitandum periculum contagionis in Sacerdote vngente, ſufficere vnam ſolam vnctionem in vno, vel altero ſenſu magis expoſito, v.g. manu, vel oculo, dicendo formam conſuetam. Ita enim tenent Siluius *in* 3. *par. quæſt.* 32. *ar.* 7. Chapeauilla *de Sacrament. cap.* 5. *quæſt.* 30. & alij, approbantes paſtorale Mechlinienſe, vbi id habetur, quos refert, & ſequitur Diana 3. *par. Tract.* 4. *Reſolut.* 168. & 5. *par. Tract.* 3. *Reſolut.* 80. Quid quid tamen ſit de probabilitate huius opinionis, & an eam in praxi poſſit Sacerdos amplecti, illud tutius, & ſecurius, vt in tali caſu ſolum ſub conditione miniſtretur hoc Sacramentum, vngendo videlicet ſenſum magis proximum, & proferendo formam virtualiter in ſe complectentem omnes formas partiales dicendo videlicet: *Per hanc Sacram vnctionem indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti per viſum, auditum, odoratum, guſtum, & tactum.* Retinendo ſcilicet in mente hanc conditionem, *ſi licitè poſſum*, vel ſimilem. Layman. *ſup. cap.* 3. *num.* 3. Granadus *de Sacrament. in* 3. *par. contro.* 8. *tract. vnic. diſp.* 7. *num.* 12. Idem conſulendum, quando Sacerdos poſt vnam, vel alteram vnctionem videt infirmum expirare. Layman. *ibid.* Illud probabilius, in talibus caſibus neceſſitatis ſufficere dictas vnctiones quinq; ſenſuum fieri in vno organo ſolo ipſorum, ſcilicet in vna manu, in vno oculo, & vna aure &c. Quia ad ſignificationem Sacramẽti hoc ſufficit, & ab obligatione præcepti ſeu conſuetudinis Eccleſiæ, quæ eſt in contrarium, excuſat neceſſitas. Filiucius *to.* 1. *Tract.* 3. *cap.* 5. *num.* 129. Naldus *ſup. num.* 3 poſt Suarez, & alios.

8 Pariter etiam, quamuis vnctio renum, & pedum debeat etiam adhiberi iuxta varias locorum, & Eccleſiarum conſuetudines, præſertim, quia illius meminit Concilium Florentinum *ſupra*; omitti tamen poteſt vnctio in lumbis tempore neceſſitatis, cum non ſit de eſſentia Sacramenti. Sotus *in* 4 *diſp.* 23. *quæſt* 2. *ar* 2. Bonacina *ſup. punct.* 5. *num.* 18. Omittitur etiam vnctio in lumbis in fœminis propter honeſtatem. Bonacina *ibid.* Imo & in Religioſis, propter eamdem cauſam. Sotus *ſup.* Naldus *in Summ. verbo extrema vnctio num.* 4. Licet in Religione noſtra oppoſitum fiat, propter humilitatis exercitium. Dimitti tamen poteſt vbi ægrotus abſque periculo moueri non poſſet. Nal. *ibid.*

9 Item quamuis ex vſu, & conſuetudine Eccleſiæ neceſſarium ſit neceſ-

necessitate præcepti ad culpam grauem obligante, quod Minister huius Sacramenti sit tantum vnus, quia tamen aliqui credunt id non esse necessarium, sed posse plures Sacerdotes simul illud ministrare, ita vt vnus vnum sensum vngat partiali forma prolata, & alius alium &c. eo præsertim, quia Iacob. 5. dicitur: *Inducat Presbiteros &c.* in numero plurali (Henriquez *lib.* 1. *cap.* 27.) Ideo in casu necessitatis, scilicet quãdo instaret mors infirmi, id potest admitti. Naldus *sup. num.* 2. Bonacina *sup. punct.* 4. *n.* 7. Idem dico quando casus esset, quod Sacerdos iniungens, inchoata vnctione, moreretur, tunc enim alius Sacerdos posset supplere vnctiones alias. Bonacina *ibid.* Layman. *sup c.* 6. *n.* 3.

10 Hinc collige, non esse de essentia huius Sacramenti, quod vnctiones successiuè fiant, siquidem constat ex dictis posse in casu periculi mortis infirmi plures Sacerdotes simul eum inungere. Suarez *supra disp.* 43. *sect.* 2. *num.* 8. Nota tamen nunquam posse administrari hoc Sacramentum à pluribus, ita vt vnus vngat, & alter verba formæ proferat, quia hoc est contra vsum Ecclesiæ. Suarez *ibid. num.* 3.

11 Quòd vnctiones fieri debeant in modum Crucis, saltem ex necessitate præcepti obligantis ad mortale, propter Ecclesiæ vsum, tenent aliqui, specialiter Nugnus *in Additionibus ad* 3. *par S Tho. quæst.* 29. *art.* 6. Quia tamen id non est necessarium necessitate Sacramenti, vt communiter tenent Doctores, nec de hoc sit præcepeum impositum expressè, & consuetudo Ecclesiæ non videtur introducta cum tanto onere, ideo saltem in casu necessitatis, quando Sacramentum hoc propter periculum mortis celeriter administratur, quòd vnctiones sine Cruce fiant, nihil obstat. Zambran. *de casib. occurrentib. tempore mortis cap.* 5. *num.* 12. Layman. *sup. cap.* 2. *num.* 7.

12 Vnam solam guttam olei sufficere in vnaquaq; vnctione pro validitate huius Sacramenti probabile esse indicat Diana *supra par.* 3. *Tract.* 4. *Resolut.* 177. Alij vero cum Filiuccio *to.* 1. *Tract.* 3. *cap.* 4. *num.* 78. tenent oppositum, quia vnctio secundum communem modum loquendi requirit perfusionem, quæ vna sola gutta non fit. In casu tamen necessitatis, de qua in præsenti, quando maior quantitas olei non esset, sequi potest Sacerdos primam opinionem, applicando tamen formam solum sub conditione.

13 Oleum istud infirmorum ab Episcopo benedictum, quod est materia remota huius Sacramenti, quamuis ex Ecclesiæ vsu renouari debeat singulis annis, quia tamen de hac re nullum extat præceptum, saltem expressum (Henriquez *lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 2. *& lib.* 2. *cap.* 29. *num* 3. Naldus *sup. num.* 2.) vel si est tale præceptum, illud non videtur obligare in casu vrgentis mortis infirmi; de quo in præsenti est sermo (Zambranus *sup. cap.* 5. *dub.* 4. *num.* 5. *& sequentibus*, Bonacina *sup.*

sup. punct.2.nu.6.) ideo in tali casu potest illi administrari Extrema vnctio cum oleo veteri. Ita etiam declaratum est à Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium, teste Gauanto *in Man. Episcopor. verbo Extrema vnctio nu.* 10. Sa *in Summ.verbo Extrema vnctio num.6.* Diana *d.Tract.* 4. *Resolut.* 176. Quod etiam est dicendum in casu, quo Episcopus non misisset oleum nouum.Zambranus *sup.num.*15. Layman. *sup.cap.*2. *num.*4. Qualiter propterea Clem.8. in Bulla *Exponi nobis*, præceperit Archiepiscopis,& Episcopis,vt Carmelitis oleum pro ministranda Extrema vnctione petentibus exhibere debeant, dixi *to.*1. *cap.*3. *num.*20.

14 Quamuis etiam ex vsu Ecclesiæ omnia ista verba dici debeant in forma Extremæ vnctionis, ita vt sine peccato omitti non possint: *Per istam sanctam vnctionem, & suã pijssimã misericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid deliquisti per visum, auditum, &c. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti.* In casu tamen necessitatis, quando scilicet vrget mors infirmi, omitti possunt illa: *In nomine Patris, & Filij, &c.* Quia nec sunt de necessitate, nec de præcepto. Filiucius *to* 1. *Tract.*3.*c.*4.*n.*86. Bonacina *sup.punct.*3. *n.*1. Similiter illa, *sanctam, & pijssimam misericordiam*, quia non videntur pertinere ad substantiam formæ, cum sine illis sensus ipsius sit perfectus.Suarez *sup.disp.*40.*sect.*2.Reginaldus *in Prax.to.*2.*l.*28.*c.*9.*n.*56.

15 Multo magis idem dicẽdũ de Psalmis,& Orationibus ab Ecclesia præscriptis pro administratione huius Sacramenti,etsi enim ea regulariter omitti non debeant, quia sunt necessaria ex præcepto Ecclesiæ, in casu tamen instantis mortis infirmi, vel periculi contagionis, vt tempore pestis, immediatè procedi potest ad vnctiones, & postea illa recitare.Layman *sup.c.*8.*n* 1.ex Zãbrano,Naldus *sup.n.*10. Secus dicens de vestibus Sacris;sine illis enim non licet Sacerdoti ministrare hoc Sacramentum. Naldus *ibid.* Bonacina *sup. punct.*6. *n.*9. ex Suarez, & alijs.

16 Similiter quamuis iuxta dicta supra verbo *Excommunicatio.* excommunicatus maximè nõ toleratus prohibeatur administrare Sacramenta, in casu tamen quo infirmus esset in periculo mortis, & nullum aliud Sacramentum posset recipere, quia nec illud petierit,nec signa contritionis dedit,licitum erit Sacerdoti excommunicato etiam non tolerato administrare tali infirmo hoc Sacramentum ad subueniendum ipsius spirituali necessitati; contingere namq; potest quod saltem sit atritus, & ex atrito fiat contritus virtute sacramenti, iuxta plurium opinionem. Cornexo *to* 2. *in* 3.*p.S.Tho.disp.*10.§ 1.*dub.*4. & Diana 5. *par. Tract.*3. *Resolut.* 81.Vbi idem dicit de suspenso, ac ex Ioanne Præposito, quem ibi refert, approbat id fieri posse etiam

casu quo infirmus suscepisset Sacramentum Pœnitentiæ, propter magnam vtilitatem huius Sacramenti Extremæ vnctionis.

17 Administrandum est hoc Sacramentum etiam illis qui in amentiam inciderunt, & illud non postularunt, quia ex eo quod christianè vixerint interpretari debemus habere volũtatem illud suscipiendi. Nauarrus *in Man. c.22. n. 13.* Filiucius *tomo 1. Tract. 3. c. 5. n. 101.* Granadus *de Sacram. controu. 8. tract. vnico disp. 6. n. 4.* Item pueris, qui sunt capaces Sacramenti Pœnitentiæ, etiamsi nondum susceperint Eucharistiã, sunt enim tales capaces effectus huius Sacramẽti, quod est institutum contra reliquias peccatorũ. Layman. *sup. c. 4. n. 2.* Sanctius *in select. disp. 27. n. 6.* & alij apud ipsos. Casu verò quo dubitetur de capacitate pueri, vngendus est sub conditione. Lugo *de Sacram. Eucharist. disp 13. sect. 4. n 41.* Item adultis, qui immediatè post Baptismum in periculum mortis inciderunt, esto nõ peccauerint post Baptismũ; illi enim sunt capaces effectus huius Sacramẽti, quia retinent reliquias peccatorum præteritorum, v.g. prauos habitus, &c. contra quas institutum est, & indigent auxilijs, quibus roborentur in illo periculo, quæ etiam præstat hoc Sacramentum, Siluester *in Summ. Verb. Vnctio n. 5.* Zambranus *de Casibus tempor. mortis cap. 5. dub. 3.* Naldus *sup. n. 9.* Non tamen administratur pueris ante vsum rationis, aut perpetuò amentibus, quia non sunt capaces fructus huius Sacramenti, quod cõtra peccata institutũ est. Siluester *supra.* Layman. *sup. c. 4. n. 3.*

18 Sacerdotem moribundum non posse se vngere, etiam si nullus alius adesset, qui id faceret, videtur certum, tum generaliter quia Sacramenta, quę in vsu consistunt requirunt Ministrum à suscipiente diuersum, tum specialiter, quia verbum illud, *Tibi*, quod est in forma huius Sacramenti petere videtur dictam diuersitatem. Diana *d. 5. p. Tract. 3. Resolut. 94.* ex Mercero, quem refert.

19 Circa praxim huius Sacramenti inter Regulares notãdum, quod si casus esset, quod dum Sacerdos curat reuolui infirmum ad ipsum vngendum, moreretur, non propterea censendus esset irregularis Sacerdos eum vngens, cum nec talis irregularitas in iure sit expressa, & sic faciens daret operam rei licitæ. Fauet Sotus 5. *de iustit. q. 1. ar. 9. circa medium*, & tenet Bonacina *d punct. 4. n. 10.*

20 Vide alia verbo *Interdictum quoad Regulares.*

FALSA-

Digitized by Google

FALSARIVS.

SVMMARIVM.

Falsarius quis sit. n. 1.
De falsificantib. litteras Apostolicas. n. 2.
Falsarij quas pœnas incurrant. ibid.
De Religioso falsificante litteras suorum Superiorum. n. 3.
Est casus reseruabilis inter Regulares, ibid.
Quando, & quomodo. ibid.
De falsificante per artem Alchimiæ. n. 4.
De cudente falsam monetam. n. 5.
Maximè propter Constitutionem Sanctiss. D. N. Vrbani. ibid.
Cognitio huius delicti pro Regularibus ad quos pertineat. n. 6.
Alia de falsarijs remissiuè. n. 7.

1 FAlsarius generaliter loquendo est is, qui crimine falsi tenetur, vel illud admittit. Falsi autem crimen est peruersio veritatis cum dolo, & alterius iactura, Siluester *in summa verbo Falsarius, num. primo*. Condemnatus autem de hoc crimine in iudicio, quia est crimen depositione dignum, incurrit infamiam iuris, & per consequens est irregularis secundum Thesaurum *in prax. par. 2. verbo falsum*, c. 1: Sed de hoc infra verbo *Infamia*. Hoc autem crimen multipliciter ad Regulares spectare potest, videlicet litteras Apostolicas, seu patentes suorum Superiorum falsificando, chimicum, vel alchimicum aurum, vel argentum efformando, falsam monetam cudendo, seu fingendo, aut falsè in iudicio testificando, seu falsis Reliquijs vtendo, de quibus omnibus sigillatim agendum.

2 Et quidem quod falsificantes, seu falsò fabricantes litteras Apostolicas quascunque excommunicationem Papalem Bullæ Cœnæ Domini incurrant, constat ex verbis ipsius Bullæ in sexto casu relatis supra verbo *Bulla Cœnæ, n. 20*. Circa quæ primò notandum, quod in Bullis antiquis, prout patet in ea, quam refert Nauarrus *in Man. c. 27. n. 62*. hic casus magis extensus erat, quam in præsenti Bulla Sanctiss. D. N. Vrbani. Ei ergo solum standum est. Secundò, quod in *cap. Ad falsariorum de crimin. falsi*. etiam erat prohibitum sub excommunicatione non reseruata litteras Apostolicas falsare, per se, vel per alios, quæ excommunicatio etiam ad fautores, & defensores ibi extenditur. Clerici etiam fallarij deprehensi omnibus officijs, & beneficijs Ecclesiasticis perpetuo priuantur, & post degradationem saltem

testati traduntur, sicut etiam laici de falsitate conuicti. Similiter clerici falsis litteris vtentes officijs, & beneficijs Ecclesiasticis spoliari iubentur, & laici excommunicari donec satisfaciant. Thesaurus *sup. c.*4. Tertiò, aliud esse falsificare litteras, aliud falsò fabricare; falsificare enim est veras litteras Apostolicas ab earũ sincera veritate immutare; fabricare vero, est eas confingere. Quamuis ergo in *d. cap. ad falsariorum* solum prior actio prohibita esset, & sub pœna excommunicationis nulli reseruata, at in Bulla Cænæ vtraq; est prohibita, & sub excommunicatione reseruata. Suarez *5. to. in 3. p. S. Tho. disp.* 21. *sect.* 2. *à n.*44. Quartò nota circa priorẽ actionem, quod licet aliqui credant sufficere ad illam excommunicationem incurrendam, quod vel minima immutatio in vna littera, vel puncto fiat (Caietanus in *Summa verbo excommunicatio c.*26. *in fin.* post alios) alij verò contrarium sentiant cum Nauarro *in Man. c.*27. *n.*62. probabilius tamen est, attendendum esse ad mentem Pontificis, si enim per talem mutationem mutatur sensus à Pontifice intentus, semper incurretur dicta excommunicatio, etiam si mutatio per vnius apicis, aut puncti mutationem fiat. Si verò non variatur sensus a Pontifice intentus, non incurretur censura, si sic corrigens commodè non poterat adire Officiales Curiæ, ad quos pertinet talem correctionem facere. Suarez *sup. a n.*45. Naldus *in Summa verbo falsum n.* 4. Quintò nota, sub hac excommunicatione Bullæ non comprehendi vtentes litteris falsis, sicut continentur in *d. cap. Ad falsariorum.* Nauarrus *sup.* Naldus *sup.* Imo *in cap. dura* §. *Adijcientes de crimin. falsi.* excommunicatio promulgari iubetur in eos, qui apud se litteras falsas habere cognoscentes non eas resignant, aut destruunt, intra viginti dies, & est Papæ reseruata. Suarez *sup. n.*49. Sextò, impetrantes litteras falsas, subreptitiè, vel obreptitiè, nõ comprehendi sub hac excommunicatione Bullæ Cœnæ, quæ solum tangit falsificantes, vel falsò fabricantes illas. Nauarrus *sup.* Suarez *sup. n.* 50. Incurrunt tamen illas pœnas quas illi qui vtuntur litteris falsis, *cap. ad falsariorum*, & carent omni commodo litterarum, *cap. Sedes*, *cap. ex tenore*, *cap. super litteris de rescriptis*. Suarez *ibid.* Septimò, quod falsarij litterarum Episcopi, vel Nuncij non comprehenduntur in excommunicatione Bullæ cœnæ, neque in ea, quæ ponitur *cap. Ad falsariorum* relato. Nauarrus *supra.* Octauò, quod censuram Bullæ cœnæ incurrent tales falsarij, etiam si dictis litteris non vtantur, aut etiam si erroris pœnitentes, illas ad pristinum statum reducere conentur, quia actio ibi prohibita est falsificatio. Naldus *in Summa verbo Bulla cœnæ n.*33. Idem dic respectiuè de fabricantibus dictas litteras falsas.

3 De Religioso falsificante litteras, seu patentes suorum superiorum, seu

seu de falsificante litteras Ordinariorum loquendo, dicendum est nullam iure communi esse latam censuram contra ipsum, ac proinde standum esse Constitutionibus particularium Religionum Thesaur. *sup. c.* 5. Qui etiam addit, vtentes falsis litteris, seu dimissorialibus ad Ordinum susceptionem incurrere suspensionem ex Pio 2. De quo vide dicta *to.* 1. *c.* 14. *n.* 3 Itali etiam cum falsis dimissorijs ordinati, post Iudicis declarationē, fori priuilegio priuantur, & sæculari iurisdictioni subduntur a Sanctiss. D. N. Vrbano in Bulla *Secretis* in 4. to. Bullar. n. 33. ea vero solum comprehendere videtur clericos sæculares, non Regulares.

3 Pro praxi tamen eorumdem Regularium notandum, inter casus, quos Clemens 8. in decreto relato *to.* 1. *c.* 18. *n.* 20. permittit reseruari posse inter Regulares, numerari *falsificationem manus, aut sigilli Officialium Monasterij, aut Conuentus*; ex hoc enim infertur falsificare litteras patētes Prælatorum esse casum reseruabilem in Religionibus. Nomine enim *Officialium Monasterij, &c.* veniunt non solum Supprior, Procurator, Sacrista &c. sed etiam, maximē iuxta intentionem Pontificis, Prior, seu Guardianus, Prouincialis, Generalis, imo Procurator generalis, & Secretarius, seu Socius Generalis: hi enim sunt Officiales Religionis, & consequenter Conuentuum, vt contra Portellum *in dub. Regular. verbo falsarius n.* 3. habet Peirinis *to.* 2. *de Prælato q.* 3. *c.* 2. *n.* 50. & ante ipsum Suarez 4. *to. de Relig. tract.* 8. *l.* 2. *c.* 18. *n.* 8. Cum autem Pontifex dicat *Monasterij, aut Conuentu* non vero Monasteriorum, aut Conuentuum, ideo placet quod idem Portellus habet, scilicet solùm loqui Papam de Officialibus eius Monasterij, aut Conuentus, in quo falsarius commoratur, non aliorum. Cum autem Pontifex dicat *falsificatio, &c.* ideo contra Peirinis relatum credo litteras prædictas falsificare, etiam si casu dato falsarius illis non vtatur, casum esse reseruabilem, quia actio ibi adęquatè prohibita solum est ista, iuxta dicta *sup. n.* 2. ex Naldo. Sicut ex opposito vti litteris ab alio falsificatis non puto esse casum hic comprehensum, quia hoc non est falsificare, quod solum exprimitur à Pontifice. Bordonus *Resol.* 46. *num.* 7. Nec similiter incurrent hunc casum consulentes, auxiliantes, suadentes, aut similes, quia sumus in materia odiosa, & restringibili, Pontifex autem solum loquitur de falsificante. Peirinis *ibid.* Imo etiam per falsificationem manus, aut sigilli non intelligo quamcunque fabricationem manus, aut sigilli ad instar manus, aut sigilli Officialium, &c. sed eam per quam falsæ litteræ consignantur, vt bene Suarez *sup. n.* 9. *Bordon. sup. num.* 2. Quid verò dicendum de falsificante manum, aut sigillum Officialium, non in rebus pertinentibus ad Monasterium, sed ad personas ipsorum Officia-

[illegible] Mr. [illegible] [illegible] [illegible]

auctoritate *l.2.& 3.C.de falsa moneta.* Sic .n. faciẽs peccat mortaliter cõtra Ius Principis,vel Ciuitatis,ad quos spectat id facere,& tenetur ad restitutionem iacturæ, quam passi sunt Principes,vel Ciuitas in hoc. Siluester in *Summa verbo falsarius n.7.* Layman. *l.3.tract. 3. par.1. c.5. n.5.* contra Nauarrum *in Man. c.17. n. 167.* Punitur etiam in Italia pœna degradationis,propter Constitutionem adductam Vrbani, prout notatur illo verbo *fabricare*. Secundò, falsam monetam cudendo,scilicet pondere iniquo, vel materia adulterina, *cap. Quanto de iure iurando, & l.3. C.de vet. numism. collat.* Siluester *sup. n. 9.* Nauarrus *sup.* Sic etiam faciens peccat mortaliter,& tenetur ad restitutionem ei cui intulit damnum,propter dicta, & punitur ex d. Constitut. Vrbani, propter illud verbum *alias adulterare* dicta pœna degradationis. Tertiò,de iusto pondere monetæ detrahendo, abscindendo, radendo *l. quicunque, ff. ad legem Corneliam de falsi.* Angelus *verbo falsarius, §. 8.* Nauarrus *sup n.168.* Qui autem hoc facit similiter peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem ei cui damnum infertur, vt de se patet,& comprehenditur in d. Constitutione illo verbo *tondere*. Hic tamen nota, quòd tondens priuata auctoritate monetas plus æqui ponderis habentes in ea quantitate qua excedunt; etiam peccat mortaliter, quia vsurpat id quod est publicæ auctoritatis. Nauarrus *d.n.168.* Layman. *sup.* Licet Angelus *vt supra* illos excusare videatur. Tenetur etiam ad restitutionem Principi, vel Ciuitati de materia illa,quam auferunt, quia ea spectat ad monetas cudentes,cum solum per errorem illam ibi apposuerint. Siluester *sup. n.10.* Nauarrus *sup.* An verò comprehendatur d.Constitutione Vrbana, mihi incertum est,ad minus tamen mitiori pœna puniri debet. Quartò,adulterinæ materiæ nummos,puta stanneos, vel plumbeos tingendo, seu colorando,vt appareant aurei, vel argentei. *d.l.Quicunque.* Layman. *sup.* ex Abbate, & Couarrubia. Sic autem facientem dubium non est quin mortaliter peccet, & teneatur ad restitutionem illi, quem decepit, ac puniatur d.Constit. Vrbani,propter illud verbum *colorare*. Quintò, prædictas falsas monetas pro veris expendendo *cap.Quanto* relato. Vnde sic faciens peccat mortaliter (intellige supposita grauitate materiæ) & tenetur ad restitutionem ei,cui tales pecunias pro veris dedit, & si nescitur, tenetur dare pauperibus.argum. eorum, quæ habentur *in cap.cum tu de vsuris.* Siluester *sup.n.7.* Nauarrus *n.167.* Punitur quoque d. Constitutione Vrbani, vt patet illis verbis, *seu etiam quomodolibet adulteratas scienter erogare.* Vbi etiam aliæ pœnæ statuuntur contra detinentes scienter huiusmodi pecunias adulteratas, seu de loco ad locum transferentes, aut opem præstantes ad præmissa,.

6 Pro praxi tandem Regularium notandum, quod ex vi d. Con-

stitutionis Vrbani cognitio huius delicti in Italia nullatenus spectat ad superiores Religionum, sed ad Cardinales Legatos, vel Ordinarios, iuxta dicta *eo. c.* 10. *n.* 23. extra Italiam vero poterunt prædicti Superiores Regularium vti iure suo, puniendo subditos in præmissis delinquentes. Vide dicenda 4. *to.* verbo *Monetarij*.

7 De falsitate, quæ est in falsè testificando in iudicio, dicam verb. *Iuramentum*. De ea quæ contingit in Reliquijs falsis pro veris vtendo *eo.* 4 *to.* verbo *Reliquiæ Sanctorum*.

FAMVLI, SEV FAMILIARES Regularium.

1 DE his non pauca dicti *to.* 2 *huius Summæ c.* 16. & 17. ita vt nihil occurrat addendũ. Vide tamen exijs qui post me scripserunt Ioannem Mariam Nouarium *in Lucerna Regularium verbo Familiares*, ac dicẽda circa exemptionem eorum à gabellis infra verbo *Gabella*. *n.* 11.

FESTI DIES QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

Festi dies, quos Episcopi seruandos præceperint qualiter obseruentur à Regularibus. n. 1.
Num obligari possint ad id per censuras. n. 2.
An ad Octauas Festorum. n. 3.
An ad Festa votiua populorum. n. 4.
Regulares an possint annunciare dies Festos, & ieiunia. n. 5.
An eleuare Festa ad nobiliorem ritum. n. 6.
Dies Festos qui possint instituere. n. 7.
Quorum Sanctorum, ibidem.
Quæ opera sint prohibita diebus Festis. n. 8.
Quæ permissa ratione cultus diuini. n. 9.
Quid ex priuilegijs Regularium. n. 10.
Decretum S. Congregationis circa obseruantiam Festorum. n. 11.
De facultate Prælatorum Regularium quoad hoc. n. 12.
An Indulgentia diei Festi transferatur in alium. n. 13.

Festos

1 FEſtos dies, quos in Diœceſi ſua ſeruandos Epiſcopus præceperit ab exemptis omnibus etiam Regularibus obſeruari debere, dixi *tomo* 1. *c.* 9. *num.* 46. ex Concil. Trid. *ſeſſ.* 25. *cap.* 12. vbi etiam ex declaratione Sacræ Congregationis obſeruari qualiter illis diebus ritus Regularium permaneat, licet quoad Conciones, & lectiones conformare ſe debeant Clero ſæculari. Quæ omnia præter auctores ibi relatos confirmat Nouarius *in Lucern. Regular. verbo feſtus* ex Piaſego, Riccio, Campanili, & alijs. Vide & dicta *to.* 2. *cap.* 1. *num.* 26. & 43. & ſupra verbo *Epiſcopus num.* 21. & modo addenda.

2 Licet Epiſcopis præcipientibus dies Feſtos obedire teneantur Regulares, iuxta dicta, illi tamen Regulares, qui priuilegium habent a Sede Apoſtolica ne poſſint ab Ordinarijs obligari per cenſuras ad aliquid faciendum, non poſſunt obligari ad hoc per cenſuras ab ipſis Epiſcopis impoſitas, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 1. *num.* 14. & 15. & ſupra verbo *Exemptio Regularium nu.* 11. Vbi etiam dixi, quinam Regulares tali priuilegio potiantur. Vnde declaratio quędam Sacræ Congregationis, quam ex Sellio *in ſelect. Canon. cap.* 2. *num.* 11. refert Nouarius *ſup. num.* 1. quam etiam refert Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Feſtum*, in qua dicitur, declaraſſe S. Congregat. in vna Oſtienſi ann. 1627. Regulares poſſe compelli per cenſuras ab Epiſcopis ad obſeruantiam Feſtorum intelligi debet (caſu quo illa declaratio ſit authẽtica) de Regularib. non habentibus tale priuilegium, iuxta dicta ſupra eo verbo *exemptio Regularium num.* 11.

3 Eſto etiam cogi poſſint ad obſeruantiam Feſtorum, non tamen quoad Octauas, prout ex declaratione Sac. Congregat. & Aldana *in Compend. reſolut. Iur. Canon. l.* 1. *tit.* 3. *num.* 10. refert idem Nouarius *ſup. num.* 5.

4 Quamuis etiam Regulares obligentur ad obſeruantiam Feſtorum ab Epiſcopis indictorum, non tamen obligari ad Feſta votiua populorum; eo quod Concilium ſolum loquatur de Feſtis indictis ab Epiſcopo, tenent Naldus *in Summa verbo feſtum num.* 4. & Nouarius *ſup. num.* 1. Limitandum tamen eſt, ſi enim feſta votiua dicantur ea, quæ ex deuotione obſeruantur à populo, ad illa quidem non tenentur Regulares niſi ex quadam decentia, vt videlicet populis conformentur; ſi vero Feſta votiua dicantur ea, quorum obſeruantiam populus vouit, aut promiſit, probabilius eſt ad ea teneri Regulares, non ſolum quando ea cum populis obſeruare vouerunt, ſed etiam quando, caſu dato, illis inconſultis populi cum Epiſcopo tale votum emiſerunt. Sunt enim, iuxta dicta *to.* 1. *c.* 11. *n.* 16. Ciues, & membra Reipublicæ ſæcularis,

laris, participantque illius bona, ac per consequens debent conformari cum ipsa in ijs, quæ pertinent ad communem vtilitatem, dummodo cõtraria nõ sint Ecclesiasticæ libertati. Vasquez *in l.2. disp.167. num.* 34. Sanchez *l.* 4. *in decalog. c.*15. *num.*21. Credo tamen hæc vota non obligare Regulares, qui ea non emiserunt, nec acceptarũt, propria obligatione voti, quia impossibile est aliquẽ obligari propria obligatione voti sine propria voluntate, & consensu. Suarez *to.*2 *de Relig. tract.*6. *l.*4.*c.*9. Neque ex vi præcepti Ecclesiastici Episcopi, vel Prælati Ecclesiastici, cuius auctoritate fiunt, propter exemptionem Regulariũ ab Ordinarijs, sed solũ ex vi iuris naturalis, quod præscribit vt pars Reipublicæ conformetur toti corpori, iuxta dicta *to.*1.*eo.c.*11., *num.*13.16.& 17. Quod & indicat Layman. *l.*4. *tract.* 7. *cap.*1. *n.*5.

5 Possunt etiam Regulares dies Festos, & ieiunia in suis Ecclesijs annunciare ad Altare in celebratione Missarum. Ita enim decreuit Sac. Congregatio, prout retuli *to.*1. *cap.*12. *num.* 41. & approbat Nouarius *sup. num.* 6. Imo cogi posse ad id faciendum tenet Rodriguez *to.*1.*quæst. Regular.q.*43.*art.*7. (vbi dicit ita etiam obseruatum vidisse in Regno Portugalliæ) & Barbosa *de offic. & potest. Episcopi Allegat.*24. *num.* 21. *& de offic. Parochi cap.* 16. *num.* 26. referens Portellum. Estq. id satis probabile, maximè vrgente rationabili causa.

6 Festa Calendarij Romani non posse eleuari à Regularibus ad nobiliorem ritum, videlicet à semiduplici ad duplicem nisi præcedente Sedis Apostolicæ licentia, refert declarasse Sac. Congreg. ann. 1628. sub die 28. Octob. Nouarius *sup.* An verò saltem priuatim id liceat dixi *tomo* 1.*cap.*12. *num.*20.

7 Dies Festos instituere non pertinet ad Dominos temporales, Magistratus, vel Ciuitates, &c. quia hæc est causa spiritualis, & potestatis Ecclesiasticæ. Suarez *tom.*1. *de Relig. tract* 2. *l.*2.*cap.*12. *num.* 2. Sanchez *in Consil.moral.tom.*2.*l.*5.*cap.*2.*dub.*5.*num.*7. Quare si præcipiant aliquos dies Festos obseruari sub aliqua pœna, pœnam a violatoribus exigere possunt, sed ipsi culpam non incurrent. Sanchez *d.num.*7. referens S. Antonin. Armillam, Siluestrum, & alios. Solum ergo ad Papam pro tota Ecclesia id spectat, quia ille solum habet vniuersalem potestatem legislatiuam. Suarez *d.l.*2.*cap.*3. *num.*3. Episcopi etiam (idem dico de Abbatibus habentibus iurisdictionem in sæculares) id facere possunt in sua Diœcesi. Sic enim habetur, *cap. pronunciandum de consecrat dist.*3. *& cap.conquestus de ferijs.* Azor *to.*2. *instit. moral. c.*26.*q.* 1. Cum consensu tamen populi, prout habetur ex *d. cap. pronunciandum*, *& cap. conquestus*, eo quod agitur de interesse populi in hoc. Sanchez *ibid. num.*6. Barbosa *de offic. & potest. Episcopi, Allegat.*105. *num.*36. Etsi oppositum tueatur Naldus

in Summ.

in festis Sanctæ Crucis, & Sancti Michaelis Septembris, ac SS. Innocentiũ, ac S. Siluestri, non peccent mortaliter nisi venerint in Dominica. Item *num.* 5. eumdem Eugenium dispensasse cum barbitonsoribus, vbi est consuetudo, in Sabbatis, & Vigilijs de sero radere barbas. Sed præterquam hæc sunt viuæ vocis Oracula, quæ hoc tempore nihil valent, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 3. *num.* 21. in posteriori hoc nõ video aliquod priuilegium, cum laborare in vigilijs, ac Sabbatis vsq; ad mediam noctem non sit prohibitum, & quando adest legitima cõsuetudo per eam sublata esset lex positiua Ecclesiæ. Dolendum tamen est ipsos barbitonsores etiam diebus Festis, & Dominicis id solitos facere, reclamantibus Episcopis, & alijs Ordinarijs. Vnde nullatenus Religiosi illis hoc permittere pro seipsis possunt. Aliud priuilegium ex Eugenio iv. refert Rodriguez *sup. art.* 1. quod tamen parum valet, quia solum per illud concedit Benedictinis laborare in Festis, quæ Ecclesia vniuersalis non colit, nisi communiter ab omnibus in illis locis colantur, & scandalum vitetur.

11 Extat tamen Decretum Sac. Congregat. quod referũt Quaranta *in Summa Bullar. verb. dies Festi.* & Barbosa *de Offic. & potest. Episc. alleg.* 105. *num.* 40. quo declarauit, licere diebus Festis dare operam rebus ad victum necessarijs, ac tempore perituris, præsertim tempore vindemiarum, & messium, ac recolectionis fructuum, vel vbi necessitas vrgeat, aut suadeat pietas. Vide apud illos aliam Declarationem circa nundinas diebus Festiuis, & ea, quæ eo tempore licent, aut non, quæ prætermitto, quia parum conducunt ad intentum nostrum de Regularium instructione.

12 Pro illis tamen nota, quòd in casibus in quibus Episcopi possũt suis subditis cõcedere facultatem laborandi diebus Festiuis, videtur etiam idem posse facere Prælatos Regulares respectu suorum etiam subditorum Regularium, cum sint veri ipsorum Prælati habentes in illos iurisdictionem quasi Episcopalem. Azor. *to.* 2. *Institut. moralium lib.* 1. *cap.* 28. Portell. *in dub. Regular. verb. Abbas num.* 11. bene etiam notans, hanc facultatem nõ posse concedere sæcularibus seruitoribus cum non sint ipsorum Prælati.

13 Nota etiam, quod si aliquis dies Festus habeat Indulgentiam annexam lucrandam tali die, si contingat Officium illius diei transferri in alium diem, tunc Indulgentia non transfertur.

Azor. *tom.* 2. *lib.* 1. *cap. vlt. quæst.* 8. Portellus *in Dub. Regular. verbo Festi dies in addition. num. primo.*

FIDEI

FIDEI PROFESSIO.

1 DE hac materia quoad Regulares ſpectat, videlicet, an illi teneantur facere fidei profeſſionem prouiſi de Prælaturis, dixi *to.*1.*cap.*18. *num.* 102. in ſecunda, & tertia editione, & *to.*2. *cap.*13 *num.*55. An prouiſi de beneficijs Regularibus, cod. *to.*2.*cap.*18.*num.*38.an Concionatores ſupra verbo *Concionari, & concionator.* An lectores loco relato ex primo tomo. Vide, & Nauarium *in lucern. Regular. verbo fidei profeſſio,* & nota Conſtitutionem *Inuinctum nobis*: Pij iv. cuius memini *d. num.*102. vbi præcipit etiam prouiſos de Monaſterijs, & domibus Regularium teneri ad dictam fidei profeſſionem, maximè intelligi de prouiſis a Sede Apoſtolica, quibus Eccleſiæ, ſed Monaſteria Regularium in titulum cõferuntur, quod vt credo eſt vſu receptum. Theſaurus *in prax. par.* 2. *verbo fidei profeſſio c.*1. §. *Aduerte ſecundo.*

FVNERALIA.

1 DE hac quoque materia, prout etiam ad Regulares ſpectat, dixi *to.*1. *cap.*12. *num.* 38. & 41. *circa quartum dubiũ* & *cap.*21. *num.*28. ac *to.*2 *cap.*1.*n.*31.46.& 47.& ſupra verbo *Crux*; & verbo *Defunctus*, ac dicam infra verbo *Habitus*, & 4. *to.* verbo *Quarta funeralis*, & verbo *Sepultura*, ideo pro nunc ſuperſedendum.

FVRTVM.

SVMMARIVM.

*Furtum quid ſit. num.*1.
*Quid de furto, quo Religioſus aliquid ſurripit ſæculari. n.*2.
De pœnis talis delicti. ibid.
*Quid, quando ſurripit aliquid Conuentui. num.*3.
Quando ſit caſus reſeruabilis. ibid.
*De furto rerum Eccleſiæ, Reliquiarum, &c. num.*4.
*Quid ſi illæ ſurripiantur abſque effractione. num.*5.
*Quid de furto rei alteri Religioſo applicatæ. num.*6.
*De abſolutione ab hoc peccato. num.*7.

Furtum

1 FVrtum (quod ſecundum S.Thom. 2.2.*q.* 66. *art.*3. eſt occulta acceptio rei alienæ) multipliciter inter Regulares cõtingere poteſt, ex parte illius à quo res furripitur. Vel enim Religioſus furatur rem alicuius extranei, v.g. ſæcularis, vel rem Communitatis Monaſterij, vel rem alterius Religioſi vſui applicatam. De quibus omnibus ſigillatim dicendum.

2 Et quidem ſi Religioſus rem alicuius extranei, v.g. ſæcularis, furetur, eodem modo ſentiendum, ac ſi vnus ſæcularis alteri ſæculari rem aliquam furatus eſſet; qualitas enim Religioſi non minuit, ſed potius auget malitiam furti. Quoad pœnas verò licet fur ſæcularis varijs pœnis ſuſtigationis, furcæ, &c. puniatur, Clericus verò fur, (idem dic de Religioſo fure) iuxta dicta *to.*1. *cap.*9. *num.*43. perpetuò deponitur, & aliquando in arctum Monaſterium detruditur, & multiplicantur pœnæ iuxta quantitatem furti, & conſuetudinem furandi. Alderete *de Diſcipl.Regular. lib.*2. *cap.*16. *num.* 8. & 9. Non tamen propterea eijci poſſe à Religionibus, niſi ſeruatis alijs ſeruandis ex iure nóuo decreti Sac. Congregat. ſub Sanctiſs. D.N. Vrbano, dixi eo loco. Efficitur etiam infamis ipſo iure *l.*1. *de his qui notan. infa.* & per cõſequens irregularis. Theſaurus *in praxi par.* 2. *verbo furtum cap.* 1. Quamuis etiam Religioſus fur ſecundũ aliquos (Valentia 2.2. *diſp.*10. *q.*4. *punct.*3. *col.*2. *verſ. patet enim* Leſſius *l.*2. *de iuſt. cap.*41. *dub.*9. *num.*79. *verſ.*7.) ſit etiam proprietarius, eo quòd adquirit aliquid cõtra rectam voluntatem ſui Superioris, quæ in eo caſu non eſt, nec poteſt eſſe, nihilominus iuxta dicta *to.*1. *cap.*6. *num.*33. ex Nauarro, & Sanchez, probabile eſt talem ſolum eſſe furem, non proprietarium, quando id quod furatur tradit Superiori, & vtitur eo ex licentia ipſius. Etſi enim Superior non poſſit talem licentiam concedere; id tamen non prouenit ex obligatione voti paupertatis, ſed ex malitia furti, & ita talis Superior, & fur ſolum peccant furti malitia, quia faciunt contra voluntatem domini illius rei ſublatæ. Sanchez *l.*7. *in decalog. c.*19. *num.*55. Limita tamen, vt id ſolum ſit verum quando Superior dans licentiam retinendi illam rem, nouit illam eſſe furto ſublatam, ſi enim id non nouit, licentia ipſius eſſet inuoluntaria, & furreptitia, ac per conſequens non excuſaret Religioſum, nec à peccato proprietatis. Quando autem furripiens pauca ſucceſſiuè, peccat mortaliter; & an furtũ hoc ſit caſus reſeruabilis inter Regulares cõſtabit ex dicẽdis.

3 Similiter ſi Religioſus furripiat rem aliquam Communitatis Monaſterij ſui, vel alieni, reus eſt peccati furti, quia aufert rem alienam contra voluntatem domini. Eſtq; hic caſus reſeruabilis à Superioribus, vt patet ex decreto Clem. viij. *de Reſeruat. caſuum*, quod retuli

to 1. *cap.* 18. *num.* 20. ibi enim inter casus quorum reseruatio permittitur Superioribus Regularium est vnus; *Furtum de rebus Monasterij, seu Conuentus in ea quantitate quæ sit peccatum mortale*. Quæ autẽ sit hæc quantitas sufficiens ad peccatum mortale, etsi in hoc ad circũstantias Monasterij, facultatem ipsius, personarum, loci, & temporis, iudicio prudentis, attendendum sit, dixi tamen *to.* 1. *cap.* 6. *num.* 57. communiter, & regulariter loquendo, & seclusis prædictis circunstantijs esse duos Iulios, vel Regales Hispanos. Alij vero credunt esse quãtitatem quatuor Regalium, Sanchez *l.* 7. *in decalog. cap.* 20. *num.* 3. Peirinis *tomo* 2. *de Prælato q.* 3. *cap.* 2. *num.* 52. & alij apud ipsum. Cum autem Nauarrus, & Corduba à Sanchez relati putent sufficere vnum argenteum, ideo inter istos, & alios, qui credunt exigi quatuor, ne plus æquo, prout his temporibus contingit non rarò, laxentur habenæ conscientiarum, mediam viam me tenuisse credo, dum dixi regulariter loquendo sufficere quantitatem duorum Regalium, prout etiam tenet Quaranta *in Summa verbo Casus reseruati num.* 9 referẽs Marium Andriam, quem vocat virum eruditione insignem, & indicat Medina *l.* 1. *summæ c.* 10. *fin.* ac Sorbus *in Compend. verbo absolutio Ordinaria quoad fratres*, §. *hoc fuit* dum insinuare videtur sufficere duos Carolenos, qui sunt minus quam duo Regales. Licet sententiã Sanchez valde probabilem credam, maximè pro Hispania, de qua ipse loquitur. Illud certiùs, furantem successiuè res minimas, tunc committere peccatum mortale; & per consequens incidere in casum reseruabilem, cum peruenerit ad dictam grauem quantitatem, iuxta dicta in simili *eo. to.* 1. *cap.* 6. *num.* 58. Quod limitandum est quando isti actus furãdi sunt aliquo modo vniti, vel ratione loci, vel temporis. Si enim sunt omnino disparati, credo non committi peccatum mortale, nec incurri casum reseruatum, aut reseruabilem, etiã quando peruenitur ad dictam grauem quantitatem, iuxtà ibidem dicta, & Authores ibi citatos. Debent etiam esse in intentione vniti illi plures actus furandi, idest, quod sic furans recordetur se peruenisse ad magnam illam quantitatem, habeatque intentionem ad illam perueniendi, alias non erit illi voluntarium illud furtum grauis quantitatis. Nauarrus in *Man. cap.* 17. *num.* 139. Quaranta *supra* §. *an autem*. Peirinis *sup.* Est etiam furtum, & casus reseruabilis surreptio Reliquiarum, licet enim non sint nummis æstimandæ, sunt tamen res valde pretiosæ. Quaranta *supra*, §. *essit etiam*. Peirinis *sup. num.* 53 Bene animaduertẽs non sufficere ad hoc consensum Sacristæ, qui conseruat Reliquias; Sacrista enim non est dominus ipsarum, sed Monasterium ipsum. Idem dico de furto codicum, aut Concionum, tractatuum, aut similiũ rerum scriptarum, quia etiam ista sunt res magnę æstimationis, & res

tantum

tantum valent quantum æstimantur. *l. vnic. C. de sent. quæ pro eo, quod interest profer.* Quaranta *supra*. Graffius *de Casibus reseruatis, lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 27. Idem dico de furto rerum comestibilium notabilis quantitatis, quia etiam illæ sunt prætio æstimabiles, & in ipsis procedit eadem ratio. Graffius 1. *p. decis. l.* 3. *cap.* 5. *num.* 51. Sanchez *l.* 7. *in Decalog. cap.* 21. *nnm.* 33. Bene etiam animaduertens, maiorem horum comestibilium quantitatem, prudentis tamen arbitrio, & pensatis circumstãtijs taxandam, requiri, vt sit materia peccati mortalis (ac per consequens reseruabilis) quam in alijs rebus, quia in comestibilibus nõ debent esse Prælati ita inuiti, aut rigidi, sicut in alijs. Præsertim, quia Religiosi comparantur cum suis Prælatis, veluti filij cum parentibus, *cap. licet de sepultur. & l. qui in potestat. ff. de testamentis, & Authentic. ingressi, C. de Sacrosanct. Eccles.* Parentes autem non solent ægrè ferre, quod filij furentur ipsis res comestibiles non magni valoris. Flamma 3. *par. Method. cap.* 9. §. 11. Fagundez *in* 2. *Eccles. præcept. l.* 8. *c.* 6. *num.* 7. *&* 8. An autem in ijs comestibilibus procedat tradita doctrina de minimis successiuè furatis, dixi *num.* 58. relato. Nota tamen, quod quando Conuentus est pauper, vel huiusmodi comestibilia caro prætio comparantur, eodem modo philosophandum de illis est quantũ ad quantitatem pro peccato mortali, seu reseruabili sufficientem, & quantum ad minima successiuè furata, sicut in alijs rebus. Sanchez *sup. nu.* 34. Layman. *l.* 3. *Tract.* 3. *par.* 1. *cap.* 1. *num.* 5.

4 Circa furtum vero rerum Ecclesiæ, vt puta Calicum, Patenarum, Reliquiarum, &c. notandum, quod si quis Religiosus ad illa furandum frangat violenter muros, portas Ecclesiæ, seu Sacristiæ, vbi ea sunt, vltra peccatum mortale reseruabile, de quo dixi, incurret etiam ipso facto excommunicationem *ex cap. conquæsti de sent. excommunic.* Siluester *in Summa verb. Furtum num.* 8. Suarez 5. *tom. in* 3. *par. disp.* 22. *sect.* 2. *num.* 11. *&* 12. vbi de actionibus per quas incurritur hæc excommunicatio. Toletus *in Summ. l.* 1. *cap.* 35. *num.* 6. Naldus *in Summa verbo Furtum num.* 4. Hæc vero excõmunicatio ante denunciationem factam ab Episcopo (vel Prælato Regulari) non est reseruata. Caietan. *verb. excommunicatio cap.* 21. Toletus *supra*. Debet tamen prius præcedere satisfactio. Sayr. *de censur. l.* 3. *cap.* 29. *num.* 15. *&* 20. Thesaur. *in praxi par.* 2. *verbo Sacrilegium cap.* 3. Si vero tale furtum committens fuerit per Episcopum, vel Superiorem denunciatus, non potest absolui nisi à Papa, iuxta textum eiusdem *cap. conquest.* Suarez *sup. num.* 14. Layman. *l.* 4. *Tract.* 10. *cap.* 7. *n.* 19. Tenentur etiam Prælati eos denunciare. Ita enim præcipitur illis in textu eiusdem *cap.* Suarez *nu.* 21. Nomine vero Ecclesiarum, de qui-

bus eo *cap.* est sermo intelliguntur Monasteria, Hospitalia, & reliqua ædificia pia. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 94. Non vero arca, seu scrinia, vbi res Ecclesiarum reponuntur, quia ista non sunt Ecclesia, nec pars Ecclesiæ. Nauarrus *ibid.* Suarez *num.* 12. Nec sufficit reserare portas claue. Nauarrus *ibid.* Extenditur etiam hæc excommunicatio contra effractores Ecclesiarum, etiam ad incendiarios illarum, propter eamdem rationem. Naldus, & Layman. *suprà*.

5 Qui vero res Sacras absque effractione furatur excommunicandus venit. *cap. conquestus de foro competenti*. Peirinis *sup. nu.* 54. & alijs. Imo etiam videtur fures istos de iure esse excommunicatos, etiam si nihil fregerint, ex *Ca. Canonica* 16. *q.* 3. & *Ca. Omnes Ecclesiæ* 17. *quæst.* 4. vbi etiam id extenditur ad consentientes eis, idemque supponi dicto *cap. conquesti de sent. Excommunicat.* Bordonus *tom.* 1. *Resolutionum*, *Resolut.* 47. *num.* 13. Qui propterea miratur Siluestrum, Nauarrum, Rodriguez, Grasium, & alios solum referre dictã excommunicationem ad fures rerum sacrarum, cũ effractione aliqua. Vt puto tamen hæc excommunicatio prædictorum Canonum solum fuit intellecta de furibus effractoribus, vt notat Glossa ibidem. De, quo rectè Suarez supra à *num.* 5. Cui fauet *d. cap. conquestus de foro competent.* & *cap. vlt. de furtis*, vbi pro furibus rerum Sacrarum, qui nihil efregerunt non designatur excommunicatio ipso facto.

6 Loquendo etiam de furto, quo Religiosus rem alterius Religiosi vsui applicatam surriperet, eodem modo respectiuè, ac de alijs furtis philosophandum videtur. Vnde tale furtum est casus reseruabilis, tum quia ita declarauit Clem. 8. vt refert Sorbus *in Compend. verbo Absolutio Ordinar. quoad fratr.* §. *Hoc fuit*, tum quia ex eo, quod aliqua res sit applicata vsui alicuius Religiosi non definit esse Monasterij. Suarez *to.* 4. *de Relig. Tract.* 8. *l.* 2. *cap.* 18. *num.* 11. Peirinis *sup. n.* 51. Idem dic si talis Religiosus est Generalis, vel Prouincialis, quia etiam bona istorum pertinent ad Monasterium, scilicet Religionem. Suarez *ibidem*. Limita tamen iuxta dicta *tomo* 1. *cap.* 6. *num.* 35. si casus esset, quod aliquis Religiosus, necessitate vrgenti, cui alio modo subuenire non potest, auferret ab alio, quæ haberet superflua, & contra voluntatem suorum Superiorum, cessante scandalo, suspicione, &c. in tali enim casu debet præsumi voluntas Superioris, quod res superfluæ vni applicentur illi indigenti, ac per consequens nec tunc erit furtum, nec casus, de quo in præsenti.

7 Circa absolutionem verò prædictorum, præter generalia principia, quod scilicet sur non est absoluendus nisi restituat, & quod casus reseruatus non absoluitur nisi ab eo qui reseruauit, aut Superiore ipsius, aut ab habente ab ipso authoritatem, iuxta superius dicta.

Notan-

Notandum, Superiorem audientem confessionem Religiosi, qui aliqua furatus est Conuentui, cui ille Superior præest, posse absoluere illum sine obligatione restituendi, sicut potest illa, quæ abstulit concedere. Idem dico, quando ea abstulit alij Religioso, si videt ea esse parum necessaria illi qui illa habebat, vel magis necessaria ei, qui illa surripuit, pensata ipsorum qualitate, propter eamdem rationem. Casu verò, quo sit facienda restitutio rei sublatæ alicui particulari Religioso, sufficit quod fiat Communitati, quia tunc ad Prælatum spectabit reddere illam ei qui primo habebat, si illi esset necessaria, vel applicare alij. Molfesius *to.*1. *Summ. Tract.*7. *cap.*20. *num.*92. Peirinis *sup. num.* 55.

GABELLA QVOAD REGVLARES.

SVMMARIVM.

Quid sit gabella, vectigal. &c. num. 1.
*Quando iusta sunt solui debent etiam ante Iudicis sententiam. num.*2.
*Quid quando est dubium de iustitia ipsius. num.*3.
Quid quando est diuersitas opinionum. num. 4.
Ecclesiastici ad illam non tenentur. num. 5.
Nec Regulares. ibidem.
Idem de alijs contributionibus, seu oneribus. ibidem.
Quid de Clericis prima Tonsura, aut minoribus Ordinibus insignitis. num. 6.
Quid de Nouitijs Religionum. num. 7.
Quid de Religiosis militaribus. num. 8.
Quid quando aliquis habitum Clericalem, vel Regularem assumit animo non perseuerandi in illo. num. 9.
De Eremitis, & Tertiarijs remissiuè. num. 10.
De famulis, & familia Clericorum, & Regularium. num. 11.
An idem dicendum de gabella, quæ vocatur Alcauala. *num.* 12.
An de illa, quæ vocatur Sisla. *num.* 13.
An hoc priuilegium transeat ad colonos. num. 14.
Quæ bona Clericorum eo potiantur. num. 15.
An quæ illis sunt donata. num. 16.
Quid de fructibus, seu redditibus ipsorum. num. 17.
Quid quando Ecclesiastici habent bona indiuisim cum laicis. num. 18.
In quibus casibus non sunt exempti à gabellis, & tributis. num. 19.
Quando negotiationem exercent. ibidem.

Quando adquirunt bona affecta onere certo, vel inuariabili. num. 20.
An quando gabella, vel tributum imponitur æquè principaliter propipſos . num. 21.
Non poſſunt cogi à ſæcularibus ad illa ſoluenda . num. 22.
Quam pœnam incurrant imponentes collectas Eccleſijs . num. 23.
An quando non deueniunt ad actualem exactionem . num. 24.
Decretum Sacræ Congregationis circa hæc . num. 25.
Quid agere debeant Diœceſani contra eos, qui onera ab Eccleſiaſticis exigunt . num. 26.
Alia remiſſiuè . num. 27.

1 QVidſit gabella, vectigal, pedagium, telonium, portorium, duana, & ſimilia, dixi ſupra verbo *Bulla cœnæ, num.* 17. vbi etiam *num.* 19. de conditionibus ad iuſtã gabellam requiſitis, & *num.* 18. qualiter impo nentes nouas gabellas præterquam in caſibus ſibi à Iure, ſeu Sedis Apoſtolicæ licẽtia, conceſſis, incurrant excommunicationem Bullæ Cœnæ. Similiter qualiter imponentes collectas, decimas, tallias, & alia onera Eccleſiaſticis etiam incurrant excommunicationem Bullæ cœnæ, *ibidem num.* 46. & 47. Specialiter etiam quoad Regulares eos exemptos eſſe ab huiuſmodi gabellarum, & ſimilium contributionum ſolutione, dixi *to.* 1. *cap.* 3. *num.* 14. & *to.* 2. *cap.* 1. *num.* 32. Nunc prædicta amplificanda prout ſpecialiter ad Regulares ſpectant.

2 Et primo notandum, quod licet gabellæ, ſeu tributa quæcunque iuſtè impoſita ſolui debeant etiam in conſcientia ab ijs, quibus impoſita ſunt, prout colligitur ex illo *ad Rom.* 13. *v.* 7. *Reddite ergo omnibus debita, cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal*, &c. (Sotus *l.* 4. *de Iuſt. q.* 6. *art.* 6. Nauarrus *in Man. cap.* 17. *num.* 200.) etiam ante omnem Iudicis ſententiam, quia tributa iſta non ſunt pœnæ, ſed ſunt veluti præmium, & merces Principum, pro labore, quem ſuſtinent in conſeruanda, & gubernanda Republica (Sanchez *to.* 1. *conſil. moral. l.* 2. *cap.* 4. *dub.* 1. poſt plures quos refert) ac proinde aliter facientes teneantur ad reſtitutionem (Siluester *in Summa verbo Gabella* 3. *num.* 21. & 22. Nauarrus *ſupra*) quando tamen iniuſtè ſunt impoſita, ſcilicet non ſeruando conditiones requiſitas ad iuſtitiam gabellæ, vel tributi, de quibus dixi ſupra verbo *Bulla Cœnæ num* 19. non tenentur in conſcientia ad ſolutionem. Ceſſat enim tunc ratio obligationis, ſcilicet iuſtitia gabellæ, vel tributi. Siluester *ſup. num* 23. Sanchez *d. dub.* 1. *num.* 11. cum communi aliorum. Abſtinendum tamen à mendacio, periurio, ſcandalo, & ſimilibus, quia hæc ſunt intrinſicè mala. Siluester *ibid.* Layman. *l.* 3. *Tract.* 3. *par.* 1.

par. prima, cap. 3. *num.* 5.

3 Secundo notandum, quod licet plurium ſententia ſit, quod in dubio de iuſtitia tributi, ſeu gabellæ (loquor de dubio negatiuo, non de poſitiuo, ſeu opinione probabili, de quo poſtea) non teneantur ſubditi ad ſolutionem illius, præſertim quando ea non ſunt à tempore antiquo, ſed de nouo impoſita (Sanchez *ſup. dub.* 6. alios referens) probabilius tamen eſt oppoſitum. Ratio ſumitur ex generali principio, à quo ſi ſemel receditur, tota ruet boni regiminis ratio, ſcilicet, quod in dubijs præſumendum eſt pro Principe, ſeu Superiori, vel quod idem eſt, in dubijs ſtandum eſt ſententiæ Principis, ſeu Prælati. Confirmatur, quia quando non adeſt mortalis certitudo de iniuſtitia cauſæ, præſumendū eſt pro Principe, vel Superiori: ſed quando adeſt dubium de iuſtitia non eſt moralis certitudo de iniuſtitia: ergo &c. Sotus 4. *de Iuſt. queſt.* 6. *art.* 4. Suarez *l.* 5. *de legib. cap.* 18. *num.* 16. Vnde exiſtente tali dubio, publica tributa exigentes ex mandato Principis, non peccant, quia præceptum Superioris eos excuſat. *ca. quod culpatur* 23. *q.* 1. Silueſter *ſup. num.* 20. Nauarrus *ſupra num.* 201. Sanchez *ſup dub.* 7. qui ſecus dicunt quando exiſtente tali dubio tributa exigunt ſponte, nec compulſi à Principe, quia tunc exponuntur periculo faciendi contra iuſtitiam ſubditorum, nec excuſantur obedientiæ bono.

4 Similiter tertio notandum, quod licet plurium ſententia ſit, quod quando eſt diuerſitas opinionum probabilium circa iuſtitiam gabellæ, vel tributi, quadam opinione affirmante eſſe iuſtam, alia vero negante, non teneantur ij, quibus impoſita ſunt ad ſolutionem (Diana *par.* 2. *Reſol.* 59. plures alios referens) nihilominus oppoſitum eſt probabilius, non ſolum propter dicta, ſed etiã quia vt in ſimili dixi de obedientia Regularium erga ſuos Prælatos *to.* 1. *cap.* 4. *num.* 26. certe eſſet magna confuſio, & deſtructio Communitatis, ſi prætextu opinionis probabilis nollet quis Superiori opinioni etiam probabili innitenti obedire, nec eſſet melior conditio Superioris, quam ſubditi in dubio æquali. Azor. *tomo* 3. *inſtitut. moral. l.* 5. *cap.* 22 *queſt.* 7. Suarez *de legibus l.* 5. *cap.* 18. *num.* 20. Addendum tamen, quod quãdo rationes contra iuſtitiam gabellæ ſunt vrgentiores, & præſertim ſi iuuantur publico rumore, & fama vel ſuſpicione virorum ſapientum, ita exiſtimantiũ, tunc opinio de iniuſtitia gabellæ erit probabilior, quã contraria de iuſtitia, & ita illam poterunt ſequi ſubditi, & non ſoluere impoſitionem. Suarez *ſupra*. Laymãn. *ſupra*.

5 His præiactis, certiſſima res eſt Eccleſiaſticos omnes, ac per conſequens Regulares etiam omnes, immunes, & exemptos eſſe à datijs, gabellis, vectigalibus, & alijs quibuſcunque contributionibus, ſeu

oneribus tam realibus, quam personalibus, & tam impositis, quam imponendis. Ita enim colligitur ex Iure canonico multis in locis, specialiter *cap. non minus*, & *cap. aduersus de Immunit. Eccles. cap. Quamquam de censibus in 6. & cap. fin. de vit. & honest. Clericorum*, & ex iure ciuili, multis etiam in locis, specialiter *l. Sancimus. C. de Sacrosanct. Eccles. & Authent. Item nulla*, C. *de Episcop.* Item ex Concil. Trident. (alia antiquiora Lateranens. omittendo) *sess. 25. cap. 20.* Ioannes Beetz *in 7. præcep. Decalog. expos. 1. cap. 9.* vbi hæc ab Ecclesiasticis exigentes rapinam committere, ait. Prosper Augustinus *in additionibus ad Quaran. verbo Vectigal.* Tamburin. *de iure Abbat. to. 1. disp. 15. quæst. 21. num. 3. & 4.* Barbosa *de iure Ecclesiastic. l. 1. cap. 39. §. 5.* post plures alios. Fauent etiam specialiter quo ad Regulares plura priuilegia ipsis à Sede Apostolica concessa quorum aliqua pro Carmelitis retuli *to. 2. cap. 1. num. 32.* vbi etiam *num. 12.* attuli Bullam Pij 5. in qua inter alia hoc etiam concedit Mendicantibus, & alia pro Cassinensibus, & Monachis Vallis Vmbrosæ refert Tamburinus *sup. num. 6.* cum aliquibus etiam Rotæ decisionibus; plura etiam Cassarubius *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Decimæ.* Ratio verò generalis huius priuilegij sumitur *ex cap. 2. de Censibus*, ex quo habetur, quod tributum sit signum subiectionis, sed Ecclesiastici non sunt subiecti sæculari potestati, ergo &c. Suarez *in Defens. fid. l. 4. cap. 18. num. 4.*

6 Extenditur hoc priuilegium Clericorum, & Regularium ad Clericos non coniugatos, prima tonsura, aut minoribus tantum Ordinibus insignitos. Ita enim colligitur *ex cap. non minus, & cap. aduersus de immunit. Ecclesiast. cap. fin. de vita, & honest. Cleric.* & alijs iuribus. Tales enim dicuntur personæ Ecclesiasticæ, & ita debent gaudere talium priuilegio. Sanchez *supra dub. 49.* Diana *par. 1. tract. de immunit. Ecclesiast. Resolut. 35.* post plures alios. Quod intellige etiam si non habeant conditiones requisitas à Concilio Trident. *sess. 23. c. 6.* quarum memini supra verbo *Clericus num. 20.* scilicet quod beneficium Ecclesiasticum habeant, aut Clericalem habitum, & tonsuram deferentes alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiant, vel in Seminario Clericorum, aut in aliqua Schola, vel Vniuersitate de licentia Episcopi versentur. Ratio est, quia Concilium eo loco solum requirit eas conditiones pro fori priuilegio ab huiusmodi Clericis retinendo, non pro alijs ipsorum priuilegijs, ac proinde restringendum est solum ad dictum priuilegium fori, cum sit materia odiosa, sicque declaratum vi deo à Sac Congregatione apud Comitolum *in Responsionibus moral. l. 6. q. 20.* & Dianã *sup. resolut. 36.* Aliam quoque declarationem Sac. Congregat. Episcopor. & Regular. de anno 1631.

refert

refert Barboſa *d.* §. 5. *num.* 16. Apud quos etiam alij auctores huius ſententiæ. Locutus autem ſum de Clericis non coniugatis, prima tonſura, aut minoribus Ordinibus inſignitis, quia Clerici coniugati, etiam cum vnica, & virgine, huiuſmodi exemptione à tributis non gaudent *cap. vnico de Clerico coniugat. in 6.* vbi talibus certas conditiones obſeruantibus, ſolum conceditur priuilegium Canonis, & fori, non alia Clericorum priuilegia, & ita notat Gloſſa *ibi verbo in cæteris*. Layman. *l.* 4. *tract.* 9. *cap.* 7. *num.* 4. & alij quos citat, & ſequitur Barboſa *ſupra num.* 18. Qui etiam *num.* 19. oppoſitum reſoluit cum alijs de Clericis Græcis; iſti enim etiam ſi coniugati ſint huiuſmodi priuilegio gaudent. Imo etiam Latinos mortua vxore, quam vnicam, & virginem duxerant, hoc priuilegio gaudere, tenet Sanchez *ſup. dub.* 53. ex Couarrubia, Panormitano, & alijs, eo quod *d. cap. vnic. de Cleric. coniugat.* ſolum videtur loqui perſeuerante coniugio. Nota etiam, quod tales Clerici non coniugati, prima tonſura, aut minoribus Ordinibus inſigniti, in Hiſpania, attenta quadam lege nouæ Recopilat. & in Luſitania propter Ordinationem etiam quandam Regiam non ſunt immunes à gabellis, niſi beneficium aliquod obtineant. Quæ leges validæ erunt ſi approbationem à Sumino Pontifice tacitam, vel expreſſam obtineant. De quo Barboſa *ſup. num.* 17. & *de Offic. & poteſt. Epiſcopi Allegat.* 13. *num.* 2. 3. 4. & 5. ex pluribus alijs Auctoribus.

7 Extenditur etiam hoc priuilegium immunitatis à gabellis ad Nouitios Religionum, iuxta dicta *to.* 1. *cap.* 24. *num.* 4. quia etiam ipſi ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ, ac per conſequens comprehenduntur in illis iuris Capitibus, & priuilegijs Religionum ſuperiùs relatis, in quibus eximuntur à gabellis Eccleſiaſtici. Accedit, quod in fauorabilibus nomine Religioſorum veniunt. Accedit etiam, quod, iuxta dicta verbo *Clericus num.* 32. ſicut Religioſi profeſſi comparantur quoad ad hæc priuilegia Clericis conſtitutis in Sacris, ita Nouitij Clericis in minoribus; hos autem Clericos in minoribus conſtat exemptos eſſe à gabellis, ergo, & Nouitios. Molina, Sanchez, & Diana, quos dicto loco retuli. Vide Hieronymum Rodriguez *in Compend. Quæſt. Regular. Reſolut.* 137. *num* 9. & Villalobos *par.* 2. *Summ. Tract.* 8. *diff.* 14. Vide & dicta de illis ſupra verbo *Clericus num.* 22.

8 Extenditur quoque ad Religioſos Militares, ideſt, non ſolum ad illos, qui inter eos Clerici ſunt, Hiſpanè *Freiles*, quia de ijs cum ſint verè, & ſimpliciter Religioſi, tam certum eſt immunes eſſe à gabellis, quam de alijs Religioſis, ſed etiam ad eos qui inter ipſos ſunt milites inter ſæculares viuentes, quales ſunt Commendatores S. Iacobi, & S. Ioannis, Alcantaræ, Calatrauæ &c. tria vota Religionis emittentes,

quia tales ſunt non ſolum perſonæ Eccleſiaſticæ, ſed etiam veri Religioſi, iuxta dicta *tomo* 2. *cap.* 5. *num.* 6. & 14. imo etiam ad alios, qui duo tantum vota emittunt, quia etſi tales non ſint veri Religioſi, ſunt tamen perſonæ Eccleſiaſticæ, cum Dei cultui ſpeciali modo, & ſub Regula approbata dicati viuant, iuxta ibidem dicta. Vnde omnes illos gaudere hoc priuilegio immunitatis à gabellis, dixi *eo. cap.* 5. *nu.* 40. vbi etiam Auctores id aſſerentes retuli. Nota tamen in Hiſpania propter *l.* 9. *tit.* 18. *l.* 9. *nouæ recopilat.* limitari hoc ad fructus ſuarum Commendarum, nõ quoad alia. Bobadilla *in polit. to.* 1. *l.* 2. *c.* 18. *num.* 264. Sanchez *ſup. dub:* 58. & in Luſitania ad aliquos illorum propter Ordinat. Regi. *l.* 2. *tit.* 11. §. *vlt.* ſi habuerint Præceptoriam militarem, vulgo *Commendam.* Barboſa *de Iure Eccleſiaſtico l.* 1. *cap.* 39. §. 5. *num.* 26. Quod, & ad alios trahendum eſſe tenet Molina *de Iuſt. to.* 3. *diſp.* 661. *num.* 6.

9 Extendi etiam poſſe videtur hoc priuilegium ad illos, qui habitũ Clericalem, vel etiam Regularem, ſuſceperunt non animo perſeuerandi in eo ſtatu, niſi ſolum pro aliquo tempore, quia ſaltem pro illo tẽpore ſunt verè Clerici, & verè Regulares, & ita debent gaudere taliũ priuilegio Tamburinus *ſup num.* 22. Secus dic, quando habitum talẽ aſſumpſerunt ſine vlla intentione peragendi ea quæ ſunt propria illius ſtatus, neque ad tempus, ſed ſolum in fraudem harum gabellarum. arg. text. *in l. qui ſub prætextu, C. de Sacroſanct. Eccleſiæ.* Proſper Auguſt. *ſup.* §. *eamdem limita.* Vide declarationes aliquas Sac. Congregat. apud Dianam 5. *par. in Collect.* ipſarum.

10 An hoc priuilegium extendi debeat ad Eremitas dixi *to.* 2. *cap.* 7. *num.* 7. De quo etiam Rodriguez *to.* 3. *quæſt. Regular. q.* 74. *art.* 11. An ad Tertiarios, vel Tertiarias dixi eo *to.* 2. *cap.* 14. *num.* 35. & agit Rodriguez *ſupra*.

11 Extendunt plures idem priuilegium ad famulos, & familiam Clericorum *l.* 2. *C. de Epiſcop. & Cleric.* De quo Riccius, Carolus de Graſſis, Carauita, Grilenzon, & alij apud Barboſam *d.* §. 5. *nu.* 20. & 21. Quod ipſe recipit *num.* 22. ſaltem quoad mancipia, & ſeruos illorum, quia iſti ſunt in ipſorum dominio veluti bona ipſorum, & etiam quando onera, & tributa impoſita dictis famulis redundarent in damnum ipſorum Clericorum. Sanchez autem *ſup. dub.* 54. generaliter de famulis Clericorum id ſupponit. Vnde declaratum eſt à Sac. Congregat. in vna Regienſi 14 Februarij 1581. & in vna Turritana 18. Maij 1603. familiares Epiſcopi fori priuilegio gaudere. Barboſa *in Collectan. Bullar. v. rb. Familia, familiaris.* Vbi etiam aliæ declarationes quibus deciditur, licere Epiſcopo familiam ſuam armatam augere, dummodo circa numerum, & qualitatem prudenter, &

moderatè

moderatè se gerat. Pro quo etiam Diana 5. *par. in Collect. declar ar. Sac. Congregat.* plures refert. Quæ omnia consequenter dici deb ent de Regularibus, propter dicta, & quia ipsi nomine Clericorum veniunt, præsertim quia familiares Regularium dicuntur de corpo re ipsorum, ac per consequens debent gaudere ipsorum priuilegijs, p rout ex Hermann Stamm. *de Seruit. person. l.2. cap.7. num.6.* Alzedo *in prax. Episcop. cap.12. num.77. par.1.* Gratiano *in forens. disce ptat. to.2. cap.340. & 341.* ac Grassis *de effectibus Cleric. effect.1. à n.128.* firmat Nouarius in *Lucern. Regular. verbo Familiares num. 2.* An vero idem sit dicendum de famulis familiarum ipsorum Clericorum, vel Regularium, concurrentibus præsertim prædictis rationibus, consule à simili Mandosium *in Regul. Cancellar. 3. quæst. 16.* Sanchez *2. to. consil. Moral. l.7. cap.1. dub.20. nu.24.* & Dianã 4. *par. Tract. 4. Miscellan. resolut.* 145. dum loquuntur de famulis familiarum Episcoporum, Salicetum, Odoardum, & alios apud eumdem Sanchez, & Nouarium *supra num. 3. & 4.*

12 Extenditur etiam hoc priuilegium immunitatis à gabellis Clericorum, & Regularium ad eam, quæ Hispanè vocatur *Alcauala*, etsi enim aliqui dixerint huic gabellæ soluendæ adstrictos esse etiam Ecclesiasticos, oppositum tamen est verissimum, non solum quia iura relata in superioribus vniuersaliſſima sunt, sed etiam quia ita statuitur *l.11. tit.3. l.1. & l.6. tit.19. l.9. nouæ recopilat.* Iosephus Angles *in florib. Quæst. Theolog. 2. par. vbi de restit. defraudantium gabellas*, Sanchez *to.1. consil. Moral. l.2. cap.4. dub.* 50. & alij apud ipsum. Quod intellige, etiam quando propria bona, aut proprios fructus vendunt, iuxta dicenda infra.

13 Idem dicendum de alia gabella in Hispania vocata *Sisa*, Latinè *Assisium*, quæ solet imponi ob communem Reipublicæ necessitatẽ in carnibus, vino, oleo &c. propter easdem rationes: & quia coguntur Ecclesiastici, prædicta cariùs emere, vel aliunde emere, quod verumque est contra ipsorum immunitatem. Azor. *to.2. instit. Moral. l.9.c.11.§. In dubium vocatur*, Portellus *in additionib. ad Dub. Regular. verbo Tributum num.8.* Hieronymus Rodriguez *in Compend. Quæst. Regular. resolut.63. num.32.* Meritò ergo multis in locis vsu receptum est, vt Ecclesiastici talem gabellam non soluant, vel si soluunt intra annum, ad exitum anni Respublica, vel Princẽps damnum refarcit. Azorius *supra*. An vero talis gabella licita sit, etiam respectu laicorum, eo quod fit de rebus, quæ pertinent ad vsum, & quod per eam grauentur non solum ciues, sed etiam exteri, agunt Azor *supra*, Sanchez *d.cap.4. dub.45.* post alios. In casu autem quo sæcularis habens in sua familia aliquem Clericum, filium v. g. emens carnes, vinum, &c.

num &c. pro ſua familia, an ſcilicet debeat integrè aſſiſium, an verò non debeat eam partem, quam Clericus conſumit, licet hoc poſterius ſatis probabile videatur, & conſonum immunitati Eccleſiaſticorum; oppoſitum verò tenet Sanchez *ſup. dub.* 54.

14 Cum autem hoc priuilegium exemptionis Clericorum, & Regularium à gabellis ſint realia, vt conſtat ex iuribus relatis, vbi non ſolũ perſonæ, ſed etiam bona exempta dicuntur, ideo tranſeunt ad colonos, ſeu arrendatarios bonorum ipſorum, ita vt illi etiam, quoad illa bona, quorum ſunt coloni, vel arrendatarij, & quatenus ad ipſos Clericos, vel Regulares ſpectant, immunes ſint à gabellis, & tributis. Colligitur id primò non ſolum ex iuribus relatis, ſed etiam ex Pio 5. in Bulla *Dum ad Vberes, &c. to.*2. *Bullar. inter Bullas Pij* 5. *nu.* 11. vbi nominantur expreſsè *Laboratores*, *Coloni*, *Arrendatarij*, *Locatarij*, & *Affictuarij* bonorum Mendicantium. Quam Bullam reuocatam non fuiſſe à Gregorio 13. in Bulla *In tanta*, dixi *tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 14. Maximè id infertur ex dictis *tom.* 2. *cap.* 1. *à num.* 14. vbi oſtendi ſolum reuocaſſe Greg. 13. per illam ſuam Bullam ea quę Pius 5. conceſſerat Regularibus contraria Concil. Tridentin. decretis. Hæc verò bonorum Regularium immunitas à gabellis non eſt contraria ipſi Concilio, ſed potius conformis, iuxta adducta ſuperius ex eodem Concilio *ſeſſ.* 25. *cap.* 20. Colligitur ſecundò ex declaratione Sac. Congregat. Epiſcoporum, & Regularium in vna Oppiden. ſub die 18. Septembris 1618. vbi declaratum eſt colonos, affictuarios, vel partiarios bonorum Eccleſiaſticorum gaudere exemptione Collectarum tam ordinariarum, quam extraordinariarum prò portione colonica. Tertiò, ex deciſione Cardinalium Millini, Camporei, & Lancellotti, & S. Suſannæ pro Paulo 5. in cauſa quadam Mediolanen. Tamburin. *de Iure Abbat. tom.* 1. *diſp* 15. *quæſit.* 21. *num.* 9. Barboſa *d.* 9. 5. *num.* 30. & 31. ex alijs pluribus, vbi etiam in ſequentibus diſputat, an redditus, quos iſti cõductores, & coloni bonorum Eccleſiaſticorum percipiunt, gaudeant eadem libertate. Maximè *num.* 62. an tranſeat hoc priuilegium ad emphyteutas bonorum Eccleſiaſticorum. De quo Diana *par.* 3. *Tract.* 1. *Reſolut.* 24.

15 Nomine porrò bonorum dictorum Clericorum, & Regularium, quæ exempta eſſe diximus à gabellis, & tributis, non ſolum intelliguntur bona Eccleſiaſtica, ſed etiam quæcunque ipſorum bona quantũuis laicalia, ſeu patrimonialia, iura enim generaliter loquuntur, & omnia illa bona dici poſſunt patrimonium Chriſti, quatenus ſunt eorum, qui ſpecialiter Chriſti obſequio dicati ſunt, præſertim, quia cum ſoluere tributum ſit proprium ſubditorum, cum Eccleſiaſtici non ſubdantur ſæculari poteſtati, immunes erunt etiam quoad iſta à tributis

ab eadem

ab eadem impoſitis. Suarez *in Defenſ. Fidei l.4. cap.* 23. & 24. Layman. *l.4. Tract.9. cap.6. num.* 9. poſt plures alios.

16 Idem dico de bonis, quæ data, ſeu donata ſunt Eccleſiaſticis perſonis; propter eamdem rationem, ſcilicet, quia iura generaliter loquuntur. Vnde mirandum quod in Regno Neapolitano oppoſitum habeatur, niſi ſit ex beneplacito Sedis Apoſtolicæ. Duardus *in Bull. Cœnæ l.2. Can.* 18. *quæſt.* 6. Diana *par.* 1. *Tract. de immunit. Eccleſiaſt. Reſolut.* 42.

17 Idem etiam dicendum de fructibus, prouentibus, ſeu redditibus bonorum Clericorum, ſeu Regularium, ſi ab ipſis vendantur, ſiue ad groſſum, ſiue minutum (vt dicitur), quod ſcilicet liberi etiam ſint à prædictis gabellis. Cum enim generaliter loquendo omnia bona ipſorum, vt dictum eſt, habeant hanc exemptionem, non eſt cur id negetur prædictis fructibus, redditibus, ſeu prouentibus, ex eo quod vendantur, cum talis venditio ipſorum non ſit negotiatio ipſis prohibita, vt benè Bertachinus *de Gabellis par.*7. Silueſter *in Summa verbo excommunicat.* 9 *num.*46. & alij, quos referunt, & ſequuntur Tamburinus *ſup. num.* 16. & Barboſa etiam *ſup. num.* 34. Vide dicenda infra *num.*19. vbi explicabo quando venditio talium erit negotiatio.

18 Idem quoque dicendum pro caſu quo Eccleſiaſtici, vel Regulares haberent aliqua bona in communi, & indiuiſo cum laicis, ſcilicet adhuc tunc portionem illam bonorum, quæ dictis Eccleſiaſticis, vel Regularibus competit, immunem eſſe ab impoſitionibus, propter eandem rationem, Molſeſius *in Summ. Theolog. moral. par.*2. *Tract.* 12. *cap.*22. *num.*170. Tamburinus *d. quæſt.*21. *num.*24. Licet quoad hoc ſtandum eſſe conſuetudini declaratum eſt à Sac. Congregat. Epiſcoporum, & Regularium, teſte Barboſa *d.*§.5 *num.*61.

19 Sunt tamen aliqui caſus, in quibus Clerici, & Regulares immunes non ſunt à gabellis, & tributis. Primus eſt, quando negotiationē exercent; tunc enim licitè ab eis dicta tributa exigi poſſunt, ex illis quæ vendunt, & emunt. Ita enim colligitur *ex cap. Quamquam de Cenſib. in* 6. & ex Clement. fin. *de Cenſib.* Silueſter *ſupra*, Bonacina *diſputat* 2. *de reſtitut. quæſt.*9 *punct.*2. *num.*2. Comitolus *in Reſponſionib. Moral. l.*1. *quæſt.* 53. & alij communiter. Tunc autem dicuntur negotiationem exercere, quando aliquid emunt, vel contractu oneroſo adquirunt, vt ex illius venditione lucrum referant. Suarez *to.*5. *in* 3. *par. diſp.*23. *ſect.*4. *num.*2. Adde, tunc propriè negotiationem faciunt, quando aliquid emunt, vt immutatum cariùs vendant. Silueſter *ſupra*. Molina *de Contractib. diſp.* 342. *num.*1. Toletus *in Summa l.*1. *cap.*38. *num.*13. Diana 5. *par. Tract.*1. *Reſolut.*27. Vnde non dicuntur negotiationem exercere quando aliquid emunt ad

ſuæ

suæ familiæ sustentationem, & postea data occasione lucri, illud cum lucro vendunt, cum tunc non emerint ad vendendum. Siluester, Suarez, Bonacina *supra*. Nec qui vendunt reditus proprionum beneficiorum, vt dictum est. Nec qui extrahunt fructus suos, siue suorum beneficiorum, siue bonorum patrimonialium, ex vno loco ad alium, vt ibi cariùs vendant. Sousa *in Bull. Cœnæ cap.19.disp.92.consil.1. num.4.* Diana *sup.d. Resolut.* 27. Nec etiam dicentur negotiatores, qui emunt animalia, vt illa pascant in proprijs prædijs, & cum pinguia facta fuerint, illa vendunt. Vel cum emunt materiam aliquam ex qua artefacta conficiant, illaque vendant. Tunc enim non vendunt rem immutatam, sed industriosè mutatam. Molina *d.disp.342. num.* 14 Bonacina *sup.num.6.& 7.* Dummodo id fiat ad subueniendum proprijs necessitatibus, nec propterea se subtrahant à Clericali, vel Religioso officio, & artificium illud sit honestum. Siluester *in Summa verbo Clericus 3.num.2.* Prosper Augustinus *sup.§. Difficultas versatur*. Multò minus dicuntur negotiationem exercere, si semel id faciant, cum enim negotiatio sit nomen verbale, requirit frequentiam. Sanchez *tom.1. Consil. Moral. lib. 2. cap. 4. dub. 51. num. 7.* Barbosa supra. In casibus autem, in quibus licita est illis negotiatio, (de quibus Tamburinus *sup.num.* 18.& ego tomo 4 verbo *Mercatura*. & verbo *Negotiatio*, & de quibus plures extant Sac. Congregat. declarationes apud eumdem Barbosam *d.l.1. de iure Ecclesiastic.cap. 40.num.*127.) etiam videntur esse immunes à gabellis. Barbosa *d.c. 39. §.5.num.67.& 68.* ex alijs. Vide declarationem Sac.Congregat. apud Dianam *5.par. in Collect. ipsar.num.*44. An verò ad hoc, quod Clerici, & Regulares negotiatores teneantur soluere gabellas de his, quæ emunt, & vendunt, necessaria sit trina monitio, de qua agitur in *cap.fin. de vit. & honest. Clericor.* quæstio dubia est, cui affirmatiuè respondent Barbosa *sup.num.65. lib.1.cap.39.§.5.* & plures alij apud ipsum, & Dianam *par.1. Tract. de Immunit. Ecclesiast. Resolut.46.* Probabilius tamen est oppositum, scilicet quod quamuis ad hoc quod dicti Ecclesiastici gabellas soluant ex bonis, & facultatibus suis necessaria sit dicta trina monitio *in d.cap.fin.* expressa, ad soluendum tamen illas ex illis bonis cum quibus negotiantur non requiratur dicta trina monitio, cum id absolutè habeatur *d.cap.quamquam de censib.* & d.Clement *fin.* De quo relatus Sanchez *d.cap.4.dub.*51. & plures alij, quos ipse, & Diana *supra* referunt. Illud certius, tales Ecclesiasticos negotiatores non posse cogi ad solutionem talis gabellæ, nisi a Iudice Ecclesiastico, non sæculari; cum illi, non isti subdantur. Sanchez *sup. dub.*52. Barbosa *sup.num.*69. ex alijs. Imò in casu dubij an Clericus negotietur standum est ipsius iuramento, nisi contrarium

probetur

probetur. Sanchez *ibid.* Bonacina *ſup. num.* 2. Vide Maſcardum *de Probationibus conel.* 953. *num.* 11. An verò poſſint cogi tunc ad iuranduni, dixi *to.* 1. *cap.* 11. *num.* 25.

20 Secundus caſus, in quo tam Clerici, quam Regulares non ſunt exempti à gabellis, eſt quando adquirunt aliqua bona affecta onere certo, vel inuariabili ſoluendi illas, tunc enim res tranſit cum ſuo onere, *cap. paſtoralis. & cap. cum non ſit de Decimis, cap.* 1. *de Cenſibus*, & alijs. Idque conſtat ex declaratione Sac. Congregat. Eminentiſſimorum DD. Cardinalium controuerſijs iuriſdictionalibus Præpoſitorum, de qua infra *num.* 25. Silueſter *in Summa, verbo Immunitas* 1. *num.* 19. Proſper Auguſtin. *ſup.* §. *eandem limita*, Bonacina *ſup. num.* 2. Tamburinus *ſup. num.* 7. Hoc tamen intelligendum ſolũ in caſu quo talia bona affecta eſſent tali onere per ſe, & ratione ipſorum v. g. ex præcedenti pacto feudali, cenſuali, emphyteutico &c. tunc enim tranſeunt cum ſuo onere, non verò quando eſſent illo affecta per accidens ratione perſonæ, quæ illa poſſidebat, quia tunc mutata perſona mutatur ſtatus rei. Sanchez *ſup. dub.* 57. per totum. Layman. *ſup. d. num.* 9.

21 Tertius eſt, quando gabella, vel tributum imponuntur æquè principaliter propter vtilitatem, vel commoditatem tam Eccleſiaſticorum, quam laicorum, v. g. pro reparatione agerum, ne flumen vicinos Eccleſiaſticorum, & laicorum agros inundet, vel pro reficienda via per quam eſt eundum ad domos, vel prædia ipſorum, vel pro communi damno, ſeu periculo imminenti vitando, vt pro expellendis hoſtibus vaſtantibus territorium, vel peſte infectis, ne inficiant ciuitatem, vel pro communi cuſtodia vinearum, pratorum, agrorum &c. Id enim, & recta ratio ſuadet, nec iura contradicunt. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 115. Tamburinus *ſup. d. nu.* 7. Barboſa *ſup. num.* 37. & ſequentibus. Peirinis *to.* 1. *priuileg. Minim. in conſtitut.* 2. *Iulij* 2. *num.* 141. Non tamen tenentur ad contributiones pro ijs, quæ primo, & principaliter ad Communitatem ſpectant, & non niſi ſecundariò ad Eccleſiaſticos, iuxta dicta *to.* 1. *c.* 11. *n.* 26. de cuſtodia Regni, reparatione pontium, turrium &c. aliàs enim nimis anguſtum, & coarctatum eſſet Eccleſiaſticorũ priuilegium, quoad publica onera. Tamburinus *ſup.* Idem dico de gabella poſita pro primo introitu Regis in Ciuitatem, quia hæc neceſſitas tantum indirectè, ac remotè tangit Eccleſiaſticos. Diana 3. *p. Tract.* 1. *Reſolut.* 12. ex alijs. Excipe ſi caſus eſſet, quod facultates laicorum ad huiuſmodi neceſſitates non ſufficerent, tunc enim poſſet imponi aliqua contributio ſuper bona Eccleſiaſticorum, interueniente tamen conſenſu Pontificis, vel in caſu vrgenti, Epiſcopi pro Clericis, & Prælatorum

Regu-

Regularium pro Religiosis exemptis. Martha *de Iurisdictione par. 4. centur. 1. cas. 1.* afferens decretum Clem 8. ann. 1600. pro causa inter Clerum, & Populum Pisanum. Peirinis *supra*. Diana *p. 1. in Tract. de Parlamento Resolut. 22.* & *par. 5. Tract. 1. Resolut. 11.* vbi dicit id etiam esse intelligendum, quando necessitas publica concernit æquè principaliter Clericos, ac laicos. Tamburinus *supra*, & plures alij apud ipsos.

22 Notant autem communiter Doctores, iuxta dicta *supra*, nec in prædictis casibus, in quibus gabella debet solui ab Ecclesiasticis, posse cogi à Iudicibus sæcularibus ad eam soluendam, cum non habeant vim coactiuam super illos, sed solum à suis Superioribus. Bonacina *sup. num. 3.* Peirinis *supra*. Addit Bonacina *ibid.* posse tunc Principem sæcularem facere executionem in bonis, quibus est annexum onus soluendi tributum, illa enim non sunt exempta.

23 Notandum etiam, quod contra laicos imponentes tallias, vel collectas Ecclesijs (intellige in casibus non permissis) imposita est excommunicatio in Concil. Lateranen. & refertur *cap. non minus, & cap. aduersus de Immunitat. Eccles.* Præsertim Bonifacius 8. *in cap. Quamquam de Censib. in 6.* contra exigentes, vel extorquentes per se, vel per alios suo nomine, vel alieno, pedagia, vel guidagia ab Ecclesiasticis, si fuerint personæ singulares, excommunicationem, si verò Communitas, vel Collegium, interdictum, imposuit. Prohibentur autem hæc, quatenus sunt onera, & tributa, non quatenus sunt præmium iustum pro aliquo labore: nam pedagium, v. g. est tributum, quod exigitur solum ratione transitus, si tamen per flumen transeundum est in nauicula, exigere aliquid pro illo transitu, non est contra hanc legem. Similiter guidagium dicitur, quod soluitur pro ducatu, seu ostensione itineris, quod tunc est tributum, quando homo non vult ducem viæ, neque illum accipit, & soluere cogitur, si autem Ecclesiasticus huiusmodi ducem conducat, illi debetur stipendium. Caietanus *in Summa verbo Excommunicatio, cap. 39.* Suarez *tom. 5 in 3. par. disp. 23. sect. 4. num. 21.* Maximè tamen in *Bulla Cœnæ n. 18.* verbis relatis supra verbo *Bulla Cœnæ n. 46.* excommunicatio etiam statuitur contra eos, qui prædicta onera absque Summi Pontificis licentia imponunt Ecclesiasticis, eaque exigunt, aut imposita etiam à sponte dantibus recipiunt, & contra eos, qui in præmissis, auxilium, consilium, vel fauorem præstant. Differt autem hæc excommunicatio ab alia imposita à Bonifacio 8. Primò, quod excommunicatio Bullæ Cœnæ est Papa reseruata, non verò illa Bonifacij. Secundò, quòd ea quæ ponitur in Bulla Cœnæ comprehendit copulatiuè imponentes dicta onera Ecclesiasticis, & ab illis ea exigentes, vt patet

in illis

Digitized by Google

in illis verbis Bullæ *Imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt*, ea verò, quæ ponitur à Bonifacio non est contra imponentes dicta onera Ecclesiasticis, sed contra ea ab ipsis exigentes. Vnde fit quod si Exactores gabellarum solum laicis, & non Ecclesiasticis impositarum, exigant illas ab Ecclesiasticis, non incurrent excommunicationem Bullæ Cœnæ, sed Bonifacij. Tertiò, quod excommunicatio Bullæ Cœnæ incurritur etiam à recipientibus dictas gabellas ab Ecclesiasticis spontè eas dantibus, non sic autem excommunicatio dicta Bonifacij 8. vt patet ex contextu *d. cap. Quamquam*. De ijs Caietanus *in Summ. verbo Excommunicatio cap.* 39. Bonacina *sup. nu.* 10. & sequentibus. Peirinis *sup. num.* 138. & sequentibus, & alij. Nota tamen, ea dici in præsenti dari spontè, non quæ absoluta, & omnino libera voluntate donantur, sed quæ dantur præcisè propter impositionem, seu exactionem communem. Suarez 5. *tom. in 3. par. disp.* 21. *sect.* 2. *num.* 99. Naldus *in Summa, verbo Bulla Cœnæ num.* 57. Quartò, differunt prædictæ excommunicationes, quod illa quæ est in Bulla Cœnæ extenditur ad auxiliantes, consiliantes, fauentes &c. non autem illa Bonifacij, vt patet ex textu.

24 Nota etiam, quod imponentes dictas gabellas Ecclesiasticis quãuis non deueniant ad actualem exactionem illarum incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ, non quidem illam *num.* 18. vt dictũ est, sed aliam *num.* 15. verbis relatis supra verbo *Bulla Cœnæ num.* 40. Ibi enim excommunicantur qui Statuta, Ordinationes &c. fecerint, contra libertatem Ecclesiasticam, in quo includitur etiam impositio dictarum gabellarum, cum ea sit contra libertatem Ecclesiasticam. Tamburinus *sup. num.* 13.

25 Pro dictis autem maximè notanda declaratio nuper à Sac. Congreg. DD. Cardinalium controuersijs iurisdictionalibus Præpositorum de anno 1640. apud Typographiam Cameralem typis impressa, in qua sic: *Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium controuersijs iurisdictionalibus Præpositorum, aliàs censuit bona per Ecclesiasticos possessa gaudere exemptionibus à quibuscunque impositionibus, & oneribus, quæ non sint copulatiuè certa, realia, & inuariabilia, iuxta decisionem in Brundisina* Gabella *coram bon. mem. Peña, & concordan. nec non ab impositionibus Cameralibus, etiam comprehensiuis Ecclesiasticorum quando Ecclesiastici libertatem ea non soluendi præscripserint, iuxta decretum anno* 1600. *tempore fœl. mem. Clementis* 8. *editum.*

26 Qualiter Diœcesani teneantur publicare excommunicatos, vel interdictos eos qui pedagia, vel guidagia ab Ecclesiasticis exigunt, vel extorquent, habetur ex Clement. vlt. *de Censibus*. Vide Barbosam

supra

ſupra num. 13.

27 Vide dicenda verbo *Immunitas Eccleſiaſtica Regularium.*

GENERALES REGVLARIVM.

1 DE ipſis adeo plura in præcedentibus, maximè primo, & ſecundo tomo dixi, vt illis remiſſiuè ſolum hoc loco relatis, ſufficienter ſatisfieri poſſit huic materiæ. Teneri ob edire Papæ ex vi etiam voti obedientiæ, dixi *tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 33. Plures illorum eo ipſo quo ſunt electi, eſſe à Sede Apoſtolica confirmatos, eodem *tom.* 1. *cap.* 15. *num.* 35. Non poſſe eximere ab obedientia ſui Prælati immediati aliquem Religioſum eodem 1. *tomo cap.* 18. *num.* 23. Nec fundare aliquam Prouinciam de nouo, aut fundatam diuidere, ſine Sedis Apoſtolicæ licentia *ibid. nu.* 24. Teneri Legibus, & Conſtitutionibus ſuorum Ordinum, quo ad vim directiuam, & aliquo modo quoad coactiuam, eodem *to.* 1. *cap.* 8. *num.* 21. De caſibus, & cenſuris, à quibus abſoluere poſſunt ſuos ſubditos, eodem *to* 1. *cap.* 18. *à num.* 36. Quam doctrinam nouiſſimè recipit Ioannes Maria Nouarius *in Lucern. Regularium*, *verbo Generalis*, & *Generalatus num.* 14. Pro ea tamen, quod attinet ad priuilegium Gregorij 14. pro Clericis Miniſtrantibus infirmis, vide dicta ſupra verbo *Abortus n.* 8 An poſſint dare licentiam ſuis ſubditis ad legendum libros prohibitos eodem *cap.* 18. *num.* 96. Quam etiam doctrinam approbat Diana *par.* 5. *Tract.* 13. *Reſolut.* 49. Quas pœnas, vel cenſuras incurrant dãdo ſuis ſubditis gradus, officia &c. propter fauores extraneorum, eodem *cap.* 18. *nu.* 82. Eos eſſe ſuprema capita Religionum *to.* 2. *cap.* 13. *num.* 10. Eorum dignitatem aſſimilari quodam modo Patriarchali, *ibidem*. Quomodo creandi *ibidem*. Quæ conditiones pro ipſis, *ibid. num.* 11. Habere ſupremam auctoritatem in Religione *ibid. num.* 12. Inferiorem tamen, & dependentem à Capitulis Generalibus, *ibidem*. Poſſe officia, & beneficia Religionum diſpenſare, *ibid. num.* 13. Dignioribus, & melioribus, *ibidem*. An condere Leges, & Decreta, *ibid. num.* 14. An mortaliter peccantes teneantur confiteri circumſtantiam Generalatus, *ibid. num.* 15. An poſſint diſpenſare cum illegitimis, eo *tom.* 2. *cap.* 12. *num.* 21. Pro quo etiam vide dicenda infra verbo *Illegitimi Regulares*. De Abbatibus Generalibus dixi hoc 3. *tom. verbo Abbas.* Quæ poſſint benedicere, verbo *Benedicere*, & *Benedictio*. Quæ poſſint conſecrare, verbo *Conſecrare*, & *Conſecratio*. An adminiſtrare bona Monaſteriorum, verbo *Adminiſtrator*, & *Adminiſtrare*. Quæ ætas pro illis requiratur verbo *Aetas*. An geſtare poſſint baculum paſtoralem, verbo *Baculus*. Quomodo poſſint applicare

plicare bona ſpiritualia ſuorum ſubditorum extraneis, verbo *Bona*. Vide & dicenda infra verbo *Gradus, & Graduati Regulares*, & tomo 4. verbo *Prælatus*, vbi plura ad illos ſpectantia.

GRADVS, ET GRADVATI Regulares.

SVMMARIVM.

De hac materia remiſſiuè. num. 1.
Tres huiuſmodi gradus. num. 2.
Quibus conditionibus recipiendi. num. 3.
Priuilegium Innocentij 8. pro Ordine Prædicatorum. num. 4.
Bonifacij noni pro eiſdem. num. 5.
Sanctiſſimi D. N. Vrbani pro Carmelitis. num. 6.
Suſcipientes gradum an teneantur facere fidei profeſſionem. num. 7.

1 DE hac etiam materia aliqua dixi in præcedentibus, videlicet, quid ſint gradus, *tom. 2. cap. 13. num. 6.* Poſſe tribui Religioſis, eodem *cap. 13. num. 42.* maximè ſtudentibus linguarum Hebraicæ, Græcæ &c. *tom. 1. cap. 18. num. 85.* Graduatos etiam in Theologia, vel Doctores, debere ab Epiſcopis approbationem obtinere ad audiendas confeſſiones, eodem *tom. 1. cap. 19. num. 6.* Teneri ſequi chorum *d. cap. 18. num. 70. & tom. 2. cap. 13. num. 42.* Non poſſe vti aliquo gradus ſui priuilegio niſi actu legant, vel prædicent *ibidem*. Quomodo id accipiendum *ibidem*. Inepti, & Idiotæ qualiter peccent hos gradus ambiendo, vel obtinendo, *ibidem*. An Confeſſores aperturi Breuia S. Pœnitentiariæ debeant eſſe graduati *tom. 1. cap. 19. num. 38.* Quomodo ambientes hos gradus medijs fauoribus extraneorum incidant in pœnas à Summis Pontificibus deſignatas, *cap. 10. num. 17.* Quid verò quando litteræ pro eis impetrandis datæ non eſſent, vel eſſent interceptæ *cap. 15. num. 27.* Qualiter prohibitum Superioribus concedere illos propter dictos fauores, *cap. 18. num. 82.* Quomodo graduati Examinatores præferendi ſint non graduatis, *hoc 3. tom. verbo Examinatores num. 2.*

2 Nunc addendum primo, tres eſſe huiuſmodi gradus ſecundum vſum plurium Vniuerſitatum, & Religionum, ſcilicet Baccalaureatũ, Licentiatum, ſeu Præſentatum, Doctoratum, ſeu Magiſterium. Nauarrus *de finibus humanorum actuum num. 45.* Naldus *in Summa verbo Doctor num. 2.* qui eos vocant *Minerualcs* Laureas, ſeu Co-

tonas. Baccalaureatus, qui, vt puto, dictus est à *Baccalia* lauri specie à baccarum fertilitate dicta, de qua Plinius *l.* 15. *cap.* 30. est infimus gradus scholarium, quo ad Magisterium ascenditur. Licentiatus est gradus illius, qui post examen non recepit insignia, seu gradum Doctoratus. Naldus *in Summa verbo Doctor. num.* 2. referens Decium, *cap. eam te, num.* 21. Doctoratus, siue Magisterium solum differunt penes hoc, quod Magisterium est in Theologia, vel artibus, & Doctoratus in Iure, vel Medicina, secundum vsum toti mundo celeberrimæ Salmantinæ Vniuersitatis, & aliorum apud Glossam *in Clem. cum sit de Magistris verbo Doctoratus.* Siluester *in Summa verbo Doctor. num.* 1. Est autem Doctoratus, siue Magisterium authoritas, seu facultas ad docendum concessa à publica Vniuersitate ob sufficientiam personæ. Glossa *in Clem. cum sit* relata. Cum autem non sint dignitates propriè, neque beneficia huiusmodi gradus, ideo conferri possunt Excommunicato, iuxta dicta supra verbo *Excommunicatio num.* 27. Naldus *sup. num.* 1. apud quem alia.

3 Addendum secundo, huiusmodi gradus recipi non posse à Regularibus, siue in Vniuersitatibus, siue extra illas, nisi iuxta conditiones assignatas in Constitutionibus Religionum, sub pœnis in ipsis taxatis. Extant etiam quoad hoc priuilegia Martini 5. & Eugenij 4. pro Minoribus, & consequenter pro alijs qui eorum fruuntur priuilegijs, quæ refert Cassarubius *in Compend. priuileg. Mendicantium verbo Gradus Scholastici num.* 1. 2. 3. & 4. Primò enim dictus Martinus 5. præcepit in virtute S. obedientiæ vniuersis Cancellarijs, Rectoribus, Decanis, Magistris, & Doctoribus Studiorum, ac Vniuersitatibus eorumdem, ne Fratribus Minoribus Magisterium cõferrent, nisi cursum per Constitutiones Apostolicas, & Ordinis instituta perfecissent, & idonei essent, sub pœnis priuationis gradus, & honoris Magisterij, Lecturarum, & aliorum actuum, seu gratiarum Magistralium ipso facto incurrendis, & inhabilitatis ad ea tam concedentibus, quam suscipientibus dictum gradum. Cassarubius *sup. num.* 1. Item quoad gradum Baccalaureatus concessit idem Pontifex, quod si aliqui prædictorum Fratrum eum adepti fuerint contra Constitutiones Apostolicas, & Instituta prædicti Ordinis, & illius prætextu libros Sententiarum publicè, & actualiter legerint, à lectura eiusmodi cessent, aliàs à Superioribus per censuram Ecclesiasticam arceantur. Cassarubius *sup. num.* 2. Item contra eos, qui ex dicto Ordine gradum Magisterij obtinuerint non seruatis conditionibus ad id requisitis, statuit idem Pontifex, confirmante etiam Eugenio 4. nullatenus gaudere posse beneficijs, & priuilegijs talis gradus, nec haberi, aut reputari pro Magistris, nec se pro talibus gerere, & nominare posse. Præci-

piens

piens etiam Capitulis, & Superioribus dicti Ordinis ſub pœna Excommunicationis, vt prædicta facerent inuiolabiliter obſeruari. Caſſarubius *ſup. num.* 3 Quo priuilegio, vt dixi, poſſunt vti aliæ Religiones communicantes in priuilegijs cum Minoribus, imo & debent eo vti, vt indigni, & ambitioſi, qui illegitimè ad dictos gradus in Religionibus aſcendetunt, ab eis remoueantur.

4 Ex conceſſione autem Innocentij 8. pro Fratribus Ordinis Prædicatorum Congregationis Hiſpaniæ habetur, quod ad euitandas magnas expenſas, quæ in ſuſcipiendis gradibus in Vniuerſitate Salmantina fiunt, Regens domus S. Stephani Salmantinæ, & in eius abſentia Prior eiuſdem Conuentus, poſſint conferre quoſcunque gradus Fratribus eiuſdem Congregationis per eamdem Congregationem expoſitis, & ad miſſis per Capitulum, vel Magiſtrum Generalem dicti Ordinis, dummodo ſic graduandi peregerint curſus ſuos. Caſſarubius *ſupra num.* 7.

5 Item Bonifacius nonus conceſſit Magiſtro Generali Ordinis Prædicatorum pro tempore exiſtenti, quod in quolibet Capitulo Generali dicti Ordinis pro tempore celebrando vni ex Fratribus dicti Ordinis in Theologica facultate proiecto, qui per Generalem, & Diffinitores dicti Capituli, vel aliquos Magiſtros ad hoc aſſumendos diligenti examine, ſufficiens, & idoneus inuentus fuerit, Magiſterij honorem, & docendi licentiam, ſeruatis conditionibus Concilij Viennen. & alijs ſolemnitatibus in talibus conſuetis auctoritate Apoſtolica elargiri poſſit. Sibique intra dictum Ordinem, & extra, omnibus gratijs, priuilegijs, libertatibus, & Indulgentijs, tam à Sede Apoſtolica, quam ab Ordine prædictis Fratribus eiuſdem Ordinis in eadem Theologia Pariſien. Magiſtratibus conceſſis, perinde vti, & gaudere valeat, ac ſi in Pariſienſi ſtudio huiuſmodi Magiſterium recepiſſet. Hæc ad verbum Caſſarubius *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Generalis Ordinis num.* 5. referens Bullam, quam tamen videre non potui. Circa quæ nota, quod licet illa particula *Sibique &c.* videatur poſſe referri ad Generalem ipſum, commodius tamen refertur ad ipſũ Fratrem Magiſtrum conſtitutum. Circa conditiones Concil. Vienen. quæ in hoc priuilegio referuntur, vide Clement. *cum ſit nimis de Magiſtris*, & nota ex Gloſſa *ibidem verbo Inſignia Doctoratus*, talia inſignia eſſe cathedram, birretum, & apud alios librum, annulum, oſculum. Nota etiam ex eadem Clement. quod conferens gradum Magiſterij, etiam ſi ſit Epiſcopus, non præmiſſo à Doctorando iuramento, quod in ſolemnitate ſua non expendet vltra ſummam trium millium Turonenſium argenteorum, eſt ſuſpenſus per ſex menſes à collatione Magiſterij. Hoc tamen non videtur neceſſarium quando

Regulares conferunt hos gradus suis Religiosis, quia tunc non fiunt tales expensæ, ac per consequens cessat finis huius Clementinæ. Silnester *in Summa verbo Doctor. num.7.* Notat etiam Glossa *ibidem verbo Sequentes, & verbo Suspensum*, quod si sic suspensus conferat Doctoratum, valida erit collatio, si suspensio est occulta, non autem si sit publica & quod violans hanc suspensionem non fit irregularis. Vide dicenda *4.tom.verbo Suspensio.* Notat insuper collationem Doctoratus non imprimere Caracterem, sed esse quamdam authorizationem, & declarationem, qua declaratur, doctorandum esse dignum ad officium doctrinæ, & ei concedi facultatem ad docendum.

6 Extant etiam litteræ in forma Breuis a Sanctiss. D. N. Vrbano 8. die 26. Augusti 1634 emanatæ, quibus de Consilio Eminentiss. Cardinal. negotijs Regularium Præpositorum, concedit Generali Carmelitarum pro tempore existenti, ac Fratribus Prouinciarum Hispaniæ, & Lusitaniæ, ab eodem Generali post cursus, lecturas, & exercitia litteraria secundum Ordinem requisita expleta, in Magistros creatis, quod possint gradū Magisterij, seu Doctoratus in Theologia suscipere in Collegio Carmelit. S. Theresiæ Salmantino à Superiori eiusdē Collegij cum rigoroso examine, & approbatione Regentum, & aliorum Magistrorum, seruatis aliàs seruandis secundum Regularia, Instituta.

7 Suscipientes gradum aliquem tenentur fidei professionem facere, sub pœnis quoad id permittentes, si Antistites fuerint, interdicti ab Ecclesiæ ingressu; si verò inferiores alij, excommunicationis latæ sententiæ, priuationis, inhabilitatis &c. dignitatum, beneficiorum, &c. Quo ad ipsos vero promotos irritationis, & inualiditatis graduū susceptorum. Ita enim habetur ex Constitutione Pij 4. *In Sacrosancta tom.* 2. *Bullar.* inter Constitutiones ipsius *num.*88. & notat Naldus *sup. num.*2. Quæ Constitutio obligat Generales, & alios gradus conferentes, & eos recipientes, nisi ea consuetudine legitima recepta non sit, iuxta dicta à simili de eadem fidei professione *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 102. in posterioribus editionibus, *& tom.* 2. *cap.*13. *num.* 55.

GRATIA PRO REGVLARIBVS.

SVMMARIVM.

*Gratia in præsenti quomodo sumitur. num.*1.
Gratia determinata quoad tempus, locum, &c. num. 2.

Gratia

Gratia vniuerſaliter ſumpta. num. 3.
Gratia quando finiatur in primo actu . num. 4.
Gratia quando trahitur ad ſocium . num. 5.
Quando expiret morte concedentis. num. 6.
Gratia faciẽda expirat morte concedentis . num. 7.
Gratia facta an etiam expiret morte concedentis. num. 8.
Quid de gratia facta vſque ad beneplacitum concedentis . num. 9.
Quid de gratia cum alijs limitationibus facta . ibidem .
Quoad praxim Regularium de gratijs factis à Superioribus. num. 10.
Quid de pœnis ab ipſis impoſitis. num. 11.
De gratia concedi ſolita . num. 12.
An ſit neceſſaria ſcriptura pro gratia . num. 13.
Dare , vel promittere pro gratia qualiter ſit prohibitum remiſſiuè. num. 14.

1 GRatia , prout ad præſens attinet, non ſumitur ſicut apud Theologos pro dono ſupernatutali, ſeu ſupra debitum naturæ à Deo homini conceſſo , ſed pro conceſſione gratioſa , ſeu liberali alicuius rei à Principe, Prælato, ſeu Superiori facta. Quo ſenſu vtilis valde eſt Regulatibus notitia huius materiæ, pro intelligentia videlicet , priuilegiorum, commiſſionum , facultatum , licentiarum &c. à Sede Apoſtolica, ſeu Prælatis Ordinis impetratorũ. Eſt autem duplex gratia , alia facta , alia facienda , de quibus poſtea dicetur . Rurſus gratia alia eſt abſoluta , vniuerſalis , & indefinita, alia verò limitata, coarctata , vel conditionata . De ſingulis ergo per regulas generales diſcurrendum eſt.

2 Prima ſit. Gratia quæcunque ſiue à Papa , ſiue à Principe , ſiue à Prælato Religionis obtenta determinationem aliquam , ſiue conditionem quo ad tempus , v.g. locum , vel perſonam continens, iuxta illam limitanda eſt , & extra illam non trahenda , quia gratia non valet, niſi iuxta intentionem concedentis; & habens talem gratiam non habet facultatem ad vtendum illa, niſi iuxta modum illi præſcriptum. Suarez *de legib. l.* 8. *cap.* 28. *n.* 3. Naldus *in Summ. verb. Gratia, n.* 2.

3 Secunda ſit. Gratia à prædictis vniuerſaliter, & ſine vlla reſtrictione conceſſa, accipi debet etiam vniuerſaliter , & ſine vlla reſtrictione, iuxta poteſtatem concedentis. Ratio eſt, tum, quia, vt dicitur *Indulgẽtiæ tantum valent quantum ſonant* , tum etiam , quia iuxta communem regulam, vbi lex non diſtinguit , nec nos diſtinguere debemus. Suarez *d l.* 8. *de legibus cap.* 26. *num.* 2. Limitari tamen debet hæc regula tum iuxta poteſtatem concedentis, vt dixi, tum iuxta intentionẽ ipſius, ideſt, niſi aliud conſtet de mente concedentis , vt Suarez *ibid.*

Tum iuxta aliam regulam iuris communis, quæ eſt 81. inter Regulas iuris, ſcilicet, *In generali conceſſione non veniunt ea, quæ quis non eſſet veriſimiliter in ſpecie conceſſurus.*

4 Tertia regula ſit Gratia vniuerſaliter à prædictis conceſſa non finitur primo actu, niſi ex circunſtantijs, vel forma conceſſionis colligatur oppoſitum. Vnde habens facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis, eligendi confeſſarium &c. non perdit eam gratiam pro prima vice, quo ipſa vtatur. Nauarrus *in cap. Placuit de pœnit. diſt. 6. a num.* 167. Azor. *to.* 1. *inſtit. Moral. l.* 5. *cap.* 23. *q.* 5. Qui hoc intelligunt ſolum in fauorabilibus, non in odioſis, vel pœnalibus, aut quæ ſunt in detrimentum aliorum.

5 Quarta regula. Gratia conceſſa alicui trahitur ad Socium quando eſſet inutilis ſi ad Socium non traheretur, vt ſi alicui concederetur gratia celebrandi in loco interdicto, cenſetur etiam extendi ad miniſtrum, qui illi inſeruiat, quia ſine ipſo non poteſt celebrare. Azor. *ſupra quæſt.* 7.

6 Difficilius dubium eſt an gratia expiret morte concedentis. Pro quo ſupponendum quod gratia, vt cępi dicere, eſt duplex: alia quæ vocatur *Facta*, alia quæ vocatur *Facienda*. Gratia *Facta* dicitur illa, quæ data eſt directè, & abſolutè alicui in fauorem ipſius, vt ſi Prælatus concedat alicui Religioſo in gratiam ipſius facultatẽ eligẽdi Confeſſarium, ſuſcipiendi Ordines &c. vel vt diſpenſet cum aliquo in irregularitate, illegitimitate &c. Gratia verò *Facienda* eſt, quæ non cõceditur directè; & abſolutè, ei in cuius fauorem datur, ſed a lij mandatur, vt eam ipſi conferat, vt ſi Prælatus in fauorem alicuius Religioſi habentis caſum reſeruatum concedat facultatem alicui Confeſſario, vt poſſit eum abſoluere à tali caſu. Sanchez. 8. *de Matrim. diſp.* 28. *num.* 48. Layman. *l.* 1. *Tract.* 4. *c.* 23. *num.* 18. Naldus *in Summa verbo Gratia, num* 4. Bordon. *Reſol.* 39. *num.* 62.

7 Sit ergo quinta regula. Gratia facienda ab aliquo ex prædictis conceſſa, ceſſat morte concedentis. Ratio eſt, tum quia gratia facienda non eſt perfecta in ſe ipſa, ſed indigens executione alterius ab illo, in cuius fauorem fuit conceſſa, ac proinde ceſſare debet morte concedentis, tum quia ita habetur expreſsè in cap. *ſi cui nulla de præbend. in* 6. vbi gratia cuidam collata ad conferendum beneficia certæ perſonæ non in ſui fauorem, ſed eius cui conferenda erant, quæ eſt gratia facienda, dicitur expirare morte concedentis. Gloſſa ibidem. Siluester *in Summ. Verbo gratia num.* 3. Nauarrus *de priuileg. conſ.* 1. *num.* 1. Sanchez *ſup. num.* 64 Hoc tamen intelligeſi res ſit integra, ideſt, ſi nondum eſt inchoata executio gratiæ; ſi enim inchoata erat non ceſſat morte concedentis. Siluester, & Sanchez *ſup.* Bordon *ſup.*

Sexta

[illegible] [illegible] [illegible] [

ſatis. Infert ſecundò Sanchez *d. diſp. 28. num.* 85. licentias omnes conceſſas à Superioribus quibuſcunque, quando non ad certum, & limitatum vſum temporaneum, vel ad certum tempus, ſed abſolutè conceſſæ ſunt, eſſe perpetuas, donec ab eodem concedente, aut eius ſucceſſore, aut Superiori reuocentur, quia ſunt gratiæ factæ. Infert tertiò Peirinis *tom. 1. priuileg. Minim in Conſtitut. Pyrrhi* §. 5. & 6. *num* 14. & 15. quod ſi Generalis, vel Prouincialis alicui Fratri commiſerit particulariter, & expreſsè diſpenſationem alicuius caſus, vel aliquam gratiam, non erit neceſſarium ab alio Generali, vel Prouinciali, poſtquam concedens officio functus fuerit, priuatus, vel mortuus eam petere, propter rationem aſſignatam, quia ſcilicet talis gratia eſt gratia facta, & ſine limitatione conceſſa. Idem dicito de gratijs factis à Viſitatoribus, vel Commiſſarijs tempore viſitationis, quia, quamuis eorum auctoritas expiret citius, & parum duret, iuxta dicta verbo *Commiſſio*, & *Commiſſarius*, hoc tamen non tollit quominus ſi pro eo tempore gratias aliquas quas poſſunt concedere concedant, illæ durent, ſicut aliæ conceſsæ à Superioribus Ordinarijs. Peirinis *ſupra num.* 16. quod intellige, niſi Religionum ſtatuta aliter diſponant.

11 Nota tamen primò, quòd quamuis gratiæ factæ illimitatè à Superioribus conceſsæ, ſint perpetuæ, non tamen pœnæ ab ipſis impoſitæ, eæ. n. ceſſant morte ipſorum, vel cũ ab officijs ceſſant, iuxta illud de Regulis iuris *Odia reſtringi, & fauores cõuenit ampliari*, præſertim cum pro gratijs factis extent iura expreſsa. *cap. ſi cui*, & *cap. ſi ſuper* relata, de pœnis verò textus *in l. fin. ff. de pœnis* dicat, quod ſi aliquis Magiſtratus interdicit alicui ob ſuum delictum ne exerceat certam artem, tollitur hæc prohibitio ipſo facto, finito Magiſtratu, vel per mortem ipſius. Nauarrus *in cap. placuit de pœnit. diſt. 6. num.* 165. Graſſius *prima par. deciſ. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 27. & 28. Peirinis *ſup. num.* 18. Hoc tamen intellige quãdo pœnæ ſolum ſunt poſitæ per modum præcepti; vt ſi Prælatus præcipiat alicui propter aliquam cauſam ne exeat à Conuentu, ne vadat ad Eccleſiam, quod dicat culpam in Refectorio &c. non de pœnis impoſitis per modum ſententiæ. Nauarrus *ibidem*, Peirinis *ſupra* referens Innocentium, & Panormitanum. Nota etiã ſecundò, hæc, quæ dixi de perpetuitate gratiarum factarum à Superioribus, procedere ſolum ſtando in iure communi; quare ſi aliqua Religio habeat Statuta in contrarium illis ſtandum eſt. Peirinis *ſup. n.* 15. Nota tertiò, quod licet prædictæ gratiæ poſſint à ſucceſſoribus, vel etiam à Superioribus eorum, qui illas conceſſerunt reuocari, quia aliàs præiudicium illatum eſſet illis contra ius, quod habent (Rodriguez *tom. 1. quæſt. Regul. quæſt.* 17. *art.* 11.) non debet tamen id fieri ſine rationabili cauſa, iuxta Regulam iuris 16. *Decet conceſſum à Principe beneſi-*

Digitized by Google

beneficium esse mansurum. Aliàs sic faciens peccabit, licet non mortaliter, nisi quando ex odio, vel mala voluntate id fecerit, vel ex eo sequatur aliquod scandalum. Suarez *lib.*8. *de legib. cap.* 37. *num.* 10. Peirinis *supra num.* 17.

12 Gratiam concedi solitam petenti nō sine iniuria denegari, tenet Naldus *sup. n.* 12. Limita tamen, nisi adsit rationabilis causa denegādi.

13 Ad essentiam, & valorem gratiæ non est necessaria scriptura, prout colligitur ex Clement. *Dudum*, & ex *ca. institutionis* 25. *quæst.* 2. & etiam ex eo quod gratia est quædam donatio, ad cuius essentiam, & valorem non requiritur scriptura. Siluester *in Summ. verb. Priuilegium quæst.* 14. Graffius 1. *par. decis. lib.* 1. *cap.* 13. *nu.* 51. Vnde fas est in foro conscientiæ ea vti ante expeditionem litterarum. Sa *in Summa verbo Gratia num.* 21. Sanchez *lib.* 8. *de matrim. disp.* 29. *num.* 4. Naldus *in Summa verbo Gratia num.* 15. Ad probationem autē gratiæ (intellige si publicè non fuit concessa) requiritur scriptura. Siluester, & Graffius *supra.* De quo Mascardus *de Probat. concl.* 845. *à n.* 21. De gratia autem à Sede Apostolica concessa dicit primo Thesaurus *in praxi par.* 2. *verbo Gratia cap.* 1. quod quando ea est concessa per viuæ vocis oraculum, neque pro foro conscientiæ valet, propter Bullas Gregorij 15. & Vrbani 8. Sed ibi tantum reuocantur priuilegia, vel gratię concessa per viuę vocis oracula, non autem concedenda, vt postea vir doctus à me monitus cognouit. Dicit secundò ex Sanchez *supra num.* 10. nec commissionem sine litteris valere. Idem dicit tertiò de casibus in quibus ipse Papa inhibet sub censuris, & pœnis vsum gratiæ ante litteras exped tas, de quibus agit in sequentibus.

14 Qualiter sub grauissimis pœnis prohibitum sit dare, vel promittere &c. aliquid pro gratia à Sede Apostolica obtinenda, dixi supra verbo *Dare, seu donare*.

HABITVS REGVLARIS.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num. 1.
Habitum Religiosi dimittentes excommunicantur. num. 2.
Habitus vnius Religionis non portandus ab alia. num. 3.
Ludibriosè tractantes habitum Religiosum qualiter peccant. num. 4.
De sæcularibus in habitu Religioso sepeliri volentibus. num. 5.
Sixti 4. *priuilegium. num.* 5. *&* 6.
Priuilegium pro Prædicatoribus, & Minoribus, num. 7.

An

An sæculares cum habitu Religioso sepulti aliquas Indulgentias consequantur. num.8. & 9.
Quomodo intelligendæ sint huiusmodi concessiones. num.10. & 11.
De Indulgentia concessa osculantibus habitum S. Dominici. num.12.
An tales Indulgentiæ sint reuocatæ. num.13.
De priuilegio habitus, seu Scapularis Carmelitarum. num.14.

1 DE obligationibus Regularium quoad habitum Religiosũ portandum egi *tom.1.cap.13.* per totum. Nunc specialiter pro maiori rei notitia habenda de ipsius priuilegijs agendum.

2 Primum habitus Religiosi priuilegium est, quod illum temerè dimittentes sunt excommunicati excommunicatione maiori non reseruata *in cap.2. ne Clerici, vel Monachi in 6.* de qua copiosè egi eo *cap.13 à num.2.* vbi etiam *num.6.* qualiter etiam in lecto, & tempore somni gestari debeat. Qualiter etiam vt reclamatio Professi audiatur debeat fieri cum habitu proprio Ordinis, dixi eo *tom.1 cap.2.num.8.* Qualiter similiter Religiosi Cardinales, seu Episcopi facti, vel extra Religionem assumpti, illum portare debeant, dixi eo *to.1.cap.17. n.9.*

3 Secundum est, quod habitus proprius vnius Religionis non possit gestari à Religiosis alterius Ordinis sub pœna excommunicationis, prout dixi eo *cap.13.num.12.* de gestantibus habitum Carmelitarum, & Minimorum. Id etiam prohibuit Gregorius 9. sub censuris ferendis monitione præmissa contra mulieres deferentes habitum S. Claræ. Castarub. *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Habitus num.3.* Similem ferme prohibitionem fecerunt pro Minoribus cõtra gestantes eorum habitum Innocent. 4. & Clem 4. Castarub. *ibid.n.4.& 5.* Item Cælestinus 5. pro Monachis suæ Congregationis, concedens, vt habitum similem portantes, ab Ordinario ad illum deponendum per censuras Ecclesiasticas compelli possint, quod ipse Ordinarius sub suspensionis pœna ipso facto incurrenda exequi teneatur. Rodriguez *tom.2. quæst.Regular. quæst.76.art.4.*

4 Tertium est, quod sæculares ludibriosè, seu ignominiosè vtentes habitu Religioso, peccant mortaliter, & grauiter puniri possunt, vt in *Auth. de sanct. Episcop. §.vlt.Colla.9.* Siluester *in Summa verbo habitus num.6.* Idem dic de mimis, seu histrionibus tali habitu vtentibus in vituperosis. Siluester, & Rodriguez *supra.*

5 Quartum est, quod fideles sæculares in habitu Religioso sepeliri volentes possint id facere, etiam contradicentibus Parochis. Ita enim concessit Sixtus 4. pro Minoribus in Bulla *Apostolicæ mansuetudinis,* apud Rodriguez *sup.art.8.* Castarubium *sup.num.8.* & Confertum

in

in Collect. litterarum Apoſtolicarum in Sixto 4. *Bulla* 7. vbi etiam inhibentur Prælati, & Rectores Eccleſiarum ſub pœna excommunicationis canonica monitione præmiſſa incurrenda, & ſoli Papæ reſeruata, ne taliter ſepeliri volentes, quouis modo impedimentum afferant, ſed permittant illos patenter ad Eccleſias, & locum ſepulturæ in habitu huiuſmodi deferri, iure Eccleſiarum ſemper ſaluo. Quo etiam priuilegio vti poſſunt Carmelitæ & alij cum Minoribus communicationem priuilegiorum habentes, iuxta dicta *tom.* 2. *cap* 1. *nu.* 52 & ſauet vſus, qui eſt in Hiſpania, ſepeliendi fideles cum Carmelitarum habitu.

6 Volens autem idem Sixtus 4 quod hoc priuilegium omnino obſeruaretur, ſtatuit, vt illi, qui ordinauerint, quod eorum corpora cum habitu Fratrum Minorum ſepelirentur, ne ex illorum corporum delatione ad alia loca prędictis Fratrib. iniuria irrogaretur, tales apud Fratres prædictos ſepeliri debere, etiã ſi alibi ſuam elegiſſent ſepulturam, niſi fiat de aſſenſu, & licentia Fratrum domus loci, in quo tales deceſſerint. Rodriguez *ſup. art.* 8. Caſſarub. *ſupra num.* 9. Eadem conceſſit idem Sixtus 4. pro Carmelitis, vt patet ex Mari magno ipſorum. Vbi etiam habetur non poſſe illos, qui cum Carmelitarum habitu ſepeliri voluerint, etiam ſi alibi ſuam elegiſſent ſepulturã, in loco per eos electo cum habitu prædicto quomodolibet ſepeliri, aut ad ſepeliendum portari abſq; Fratrum domus, vel loci in quo tales deceſſerint expreſſa licentia, & aſſenſu, contradictoreſque ipſe Sixtus excommunicauit. Conſonatque ferè ſimilis conceſſio eiuſdem Sixti 4. pro Prædicatoribus, & Minoribus in Bulla aurea, de qua poſtea. Hæc tamen reuocata ſunt à Leone decimo in Cõcil. Lateranenſi in Bulla *Dum intra mentis.* vbi dicitur: *Volentes quoque ſepeliri habitu eorumdem Fratrum* (ideſt Mendicantium) *in clauſtro non degentes, ſed in proprijs domibus habitantes, in eorum vltima voluntate ſepulturam ſibi eligere poſſint.* Rodriguez *ſupra num.* 10. Caſſarub. *ſupra num.* 10. Tales ergo cum habitu ſepeliri volentes poſſunt eligere ſepulturam in quacunque Eccleſia voluerint. Bordon. *Reſol.* 35. *num.* 69.

7 Illud verò reuocatum non eſt, ſed manet in ſuo vigore, quod conceſſit idem Ponti ſex Prædicatoribus, & Minoribus in Bulla *aurea* vocata apud relatum Confectium *ſupra in Sixto* 4. *num.* 3. Rodriguez *ſup. art.* 9. & Caſſarub *ſup. n.* 11. per hæc verba. *Cum autẽ nonnulli ad Ordines prædictos Prædicatorum, & Minorum ſpecialiter gerentes deuotionis affectum eorum cadauera cum habitu Fratrum Prædicatorum, vel Minorum, ſeu Fratrum, vel Sororum de pœnitentia vtriuſque Ordinum prædictorum, ſepeliri mandent, & perſepè antequam moriantur habitum huiuſmodi eis poſtulant exhiberi, decernimus habitum huiuſmodi per Priorem domus Ordinis Prædicatorum,*

aut

aut Guardianum domus Ordinis Minorum loci, in quo tales decedere continget, vel per Superiorem Prælatum ipſorum Ordinum, domorum, ſeu Prioratus, & Guardianiæ, vel cui illi duxerint committendum dumtaxat, & non per alium, quauis auctoritate, vel prælatione fungentem exhiberi debere: Et infra: *Illorum ſic indutorum cadauera diſcooperta, nullo pallio, vel tegumento ſuper impoſito cum habitu huiuſmodi ad ſepulturam deferri poſſe, Ordinariorum etiam ſub cenſuris prohibitione locorum qualibet in contrarium edita non obſtante, quas quoad hoc modificamus.* Quo etiam priuilegio Carmelitæ, & alij cum Prædicatoribus, & Minoribus priuilegiorum communionem habentes vti poſſunt, licet cauendum ſit à nouitatibus, quæ non niſi ſcandala, & rumores parturire poſſunt.

8 Quintum Religioſi habitus priuilegium eſt, quod ſeculares cum eo decedentes Indulgentias varias à Summis Pontificibus conceſſas conſequuntur. Primò enim pro deferentibus Zonam Fratrum S. Auguſtini datam ab aliquo Prælato eiuſdem Ordinis refertur Leonē 10. conceſſiſſe Indulgentias prædictorum Fratrum. Caſſarubius *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Indulgentiæ, quas poſſunt lucrari ſæculares ratione habitus prædictorum Fratrum num.* 10. & Rodriguez *ſupra art.* 10. Non vidi tamen hoc priuilegium, ac proinde nō mihi conſtat an extendatur etiam ad decedentes cum tali zona, etiā ſi in vita non eam geſtauerint. Idem dico de extenſione præfatæ cōceſſionis ab eodem Leone 10 factæ ad deferentes chordam S. Franciſci, quam refert idem Caſſarubius *ſupra num.* 11. Clariora ergo ſūt primò, priuilegium Clem. 4. & Nicolai 3. concedentium morientibus cum habitu Fratrum Minorum, & cum eo eligentibus ſepeliri remiſſionem tertiæ partis omnium peccatorum. Caſſarubius *ſupra num.* 1. & 2. Rodriguez *d. art.* 10. Ad idem eſt priuilegium Vrbani 5. concedentis ſimiliter Indulgentiam remiſſionis tertiæ partis (aliàs quartæ partis) peccatorum morientibus cum præfato habitu Fratrum Minorum. Caſſarubius *ſupra num.* 3. Rodriguez *ſupra.* Reſeruntur etiā ab eiſdem authoribus conceſſiones aliæ Leonis 10. Prima, qua confirmauit prædictas gratias conceſſas pro habitu S. Franciſci, & explicauit eam Indulgentiam fore plenariam, ſecunda qua, illas extendit ad morientes, & ſepeliendos cum habitu Sororū tertiæ Regulæ eiuſdem S. Franciſci ſub obedientia Generalis, & Prouincialis degētium, tertia, qua declarauit ſufficere prædictū habitū petere, ac ſuper ſe vſq; ad mortē habere; ac in eo ſepeliri, etiā ſi ante mortē nō induatur. Quia tamen hæ conceſſiones ſunt viuæ vocis oraculo factæ, vt notat idem Caſſarub. *ſup. n.* 6. 7. & 8. & Bordon. *ſup. n.* 68. ideo earum auctoritas ceſſat hoc tempore, niſi poſteaper Bullam confirmatæ fuerint (quod

mihi

mihi non conſtat) propter reuocationem conceſſionum viuæ vocis oraculorum factam à Gregorio 15. & nouiſſimè à Sanctiſs. D.N. Vrbano 8. iuxta dicta *tom. 1. cap. 3. num.* 21. Quod etiam dico de alia conceſſione Alexandri 6 pro mulieribus ſuſcipientibus ante mortem, vel poſt mortem, habitum S. Claræ, quam refert idem Caſſarubius *ibidem num. 5.*

9 Extat tamen alia conceſſio per Bullam facta eiuſdem Leonis 10. & Adriani 6. pro Fratribus Ordinis Sanctiſs. Trinitatis, quam refert idem Caſſarubius *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Communicatio, priuileg. num.* 39. ex qua ad propoſitum habetur, omnes, & ſingulos Chriſti fideles verè pœnitentes, & confeſſos, qui in habitu dicti Ordinis deceſſerint, aut qui ſcapularium eiuſdem de manu alicuius illius Prælati, etiam ſine vllius voti emiſſione, ſuſceptum detulerint, conſequi omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones Fratribus dicti Ordinis conceſſas. Hanc verò conceſſionem, ſicut & præcedentes communicari Carmelitis, & geſtantibus habitũ ipſoru m, conſtat reſpectiuè ex dictis *tom. 1. cap. 3. num.* 17. & *tom. 2. cap. 1. num.* 52. 61. & 62. propter Bullas Leonis 10. & Clem. 7. ibi relatas. Nam in Bulla Leonis 10. omnia priuilegia, & Indulgentiæ cõceſſa, ac concedenda Mendicantibus fiunt illis communia: in Bulla autem Clem. 7, omnia etiam priuilegia, & Indulgentiæ (citra plenarias) quibuſcunque Ordinibus, ſiue Mendicantibus, ſiue non Mendicantibus conceſſa, & concedenda, noſtro Ordini communia fiunt. Quod idem dico de alijs Religionibus habentibus ſimilem communicationem priuilegiorum, & Indulgentiarum cum illis, quibus dictæ conceſſiones factæ ſunt, iuxta dicta locis relatis.

10 Addit Rodriguez *ſup. art.* 10. non haberi in huiuſmodi conceſſionibus eſſe neceſſarium, quòd ſuſcipientes dictũ habitum dent eleemoſinam pro conſequenda Indulgentia, imo quod ſi id fieret, tal is Indulgentia reuocata eſſet per Conſtitutionem Pij 5. reuocantis omnes Indulgentias ratione quarum aliqua eleemoſina tribuitur, quam Cõſtitutionem refert noſter Reuerendiſſ. Theodorus Stratius *in Inſtruct. pro Fratribus Carmelit. cap. 17. nu.* 1. Quod quidem veriſſimum eſt. Cæterum dantes eleemoſinam pro habitu ipſo Religioſo ad induendum eo moribundum, prout in Hiſpaniæ partibus ſæpiſsimè contingit, non cenſentur dare eam pro ea Indulgentia concedenda, ſicut dãtes pecuniam pro imagine, corona, vel medallia, quibus eſt annexa Indulgentia, non cenſentur illam dare pro ipſa Indulgentia. Huiuſmodi autẽ eleemoſyna excedere non debet pretium habitus pro quo datur, aliàs intelligi daretur concedi pro ipſa Indulgentia.

11 Notandum etiam ad conſequendas prædictas Indulgentias, vi-

deri

deri non ſufficere, quod cadauer induatur dicto habitu Religioſo, ſed neceſſarium eſſe, quod homo viuus, etſi moribundus, eo indutus moriatur, aut deceda t, prout colligitur ex verbis Pontificum in priuilegijs relatis. Ad quod ſufficere videtur, quod ipſe habitus ponatur ſuper lectum hominis agonizantis, prout in Hiſpaniæ partibus obſeruatur.

12 Sextum habitus Religioſi priuilegium eſt, quod ipſum oſculantes conſequantur Indulgentias. Etenim Ioannes 23. conceſsit omnibus Chriſti fidelibus oſculãtibus habitum Ordinis S. Dominici quinque annos, & totidem quadragenas de iniunctis pœnitentijs. Caſſatibius *ſup. verbo Indulgentiæ quas poſſunt lucrari ſæculares ratione habitus Fratrum nu. 9.* Rodriguez *ſupra art.* 11. Qui etiam animaduertunt eamdem Indulgentiam lucrari oſculantes habitum aliorum Mendicantium, ratione communicationis priuilegiorum.

13 Pro prædictis tamen Indulgentijs id maximè notandum, eas nõ eſſe reuocatas per reuocationem generalem Indulgentiarum factam à Paulo 5. in Bulla *Romanus Pontifex*, quam retuli *tom. 1. cap. 3. n. 19.* non ſolum quia omnes illæ (ea excepta quæ eſt pro oſculantibus habitum Religioſum) videntur eſse conceſsæ pro mortuis, ſeu morientibus, aut decedentibus, ac per conſequens non comprehendi in dicta reuocatione generali Pauli 5. iuxta ibi dicta, ſed præſertim, quia licet omnes ille conceſsæ ſint intuitu Religionum, vt proinde dici poſsint Indulgentiæ Religionum, ac propterea ſupra dixerim poſse quoad illas deſeruire communicationem priuilegiorum, & Indulgentiarum, quam plures Religiones habent, nihilominus ſimpliciter, & abſolutè loquendo illæ conceſsæ fuerunt pro ſæcularibus, vel pro omnibus fidelibus, ac proinde non cenſentur reuocatæ per reuocationem Pauli 5. in qua ſolum reuocantur eæ Indulgentiæ, quæ pro fratribus conceſsæ ſunt, non quæ pro ſæcularibus, aut pro omnibus fidelibus vniuerſaliter. Quod maximè eſt tenendum, cum materia hæc Indulgentiarum fauorabilis valde ſit, & nulli præiudicium afferens, ac proinde amplianda quantum ſeruata proprietate verborum fieri poſsit. Vide, dicenda infra in verbo *Indulgentia*.

14 Septimum, & ſingulariſsimum habitus Religioſi priuilegium eſt id, quo Ordo Carmelitarum fruitur de ſpeciali protectione Deiparæ Sanctiſsimæ, Fratrum, Confratrum, & Sororum animas, vt à Purgatorij pœnis liberentur, adiuuando, Sabbatho poſt ipſorum mortem, juxta diplomata Summorum Pontificum, Ioann. 22. Alexand. 5. Clement. 7. Gregorij 13. & decreta SS. Congregationum Inquiſitionis, & Rituum, de quo aliquid dixi eo *tom. 1. cap. 3. num. 17. & tom. 2. cap. 15. num. 35.* Quia tamen de hac re nouiſsimè Reuerendiſs. Pater Theodorus Stratius Generalis Ordinis *in ſua Inſtructione pro Carmelit.*

lit. Romæ hoc anno 1640. typis editæ, doctissimè egit, & in nostris Annalibus latius discutietur, nunc ab ea supersedendum, & ad prædictam Institutionem pro ipsius notitia lectores remittendi.

HAEREDITAS QVOAD REGVLARES.

1 POsse Religiosos (quibusdam exceptis) succedere vt hæredes in bonis temporalibus, quæ ad illos spectant, vel ipsis legantur, constat ex dictis non solum *tom.* 1. *cap.* 6. *num.* 45. sed præcipuè *tom.* 2. *cap.* 19. ferè per totum, vbi etiam specialiter de bonis, siue mobilibus, siue immobilibus, in quibus iure hæreditatis, seu legati succedere possunt, & qualiter illa possidere, aut alienare, cũ quibus & dicendis 4. *to.* verbo *Legata Regularib.* sufficienter huic materiæ, prout ad Regulares specialiter spectat, satisfactum videtur.

HAERESIS, ET HAERETICVS.

SVMMARIVM.

De hac materia, quæ dicta sint in superioribus, remissiuè. num. 1.
Quæ requirantur ad hoc, quod quis hæreticus dici possit. num. 2.
De dubio in fide an sit hæreticus. ibidem.
Suspecti de hæresi qui dicantur. num. 3.
Suspicio quotuplex. ibidem.
Quæ delicta præbeant suspicionem hæresis. num. 4.
Non omnes sunt suspecti eodem gradu suspicionis. num. 5.
An omnes illi denunciari debeant. ibidem.
De pœnis hæreticorum. num. 6.
De pœnis credentium hæreticorum. num. 7.
De pœnis receptatorum hæreticorum. num. 8.
De pœnis fautorum hæreticorum. num. 9.
De pœnis defensorum hæreticorum. num. 10.
De pœnis suspectorum. num. 11.
De absolutione ab excommunicatione. num. 12.
Quibus competat. ibidem.
De absolutione credentium, fautorum, receptatorum, defensorum &c. num. 13.
De Irregularitate quam illi incurrunt remissiuè. num. 14.

De

1 DE hæresis casu qualiter antiquitus iudicare poterant Superiores aliqui Regulares, Carmelitæ præsertim, propter priuilegium Clem. 7. licet hoc tempore propter Constitutionem quandam Pauli 5. id fieri non possit, dixi *to.* 1 *cap.* 18. *n.* 18. vbi etiam qualiter Regulares hæretici, aut de hæresi suspecti debeant Dominis Inquisitoribus denunciari, ex edicto eiusdem S. Inquisitionis, & qualiter ex decreto Pij 5. Religiosi ad S. Officium recurrentes intra quinquennium molestari non possint à suis Superioribus. Similiter quomodo pœnitentiati à Sancto Officio inhabiles sint ad officia Religionum, dixi eo *tom.* 1. *cap.* 15. *nu.* 39. Qualiter etiam propter nullum priuilegium Regulariũ absolui possint à casu hæresis, dixi eo *cap.* 18. *num.* 38. Item qualiter Religiosi omnes teneantur denunciare Dominis Inquisitoribus nulla expectata licentia, aut consensu suorum Superiorum, hæreticos quoscunque, seu de hæresi suspectos, dixi supra verbo *Accusare, & Accusator num.* 7. vbi etiam retuli edictum Sanc. Inquisitionis, quo id præcipitur. De alijs circunstantijs spectantibus ad huiusmodi denunciatores, videlicet an teneantur denunciare hæreticos non præmissa aliqua correctione fraterna, & an pater filium, seu filius patrem, vir vxorem, aut vxor virum, an iam emendatos, vel quando ex denunciatione timetur aliquod malum, dixi supra verbo *Denunciator, & Denunciare.* De excommunicatione autem in Bulla Cœnę fulminata contra omnes, & singulos hæreticos quocunque nomine censeantur, dixi verbo *Bulla Cœnæ num.* 6. Alia etiam ad intentum sparsim per totum opus dicta sunt, ac dicentur. Nunc verò specialiter pro praxi Regularium duo discutienda: primum, quinam sint censendi hæretici, aut de hæresi suspecti, vt teneantur denunciari, secundum, quas pœnas incurrant.

2 Et quod attinet ad primum, quemadmodum iuxta dicta supra verbo *Bulla Cœnæ num.* 8. & verbo *Bulla Cruciatæ num.* 33. ad hoc quod aliquis incurrat excommunicationem Bullæ Cœnæ cõtra hæreticos impositam, duo requiruntur, ita vt vnum sine altero non sufficiat, scilicet, quod mente discredat, & quod signo aliquo externo suũ prodat errorum, eo quod etsi peccatum hæresis in sola mente, aut actu interiori consumetur, Ecclesia tamen, quæ non iudicat de occultis, nõ punit hoc delictum excommunicatione, aut alia pœna fori externi, nisi aliquo signo externo manifestetur (Sotus *in* 4. *dist.* 22. *quæst.* 2. *art.* 2. *column.* 3. *versic. hoc autem supposito*, & *art.* 3. *post* 5. *concluf. cas.* 1. Bannez 2, 2. *quæst.* 11. *art.* 4. *dub.* 2. *concl.* 1. post Caietanum *in Summa verbo Hæresis*, & alios communiter) sic etiã ad hoc quod teneamur denunciare hæreticum, oportet quod ipse errorem

4 Hi igitur ſuſpecti de hæreſi ſunt primò ſolicitantes quaſcunque perſonas in Confeſſione, vel ante, aut poſt ipſam, occaſione ipſius ad inhoneſta, vel cum eis inhoneſta gerentes, iuxta dicta, maximè ex Cõſtitutione Gregorij 15. *tom.* 1. *cap.* 19 *num.* 33. & 34. præſertim in 3. editione Veneta, ac ſupra verbo *Denunciatio, ac Denunciator nu.* 4. Secundò, qui non ordinati Miſſas celebrant, aut Confeſſiones audiũt, de quibus egi *tom* 1. *cap.* 10. *num.* 22. Tertiò, Regulares Matrimoniũ contrahentes, ſiue publicè, ſiue ſecretè. Quartò, Apoſtatæ à fide, tranſeuntes videlicet ad Iudæos, Sarracenos, Idolatras, vel Hæreticos, etiã ſi id faciant non animo relinquendi fidem Catholicam, ſed ex libidine, deſperatione &c. Quintò, Schiſmatici, ij ſcilicet qui ab vnitate Eccleſiæ diuiſi Romano Pontifici ſubeſſe renuunt, de quibus egi ſupra verbo *Bullæ Cœnæ num.* 9. Sextò, ſortilegi, diuinatores, magi, incantatores, & pactum cum Dæmone habentes, vel ipſum inuocantes, ij præſertim, qui Sacramentis, Sacramentalibus, vel rebus ab Eccleſia benedictis ad id vtuntur. Septimò, blaſphemi, ſiue maledici, qui verba hæreſim, vel ſignificationem infidelitatis continentia proferunt. Octauò, credentes hęreticorum, illi ſcilicet, qui quamuis nullum errorem in mente habeant, verbis tamen, vel factis profitentur ſe credere, quod hæretici credunt. Nonò, receptores, ſeu receptatores hæreticorum, ij ſcilicet, qui hæreticos recipiunt, vel hoſpitantur nõ vt amicos, conſanguineos, proximos &c. ſed vt hæreticos. Decimò, defenſores hæreticorum, qui ſcilicet eos defendunt non vt amicos, proximos, au conſanguineos &c. ſed vt hæreticos, ne ſcilicet denuncientur, accuſentur, capiantur, puniantur &c. Vndecimò, fautores hæreticorum, ij ſcilicet, qui ipſis fauent non prædictis titulis proximi, amici, aut conſanguinei, ſed hæreſis. Duodecimò, legentes, retinentes, vel typis mãdantes libros hæreticorum. Tertiòdecimò, diffamati, ſeu male opinati in Ciuitate, Villa, Vicinia, Monaſterio &c. de hæreſi. Quartodecimò, in excõmunicatione per annum perſeuerantes, iuxta dicta ſupra verbo *Excommunicatio num.* 52. Quintodecimò, officium S. Inquiſitionis impedientes. Decimoſextò, fidelium conſortia vitantes, aut occulta conuenticula facientes, aut cum hæreticis familiariter conuersãtes. Decimoſeptimò, peccata ſua raro, aut nunquam confitentes. Decimooctauo, diuina Officia nunquã audientes. Decimononò, carnes, aut cibos prohibitos diebus vetitis comedentes. Vigeſimò, nunquam, aut rariſſimè ieiunantes. Vigeſimoprimò, Aſtrologiam iudiciariam exercentes, aut libros de ea re tractantes, retinentes, iuxta dicta ex Cõſtitutionibus Sixti 5. & Sanctiſs. D. N. Vrbani 8. *tom.* 1. *c ap.* 10. *n.* 27. Vigeſimoſecundò, facilè, & ſæpè carnaliter cognoſcentes conſanguineas, affines, commatres, &c. Vigeſimotertiò, horrenda iuramenta

profe-

hoc tibi sub confessione, nam hæc confessio nō est Sacramentalis, nec ille habet animum confitendi. Sotus *de sigillo memb.7 quæst.7. concluſ.4.* Sanctarellus *supra*, ex alijs. Quartò, quod tales denunciari debent, etiam si solus denuncians id nouerit, propter necessitatem huius denunciationis pro bono communi, & specialem malitiam criminis hæresis. Suarez *sup. à num.7.* Sanctarellus *sup. num. 2.* Qualiter autem Ecclesiastici, aut Regulares non debeant abstinere ab accusatione, seu denunciatione prædictorum ob metum irregularitatis, collige ex dictis supra verbo *Accusare, & Accusator, num. 19. 20. & 21.*

6 De pœnis autem hæreticorum loquendo, prima est excommunicatio latæ sententiæ imposita *ca. Achatius 24. quæst. 1. & cap. Ad abolendam, & cap. excommunicamus de hæretic. & cap. nouerit de sent. excommunicat.* quæ quamuis ijs locis non sit reservata (Caietanus *in Summa verbo Excommunicatio cap.1.*) in Bulla tamen Cœnæ reseruata est, vt patet ex dictis verbo *Bulla Cœnæ num.52.* Suarez *supra disp. 21. sect.4. num. 3.* Secunda est infamia iuris *ca. alieni 2.q.7. & ca. infames 6 quæst.1.* Sanchez *lib.2. in Decalog. cap.26. à num.1.* qui putat cum alijs ad incurrendam hanc pœnam requiri sententiam Iudicis, saltem declaratoriam criminis. Tertia est irregularitas, prout ex multis iuribus probat Sanctarellus *Tract. de hæres. cap. 25. dub.1.* De quo dicam verbo *Irregularitas à nu.61.* Quarta est priuatio omnium officiorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum, & inhabilitas ad illa. *cap. Ad abolendam de hæret. cap. vt commissi de hæretic. in 6.* Suarez *supra sect.5. à num.16.* Thesaurus *in praxi par.2. verbo Hæresis cap. 1.* Incurrunt etiam hæretici alias pœnas temporales, scilicet priuationem officiorum laicalium, inhabilitatem ad illa, confiscationem bonorum, priuationem patriæ potestatis in filios, & similes, quas omitto, quia parum, aut nihil pertinent ad Regulares, & de illis agunt latè Auctores relati. Solū pro Regularibus aduertendum, Sacerdotem, qui semel publicè, vel secretè abiurauit de hæresi formali, etiam si ei generalis absolutio concessa fuerit, inhabilē semper remanere ad Cōfessiones sæcularium audiendas, ex decreto Pauli 4. quod ex Maiolo *lib.5. cap. 46. num.3. & 6.* refert Thesaurus *supra*.

7 Pœnæ autem credentium hæreticorum sunt etiam excommunicatio. *cap. excommunicamus 1.§. credentes de hæret. in 6.* Sanctarellus *sup. cap.11. dub.4. num.32.* Incurrunt etiam excommunicationem Papæ reseruatam in Bulla Cœnæ, vt patet ex verbis ipsius supra verbo *Bulla Cœnæ num.6.* Layman. *lib.2. Tract. 1. cap. 14. num. 5.* Item si in excommunicatione per annum permanserint, ipso iure sunt infames, nec ad publica officia admittuntur, ex Authent. *credentes, C. de hæretic.* & *ex cap. excommunicamus* relato. Sanctarellus *ibid.* ex alijs.

Sunt

Sunt etiam priuandi omni officio,& beneficio Eccleſiaſtico. Eimericus *in Director Inquiſit. par.2. quæſt.27. num.2. & 3.*

8 Pœnæ receptorum, ſeu receptatorum hæreticorum ſunt etiam excommunicatio, non ſolum iure antiquo, *cap. ſicut. cap. excommunicamus* 1. §. *credentes de hæretic. cap. nouerit de ſentent. excommunicat. cap.quicunque*, §. *hæretici de hæreticis in 6.* & in litteris Nicolai 3. & Pauli 4. ſed etiam in Bulla Cœnæ excommunicatione Papæ reſeruata,vt conſtat ex verbis illius ſupra verb. *Bulla Cœnæ n.6.* Et ſi per annum inſorduerint, ipſo iure ſunt infames, & à publicis officijs reijciuntur,& habentur pro hæreticis,&, ſi fuerint Clerici, omni officio, & beneficio per ſententiam Iudicis priuandi ſunt. Sanctarellus *ſup.cap.*12. *dub.vnic.num.*8. *&* 9. Conſequenter fiunt Irregulares. Theſaurus *ſup. cap.*2. ex Sanchez,& Suarez. De quo verbo *Irregularitas num.*61. *&* 62.

9 Pœnæ quoque fautorum hæreticorum ſunt etiam excommunicatio, tum iure antiquo *cap.excommunicamus, & cap. nouerit* relatis,& in Conſtitutionibus Martini 5.& Pauli 4.Tum etiam iure nouo,&Papæ reſeruata in Bulla Cœnæ,vt patet ex verbis ipſius Bullæ ſup.verbo *Bulla Cœnæ num.6.* Suarez *ſup. diſp.24. ſect.*1. *num.*11. Sanctarellus *ſup.cap.*11. *dub.* 1. *num.*20. vbi etiam quod tales ſi in excommunicatione per annum permanſerint,ipſo iure ſunt infames, & inhabiles ad publica officia, &, ſi fuerint Clerici,omni officio, ac beneficio priuandi ſunt.& quandoque habentur vt hæretici;conſequenter etiam erunt irregulares, iuxta dicta. De quo etiam verbo *Irregularitas num.* 61. *&* 62.

10 De pœnis defenſorum hæreticorum idem proportionaliter dicẽdum videtur, ac de fautoribus, cum etiam illi fautores videantur. Pro quibus vide Auctores relatos maximè Eimericum *in Director.Inquiſitor.* ac Peñam *in Commentarijs*. Pro pœnis autem, quas incurrunt filij hæreticorum, ac credentium,fautorum, receptatorum,& defenſorum eorumdem, vide Theſaurum *ſup. cap.*3. Præſertim an incurrant irregularitatem, & quis in ea diſpenſet dicam verbo *Irregularitas num.*61.*&* 62. An hæretici, credentes,fautores,&c. gaudeant Immunitate Eccleſiaſtica loci Sacri, dicam verbo *Immunitas Eccleſiarum, num* 14. An priuentur Eccleſiaſtica ſepultura 4.*to.* verb.*Sepultura.*

11 De ſuſpectorum pœnis, ſi fuerint verè hæretici, aut receptatores, fautores, credentes,vel defenſores ipſorum,iam conſtat ex dictis,ſi verò tales non fuerint,ſed quoad Deum innocentes,nullas pœnas in foro conſcientiæ incurrunt. Suarez *ſup ſect.* 2.*num* 2. Violenter autem ſuſpecti abſoluuntur pro foro externo. Peña *in Director.fol.*486. Portellus *in reſponſ.caſ.Moral.cap.*28.*num.*9. Et quia ſunt infames ratio-

ne violentæ suspicionis, consequenter fient irregulares. Sanchez *sup. lib.2. cap.15. num.16.* Quare si auferatur infamia, & suspicio purgetur, tollitur etiam Irregularitas. Henriquez *lib.14. cap.4. num.6.* Sanctarellus *sup. cap.25. dub.1. num.9.* Suspecti autem de leui, vel vehementi puniuntur pœna minori, quam ordinaria. Suarez *sup. num.4.* Qualiter autem tales si Regulares fuerint, & pœnitentiati à S. Officio inhabiles sint ad officia, & gradus Religionum, constat ex dictis ex decreto Sanctiss. D. N. Vrbani *tom.1. cap.15. num.39.*

12 Quoad absolutionem ab excommunicatione, quam incurrunt hæretici, si sermo sit de foro externo, & iudiciali, solum spectare videtur ad Papam, vel Inquisitores, vel illos quibus ipsi hanc facultatem delegauerint, cum illi soli sint Iudices in hac causa. Quoad forum verò internum conscientiæ (excepto articulo mortis, de quo dixi verbo *Bulla Cœnæ num.* 52. & 53. & verbo *Bulla Cruciatæ num.* 33.) quamuis hæc facultas concessa sit Episcopis à Concil. Trident. *sess.24. cap.6.* reuocata tamen est per Bullam Cœnæ, iuxta dicta supra verbo *Bulla Cœnæ num.* 55. De DD. Inquisitoribus posse vti hac facultate in foro conscientiæ, & Sacramentali, tenent Bannez 2. 2. *quæst.* 11. *art.4. dub.2.* & plures, quos refert, & sequitur Diana *par.1. Tract. de absolut. ab hæres. Resolut.* 3. loquens præcipuè de Inquisitoribus Hispaniæ, & dicens, posse ipsos etiam si Sacerdotes non sint, eam facultatem delegare. Sanchez verò *lib.2. in Decalog. cap.12. à num.3.* Garzia *de beneficijs par.11. cap.10. num.121.* & Suarez *d. disp.21. sect.4. num.* 15. multum dubitant de hac facultate, cum illam non habeant dicti Domini Inquisitores ex vi sui muneris, quia solum sunt Iudices pro foro exteriori, & priuilegiũ. Clem.7. quod referri solet quoad hoc, solum fuit concessum Inquisitoribus Ordinis Prædicatorum, maximè Lombardiæ, & esto alijs Inquisitoribus sit communicatum, solum ex eo habetur posse absoluere ab hæresi extraiudicialiter, ideſt sine integra forma Iudicij, cum Notario scilicet, & vno ad minus teste (Peña *3. par. Director. Comment.12. in addit. num.61.*) imo, & reuocatum videtur quotannis per Bullam Cœnæ, sicut & Episcoporum priuilegium. Accedit declaratio S. Congregationis, quam referunt Suarez *sup. num.* 17. & Sanctarellus *Tract. de hæres. cap.5. dub.7. à num.31.* Vnde non posse id facere tenent Farinacius *de hæres. quæst.192. §.4. num.* 52. & 54. Sanctarellus *supra*, post alios. Apud quos etiam an sit modus alius, quo possint absoluere hæreticos occultos ad se venientes. Non posse etiam absolui prædictos hæreticos ex vi Bullæ Cruciatæ, constat ex dictis verbo *Bulla Cruciatæ num.33.* nec his temporibus esse aliquod priuilegium pro Prælatis Regularibus ad absoluendum suos subditos ab hæresi, dixi *tom.1. cap.18. num.38.* Solum ergo

ad

Digitized by Google

ad Papam, vel ipsius Pœnitentiarios spectat absolutio ab hæresi, & ita ab illis procuranda est, vel per litteras. Interim autem quomodo talis hæreticus se gerere debeat, maximè si necesse sit communicare, aut celebrare, dixi verbo *Casus reseruati num.* 24.

3 De absolutione etiam credentium, fautorum, receptatorum, & defensorum hæreticorum, etiam si hæretici tales non fuerint, proportionaliter loquendum est. Cum enim ipsorum absolutio reseruetur quotannis cum reuocatione omnium priuilegiorum Papæ in Bulla Cœnæ, ideo neque Episcopi ex vi Concilij Tridentini, neque Prælati Regulares ex vi suorum priuilegiorum possunt illam dare. Quod etiã videtur dicendum de DD. Inquisitoribus quantum ad absolutionẽ Sacramentalem, propter eamdem rationem. Quando verò prædicti verè hæretici non fuerint absolui poterunt per Bullam Cruciatæ, iuxta dicta supra verbo *Bulla Cruciata num.* 33. cum in illa concedantur omnes casus Bullæ Cœnæ, & solum excipiatur casus hæresis. Idem dicendum de Iubilæis, in quibus similis concessio data fuerit.

14 Circa Irregularitatem autem, & cœteras pœnas, quas prædicti hæretici, fautores &c. incurrunt, earumque dispensationem, nihil occurrit dicendum præter dicta in genere de illis *tom.* 1. *cap.* 8. *num.* 33. & *cap.* 10. *num.* 30. 31 & 35. & *cap.* 18. *num.* 46. & dicenda infra verbo *Irregularitas*, & 4to. verbo *Pœna Ecclesiastica*.

HOMICIDIVM.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num. 1.
Quid, & quotuplex sit. num. 2.
Homicidij casus reseruabilis est inter Regulares. num. 3.
Qualiter occidere seipsum sit illicitum. num. 4.
Quid de mutilatione propriorum membrorum. ibid. m.
Carnem affligere mortificationibus, & pœnitentijs an sit illicitum. n. 5.
An acceptare occasionem Martyrij. ibidem.
Occidere aliquem publica auctoritate quando licitum. num. 6.
An id liceat Regularibus. num. 7.
Occidere priuata authoritate nulli licet. num. 8.
Secus in defensionem sui cum moderamine. &c. num. 9.
Quid de defensione aliorum, vel aliarum rerum. ibidem.
Quid in defensionem innocentis. num. 10.

1 DE hac materia etsi non valde necessaria pro Regularibus videatur, aliqua dicenda sunt, quatenus conducit ad intelligentiam materiæ Irregularitatis, & specierum illius, quæ illis magis necessaria est, & de qua infra, & plurium casuum conscientiæ, qui accidere possunt.

2 Homicidium, seu hominis cæsio, vnde eius ethymologia deriuatur, in communi loquendo dupliciter sumitur. Primò largè pro quacunque hominis cæsione, siue iusta, siue iniusta. Secundò, propriè pro cæsione iniusta hominis. S. Thom. 2.2. *quæst.* 100. *art.* 8. *ad* 3. *& de malo quæst.* 13. *art.* 4. *ad* 11. Siluester *in Summa verbo Homicidium num.* 1. Deinde homicidium propriè est duplex, aliud quod vocatur voluntarium, aliud quod casuale, voluntarium est, quod est volitum, seu intentum ab agente. Casuale verò, quod non est volitum, aut intentum, sed casu, & fortuito contingens. Vtrumque autem subdiuiditur: etenim homicidium voluntarium aliud est voluntarium simpliciter, absolutè, & directè, illud scilicet, quod intenditur expressè ab agente; vt, cum Petrus occidit Ioannem intentione expressa eum occidendi, aliud est voluntarium secundum quid, & indirectè, quod licet non intendatur directè, & expressè, est tamen volitum in causa ex qua infallibiliter sequitur, vt cum quis dat alteri venenum mortiferum, vel grauiter eum ferit in capite, vel in corde. Talis enim etsi in actu signato, & expressè non intendat mortem alterius, in actu tamen exercito illam intendere censetur, vt benè Suarez *tom.* 5. *in* 3. *par. disp.* 44. *sect.* 1. *num.* 5. & Cornexo *tom.* 2. *in* 3. *par. Tract.* 5. *de Irregularit. q.* 6. *disp.* 1. *dub.* 1. Similiter homicidium casuale aliud est omnino, & simpliciter casuale, aliud non simpliciter, nec omnino casuale. Primum est, quod nullo modo est volitum directè, nec indirectè in se, neque in causa, vt homicidium commissum in ebrietate, quod nullo modo ante ipsam fuit præuisum, vel si fuit præuisum adhibita est sufficiens diligẽtia ne sequeretur, auferendo arma, quibus accidere posset, vel adhibendo custodes, vt illud impedirent &c. Secundum est, quod aliquo modo est volitum in sua causa, vt homicidium commissum in ebrietate, & ante ipsam præuisum, nec facta fuit sufficiens diligentia ad ipsum præcauendum. Cornexo *sup. disp.* 3. *ante primum dubium*. Bonacina *de Censuris disp.* 7. *quæst.* 4. *punct.* 7. *num.* 1. Diuidi etiam potest in homicidium factum causa defensionis, & aliud non ita, similiter in homicidium factum publica auctoritate, & in illud, quod priuata auctoritate committitur, de quibus relati auctores, & Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 239.

3 Est etiam notandum, quod inter casus reseruabiles pro Regularibus

bus vnus eſt *Occiſio, aut vulneratio, ſeu grauis percuſſio cuiuſcunque perſonæ*, iuxta dicta ex decret. Clement. 8. *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 20. Vbi nomine occiſionis, &c. ſolum videtur intelligenda, cum materia hæc ſit odioſa, occiſio voluntaria, & doloſa, non caſualis, fortuita, aut cauſa defenſionis facta. Longus *de Caſib. reſeruat. par.* 2. *caſ.* 10. *nu.* 3. & 4. Graffius *de Caſ. reſeruat. lib.* 3. *cap.* 9. *à num.* 18. Idem dico de caſu quo Magiſter Nouitiorum, vel Prælatus immoderatè corrigẽtes ſubditum, occaſionem dederunt illius morti, licet præter intentionem ipſorum, propter eandem rationem. Graffius *ſup. num.* 26. Molfeſſius *par.* 1. *Summ. ti.* 7. *cap.* 20. *num.* 121. Nomine etiam vulnerationis intelligi etiam videtur ſola grauis vulneratio, non leuis, quæ facilè, & quamcitò ſanatur. Etenim ex doctrina Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *de pœnit. c.* 7. ſolum atrociora, & grauiora crimina decet reſeruari. Graffius *ſup. num.* 30. Longus *ſup. num.* 7. Quid autem intelligatur per percuſſionem grauem habes ſupra verbo *Clericus num.* 11. & 13. Cum verò dicatur *cuiuſcunque perſonæ* meritò tali nomine denotatur quicunque homo, ſiue Eccleſiaſticus, ſiue ſæcularis, ſiue Chriſtianus, ſiue infidelis. Peirinis *t.* 2. *de Prælato q.* 3. *c.* 2. §. 1. *n.* 58. Bordon. *Reſ.* 49. *n.* 6.

4 Sit ergo prima regula. Occidere ſe ipſum ſemper eſt illicitum, ſeu peccatum. 23. *quæſt.* 5. *ca. non eſt noſtrum. ca. tu dixiſti, ca. ſi non licet,* & *in l. liber homo, ff. ad legem Aquiliam*. Ratio eſt, quia homo non eſt dominus ſuę vitæ; Deus enim eſt, qui tale dominium ſolus habet, vel Reſpublica cuius homo eſt pars. S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 64. *art.* 5. præſertim *ad* 3. Expoſitores *ibid.* Ioannes Beetz *lib.* 5. *in Decalog. expoſit.* 3. *cap.* 2. Sotus *de Iuſtitia lib.* 5. *quæſt.* 1. *art.* 5. Etiam ſi id fiat deſiderio beatitudinis, ad vitandas miſerias huius vitæ, vel fugiendum peccatum, propter eamdem rationem. Silueſter *in Summ. verbo homicidium* 1. *num.* 4. Excipe caſum, quo ex certo inſtinctu Spiritu Sancti homo ad id moueretur, prout contigit in Sanſone, S. Appollonia, & alijs. S. Auguſt. 1. *de Ciuit. cap.* 20. relatus *d. ca. ſi non licet*. S. Thom. *ſup. ad* 4. Idem dic de membri mutilatione, ſeu abſciſſione, illicitam ſcilicet ſemper eſſe extra caſum neceſſitatis totius corporis, ſcilicet ſanitatem, propter rationem adductam. S. Thom. *ſup. art.* 5. Layman. *lib.* 3. *Tract.* 3. *par.* 3. *cap.* 1. *num.* 1. Vnde ſe ipſum caſtrare, propter ſeruandam caſtitatem, prout dicitur feciſſe Origenem, vt ſecuriùs per domos prædicaret mulieribus, etiam eſt illicitum, cum homo non ſit dominus ſuorum membrorum, ſed ſolus Deus, aut etiã Reſpublica. Guido noſter *in Sũm. de hæreſ. in hæreſ.* 37. *Valleſſior.* Silueſter *ſup.* Multo magis id videtur dicendum de ijs qui ſe caſtrant, vt vtiles ſint cantui, propter eamdem rationem. Layman. *ſup. num.* 2. cõtra Salonem. An verò propterea incurratur irregularitas, dicam verbo

Irregu-

Irregularitas num. 75. In casu tamen vrgentis necessitatis, ad mortem videlicet fugiendam, quando alio modo effugi non potest, nisi abscissione membri, id fieret licitè, quia tunc prudenter anteponitur vita totius hominis vnius membri abscissioni, vel mutilationi. Toletus *in Summ. lib.* 5. *cap.* 6. §. *secundo ob maius*. Naldus *in Summa verbo Occidere num.* 10. Addens non teneri aliquem ex præcepto ad id faciendum, cum non teneatur vitam cum tanto dolore, & dispendio conseruare.

5 Pro praxi tamen virorum spiritualium, & Religiosorum, nota primò, quod carnem moderatè affligere mortificationibus, pœnitentijs, ieiunijs, studijs, &c. quando ex austeritates sumuntur eo animo, vt caro spiritui pareat, in cultum, & obsequium Dei, vel alicuius virtutis finem, dummodo naturæ necessaria concedantur, nec per hoc impediatur quis ab adimpletione sui officij, etiam si inde vitæ breuitas sequatur, licitum est, & honestum, quia homo non tenetur vt diutius viuat à prædictis abstinere, quin potius obligatur ad opera virtutum exercenda. Azor. *tom.* 3. *Instit. Moral. lib.* 2. *cap.* 3. *quæst.* 13. Sanchez *tom.* 2. *consil. Moral. lib.* 5. *cap.* 1. *dub.* 33. *num.* 11. Secus esset si ea fierent intentione abreuiandi vitam, quia hoc esset illicitum, cum sit quodammodo seipsum occidere. Caietan. 2. 2. *q.* 147. *art.* 1. Azor. *supra*. Sanchez *num.* 9. Quid vero sentiendum de Carthusianorum abstinentia à carnibus, etiam cum periculo vitæ, dixi *tom.* 1. *cap.* 8. *num.* 19. Secundò nota, quod non obstante præcepto conseruandi vitam, licitè etiam potest quilibet, maximè Religiosus, Martyrij occasionem acceptare, vel non recusare, propter Euangelij prædicationē, vel non committēdum aliquod peccatum; honor enim, & gloria Dei, quæ est in fidei Christianę defensione, & in non committendo peccato, iure anteponi debet periculo perdendi vitam. Toletus *supra nu.* 5. Potest etiam licitè quis exponere vitā propter Reipublicę vtilitatem, quia Reipublicæ vtilitas prępondera bono particulari vitę alicuius. Sotus *sup. art.* 7. Idem dicunt aliqui licere ob amici liberationem, seu bonum proximi. De quo Sotus *art.* 6. & 8. & Toletus *supra num.* 6. Nota tertiò, quod se perimens, in loco Sacro sepeliri non potest. *ca. Placuit* 23. *quæst.* 5. & *ca. quibus* 13 *quæst.* 2. De quo, & qualiter intelligendum, commodius dicam 4.to. verbo *Sepultura*.

6 Secunda regula est. Occidere alium publica auctoritate licitum, & honestum est. Colligitur ex S. Scriptura ad Rom. 13 *Si malum feceris, time, non enim sine causa gladium portat* (intellige Princeps, Dux, Magistratus, Iudex &c. *Dei enim Minister est*. Et ratio est, quia Princeps, Dux, Magistratus &c. sunt caput Reipublicę, ac per consequens illi prouidere debent, etiam cum morte alicuius particularis ciuis,

uis, cum ea fuerit neceſſaria ad Reipublicæ bonum. S. Thom. 2. 2. *quæſt.* 64. *art.* 2. Sotus *ſup. art.* 3. Non tamen hoc fieri poteſt ad libitum, & ſine cauſa, quia illa non ſubſiſtente, potius debet Princeps, &c. conſeruare vitam ſubditorum. Layman. *ſup. cap.* 2. *aſſert.* 1. Seruari etiam debet iuris ordo; ſcilicet, quod citetur, audiatur, fiat proceſſus, &c. Toletus *ſupra nu.* 12. Hinc iuſtè occiduntur banniti etiam à priuata perſona, quia hoc fit publica auctoritate, iuxta dicta ſupra verbo *Bannitus num.* 9. cum conditionibus deſignatis *ibidem num.* 10. & 11. Hinc etiam in bello iuſtò licitè homines occiduntur, quia hoc etiam fit auctoritate publica facientis iuſtum bellum. Vide dicta verbo *Bellum*.

7 Hic etiam pro Regularibus notandum, quod ipſis, ſicut nec alijs Eccleſiaſticis nullatenus licitum eſt occidere aliquem etiam publica authoritate. *ca. Epiſcopum diſt.* 45. & *cap. ſententiam, & cap. Clericis ne Cleric. vel Monach.* & *in tit. de Cleric. percuſſor.* Et ratio ſumitur ex indecentia, quæ eſt in eo, quod Eccleſiaſtici, qui ſpecialiter repræſentant Chriſtum, qui cum percuteretur non repercutiebat 1. *Petr.* 2. percuſſores ſint. S. Thom 2. 2. *quæſt.* 64. *art.* 1. Sotus *ſupra art.* 4. Bañez, & alij Expoſitores S. Thom. etiam *art.* 4. Vide etiam dicta ſupra verbo *Accuſator, & Accuſare*, verbo *Bannitus*, & verbo *Bellum*. Eccleſiaſtici autem, ſeu Regulares habentes temporalem iuriſdictionem benè poſſunt inſtituere Iudices, qui in cauſa ſanguinis iudicare poſſint. S. Thom. *ſupra in ſolut. ad* 3. Bannez *ibidem*, §. *dubitatur ſecundo*. An verò alia agere, vel dicere poſſunt circa punitionem malefactorum, dicam verbo *Irregularitas num.* 23.

8 Tertia Regula. Occidere alium quantumuis ſceleratum auctoritate priuata nulli licet. Cum enim occiſio hominis tantum liceat in quãtum ordinatur ad bonum totius Communitatis, ideo ad illum ſolum pertinet cui commiſſa eſt cura ſeruandæ Communitatis, ideſt, ad Principem, ſeu Magiſtratum, non ad alios, ſicut proſcindere putridum membrum pertinet ad medicum cui totius corporis ſalus commiſſa eſt, non alijs. S. Thom. *ſupra art* 3. Bannez, & alij Expoſitores *ibid.* Siluеſter *in Summa verbo Homicidium* 1. *num.* 5. Limitatur in tyranno, etſi enim tyrannum, qui alias eſt legitimus Princeps, ſed tyrãnicè gubernat, nullus licitè occidere poſſit, prout habetur ex Concil. Conſtantienſi *ſeſſ.* 15. tyrannum tamen, qui nullum habet titulum, ſed per vim, & arma occupat Regnum, vel Ciuitatem non ſuam, licitè occidit quilibet priuatus, quando aliter non poteſt Reſpublica liberari, & ſit ſpes probabilis liberationis. Quia cum Reſpublica gerat bellum iuſtum contra talem tyrannum quilibet ciuis tanquam miles ipſius Reipublicę poterit illum interficere. Bannez *ſupra*. Toletus *ſupra*

Digitized by Google

*pra num.*10. An vero Eccleſiaſticus,ſeu Religioſus id poſſit facere eo caſu, conſule dicta ſupra verbo *Bellum*.

9 Quarta. Occidere in defenſionem ſui aggreſſorem iniuſtè occidere volentem licitum eſt, ſi fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, tum quia vi vim repellere licet. *l.ſcientiam,§.qui cum, ff.ad l. Aquiliam. cap.ſignificaſti 2.de homicid. cap.ſi vero 1.de ſent.excommunic.* & alijs iuribus. Tum quia ſecundum ordinem charitatis propria vita præferri poteſt alienæ. S.Thom. *ſup. art.*7. Ioannes Beetz *in 5. præcept. Decalog. expoſit. 3.cap.*2 Sotus *ſupra art.* 8. Idem dico de occiſione alterius in defenſionem ſuorum membrorum, quia mutilatio, ſeu abſciſſio membrorum æquiparantur morti, cum ea ſint partes vitę, & ad vitam neceſſaria. Cornexo *tom.2. in 3 par. Tract. 5. de Irregularit. quæſt.6. diſp.4. dub.*1 §.*Quæres* 7. Bonacina *de Irregularit. diſp.7.quæſt.4. punct.6. num.*4. Idem etiam dicendum de occiſione alterius pro defenſione honoris in graui materia, ſeu ad fugiendam grauem infamiam, quia honor æquiparatur vitæ. Cornexo *ſupra*. §. *Quæres vlt.* Bonacina *ſup.num.* 10. Quod tamen limitandum eſt in Clericis,& Religioſis,quia ipſorum honor præcipuè conſiſtit in exercitio virtutum, Charitatis præſertim, humilitatis,& patientiæ. Toletus *ſupra cap.3.num.2.* Layman. *ſup. cap.3. num.2.* Idem quoque dicunt de occiſione alterius in defenſionem propriorum bonorũ. Cornexo, & Bonacina *ſupra*. Limitari tamen primò debet ſolũ in bonis, ſeu facultatibus magni momenti neceſſarijs ad vitam,& quæ alio modo recuperari non poſſent. Layman. *ſupra num.*4. Limitatur etiam in Eccleſiaſticis, & Religioſis, iſti enim potius debent bonorum iacturam pati,quam occidere,& ſatius eſt poſt tunicam relinquere pallium, quam pro rebus tranſitorijs tam acriter in alium exardeſcere. Toletus *ſupra nu.* 16. ex Panormitano *in cap ſuſcepimus de homicid.* Nota etiam,quod tunc aliquis occidendo dicitur ſeruare moderamen inculpatæ tutelæ,quando ſpectatis circumſtantijs, loci, temporis, & perſonarum, nullum aliud medium ſupereſt ad euitandum illud damnum, quod iniuſtus aggreſſor infligere vult, niſi illum occidere. Bonacina *ſup.num.*2. Layman. *ſup.num.*1. Quare ad intentum noſtrum ſi Religioſus inuaſus poſſit effugere illud damnum fugiendo, clamando, aut alio modo ſe defendendo, non poterit licitè occidere inuaſorem. Cornexo *ſupra* §. *Quæres quarto*. & ſequentibus. Bonacina *ſupra*. Fagundez *in 5. præcept. Decalog.lib.5. cap.7.num.* 9. ex alijs. Limitat tamen hoc Cornexo quãdo talis fuga ſolum afferret ignominiam particulari Religioſo, ſecus ſi illam afferret toti Ordini. Dixi ſi Religioſus inuaſus poſſit effugere illud damnum fugiendo, quia ſi ob infirmitatem, craſſitiem, vel aliud impedimentum fugere non poſſit,

licitè

licitè occidet inuaſorem. Fagundez *ſupra num.* 11. Nota etiam, quod licet plurium ſententia ſit poſſe in caſibus relatis inuaſum occidere inuaſorem, etiã ſi talis inuaſor credatur eſſe in peccato mortali (Cornexo *ſupra* §. *Quæres ſecundo*, ex Caietano, Soto, & alijs) conſuli tamen debet Religioſus, qui in ſtatu gratiæ eſſe coniecturaliter ſuſpicari poteſt, præſertim ſi vel per actum contritionis ſe diſpoſitum credat, vt propter bonum Charitatis potius ſe permittat interfici, quam ipſe occidat inuaſorem in peccato mortali exiſtentem. Toletus *ſup.* §. *Quartus eſt*. Fagundez *ſup. cap. 6. num.* 10.

10 An etiam liceat occidere inuaſorem in defenſionem innocentis, maximè Eccleſiaſticis, & Religioſis, conſtat ex dictis ſupra verbo *Bellum num.* 14. & 15. De caſibus in quibus propter homicidium incurritur irregularitas, & quis poſſit in ea diſpenſare, dicam verbo *Irregularitas*. Pro alijs autem pœnis homicidij, præter dicta *to.* 1. *cap.* 9. *num.* 44. vide Theſaur. *in prax. par.* 2. *verbo Homicidium*.

HORAE CANONICAE.

1 DE illis plura dixi *tom.* 1. *cap.* 12. & aliqua ſupra verbo *Breuiarium* plura quoque dicam 4. to. verbo *Officium diuinum*, & propterea nunc ſuperſedendum.

HOSPITALARII REGVLARES.

1 DE illis ſcripſi ad ſufficientiam *tom.* 2. *cap.* 6. & ideo pro nunc omittendi.

IEIVNIVM.

SVMMARIVM.

Aliqua ſpectantia ad hanc materiam remiſſiuè. num. 1.
Ieiunij definitio. num. 2.
Ritus ab Eccleſia pro ieiunio requiſitus qualis. num. 3.
Vnam ſolam petit refectionem. num. 4.
De ientaculo, ſeu refectiuncula. ibidem.
Refectio quo diei tempore facienda. num. 5.
Quando obligat præceptum ieiunij. num. 6.
Quid de ieiunio Regulæ, vel Conſtitutionum Regularium. ibidem.
An Regulares teneantur ad ieiunia indicta per Synodos, vota, ſeu promiſ-

promiſsiones populorum. num.7.
Qui excuſentur à ieiunio Eccleſiaſtico. num. 8.
De priuilegijs Regularium quoad hoc. num.9.
Diſpenſatio legitima excuſat à ieiunio. num. 10.
Qui poſſint diſpenſare. ibidem.
An diſpenſatus ad eſum carnium, vel lacticiniorum diſpenſetur in ieiunio. num. 11.
Quid dicendum de ieiunijs ex voto, iuramento, vel pœnitentia. n. 12.
Regulares an poſsint denunciare in ſuis Eccleſijs ieiunia. num. 13.

1 DE Ieiunio quatenus ad Regulares ſpectat, dixi *to.1.cap 7. num. 26.* ad ieiunia Regulæ teneri iuuenes Religioſos, etiam ante vigeſimumprimum annum. Quanta porrò ſit hæc obligatio petendum eſt ex ijs, quæ dixi *eo cap. 7.* præſertim *à num.11.* Qualiter etiam, aut quomodo teneantur Regulares ad obſeruanda ieiunia indicta in Conſtitutionibus Synodalibus, vel promiſſa à populis, dixi eo *tom.1. cap.11. nu.13* Similiter de ieiunio requiſito ante Euchariſtiæ ſumptionem, dixi ſupra verbo *Euchariſtia à num.16.* Nunc alia addenda pro maiori luce huius materiæ, præſertim prout ad eoſdem Regulares proprius ſpectare videbitur.

2 Eſt autem ieiunium (iuxta Panormit. *in Rubric. de obſeruan. ieiun.* relatum à Silueſtro *in Summa verbo Ieiunium num.* 1.) ſic dictum à quodam inteſtino ſic vocato, eo quod vt in plurimum vacuũ ſit, & exinanitum. Eſt vero triplex, ſcilicet: metaphoricum, vel Spirituale, naturale, & Eccleſiaſticum. Metaphoricum, & Spirituale eſt idem, quod abſtinentia à vitijs, & peccatis. Naturale eſt abſtinentia à quocunque cibo, & potu, etiam per modum medicinæ, de quo dixi ſupra verbo *Euchariſtia*. Eccleſiaſticum verò, de quo in præſenti eſt *abſtinentia voluntaria à cibo, iuxta præſcriptum Eccleſiæ, vel receptam conſuetudinem*. Bellarminus *tom. 4. lib. 2. de bonis operibus*. Toletus *in Summa lib.6.cap.1.* Dicitur *abſtinentia voluntaria* non ſolum quia eſt actus virtutis, qui debet eſſe liber, & voluntarius, ſed etiam quia ad ſatisfaciendum præcepto ieiunij requiritur voluntas, ſeu intentio ſaltem implicita illi ſatisfaciendi. Toletus *ſupra n.3.* Bonacina *de præceptis Eccleſ. diſp. 7 quæſt. 1. punct. 1. num. 5.* Dicitur *à cibo*, quia potus aquę, vel etiam vini, non frangit ieiunium. S. Th. 2.2.*q.*147.*art.6. ad* 2. Caietanus *ibidem*. Quod intellige, etiam ſi vinum ſumatur, vt dicitur, in fraudem ieiunij, ideſt ad ſedandam ſtomachi inediam, & famem. Ratio eſt, quia lex non attendit intentionem obſeruantis, ſed ipſum actum, cùm ergo hic actus ſcilicet vinum bibere non ſit contra præceptum ieiunij, intentio illa non faciet ipſum

ſum

ſum eſſe contra præceptum. Nauarrus *in Man.cap.*21. *num.*13. Sanchez *tom.*2.*conſil. Moral. lib.*5.*cap.*1.*dub.*23. Potus autem lactis, & iuris, aut ſimilium, ieiunium frangit, quia huiuſmodi liquida ſunt verè cibus. Toletus, & Sanchez *ſupra.* Idem videtur dicendum de potu vulgo *Chocolate*, licet aliqui apud Dianam 4.*par. Tract.*4.*Miſcellan. Reſolut.* 194. oppoſitum exiſtiment pro Hiſpania, vbi pro potu vſuali aliquando ſumitur. Dicitur etiam *à cibo*, quia ea quæ ſumuntur per modum medicinæ, etiam ſi alias nutriant, non frangunt ieiunium. Nauarrus, & Toletus *ſup.* Dicitur *iuxta præſcriptum Eccleſiæ, vel receptæ conſuetudinis*, tum quia de ieiunio datur præceptum Eccleſiæ, *cap.non liceat*, & *cap.non oportet*, & *cap. Placuit de conſecrat.d.*3. & *cap. Quadrageſima de conſecrat. d.* 5. ita approbante toto populo Chriſtiano (Nauarrus *ſup.num.*11 Sanchez *ſup.dub.*1.) tum quia in ieiunio Eccleſiaſtico ſeruari debet ritus ab Eccleſia, & conſuetudine introductus. Toletus *ſup.* Bonacina *ſup.num.*6.

3 Conſiſtit autem hic ritus ab Eccleſia, & conſuetudine in ieiunio introductus, primò, in eo, quod abſtineamus à quibuſdam cibis, ſcilicet carnibus, ouis, & lacticinijs in ieiunijs quadrageſimalibus, in alijs verò diebus ieiuniorum, iure communi carnibus quidem neceſſariò, ouis verò, & lacticinijs, iuxta Regionis, & Patriæ conſuetudinem. Vbi verò non eſt talis conſuetudo pro vna, vel altera parte, prout contingere poteſt in Indijs, & locis nouiter conuerſis ad fidem, licitè poſſet introduci, quod in ieiunijs extra quadrageſimam edantur oua, & lacticinia. Ratio primæ partis, quæ eſt de ieiunijs quadrageſimalibus, ſumitur ex *ca. Denique diſt.* 4. & ex Synodo Conſtantinopolitana in Trullo celebrata *can.* 56. S. Thom. 2.2. *quæſt.* 147. *art.* 8. *ad* 3. Silueſter *in Summa verbo Ieiunium num.* 15. Azor. *tom.* 1. *Inſtit. Moral. lib.*7. *cap.*10. *quæſt.*1. Ratio ſecundæ, quæ eſt de alijs diebus ieiuniorum extra quadrageſimam, ſumitur etiam ex eodem *ca. deniq.* vbi ſolum pro diebus Quadrageſimæ exigitur abſtinentia à carnibus, ouis, & lacticinijs. S. Thom. Silueſter, & Azor. relati. Ratio verò tertiæ, quæ eſt de locis vbi non eſt aliqua conſuetudo, ſumitur ex eo, quod cum hæc prohibitio in ieiunijs extra Quadrageſimam fundetur in conſuetudine, ſanè vbi talis conſuetudo non erit, poterunt fideles ieiunare edendo oua, & lacticinia. Silueſter *ſup.* Nauarrus *ſup.n.*15. Toletus *ſup.cap.* 2. *num.* 2. Sanchez *ſup. dub.*20. Nota autem primò, quod per ieiunia Quadrageſimalia, in quibus dixi prohiberi eſum carnium, ouorum, & lacticiniorum, intelliguntur etiam Dominicæ Quadrageſimæ, prout colligitur *ex d. ca, denique*, & *cap. Quadrageſima*, & *ca.*56. ſextæ Synodi relatis, accedente vniuerſali Eccleſiæ conſuetudine. Caietanus 2.2. *quæſt.* 147. *art.*6. & 8. Corduba *in Summa q.*168.

Sanchez.

Sanchez *sup. dub.* 19. Nota secundo, hæc omnia intelligi debere seclusо priuilegio Bullæ Cruciatæ, quale autem sit id priuilegium quoad ista, dixi supra verbo *Bulla Cruciatæ num.* 16.

4 Secundo consistit ritus ieiunij Ecclesiastici in eo, quod in illo tantum vna refectio, seu comestio fiat. Ita enim Ecclesiæ consuetudo obtinuit, esto nullus textus pro eo afferri possit. S. Thom. *sup. ar.* 6. & Theologi communiter. Non tamen propterea tollitur quo minus sumi possit aliquid per modũ medicinæ, iuxta dicta, vel in parua quãtitate ratione officij, vt contingit in pincernis Principum ad faciendũ credentiam, vel ratione vrbanitatis, vt si aliquis post prandium finitum inuitetur ab amico ad modicum cibi gustandum, vel propter aliquas causas similes honestas, de quibus Sanchez *sup. dub.* 22. Bonacina *sup. punct.* 3. *num.* 4. & Layman. *lib.* 4. *Tract.* 8. *cap.* 1. *num.* 7. Similiter nec tollitur quo minus si aliquis ob aliquod negotium prandium interrupit, possit, absoluto negotio, aliqua etiam mora temporis prudentis arbitrio iudicanda interiecta, prandium perficere, si animo cõtinuandi illud discessit. Talis enim intentio facit, quod duplex illa refectio censeatur moraliter vna. Caietanus *verbo Ieiunium*, Azor. *supra cap.* 9. *quæst.* 1. Layman. *sup. num.* 6. Similiter, nec tollitur ientaculum, seu refectiuncula nocturna, vulgo *Collatio*. Ita enim consuetudine ferè vniuersali introductum est. Caietanus, Azor. & alij communiter. Quamuis autem circa quantitatem, vel qualitatem cibi, quo edi potest in hac refectiuncula varietas sit opinionum, & aliquæ tam laxæ, vt verendum sit ne ieiunium Ecclesiasticum, vel omnino de medio tollant, vel rem de solo nomine faciant, ea tamen amplectenda est, vt in hac re attendi debeat ad consuetudinem legitimam inter probos, & timoratos Regionum. Cum enim hæc refectiuncula consuetudine introducta sit, consuetudine etiam (qualis est ea, quæ reperitur non inter parum timoratos, quia hæc potius est corruptela, seu abusus) sed inter probos, & timoratos, quoad modum mensurari debet. Toletus *supra cap.* 2. *num.* 4. Bonacina *supra num.* 2. Credo tamen regulariter loquendo nõ debere in ea excedi in quãtitate tres, aut quatuor vncias, nec in qualitate esse ex alio cibo, quam ex pane, fructibus, herbis, oleribus; talis enim est vsus inter Regulares, & morigeratos. Vsus autem Hispaniæ, quod in peruigilio Natiuitatis Domini plus solito collatio fiat, ex fructibus, electuarijs, licet à Nauarro *supra num.* 14. reprobetur, approbatur tamen à viris doctissimis, specialiter Medina *lib.* 1. *Summ. c.* 14 § 10. Sanchez *sup. dub.* 26. ex alijs.

5 Tertio consistit ritus ieiunij Ecclesiastici in eo, quod illa vnica refectio, quam dixi de substantia ipsius, fiat tempore Ecclesiæ consuetudine determinato, scilicet circa meridiem esto antiquitus tribu

horis

horis poſt meridiem fieret, *ea. ſolent de conſecrat. diſt.* 1. Itaut aliter ſine cauſa rationabili facientes peccent. Silueſter *in Summa verbo Ieiunium num.* 12. & 13. Nauarrus *ſup. num.* 27. Licet autem aliqui dicant hoc peccatum eſſe mortale (Sanchez *ſupra dub.* 28. plures referens) credo tamen non eſſe niſi veniale. Toletus *ſupra num.* 5. Bonacina *ſupra punct.* 4. poſt Leſſium, & alios. Id certius, quod cauſa rationabili ſubſiſtente, puta itineris faciendi, vel alia pia cauſa, nullum ſit peccatum anticipare hoc tempus, quia hoc modo, & non alio intellecta eſt obligatio huius præcepti. Caietanus 2.2 *quæſt.* 147. *art.* 7. Nauarrus, & Toletus *ſup.* Idem dicendum, ſi ex rationabili etiam cauſa, puta ſtudij, itineris &c. collatio nocturna fiat mane, & prandium nocte, propter eamdem rationem. Toletus *ſup.* Sa *in Summa verbo Ieiunium num.* 8.

6 Obligat hoc præceptum Ieiunij Eccleſiaſtici omnes, & ſingulos fideles annum vigeſimum primum complentes, iuxta dicta ſupra verbo *Aetas num.* 8. & verbo *Annus num.* 9. Ratio eſt, quia etſi ante illam ætatem obligari poſſint fideles ad ieiunandum. Primo, ratione voti, ſi illud emiſerunt. Secundò, ratione pœnitentiæ ipſis impoſitæ, ſi à Confeſſario imponatur. Tertiò, ratione Regulæ, ſi Regulares fuerint, iuxta dicta *tom.* 1. *cap* 7. *num.* 26. & ſupra verbo *Aetas num.* 8. relato; imo etiam pro ſalute ſpirituali, ratione præcepti naturalis, & diuini, ſi ita neceſſarium fuerit ad reprimendas carnis tentationes, vel etiam pro ſalute corporali, ſi ita etiam neceſſariam ad illam fuerit (Toletus *ſup. cap.* 1.) præcepto tamen Eccleſiaſtico ieiunij nullus obligatur ante dictum annum vigeſimumprimum expletum. Ita enim habetur ex generali Eccleſiæ conſuetudine communiter recepta. S. Tho. 2.2. *quæſt.* 147. *art.* 4. *ad* 3. Caietanus, & alij Expoſitores *ibidem*. Qualiter autem Regulares poſſint ex vi Regulæ obligari ad ieiunia etiam Eccleſiaſtica, dixi verbo *Aetas num.* 8. relato. Vbi etiam, & verbo *Annus num.* 9. relato, quid dicendum ſi aliquis expleat dictũ vigeſimumprimum annum ipſo die Ieiunij. Ex quo ſequitur, quod ſi aliquis adimplet dictũ vigeſimumprimũ annum in dimidio Quadrageſimæ, tenetur ieiunare illam medietatem, vel illud, quod illi ſuperfit, etiam ſi vnus tantum dies ſit, quia præceptum hoc eſt de ſingulis diebus poſt illum annum vigeſimumprimum expletum. Sanchez *ſupra dub.* 2. Qui etiam addit ex Angles, & alijs, nec obligari fideles ante vigeſimumprimum annum expletum ad ieiunia inſtituta per Synodalia præcepta, aut ex voto Ciuitatis, quia illa vincula non habent maiorem vim, quam præceptum generale Eccleſiæ.

7 Specialiter pro Regularibus notandum, quod licet, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 13. illi teneantur ad ieiunia indicta per Conſtitu-

tiones Synodales, vel per vota, ſeu promiſſiones populorum in quibus ſunt, propter rationem ibi, & ſupra verbo *Feſti dies quod Regulares* aſſignatam, & iuxta modum obligationis ibi præſcriptum, quod idem dico de ieiunijs introductis per conſuetudines generales dictorum populornm, propter eamdem rationem, & quia conſuetudo generalis omnes generaliter obligat (Azor. *tom.* 1, *Inſtit. Moral. lib.* 7. *cap.* 19. *q.* 2. Bonacina *ſup. punct.* 6. *num.* 5. Fagundez *in* 4. *præcept. Eccleſ. lib.* 1, *cap.* 7. *num.* 3. Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Ieiunium num.* 2. *&* 3. ex alijs) Ieiunijs tamen introductis per conſuetudines non generales, ſed tantum particulares populorum, v.g. cõſuetudines laycorum ſolum, vel ſolum Clericorum ſæcularium, non tenentur, quia cum ſint homines diuerſi ſtatus habentes diuerſos modos abſtinentiæ, non eſt cur conſuetudo vnius ſtatus obliget alium. Siluester *in Summa verbo Ieiunium q.* 2. Azor. & Bonacina relati.

8 Excuſantur autem à Ieiunij Eccleſiaſtici præcepto. Primò, infirmi, vel valetudinarij, qui conſilio medici, vel Superioris non poſſunt abſque notabili damno ieiunare. Secundò, ſenes, quibus inedia, vel vna tantum refectio notabilem afferunt virium debilitatem, quod alijs in ſexageſimo, alijs, & magis regulariter, in ſeptuageſimo, alijs & ſi raro quandoque vltra octuageſimum annum contingit. Siquidem pius Doctor Nauarrus *ſup. num.* 16. teſtatur ſe octuageſimum annum agẽtem potuiſſe ieiunare. Tertiò, pauperes, qui non poſſunt habere ſimul vnum prandium ſufficiens ad ieiunandum pro ea die, qua illud habere non poſſunt. Quartò, laborantes corporaliter, quibus vna tantum refectio ſufficiens non eſt pro ſupportanda abſtinentia Ieiunij. Quintò, laborantes etiam ſpiritualiter, vt ſunt Concionatores in tota Quadrageſima, continui Confeſſarij &c. De quibus omnibus Siluester *ſupra q.* 9. Caietanus *ſup. & in Summ. verbo Ieiunium*. Nauarrus *ſup. à num.* 16. Toletus *ſup. cap.* 4. & Diana *par.* 1. *Tract.* 9.

9 Specialiter pro Regularibus aliquod impedimentum habentibus ad ieiunandũ, extant plura priuilegia apud Caſtarubium *in Compend. priuilegior. Mendicant. verbo Ieiunium*, & Rodriguez *tom.* 2. *quæſt. Regular. q.* 100. *art.* 2. *&* 3. quæ omitto, quia partim ſunt ius commune, & ita nullam gratiam nouam concedunt, partim verò viuæ vocis oracula, quæ hoc tempore, iuxta ſæpius dicta inualida ſunt, niſi de nouo confirmentur.

10 Excuſantur etiam à præcepto Ieiunij, illi cum quibus legitimè diſpenſatum eſt ab authoritatem habente, cum hoc præceptum ſit humanum, ac per conſequens diſpenſabile. Vnde Papa pro tota Eccleſia diſpenſare poteſt, cum ipſe ſit ſupra ius Eccleſiaſticum. Caietanus *d. art.* 4. Nauarrus *ſup. num.* 21. Epiſcopus etiam in ſua Diœceſi

diſpenſare

diſpenſare poteſt cum vno, vel altero, quia non eſt credibile Summũ Pontificem velle, quod pro vnoquoque caſu in particulari occurrenti ipſius diſpenſatio expectaretur. Sotus *lib.* 1. *de iuſt. quæſt. vlt. ar. vlt.* Nauarrus *ſup.* Idem dicunt pluresde Parochis, quod ſaltem eſt admittendum, quando Epiſcopus abeſt, & ſit conſuetudo ſic faciendi. Caietanus *in Summa verbo Ieiunium cap.* 3. *in fin.* Nauarrus *ſup.* Bonacina *ſup. punct, vlt. num.* 17. Maximè id verum eſt de Prælatis Regulariũ, Generalibus ſcilicet, Prouincialibus, Prioribus, Guardianis, &c. propter dicta *tom.* 1. *cap.* 18. *nu.* 55. De quò etiam Fagundez *in* 4. *Eccleſ. præcept. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 5. Tamburinus *de iure Abbat. tom.* 2. *diſp.* 12. *quæſit.* 5. Idem quoque dicendum de facultate præueniendi horam in die ieiunij, comedendi carnes, oua, lacticinia, &c. propter eamdem rationem. Sanchez *ſup. dub.* 5. *concl.* 10. ex Siluestro, & Caietano. Semper tamen requiritur cauſa pro tali diſpenſatione, prout ſupponunt authores relati. Ea autem ſubſiſtente, minus bene, & minus prudenter faciunt Prælati qui ſubditos recurrentes ad illos pro diſpenſatione nolunt eos conſolari, ſed remittunt illos ipſorum conſciẽtijs. Caietanus *d art.* 4. Nauarrus *ſup. num.* 22. Caſu autem, quod cauſa non videatur ſufficiens Prælato pro diſpenſatione, poteſt miſcere aliquam commutationem diſpenſationi, iniungendo ſcilicet aliquas orationes, vel pia opera. Sanchez *ſup. concl.* 13. ex Caietano, & Nauarro relatis, qui etiam *dub.* 6. agit de cauſis ſufficientibus ad hanc diſpenſationem. Declarare autem qualis cauſa ſit ſufficiens, vel dubia pro hac re, pertinet etiam ad medicum. Siluester *ſup. q.* 7. *in fin.* Sanchez *ſup. vlt. concl.* In caſibus autem, in quibus Prælati Regulares diſpenſare poſſunt in prædictis cum ſuis ſubditis, poſſunt etiam ſecum diſpenſare, ne peioris conditionis ſint, quam ſubditi. Fagundez *ſup. num.* 6. ex Siluestro, Soto, Azorio, & alijs.

11 Pro praxi autem huiuſmodi diſpenſationis nota primò, quod licet probabile ſit diſpenſatum ad edendum carnes non teneri ieiunare, quia abſtinentia à carnibus videtur eſſe de ſubſtantia ieiunij Eccleſiaſtici (Caietanus *ſup. art.* 8. Henriquez *lib.* 7. *de Indulgent. c.* 13 Toletus *ſup. cap.* 3. *num.* 2. Sanchez *ſup. dub* 29. Diana *ſup. Reſolut.* 25.) probabilius tamen eſt id ſolum eſſe verum, quando aliquis eſt diſpenſatus ad edendum carnes propter infirmitatem, vel debilitatem, tunc enim conſequenter eſt diſpenſatus à ieiunio, quia eſt eadem ratio diſpenſationis, ſecus verò, quando eſt diſpenſatus ad eſum carnium ob damnum, quod recipit manducando pisces, tunc enim obligatur ad ieiunium, tum quia cum hoc priuilegium ſit contra ius commune, ſtrictè explicandum eſt, tum quia cum præceptum Eccleſiæ in toto ſeruari non poteſt, ſaltem in parte ſeruari debet. Valentia 2. 2. *diſp.* 9.

quæst. 2. punct. 5. Leſſius *de Iuſt. & Iure, lib. 4. cap. 2. dub. 6. num. 45.* ad quem ſenſum reduci poſſunt plures auctores quos affert Victorellus *in Additionibus ad Toletum* loco relato. Diſpenſatus autem ad oua, & lacticinia, proculdubio tenetur ad ieiunium, cum conſtet ex dictis cum eſu ipſorum ſtare poſſe ieiunium. Toletus *d. cap. 3. num. 2.* Naldus *in Summa verbo Ieiunium num. 3.* Secundò nota, quod licet ſecundum aliquos (Nauarrum *tom. 1. conſil. de obſeruat. ieiunij conſil. 5.* Medina *in Inſtruct. Confeſſor. lib. 1. cap. 14.*) diſpenſati in diebus ieiuniorum ad manducandum carnes, oua, vel lacticinia non poſſunt illis diebus edere piſces, probabilius tamen eſt contrarium, quando cum carnibus, ouis, & lacticinijs, piſces non nocent, vel quia ex ſe ſunt boni, vel quia tam parum de ipſis editur, vt nocere non poſſint, vel quia ſolum eduntur ad excitandum appetitum. Azor. *tom. 1. Inſtit. Moral. lib. 7. cap. 10. quæſt 5.* Diana *ſup. Reſolut. 26.* poſt plures alios, quos refert. Caſu etiam quo ſic diſpenſatis noceant piſces, peccabunt quidem contra temperantiam eis veſcentes, ſed non contra præceptũ ieiunij, cum ſupponantur legitimè diſpenſati. Azor. & Diana poſt alios. Nota tertiò, quod licet diſpenſati in lacticinio, aut ouis non cenſeantur diſpenſati in carnibus, quia maius quid eſt edere carnes, quam edere oua, & lacticinia (Toletus *ſup. cap. 3. num. 2.*) diſpenſati tamen ad oua, poſſunt comedere lacticinia, & diſpenſati ad lacticinia, poſſunt comedere oua, quia hęc omnia videntur eſſe eiuſdem rationis ad intentum. Azor. *ſup. q. 4.* Medina *ſup.* Quamuis Bonacina *ſupra punct. 2. num. 4.* oppoſitum credat.

12. Quæ dicta ſunt de ieiunio Eccleſiaſtico intelligenda etiam ſunt de ieiunijs ex voto, ſeu iuramento, vel ex pœnitentia iniuncta, niſi aliter ex intentione vouentis, aut iurantis, vel Confeſſarij habeatur. Ratio eſt, quia votum, iuramentum, ſeu pœnitentia iniuncta à Confeſſario ſunt quædam lex priuata, quam ipſemet vouens, vel iurans ſibi, vel quam Confeſſarius imponit ad inſtar legis Eccleſiaſticæ de eadem re, ergo per illam menſurari debet. Sotus *lib. 7. de Iuſt. q. 2. art. 1. §. Quæſtionis ſolutio.* Sanchez *lib. 4. in Decalog. cap. 11. num. 31. & 54.* Ex quo collige ieiunia Religionum, ſiue ex Regula, ſiue ex Conſtitutionibus, aut conſuetudinibus inſtituta, intelligenda etiam eſſe ad inſtar ieiunij Eccleſiaſtici, niſi aliter ex lege ipſa, vel conſuetudine conſtet.

13. Poſſe Regulares ieiunia Eccleſiæ in ſuis Eccleſijs denunciare, cõſtat ex declaratione S. Congreg. relata *tom. 1. cap. 12. num. 41.* & nouiſſimè refert Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Ieiunium, num. 1.*

ILLE-

ILLEGITIMI REGVLARES.

SVMMARIVM.

De illegitimis Regularibus, remissiuè. num.1.
Illegitimorum quot sunt genera. num. 2.
Filij professorum illegitimi. num.3.
Quid de filijs Nouitiorum, habentium votum simplex, aut Clericorum in minoribus. num. 4.
Quid de filijs genitis ex Matrimonio clandestino. num.5.
Quid de genitis ex Sacerdote coniugato. num.6.
Illegitimi sunt Irregulares. num.7.
Inhabiles ad dignitates, & prælatias Religionum. num.8.
An ad gradus. ibidem.
Item ad quæcunque beneficia. num. 9.
An ad habitum, & professionem. num.10.
Quid de incapacitate ad bona suorum parentum. num.11.
An filij ex Matrimon. nullo ob impedimẽtũ occultũ, sint illegitimi. n.12
Quando illegitimi legitimantur per subsequens Matrimonium. n.13.
Quando ex dispensatione Papæ. num. 14.
An à Principe sæculari. ibidem.
Quid de filijs expositis an sint illegitimi. num.15.
An in dubio aliquis habendus sit vt legitimus. num.16.
An in hoc credendum parentibus. ibidem.
Illegitimus factus professus, an indigeat dispensatione. num.17.
Quid ex priuilegijs Religionum. ibidem.
De dispensatione Regularium illegitimorum ad beneficia. num.18.
De legitimatione familiarium Regularium. num.19.
Alia remissiuè. num. 20.

1 DE Illegitimis Regularibus nonnulla dixi tomis prioribus, videlicet per Professionem tolli eorum irregularitatem, quæ est ex defectu natalium, ad Ordines, non tamen ad dignitates, & officia, *tom.1.cap. 3.num.2.* Item Illegitimos non posse eligi in Prælatos, eodem *tom.1. cap. 15. nu.25. & 38. & cap. 18. n.7. & 8.* A quo possunt dispensari, eo *cap. 18. num. 60. 61. & 63. & to.2. cap.12.n.21.* Quando censentur dispensati, eo *cap.18.num.61. & 63.* Quorũ officiorum sunt incapaces *ibid.n.62. & t.2.c.13.nu.50.* ac *c.18. n.34.* An sint capaces habitus, & Professionis Regularis, eo *to.1.c.24. n.21.* An illegitima eligi possit in Abbatissam, seu Priorissam, eo *t.1. cap.26. num. 6.* Nunc alia addenda, vel pro materiæ complemento.

Digitized by Google

2 Illegitimi, ideſt, non ex legitimo Matrimonio nati, licet iure antiquo variè diſtinguerentur, erant enim alij naturales, alij ſpurij, alij nothi, alij manſeres, alij nefarij, alij adulterini &c. hodie tamen præſertim ex iure Canonico, & ad noſtrum intentum, in duo tantum genera diuiduntur, ſcilicet in naturales, & in ſpurios, vulgo *Baſtardos*. Naturales ſunt illi, qui geniti ſunt à parentibus, qui tempore conceptionis, vel natiuitatis matrimonio coniungi poterant; ſpurij verò è contra, illi, qui geniti ſunt à parentibus, inter quos matrimonium dicto tempore eſſe non poterat, vt qui nati ſunt ex conſanguineis, vel aliàs coniugatis, Religioſis, ſeu promotis ad ſacros Ordines. Sanchez *t.2.conſil.Moral.lib.4.c.3.dub.1.* Sanctarellus *Variar.q.24. n.2.& 3.*

3 Vnde infertur primò, quod ſi vterque cõiux, vel alter ſolum poſt matrimonium ratum ritè contractum ante conſumationem illius ad Religionem tranſeat, & in ea profiteatur, ſi poſtea ſe cognoſcant, & filium generent, talis filius eſt ſpurius, quia per profeſſionem Matrimonium eſt diſſolutum, & amplius inter eos Matrimonium eſſe non poteſt. Sayrus *lib.6. de Cenſur. cap.10.num.40.* Cornexo *tom.2. in 3.par.tract.5. de Irregularit.diſp.15. dub.1.* Si autem prædicti tempore nouitiatus coniungantur, filij ex tali copula nati erunt legitimi, cum adhuc perſeueret Matrimonium validum parentum.

4 Infertur ſecundò, quod filij geniti ex Religioſo, vel Religioſa nouitijs intra annum probationis, ſi nullum aliud impedimentum adſit, ſunt naturales, quia eo tempore parentes contrahere poterant. Sanchez *ſupra dub.3. concl.2.* Vnde conſequenter per ſubſequens matrimonium legitimantur, iuxta dicenda inferius. Peirinis *tom.2. de Prælato q.2.cap.5.§.9.num.114.* Idem dico de filijs genitis ex parentibus habentibus votum ſimplex caſtitatis, quia tale votum non dirimit matrimonium. Leſſius *lib.2.de iuſt.cap.19.dub.6.num.57.* Sanctarellus *ſup.q.21. num.1.* Quod etiam dicendum generaliter de filijs genitis ex parentibus ſolum habentibus impedimentum aliquod impediens, non dirimens Matrimonium. Sanchez *ſup.dub.2.* Ac de filijs genitis à Clerico in minoribus conſtituto cum ſoluta, etiam ſi haberet beneficium Eccleſiaſticum, quia tales contrahere poſſunt. Syluester *in Summa verbo Legitimus q.8.* Sanchez *ſup.dub.3.*

5 Infertur tertiò, quod filij geniti ex Matrimonio clandeſtino poſt Concilium Tridentinum ſunt illegitimi, quia tale matrimonium poſt Concilium eſt inualidum. Suarez *tom.5.in 3.par.diſp.50.ſect.1.n.9.* Cornexo *ſup.* Secus dicendum de filijs genitis ex Matrimonio coram Parocho, & teſtibus celebrato, prætermiſſis tamen publicis denunciationibus à Concilio requiſitis, quia tale Matrimonium validum eſt, quamuis cum peccato celebratum. Suarez *ſup. num.10.* Quid verò di-

dicendum de filijs genitis ex Matrimonio clandeſtino valido, ſi daretur, agunt Peirinis *ſupra num.* 108. ex alijs.

6 Infertur quartò, quod quando maritus de licentia vxoris ſit Sacerdos, & poſtea accedit ad ipſam filius ex tali concubitu genitus eſt illegitimus, & ſpurius, quia non ſolum eſt ex ſacrilego concubitu natus, ſed etiam genitus eo tempore, quo Matrimonium contrahere nō poterant parentes, ratione voti ſolemnis emiſſi, *cap. litteras de fil. preſbyterorum*. Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 58. Et ſi oppoſitum teneat cum alijs Sanctarellus *ſup. q.* 21. *num.* 2.

7 Hi ergo omnes illegitimi quicunque illi ſint, & quantumuis occulti Irregulares ſunt, & per conſequēs inhabiles ad Ordines ſuſcipiendos, *cap.* 1. *&* 2. *de fil. Presbyterorum*, & *cap.* 1. *eodem tit. in* 6. & alijs iuribus. Bacconius *in* 4. *diſt.* 25. *q.* 6. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *n.* 201. Cornexo *ſupra*. Prohibuit autem Eccleſia illegitimos Ordinari, quia plerumque ſunt vitioſi, & male educati, & quia timetur ne paterna ſcelera ſequantur, ac ob reuerentiam, ac honorem ſacrorum Ordinū. Sayrus *ſup. num.* 36. Auila *de Cenſur. par.* 7. *diſp.* 3. *dub.* 6. & alij cōmuniter. Vnde illegitimus Ordines ſuſcipiens ſine diſpenſatione peccat mortaliter, & eſt ſuſpenſus ab executione illorum. Sayrus *ſupra num.* 37. Theſaurus *in praxi par.* 2. *verbo Illegitimus cap.* 1. apud quos etiam de pœnis Epiſcopi ordinantis illum.

8 Inhabiles etiam ſunt ad dignitates, Prælatias, & Perſonatus Religionum, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 7. & *tom.* 2. *cap.* 12. *nu.* 21. *& cap.* 13. *num.* 50. Quando autem aliquis in ſæculo diſpenſatus, cenſeatur etiam diſpenſatus pro prædictis dignitatibus &c. dixi eo *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 61. Quæ etiam officia Religionum illis nominibus intelligantur, aut non, dixi eo loco *num.* 62. & *tom.* 2. *cap.* 13. *num.* 50. vbi etiam quando tales illegitimi cenſendi ſint à Prælatis diſpenſati. An autē idē dicendū ſit de Abbatiſſis, ſeu Prioriſſis Monialium, vt illegitimæ ad ea munera aſſumi nō poſſint, conſtat ex dictis *to.* 1. *c.* 26. *n.* 6

Nec etiam poſſunt Regulares illegitimi habere gradus Bachalaureatus, Præſentatus, ſeu Licentiatus, Magiſterij, ſeu Doctoratus, de quibus egi ſupra verbo *Gradus*, *& Graduati Regulares num.* 2. ſine diſpenſatione. Naldus *in Summa*, *verbo Doctor. num.* 1. Bordonus *Reſolutione* 12. *num.* 33. Qui quamuis ſolum loquantur, de gradu Doctoratus, eſt tamen eadem ratio de aliis. Fundamentum Bordoni eſt, quia huiuſmodi gradus (Doctoratus præſertim) ſunt dignitates, ex eo enim ſequitur illegitimos non eſſe capaces illorum, iuxta dicta ſuperius. Cœterum hæc probatio inefficax eſt, etſi enim Doctoratus dignitas ſit largo modo, & impropriè, quia id colligitur ex *cap. quanto de Magiſtris*, & ita teneant *ibidem* Abbas, Ioannes Ananias, Felinus,

& alij, & colligitur ex Gloſſ. *in l. Iulia, ff. ad l. Iuliam, de vi pub.* & expreſsè teneant Silueſter *in Summa verbo Doctor. q.* 1. & Theſaurus *in praxi par.* 2. *verbo Medici cap.* 1. ex alijs, nihilominus propriè, & rigoroſè loquendo Doctoratus (multò minus alij gradus) dignitates non ſunt, vt rectè Suarez 5. *tom. in* 3. *par. diſp.* 16. *ſect.* 2, *num.* 4. & dixi *ſup.* loco relato. Ratio eſt, non ſolum quia in Bullis, & decretis Summorum Pontificum, & Sacrarum Congregationum ſæpè ſæpius ponuntur vt diſtincta gradus, & dignitates, cum loquuntur de pœnis, quas incurrunt tranſgreſſores ipſorum; ſed etiam, quia iuxta dicta *to.* 2. *cap.* 13. *num.* 2. dignitas eſt adminiſtratio cum iuriſdictione, iſti autē gradus nullam iuriſdictionem important. Etſi Doctor actu legens habere dicatur iuriſdictionem ordinariam ſuper ſcholares, vt ex varijs iuribus probat Silueſter ſupra. Ratio ergo quare prædictorum graduū non ſint capaces illegitimi eſt, quia iuxta dicta eo *cap.* 13. *num.* 6. huiuſmodi gradus ſunt veluti perſonatus in Religione, cum importent prę eminentiam, ſeu præcedentiam ſine iuriſdictione, quod eſſe de ratione perſonatus, dixi eo loco *num.* 2. Ex quo infertur illegitimos non eſſe illorum capaces ante diſpenſationem, ſiquidem iuxta dicta *ſupra* non ſunt capaces perſonatuum. Accedit quod Sixtus quintus in Bulla *Cum de omnibus in* 2. *tom. Bullarij num.* 71. illegitimos incapaces eſſe graduum honorum, & dignitatum ſui Ordinis, declarauit. Neque obſtat, quod ipſe Sixtus in alia Bulla *Ad Romanum*, vbi priorem moderatus eſt, declarauit etiam *appellatione dignitatum, honorū, graduū, debere intelligi Præpoſitatus, Abbatiatus, Prioratus, Guardianatus, Cuſtodiatus, Prouincialium, ac Generalium Superiorum officia, & alia his ſimilia cum honore, & ſuperioritate coniuncta*. Quia, vt ipſemet Pontifex ibidem etiam declarat, hoc ſolum intelligitur de illegitimis, qui ex *ſacrilegio, vel inceſtu geniti* non ſunt. Qui ergo ex ſacrilegio, vel inceſtu geniti fuerunt incapaces erunt in Religione dictorum graduum, etiam ex iure dictæ Sixtinæ.

9 Inhabiles etiam ſunt prædicti Illegitimi ad quæcunque beneficia, ſiue ſæcularia, ſiue Regularia, iuxta dicta *tom.* 2. *cap.* 18. *num.* 34. & *ſup. verbo Beneficium, & Beneficiati*.

10 Inhabiles etiam erant prædicti Illegitimi ad habitum, & profeſſionem Regularem ex vi Conſtitutionis Sixti 5. *Cum de omnibus*, quam retuli *ſup. & to.* 1. *c.* 24. *n* 21. Quia tamen hæc Conſtitutio moderata fuit per Gregoriū 14. & Clem. 8. iuxta ibidē dicta, ideo quoad hoc attendendum eſt ad particularia iura Religionum. An verò licitè admittantur ad Religiones, dixi eo loco, & de eo conſulendæ ſunt Religionum Conſtitutiones.

11 De incapacitate porrò quam Illegitimi habent ad bona ſuorum

parentum

parentum hæreditanda, vel obtinenda, quia parum inſtituto noſtro, quod præcipuè eſt de Regularium inſtructione, quo ad ſorum conſcientiæ deſeruit, agere prætermittimus. Videatur Molina *to.* 1. *diſp.* 166. Sanchez *cap.*4. relato. Theſaurus *ſup.cap.*3.

12 Nota tamen primo, pro his, quæ dicta ſunt, quod filij nati ex Matrimonio nullo ob aliquod impedimentum dirimens occultum, ſi tamen illud Matrimonium in facie Eccleſiæ contractum fuerit, ſunt legitimi, & capaces omnium prædictorum. Ratio eſt, quia iure canonico tales habentur pro legitimis, vt conſtat ex *cap. ex tenore qui filij ſint legitimi*, vbi cum quidam coniugatus viuente vxore contraxiſſet cum alia, & ex ea ignorante primum viri Matrimonium genuiſſet filium, talis vocatur legitimus. Suarez *tom.*5.*in* 3.*par. diſp.*50. *ſect.* 1. *num.*6. Cornexo *d. dub.*1. Ex quo rectè colligunt id procedere non ſolum quando vterque coniux bona fide contraxit, ſed etiam quando hęc bona fides in altero tantum fuit, nam in caſu illius *cap. ex tenore* ſola mater bonam fidem habuiſſe dicitur. Adde, quod cum eſt dubiũ de bona fide parentum, ſemper præſumitur eos bona fide contraxiſſe, dum non probantur mala id feciſſe. Couarrub.*par.* 2.*de Matr.cap.*8. §.1.*num.*4. Peirinis *ſup.num.*106. In caſu etiam dubij de validitate Matrimonij, quoad vſque à Iudice feratur ſententia de nullitate ipſius, filij ex eo geniti cenſentur legitimi, & eſſe in bona fide. Per regulam in *ca.ſi virgo.*34.*q.*2.& *cap. cum inter qui filij ſint legitimi*. Couarrubias *ſup.num.*6. Sayrus *ſup. num.*33. Peirinis *ſup.num.* 109. & 110.

13 Nota ſecundo, quod filij illegitimi legitimantur per ſubſequens Matrimonium. *cap. Conqueſtus, & cap. tanta, qui filij ſint legitimi*. Suarez *d.ſect.*1. *num.*2. Garzia *de Benefic. par.* 7. *cap.*2. *num.*28. & fiunt habiles ad omnia, etiam ad Cardinalatum, & Papatum. Theſaur. *ſup.cap.*2. ex Vgolino, & alijs. Etiam ſi Matrimonium illud contrahatur ab infirmo prope mortem, cum tale matrimonium ſit verum, ac per conſequens gaudere debeat priuilegio dicti *cap. conqueſtus, & tanta*. Couarruuias *ſup.* §. 2. *num.* 10. Sayrus *ſup.cap.* 10. *num.* 22. Etiam ſi tale Matrimonium ſolum ſit ratum, propter eamdem rationẽ. Sa *in Summa verbo Filius num.*17. Modò tamen tempore generationis parentes ſint habiles ad contrahendum inter ſe, nam ſi aliquis eorum fuerit Matrimonio copulatus, vel aliud ſimile impedimentum dirimens interceſſerit, etiam ſi poſtea ablato impedimento Matrimoniũ contrahant, filij prius habiti erunt illegitimi. Ita enim habetur *d.cap. tanta*. Suarez *ſup.* Peirinis *num.*114. apud quos alia. Vnde infertur, quod filij ſpurij nunquam legitimantur per ſubſequẽs Matrimonium, quia ſpurij, vt dictum eſt, ſunt illi, qui generantur à parentibus, qui tẽpore generationis contrahere non poterant. Garzia *ſupra num.* 33.

Henri-

Henriquez *lib.* 11. *cap.* 20. §. 3. Addunt plures id esse verum etiam si spurcitatis causa ab altero, vel ambobus coniugibus ignoretur. Suarez *sup. num.* 5. Alij verò oppositum probabile existimant. Petrinis *sup. num.* 117. Solum ergo filij naturales sunt illi, qui per subsequens Matrimonium parentum legitimantur. Solum enim ipsorum patentes tempore copulæ contrahere poterant. Sanchez *sup. dub.* 3. Sic autem legitimati habiles redduntur ad omnia sicut legitimi, scilicet ad Ordines, dignitates, &c, etiam Episcopalem. Sayrus *sup. num.* 3. Henriquez *sup.* §. 2.

14 Nota tertiò, quòd filij illegitimi, etiam spurij, habiti ex incestu, vel alio impedimento irritante, legitimantur etiam per subsequens Matrimonium celebratum cum dispensatione Papæ cum clausula illa, *Prolem susceptam, si qua est, & suscipiendam exinde legitimam decernendo*. Hanc enim vim habent verba Papæ. Garzia *supra num.* 40. Sanctarellus *variar. quæst.* 22. *num.* 11. Legitimari etiam possunt à Papa, & à Principe sæculari, licet diuersimodè, nam à Papa legitimati possunt, quoad inhabilitates iure Canonico introductas, & in aliquibus casibus, etiam quoad inhabilitates ad sæcularia, & iure ciuili impositas, à sæculari verò Principe, non nisi quoad inhabilitates sæculares, de quo & alijs concernentibus Molina *tom.* 1. *de iust. Tract.* 2. *disp.* 171. & 173. & Thesaur. *supra*. Vnde collige, quod legitimatus à Principe si intret Religionem non censetur dispensatus ad officia Ordinis, quia Princeps non potest tollere impedimenta canonica. Portellus *in dub. Regular. verbo Illegitimus, num.* 5. Diana 3. *par. tract.* 2. *Resolut.* 102.

15 Nota quartò, quod filij expositi, quorum parentes, etiam facta sufficienti diligentia omnino ignorantur, licet à pluribus inter illegitimos censeantur, quia vt in plurimum tales ex turpi conceptione sint nati, & in obscuris inspici soleat, quod est verisimilius, iuxta regulam Iuris (Bonacina *de Censuris disp.* 7. *quæst.* 2. *punct.* 3. *num.* 10. post alios, quos refert) valde tamen probabile est, eos esse legitimos censendos, quia experientia compertum est oppositum sæpè contingere, scilicet quod legitimè vxorati, propter aliquas causas, paupertatem præcipuè, suos filios legitimos exponant. Quapropter in re dubia pars benignior est amplectenda. Quam tenent Sa *supra verbo Filius n.* 8. Flauius Cherubinus *in Compend. Bullar.* 2. *tom. in Constit.* 44. *Gregor.* 13. *Scholio* 1. alijs relatis, & Cornexo *supra* ex Bulla quadam Gregorij 14. anno 1591. quam tamen non vidi. Diana *par.* 2. *Tract.* 15. *Resolut.* 22. & *par.* 4. *Tract.* 2. *Resolut.* 58. Suarez etiam *sup. sect.* 4. *num.* 4. Licet enim oppositam sententiam dicat securam, & consulendam, istam vero probabilem etiam in praxi putat. Quare ad intentũ

Regula-

Incipiunt Psalmi

Psalmus primus

Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum et in via peccatorum non stetit et in cathedra pestilentiae non sedit sed in lege domini voluntas eius et in lege eius meditabitur die ac nocte et erit tamquam lignum quod transplantatum est secus decursus aquarum quod fructum suum dabit in tempore suo et folium eius non defluet et omnia quaecumque faciet prosperabuntur non sic impii non sic sed tamquam pulvis quem proicit ventus a facie terrae propterea non resurgent impii in iudicio neque peccatores in consilio iustorum quoniam novit dominus viam iustorum et iter impiorum peribit

Psalmus secundus

Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania astiterunt reges terrae et principes convenerunt in unum adversus dominum et adversus christum eius dirumpamus vincula eorum et proiciamus a nobis iugum ipsorum qui habitat in caelis irridebit eos et dominus subsannabit eos tunc loquetur ad eos in ira sua et in furore suo conturbabit eos ego autem constitutus sum rex ab eo super sion montem sanctum eius praedicans praeceptum domini dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae reges eos in virga ferrea et tamquam vas figuli confringes eos et nunc reges intellegite erudimini qui iudicatis terram servite domino in timore et exultate ei cum tremore apprehendite disciplinam ne quando irascatur dominus et pereatis de via iusta cum exarserit in brevi ira eius beati omnes qui confidunt in eo

Psalmus tertius

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me multi insurgunt adversum me multi dicunt animae meae non est salus ipsi in deo eius tu autem domine susceptor meus es gloria mea et exaltans caput meum voce mea ad dominum clamavi et exaudivit me de monte sancto suo ego dormivi et soporatus sum exsurrexi quia dominus suscepit me non timebo milia populi circumdantis me exsurge domine salvum me fac deus meus quoniam percussisti omnes adversantes mihi sine causa dentes peccatorum contrivisti domini est salus et super populum tuum benedictio tua

Psalmus quartus

Cum invocarem exaudivit me deus iustitiae meae in tribulatione dilatasti mihi miserere mei et exaudi orationem meam filii virorum usquequo gravi corde ut quid diligitis vanitatem et quaeritis mendacium et scitote quoniam mirificavit dominus sanctum suum dominus exaudiet me cum clamavero ad eum irascimini et nolite peccare quae dicitis in cordibus vestris et in cubilibus vestris compungimini sacrificate sacrificium iustitiae et sperate in domino multi dicunt quis ostendit nobis bona signatum est super nos lumen vultus tui domine dedisti laetitiam in corde meo a fructu frumenti vini et olei sui multiplicati sunt in pace in idipsum dormiam et requiescam quoniam tu domine singulariter in spe constituisti me

Psalmus quintus

Verba mea auribus percipe domine intellege clamorem meum intende voci orationis meae rex meus et deus meus quoniam ad te orabo domine mane exaudies vocem meam mane adstabo tibi et videbo quoniam non deus volens iniquitatem tu es non habitabit iuxta te malignus neque permanebunt iniusti ante oculos tuos odisti omnes qui operantur iniquitatem perdes omnes qui loquuntur mendacium virum sanguinum et dolosum abominabitur dominus ego autem in multitudine misericordiae tuae introibo in domum tuam adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos dirige in conspectu meo viam meam quoniam non est in ore eorum veritas cor eorum vanum est sepulchrum patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant iudica illos deus decidant a cogitationibus suis secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos quoniam irritaverunt te et laetentur omnes qui sperant in te in aeternum exultabunt et habitabis in eis et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum quoniam tu benedices iusto domine ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos

Psalmus sextus

Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me miserere mei domine quoniam infirmus sum sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea et anima mea turbata est valde et tu domine usquequo convertere domine et eripe animam meam salvum me fac propter misericordiam tuam quoniam non est in morte qui memor sit tui in inferno autem quis confitebitur tibi laboravi in gemitu meo lavabo per singulas noctes lectum meum lacrimis meis stratum meum rigabo turbatus est a furore oculus meus inveteravit inter omnes inimicos meos discedite a me omnes qui operamini iniquitatem quoniam exaudivit dominus vocem fletus mei exaudivit dominus deprecationem meam dominus orationem meam suscepit erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei convertantur et erubescant valde inimici mei velociter

fatione, dictum est eo *cap.* 18. *num.* 60. & sequentibus, & *tom.* 2. *c.* 12. *num.* 21. & *cap.* 13. *num.* 50. Quibus addendum est, Portellum in *Dub. Regular. verbo Illegitimus num.* 9. & *in Responsionib. moralib. par.* 3. *casu* 24. *num.* 2. afferre priuilegium quoddam concessum Religiosis S. Ioannis Euangelistę in Portugallia, in quo habetur, vt admissus ad Professionē inter illos, si habet defectum natalium ipso facto sit dispē-satus non solum ad Ordines, sed etiam ad omnia solita gubernari per Fratres illius Ordinis, Prioratus, Rectorias, &c. quo priuilegio gaudere dicit Fratres Minores, idemque diceret de alijs Religionibus habē-tibus generalem cōmunicationem priuilegiorum omnium Religionum, quales sumus Carmelitæ, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 17. Sed quamuis ipse asserat prædictum priuilegium esse in praxi apud prædictos Religiosos: quia tamen non mihi constat an sit viuæ vocis oraculo concessum, ac per consequens reuocatum his temporibus, iuxta sæpius dicta, vel esto, quod tale non sit, quia reuocatum etiam videtur per reuocationem generalem similium priuilegiorum factam per Sixtū 5. in duabus Constitutionibus, de quibus *tom.* 1. *cap.* 18. *n.* 69. dixi, præsertim in secunda, vbi expressè etiam nominantur illi, qui *eo ipso per ingressum Religionis* legitimati erāt, & moderatis per Gregorium 14. in Bulla *Circumspecta*, de qua eo loco dixi. Ideo non audeo dicere posse nos, aut aliquos alios Religiosos tali priuilegio vti. Idē dico de alio priuilegio pro Fratribus Hieronymianis, quod refert idē Portellus loco relato *ex Dub. Regular. n.* 10. Et de alio Eugenij 4. inserto in alio Iulij 2. pro Congregatione Monachorum Cassinensium, quod refert Tamburinus *de Iure Abbatum tom.* 1. *in fine*. In quo dictis Monachis conceditur, quod qui defectum natalium patiuntur, huiusmodi defectu non obstante ad Prælaturas in eorum Monasterijs liberè valeant prouideri. Solum ergo propter priuilegium eiusdem Gregorij 14. pro Clericis Regularibus Ministris Infirmorum, quod retuli eo *num.* 60. possunt illi, & qui communicant cum illis in priuilegijs dispensari à suis Superioribus. Vide Peirinis, & Dianam ibi relatos, ac Tamburinum *de Iure Abbat. tom.* 1. *disp.* 5. *quæst.* 14. *nu.* 10. Idem dico de Clericis Regularibus de Somascha propter priuilegium Clementis 8. in 3. tomo Bullarij inter Constitutiones huius Pontificis *num.* 22. Ibi enim Pontifex ipsis concedit quod possint in defectu natalium dispensari à Præposito generali cum voto Consiliariorum à Capitulo generali deputatorum, ad dignitates, & officia Ordinis. An autem Religiosus illegitimus præfici possit in ea Religione, in qua eius pater Prælatus fuit, dixi probabilem esse partem affirmatiuam eo *num.* 60. etsi oppositum satis probabiliter defendant Sigismūdus à Bononia *de elect. d.* 75. & Peirin. loco relato ex *tom.* 2. *de Prælato*

*lato num.*137. & sequentibus. Vide aliquas declarationes S. Congregationis ad intentum apud Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo Illegitimus, & verbo Filius illegitimus.*

18 Circa dispensationem verò Regularium illegitimorum ad beneficia, dicendum, quod si ea sint sæcularia, indigent Papæ dispensatione, sicut & collatione ab ipso facienda, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.*2. *n.*17. *& tom.*2. *cap.*18. *num.*1. Si verò fuerint Regularia, Rodriguez *tom.* 1. *quæst. Regular. quæst.*13. *art.*6. dicit Generalem Ordinis S. Hieronymi habere priuilegium ad eam dandam ex Paulo 3. & Eugenio 4. dummodo tale beneficium nõ sit perpetuum. In iure etiam communi stãdo, *cap.*1. *de fil. Presb. in* 6. licet ad beneficia curam animarum habentia non possit Illegitimus ab alio, quam à Papa dispensari; benè tamen ad beneficia, quibus cura non imminet animarum. Cornexo *sup. dub.*2. Bonacina *d. punct.*3. *num.*15. Ex quo colligi videtur etiam Prælatum Regularem, qui iurisdictione quasi Episcopali fruitur, posse dispensare cum suo subdito Regulari ad beneficium Regulare curam animarum non habens. Addunt aliqui posse Episcopum dispensare super illegitimitate ex delicto occulto proueniente, iuxta Conc. Trident. *sess.*24. *cap.*6. (Auila *de Censur. par.*7. *disput.*3. *dub.*7. & probabile censet Cornexo *supra)* Quod si esset verum, etiam possent Prælati aliqui Regulares id facere cum suis subditis, propter priuilegium Pij 5. quod retuli *tom.*1. *cap.*18. *num.*31. & refertur à Confettio *in Collectan. Litterar. Apostolicar. & priuileg. Regular. Mendicant. in Pio* 5. *num.*10. vbi facultas concessa Episcopis à Concil. Trident. eo loco, conceditur etiam Prælatis Dominicanorum pro suis subditis immediate tamen per ipsos Prælatos exercenda, prout indicat Peirinis loco relato *num.* 143. Verumtamen, quia probabilius est facultatem à Concilio eo loco Episcopis tributam solum esse respectu irregularitatum, seu suspensionum ex delicto occulto ipsorum irregularium, vel suspensorum prouenientibus, non ex delicto occulto aliorum, prout contingit in illegitimitate (Rodriguez *sup. art.* 6. Suarez *sup. sect.* 5. *num.*5. Bonacina *sup.*) ideo oppositum est probabilius.

Quamuis etiam Bordonus supra *num.*37. indicare videatur Prælatos Regulares posse dispensare cum illegitimis ad obtinẽdos gradus, etiam iure communi, propter *cap.* 1. *de filijs Presbyterorum in* 6. nihilominus dicendum est contrarium. Et si enim in eo capite concedatur Episcopo facultas dispensandi cum illegitimis in beneficio simplici, cui cura animarum non imminet, quod etiam videatur dicendum de Prælatis Regularibus, cum ipsi habeant iurisdictionem quasi Episcopalem; non tamen propterea potest Episcopus in personatu, vel dignitate, etiam sine cura, dispensare, vt expressè habet glossa *ibi*

verbo

verbo Beneficium, & sequuntur Henriquez, Auila, Azor, Garzia, & alij quos refert, & etiam sequitur Barbosa *de Officio, & potestate Episcopi, Allegat. 45. num. 29.* Quod potiori ratione dicendum est de Prælatis Regularibus. Præsertim cum isti gradus personatus quidam sint, vt dictum est Solum ergo ex priuilegijs adductis id facere possūt.

19 An possint familiares Regularium legitimari à Prælatis ipsorum ad obtinenda beneficia, vide dicta *tom. 2. cap. 16. num. 26.* ex Rodriguez, & alijs.

20 Alia pro hac materia, vide infra verbo *Irregularitas*.

IMMVNITAS ECCLESIARVM.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num. 1.
In quo consistat Immunitas Ecclesiarum. ibidem.
Hoc priuilegio gaudent Ecclesiæ consecratæ. num. 2.
Item benedictæ, & alia loca Sacra. ibidem.
Quid de alijs locis illis adiunctis. ibidem.
De Sacerdote portante Sanctiss. Sacramentum. ibidem.
Monasteria, & domus Regularium gaudent eodem priuilegio. n. 3.
Quid de priuatis Oratorijs. num. 4.
Omnes fideles bāptizati gaudere possunt hac Immunitate. num. 5.
Quid de Hæreticis, Iudæis, Paganis, Cathecumenis, Excommunicatis &c. ibidem.
Quid de Religiosis, & Clericis. num. 6.
In quibus casibus suffragetur hæc Immunitas Ecclesiastica. num. 7.
Excluduntur ab illa latrones publici. num. 8.
Viarum grassatores &c. num. 9.
Depopulatores agrorum. num. 10.
Homicidæ in Ecclesijs. num. 11.
Quomodo id intelligendum. ibidem.
An cōmittentes alia crimina in Ecclesijs potiātur hac Immunit. ibid.
Priuantur ilia Proditores. num. 12.
Item rei criminis assassinij num. 13.
Et rei criminis hæresis. num. 14.
Ac rei criminis læsæ Maiestatis. num. 15.
Criminosi quibus suffragatur hæc immunitas. num. 16.
De Apostatis Regularibus quid dicendum. num. 17.
Effectus huius immunitatis. num. 18.

An

An in Eccleſia exiſtens poſſit priuari armis. num. 19.
Quis reus potiatur hac immunitate. num. ibidem.
De culpa, & pœnis extrahentium reos. num. 20.
Quæ pœnæ illis ſint impoſitæ. num. 21.
Praxis Regularium circa reos ad eorum Eccleſias confugientes. n. 22.
An teneantur illis de victu prouidere. num. 23.
Quid de bannitis. num. 24.
Quid de reis, qui gaudere non poſſunt immunitate Eccleſiaſtica. n. 2
Ex Conſtitutione Gregorij 14. *num.* 25. 26. 27.
Iudices ſæculares in quibus caſibus poſſunt extrahere reos. num. 28.
Quo pacto id faciendum. ibidem.
Contra Miniſtros Curiæ violentiam aliquam exercentes. num. 29.

1 DE hac re nonnulla cæpi dicere *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 83. & ſupra verbo *Bannitur num.* 8. In præſenti verò pro materiæ, etiam Regularibus neceſſariæ, complemento plura dicenda, præſertim primo, quibus locis Sacris, ſeu Eccleſijs competat ius hoc Immunitatis. Secundò, qui delinquentes illa gaudeant. Tertiò in quibus caſibus. Quartò, quos effectus pariat. Quintò, quam culpam, aut pœnam incurrant illam violantes. Sextò, magis ad praxim Regularium, quomodo ſe gerere debeant ipſi cum maleſactoribus ad ſuas Eccleſias, vel loca confugientibus, maximè ſi à Iudicibus ſæcularibus requirantur. Supponitur autem pro dicendis hanc Immunitatem in eo conſiſtere, vt Eccleſia, ſeu loca Sacra ſint tanquã aſylũ quoddam ad ſe confugientium, ita vt delinquentes, qui ad illa confugiunt, ex eis extrahi per vim non poſſint. Hoc enim priuilegium competit Eccleſijs, ſeu locis Sacris iure Eccleſiaſtico 17. *q.* 4. *ca. miror. ca. Reum, ca. Frater. ca. ad Epiſcopos, ca. nullus. ca. Si quis contumax, ca. metuentes, ca. diffiniunt, ca. id conſtituimus,* & *cap. Inter alia de Immunit. Eccleſ.* Maximè ex Conſtitutione Gregor. 14. *Cum alias*, quam retuli dicto *num.* 83. & de qua poſtea ſæpius. Iure etiam ciuili ex *C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt.* Eſtque ſatis conforme iuri diuino veteris legis, quo non ſolum inſtitutæ erant Ciuitates refugij pro delinquentibus, ſed etiam ipſum templum Salomonicum eo priuilegio frui videbatur, prout colligitur probabiliter ex Exodi 21. & 3. *Reg.* 1. De quibus ex antiquioribus Bacconius *in* 4. *diſt.* 12. *art.* 1. & ex Neotherius, Couarrub. *Reſolut. cap.* 20. *nu.* 2. Rodriguez *to.* 2. *q. Regular. quæſt.* 50. *art.* 1. Suarez *tom.* 1. *de Relig. Tract.* 2. *lib.* 3. *c.* 8. *n.* 9. & ſeqq. Laymann. *lib.* 4. *Tract.* 9. *c.* 3. *n.* 1. Bordon. *Reſolut.* 1. & alij.

2 Ergo ad primum dicendum hoc priuilegio gaudere primo Eccleſiam conſecratam; ea enim eſt locus Sacerrimus. Siluester *in Sũma*

ma verbo Immunitas 1.num.2. & verbo Immunitas 3. num.1. Sanchez *tom.2.conſil.Moral. lib.6. cap.1. dub.7. num.2.* Deinde Eccleſia etiam non conſecrata, ſed benedicta, quia etiam illa eſt locus Religioſus, Deo Sacer, & perpetuò dicatus. Bacconius *in 4. diſt.13 ar.1.* Suarez *ſup.cap.9. num.1.* Bonacina *de legib. diſp.3 q.7. de Immunitat. Eccleſiar. §.2. num.1.* Item Eccleſia non conſecrata, nec benedicta, ſi obſequijs diuinis dedicata ſit, & in ea diuina Officia celebrentur, ex *cap.Eccleſiæ de Immunit.Eccleſiar.* Suarez *ſup.num.2.* Bonacina *ſup. num.2.* Addunt plures id eſſe, quando Eccleſia auctoritate Epiſcopi eſt fundata, quod etſi verum ſit in Eccleſijs ſæcularibus, & ſæpius in Regularibus, in iſtis tamen non ſemper, cum conſtet ex dictis ſupra verbo *Eccleſia num.5. & 9.* aliquos eorum poſſe ex priuilegijs in aliquibus caſibus ponere primarium lapidem in Eccleſijs, & eas benedicere. Quare priuilegiũ hoc extendi videtur ad dictas Eccleſias, cũ loca Sacra ſint Deo in perpetuum dicata, & *nullis temerarijs artibus prophananda, c.penult.de Immunit.Eccleſiarum*. Sic colligo ex Layman. *ſup. nu.2.* Competit etiam hoc priuilegium dictis Eccleſijs etiã ſi in illis Officia diuina celebrata adhuc non fuerint. Silueſter dicto verbo *Immunitas 1. num.2.* Sanchez *ſupra*. Interdictæ quoque, vel etiam violatæ Eccleſiæ iſtud obtinent Immunitatis priuilegium, quia pollutio, aut Interdictum Eccleſiæ non tollit immunitatem ab ipſa, nec operantur pluſquam Canones præſcribunt. Suarez *ſup. num.9.* Layman *ſup.num.2.* Item dirutæ, & deſtructæ, etiam ſine auctoritate Superioris, ſi adſit refectionis ſpes, quia non propterea perdunt ſuum priuilegium. Bonacina *ſup. num.4.* Barboſa *de Iure Eccleſiaſt. lib.2. cap.3. num.62.* poſt alios, quos refert. Cœmeterium quoque, ſiue conjunctum, ſiue ſeparatum, obtinet idem priuilegium, iuxta dicta ſupra verbo *Cœmeterium num.3.* Item atrium, ſeu porticus Eccleſiæ adhærens, *ca.ſi quis contumax 17.q.4.* Layman *ſup. num.2.* Barboſa *ſupra num.64.* Item fores, & ianua ipſius Eccleſiæ, ſi a delinquentibus tangãtur, eo quod erant clauſa. Sanchez *ſup.* Barboſa *ſup. nu.65.* Imo ſchalæ Eccleſiæ, ex declaratione S.Congregationis, prout ex Farinacio refert idem Barboſa *num.66.* Extenditur idem priuilegium ad fines, ſeu confinia Eccleſiæ, vſque ad quadraginta paſſus, ſi fuerit Eccleſia Baſilica, ideſt Matrix, ſeu Metropolis. Si autem fuerit Eccleſia minor vſque ad triginta paſſus, *ca. ſicut antiquitus, ca. diffiniunt, & ca. quiſquis 17.q.4.* Silueſter *ſup.dicto verbo Immunitas 3. num.1.* Sanchez *ſup.* vbi tamen conſuetudo non fuerit in contrarium. Sanchez *ſupra.* Bonacina *num.5.* Declaratum tamen video à S.Congregatione Immunitatis apud Barboſam *in Collectan. Bullar. verbo Immunitas*, quod capanna Eccleſiæ intra triginta paſſus ab ea diſtans, quæ

ſolum-

solummodo seruit pro vsu Ecclesiæ, gaudeat Immunitate. Item hac Immunitate gaudent domus Parochorum, seu Clericorũ intra dictos triginta, vel quadraginta passus positæ. *d.ca.quisquis.* Nauarrus *in Man.cap.*25.*num.*18. Sanchez *supra*. Addit Bonacina *num.*6. id esse verum etiam si tales domos inhabitent laici, nam priuileglum Immunitatis directè concessum est locis. Gaudent quoque eodem priuilegio Hospitalia, & Oratoria auctoritate Episcopi constructa. Siluester *supra*. Nauarrus *sup.num.*17.& 18. Barbosa *sup.num.*67.& 68. Item palatium Episcopi, etiam si separatum sit ab Ecclesia. *ca.id constituimus* 17.*q.*4. Siluester *supra*. Nauarrus *d.num.*18. Licet non leuis controuersia sit an id solum intelligatur de palatio Episcopi intra prædictos passus, an etiam extra illos. De qua Sanchez *sup.* Bonacina *n.*8. Barbosa *num.* 70. ex varijs auctoribus. Gaudere etiam eodem priuilegio Cardinalium palatia, etsi non ex iure scripto, sed ex consuetudine testantur Nauarrus, & Sãchez *supra*. Obserua tamen hoc tempore nõ esse hanc consuetudinem in Vrbe Romana, vt consulatur bono publico, licet forsan alibi conseruetur. Diana *par.*1. *Tract. de Immunit.Ecclesiar.Resolut.* 37. Barbosa *sup. num.*71. Palatia tamen Regum & Imperatoris hac immunitate potiri, supponunt Nauarrus, & Sanchez relati. De Sacerdote portante Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, quod gaudeat hac immunitate, itaut delinquens illum tangens, vel illi appropinquans non possit capi, supponunt etiam piè satis, & probabiliter valde plures Doctores, & ita credo obseruandum, tum propter reuerentiam tanti Sacramenti, tum quia illud dignius est quocunque Templo, Basilica, aut Ecclesia. Bacconius *sup.* doctè, & piè de ea re scribens. Siluester, & Nauarrus *sup.* Suarez *sup. num.* 10. Layman. *supra num.* 4. Licet oppositum tueatur Bonacina *supra num.* 11. ex alijs.

3 Specialiter quoad Regulares spectat gaudent hac immunitate non solum eorum Ecclesiæ, vt dictum, sed etiam Monasteria, seu domus illorum, ita enim supponitur in Constitutione Gregorij 14. relata, & colligitur ex dictis, estque in consuetudine receptum. Siluester *sup.* Portellus *in dub.Regular.verbo Ecclesiæ Immunitas*. Nomine etiam Monasterij intelligitur non solum dormitorium (Nauarrus *sup.n.*17) sed etiam totus circuitus, & habitatio illius, & etiã horti, seu viridaria. Quia totum hoc est locus sacer. Sanchez *sup.* Bonacina *supra num.*7. Quamuis Barbosa *supra num.* 73. contradicat. Vnde si quis confugiens ad Monasterium se proijciat intra muros eorum gaudebit hac immunitate, propter eamdem rationem. Barbosa *num.*74.& 75. ex Gambacurta, & alijs. Bene etiam addens *num.* 76. ex eodem Gambacurta domos, seu villas quas Religiosi habent recreationis gratia

(intellige separata ab Ecclesijs eorum) non gaudere illa.

4 Nec gaudent hac immunitate priuata Oratoria, quæ in priuatis domibus reperiuntur, quia ea non sunt Ecclesiæ. Sanchez *supra*, contra Henriquez. Nec capellæ priuatorum Prælatorum, prout ex aliquibus declarationibus S. Congregat. Episcop. & Regular. tenet Barbosa *sup. num. 68. & in Collectan. Bullar. verbo Immunitas*. Nec statuæ Principum, aut domus Magnatum. Nauarrus *supra num.* 18.

5 Circa secundũ de delinquentibus, qui gaudent hac immunitate, certum est omnes fideles baptizatos gaudere illa, cum iura superius adducta sine distinctione loquantur, & vbi ius nõ distinguit, nec nos distinguere debeamus. Nauarrus *sup. num.* 19. Suarez *sup. cap.* 10. *n.* 1. Hæretici etiam, quamuis quoad ipsum crimen hæresis ea non potiantur, iuxta dicenda, quoad alia tamen crimina probabilius est oppositum, quia etsi indigni sint hoc fauore, pia tamen mater Ecclesia in adductis iuribus generaliter loquitur de omnibus, & eos non excludit. Siluester *verbo Immunitas* 3. *quæst.* 3. Suarez *sup. num.* 13. Diana *sup. Resolut.* 29. Benè addens propterea, quod in locis vbi hæretici impunè habitant, possunt propter alia crimina potiri hac immunitate. De Iudæis autem, Paganis, aut Saracenis inter opiniones contrarias, quarum vna asserit gaudere, alia verò negat, probabilior videtur media distinguens. Vel enim tales cum confugiunt ad Ecclesias petunt Baptismum, vel non, si secundum, non gaudent, si primum, gaudent, tum quia par est, quod Ecclesia defendat eos, qui eam matrem habere desiderant, tum quia ita colligitur ex *l.* 1. *C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt*, & ex declaratione S. Congregationis, quam refert Barbosa *supra num.* 44. & Diana *tom.* 5. *in Collectan. nu.* 39. Vnde hanc sententiam tenent Suarez *sup. num.* 11. Bonacina *sup.* §. 3. *nu.* 5. Layman. *sup. num.* 12. Supponitur autem eos non fictè, aut simulatè peterè debere Baptismum, vt Ecclesia eos tueatur, quod ex circunstantijs colligi debet. De Cathecumenis, licet nihil videam à Doctoribus decisum, credo gaudere etiam hac immunitate, quia sunt fideles, etsi non baptizati, & desiderant esse in Ecclesia, etiam quoad numerum, ac per cõsequens æquum est, vt ipsa eos defendat, præsertim cum iura illos non excludant. Demum, de excommunicatis, suspensis, & interdictis dicendum est gaudere Immunitate Ecclesiastica cum nullus textus eos excludat ab hoc communi priuilegio fidelium. Siluester *supra verbo Immunitas* 3. *q.* 3. Nauarrus *sup. num.* 19. & alij.

6 De Religiosis quid sentiendum quoad hoc dixi *t.* 1. *c.* 18. *n.* 83. sed maioris claritatis gratia addendum modo de illis, ac de Clericis, de quibus eadem est ratio, primò, quod in illis raris casibus, in quibus tam Religiosi, quam Clerici sæculares à laica potestate possunt capi,

sine

Digitized by Google

ſine dubio gaudere debent Immunitate Eccleſiaſtica reſpectu Iudicũ laicorum. Ratio eſt, non ſolum, quia iura concedentia hanc immunitatem fidelibus indiſtinctè, & vniuerſaliter loquuntur, ſed etiam quia aliàs eſſent peioris conditionis, quam laici, & præſertim, quia pro illis caſibus reputantur veluti laici. Nauarrus *ſup. num.* 22. Suarez *ſup. d. cap.* 10. *num.* 7. In prædictis autem caſibus, & in quibuſcunque alijs in quibus laici gaudent illa debent etiam prædicti Clerici ſæculares, & Religioſi, ſtando in rigore iuris, illa gaudere reſpectu ſuorum Superiorum reſpectiuè, licet ex conſuetudine rationabili oppoſitum habeatur. Prima pars conſtat non ſolum quia iura indefinitè, & vniuerſaliter loquuntur, & quia aliàs Eccleſiaſtici eſſent peioris conditionis, quã laici, ſed quia Eccleſia multo magis tueri debet domeſticos ſuos, quales ſunt Eccleſiaſtici, quam alios quoſcunque. Couarrubias *variar. Reſolut. lib.* 2. *cap.* 20. *num.* 16. Zerola *in praxi par.* 1. §. *immunitas Eccleſiaſtica ver.* 8. & alij plures quos referunt, & ſequuntur Diana *ſup. reſolut.* 24. & Barboſa *ſup. num.* 137. & ſequentibus. Adde declarationem S. Congregat. Epiſcop. & Regular. de anno 1617. quam refert idem Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Immunitas*, vbi dicitur; *Immunitate Eccleſiaſtica gaudere debent Clerici, qui poſt delicta patrata ad Eccleſias confugiunt extra caſus in Bulla Gregorij* 14. *cõprehenſos, cum in hoc caſu Abbatis opinio communiter ſit reprobata.* Item aliam, quam refert Diana 5. *par. in Collect. harum declarationũ*, in qua deciditur, non poſſe extrahi Clericos, præterquam in caſibus degradatione dignis, & ſi oppoſitum fiat, debere reſtitui. Secunda verò pars, ſcilicet quod oppoſitum obſeruetur ex rationabili conſuetudine, etiam conſtat, non tantum ex vniuerſali praxi Eccleſiæ, ſed etiam quia Immunitas Eccleſiæ non debet præiudicare Prælatis ipſius, & præcipuè, quia cum Clerici ſæpius maneant in Eccleſijs, vel iuxta eas, Religioſi ferè ſemper in Monaſterijs, & Moniales ſemper, ſi talia loca gauderent hac immunitate pro ipſis, vix poſſent puniri a ſuis Superioribus, & ſic ipſorum delicta impunita manerent. Rodriguez *tom.* 2. *quæſt. Regular. q.* 50. *art.* 4. Suarez *ſup. num.* 6 Layman. *ſupra num.* 11. & alij. Dicendum tertiò, id etiam eſſe verum, quando delinquunt in locis Sacris extra Eccleſiam, & cœmeterium, ſcilicet quod in rigore iuris gaudere tunc poſſent immunitate, licet non ex conſuetudine. Ratio primæ partis eſt, quia licet textus *in cap. fin. de Immunit. Eccleſiarum*, & Gregor. 14. in Conſtitutione relata decernant, quod committentes homicidia, & mutilationes membrorum in Eccleſijs, vel cœmeterijs non potiantur Immunitate Eccleſiaſtica, non tamen decernunt, quod committentes illa, vel alia crimina in alijs locis ſacris, *v.g.* domibus annexis Eccleſijs, clauſtris, dormitorijs, illa

Dunelmensis ecclesie. Et ut hec mea donacio et concessio firma et stabilis
permaneat, hanc cartam sigilli mei impressione roboravi. Hiis testibus
Willelmo de Vescy, Willelmo de Hilton, Willelmo de Bolebec, Willelmo
de Ellerker, Willelmo de Ros, Willelmo de Percy, Willelmo de Ferrariis,
Willelmo de Bolebec, Willelmo de Ellerker, Willelmo de Ros, Willelmo
de Percy, Willelmo de Ferrariis, Willelmo de Bolebec, Willelmo de

ta, vel publicas ſtratas obſident, iuxta *l.* 1. *C. quando liceat vni.* Bonacina *ſupra*.

10 Item *Depopulatores agrorum*, ideſt, qui alienos agros diripiunt, ſegetes, ſeu fructus ſurripiunt, ſeu agros, aut vineas vaſtant, *l.* 1. *C. quando liceat.* Ambroſin. *de Immunit. Eccleſ. cap.* 4. Tales enim exprimuntur in dicta Conſtitutione Gregorij. Pro quo nota, quod licet in dicto *cap. inter alia* ſolum fieret mentio *depopulatoris nocturni.* in Cõſtitutione tamen Gregorij ſermo eſt de quolibet depopulatore, ſiue nocturno, ſiue diurno. Bonacina *ſup. num.* 6. Barboſa *ſup. num.* 87.

11 *Quiuè homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſijs, earumuè cœmeterijs committere non verentur.* Iſti enim priuantur hoc priuilegio expreſsè non ſolum *cap. Immunitatem de Immunitat. Eccleſ.* ſed etiam in dicta Conſtitutione Gregorij. Et ratio diſpoſitionis eſt, quia par non eſt, vt Immunitate Eccleſiæ fruatur, qui in illa deliquit, iuxta *cap. fruſtra de vſur. & d. cap. Immunitatem.* Silueſter *verbo Immunitas* 3. *quæſt.* 2. Nauarrus *ſup. num.* 20. Pro quo nota primò, id eſſe verum, ſiue hæc delicta commiſſa ſint ſub ſpe immunitatis Eccleſiæ, ſiue ſine illa. Pontifex enim indiſtinctè loquitur, nec videtur reſpicere animum delinquentis, ſed factum ipſum Eccleſiæ iniurioſum. Nauarrus *d. num.* 20. Suarez *ſup. cap.* 11. *num.* 6. Nota ſecundò, id etiam eſſe verum pro caſu quo quis in vna Eccleſia commiſerit illa crimina, & confugerit ad aliam, quia adhuc verum eſt iſtum perpetraſſe illud delictum in Eccleſia. Couarrubias *lib.* 2. *variar. c.* 20. *num.* 15. Sanchez *ſupra num.* 16. Nota tertiò, id etiam eſſe verum, quando quis extra Eccleſiam exiſtens aliquem in Eccleſia exiſtentem plumbea pila, ſagitta, aut lapide in eum miſſis, mutilat, vel occidit, quia iſte etiam dicitur in Eccleſia occidere, vel mutilare. Couarrubias *ſupra*. Suarez *ſup. num.* 7. Idem dico quando è contra aliquis intra Eccleſiam exiſtens alium extra exiſtentem occideret, vel mutilaret, propter eamdem rationem. Silueſter *ſup. q.* 6. Nauarrus *ſup. num.* 21. Licet oppoſitum teneat Bonacina *ſup. nu.* 8. Nota quartò, quod licet Suarez ſupra velit idem eſſe dicendum de eo, qui intra Eccleſiam exiſtens mandauit occidere, vel mutilare alium extra Eccleſiam exiſtentem; credo tamen probabilius eſſe contrarium, quia mandare occidere, ſeu mutilare non eſt verè occidere, vel mutilare, de quo ſolum loquitur Pontifex. Præſertim quia cenſura impoſita contra aliquid facientes nõ extenditur ad mandantes, niſi exprimantur, ergo ſimiliter priuatio immunitatis impoſita contra occidentes, vel mutilantes, non extenditur ad mandantes. Bonacina *ſup.* ex Deciano, & Ambroſino. Quintò nota, quod licet aliqui velint dictam deciſionem procedere etiam in caſu, quo quis ea delicta committat prope Eccleſiam, vel cœ-

meteriuni , maximè si præsumptio sit id feciſſe , vt breui tempore poſſet confugere ad Eccleſiam (Couarrubias dicto *num.* 15. Sanchez *sup. num.* 20.) probabilius tamen credo oppoſitum, quia cum nec in *cap. Immunitatem* adducto , nec in Conſtitutione Gregorij fiat mentio , niſi ſolum de illis, qui hæc crimina committunt in ipſis Eccleſijs , vel cœmeterijs , non eſt cur id extendatur ad illos, qui vel extra Eccleſiã, vel cœmeterium quacunque intentione id fecerint, ea crimina patrauerint . Suarez *ſup. num.* 9. Layman. *ſup. num.* 7. Diana *ſup. Reſol.* 3. & alij apud ipſum . Sextò nota, quod licet Pontifex Gregorius in dicta Conſtitutione dixerit, quod qui *homicidia, & mutilationes membrorum* in Eccleſia, vel cœmeterio committere non verentur, vtendo coniunctione illa *&* , quod etiam habetur ex dicto *cap. Immunitatem* , qua denotari videtur vtrumque requiri , vt quis priuetur hoc priuilegio, veriſſimum tamen eſt contrarium, ſcilicet ſufficere vnum, vel alterum, ſcilicet occidere, vel mutilare, tum quia talis eſt vt credo praxis totius Eccleſiæ, tum quia aliàs dici deberet, quod occidens, & non mutilans, prout fieri poteſt, non priuaretur immunitate , quod eſt abſurdum. Nec nouum eſt dictionem *&* aliquando ſumi diſiunctiuè , iuxta dicta ſupra verbo *dictio num.* 19. Bonacina *ſup. num.* 10. Septimò nota, quod committens talia crimina in alijs locis Sacris, quæ nõ ſunt Eccleſia, vel cœmeterium, non priuatur hac immunitate . Si quidem *d. cap. Immunitatem* , & Gregorius expreſsè ſolum loquuntur de ea committente in Eccleſijs, vel cœmeterijs, & cum ſimus in pœnalibus, & odioſis non eſt facienda extenſio ex identitate , vel maioritate rationis . Farinacius *conſil. 76 num.* 14. *l.* 1. Barboſa *ſup. nu.* 117. Maximè nota, quod licet plurium ſententia ſit deciſionem *d. cap. Immunitatem* , & Gregorij 14. procedere etiam in alijs delictis grauibus extra homicidium , & mutilationem , ita vt ea committentes in Eccleſijs, & cœmeterijs non gaudeant Immunitate Eccleſiaſtica (Nauarrus *d. num.* 20. Suarez *ſupra num.* 6. Portellus *in Dub. Regular. verbo Eccleſiæ Immunitas num.* 15. & alij) nihilominus contrarium dicendum eſt poſt dictam Conſtitutionem Gregorij, itaut committentes quodcunque aliud crimen præter homicidia , & mutilationes in Eccleſijs &c. non priuentur illa . Ratio eſt , quia vt dixi, priuatio hæc immunitatis non eſt extendenda vltra caſus in Bulla contentos , tum quia ſumus in odioſis, & pœnalibus, tum quia Pontifex in ea posuit formam obſeruandam in extractione delinquentium ex locis Sacris cum particula taxatiua *tantum* , dicit enim ad vnam *tantum formam reducimus* , *& moderamur &c.* ergo non eſt trahenda ad alios caſus quoſcunque . Riccius *par.* 5. *Collect.* 1792. Bonacina *ſup. n.* 12. Diana *ſup. Reſolut.* 2. ex Farinacio, & alijs apud ipſos. Fauent litteræ

quæ-

quædam Sedis Apostolicæ, quas refert idem Diana *Resolut.* 1. & declaratio S. Congregat. Immunitatis, quam retuli *supra* vbi habetur, quod furans in Ecclesia gaudet immunitate ipsius.

12 Priuantur etiam hoc priuilegio immunitatis, *qui proditorie proximum suum occiderint*. Hi enim exprimuntur in dicta Constitutione Gregorij. Dicuntur autem homicidæ proditores, qui occidũt hominem omnino incautum, & nihil tale cogitantem, aut cogitare debentem. Vnde si quis occidat aliquem cum quo amicitiam, vel societatem simulabat, occisor proditorius est. Sanchez *sup. num.* 26. Bonacina *sup. num.* 14. Diana *sup. Resolut.* 5. Quare declaratum meritò est à Sacra Congregatione apud Franciscum Leonem *in Thesaur. for. Ecclesiast. par.* 1. *cap.* 13. *n.* 25. & Barbosam *in Collect in. Bullar. verb. Immunitas*, matrem occidentem filium infantem non gaudere immunitate. Item apud eumdem Barbosam *ibidem*, nec gaudere ea immunitate eum, qui committit homicidium veneno, aut mulierem, quæ malis medicamentis procurat abortum. Ex declarationibus Sac. Congregat. apud Dianam 5. *par. in Collectan. illarum*. Isti enim occidunt omnino incautos, & nihil cogitantes, aut cogitare debentes. Fauet etiam alia declaratio Sac. Congregationis apud eumdem Barbosam loco relato *de iure Ecclesiastico num.* 92. Licet oppositum tueatur ipse Diana *par.* 3 *Resolut.* 72. Qui verò occiderit suum inimicum etiam à tergo, aut dormientem, vel ex insidijs, non est occisor proditorius, quia talis occisus præuidere poterat, & debebat se occidendum. Bonacina *sup. num.* 14. ex Farinacio, Ambrosino, & alijs. Addit Diana *sup.* ita declaratum esse à Clemente 8. in quodam Breui Archiepiscopo Panormitano directo. Quare ius commune *cap.* 1. *de homicidio*, vbi oppositum habetur, correctum videtur a Gregorio 14. in Constitutione relata, & Clem. 8. in dicto Breui. Diana *sup. Resolut.* 1. Attentans autem occidere proditoriè aliquem, sed re vera non occidens, etiam si vulneret, aut percutiat, non priuatur hoc priuilegio, quia verba Gregorij, scilicet *Occiderint*, præsertim in materia pœnali, & odiosa requirunt actum consummatum cũ effectu. Peregrinus *de Immunit. Ecclesiast. cap.* 7. *num.* 13. Diana *sup. Resolut.* 4.

13 Item priuantur eodem priuilegio rei criminis assassinij, ita enim habetur expressè ex dicta Constitutione Gregorij. Sunt autem assassinij propriè in præsenti illi, qui pecunia, prætio, aut promissione occidunt homines incautos, vel occidere ipsos faciunt. Naldus *in Summa verbo Ecclesia circa hanc Constitutionem* Gregorij ex Farinacio, & alijs. Vnde non solum ipsi occidentes, sed etiam mandantes priuantur hoc priuilegio, quia in Constitutione dicta priuantur illo rei criminis assassinij, & tam occidentes, quam mandantes occisionem

ſunt rei huius criminis. Ambroſinus *de immunit. c.*7. Theſaur. *in prax. par.*2. *verbo Aſſaſſinium cap.* 1. Idem dico de attentantibus committere hoc ſcelus, etiam effectu occiſionis non ſecuto, quia etiam iſti dicuntur rei criminis aſſaſſinij. Diana *ſup. Reſolut.* 18. Theſaurus *ſup.* Idem videtur dicendum de mediatoribus, ſeu complicibus; eo quod ipſi etiam dici poſſint rei aſſaſſinij, & ita id ſequitur Peregrinus *Tract. de Immunit. Eccleſiaſt. cap.*7. *nu.* 37. Licet oppoſitum tueatur Diana 4. *par. Reſolut.* 33. Non dicitur autem reus aſſaſſinij, qui ſine prætio, aut promiſſione alium occidit, vt gratum faciat alteri, nec qui illum occidit ſpe ſuccedendi in bona ipſius, nec qui accipit prætium pro itinere faciendo ad occidendum, quia iſti non dicuntur occidere ob prætium. Ambroſinus *ſup.* Bonacina *ſup. num.* 18. Imo requiri ad hoc promiſſionem præmij determinati, non vagam, & incertam, tenent plures. Ambroſinus, & Bonacina *ibid.* Barboſa *ſup. num.* 97. Illud certius, quod qui occidit prætio, vel promiſſione &c. inimicum, non eſt aſſaſſinus, quia iſte non cenſetur occidere incautum. Ambroſinus, & Bonacina *ibid.* ac Diana loco relato ex 1. *par. Reſolut.* 18. & 4. *par. Reſolut.* 109 Similiter, qui accepit pecuniam ſolum pro vulnerando, percutiendo &c. & non pro occidendo, non eſt aſſaſſinus. Ambroſinus *ſup.* Riccius *p.* 1. *deciſ.* 112. Diana *d. Reſolut.* 18.

14 Priuantur etiam eadem immunitate rei criminis hæreſis. Ita enim habetur in dicta Conſtitutione Gregorij. Cum autem ſuſpecti de hæreſi, eſto hæretici non ſint, nihilominus ſunt rei criminis hæreſis, cum vt tales inquirantur, ideo etiam tales ſuſpecti priuati ſunt hac immunitate. Farinacius *Tract. de Immunit. cap.* 13. *n.* 175. Ambroſinus *ſupra, cap.* 8. Diana loco relato ex 1. *par. Reſolut.* 38. Qui verò ſint, aut dicantur de hæreſi ſuſpecti habes ſupra verbo *Hæreſis num.* 4.

15 Tandem in dicta Conſtitutione Gregorij priuantur eadem immunitate rei criminis *Læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiusmet Principis*. Cum autem dicatur *in perſonam ipſius Principis*, ideo qui crimen aliquod etiam læſæ Maieſtatis committeret contra Fiſcalem, Cõſiliarium, Miniſtrum, ſtatuam, aut imaginem Principis, gaudere poterit dicta immunitate. Farinacius *ſupra à num.* 190. Peregrinus *ſup. cap.* 10. Diana *ſupra Reſolut.* 7. & 20. Requiri autẽ videtur, quod id crimen ſit commiſſum à proprio ſubdito. Ambroſinus *ſup. c.* 9. Bonacina *ſup. num.* 22. An verò etiam requiratur, quod crimen ſit contra Principem ſupremum nullum recognoſcentem Superiorem, an ſufficiat, quod ſit contra Principem ſuperiorem recognoſcentem, agũt Peregrinus *ſup. cap.* 9. & Diana *ſup. Reſolut.* 6.

16 Cum autem in dicta Conſtitutione Pontifex, vt dictum eſt, ſta-

tuat

tuat formam in extrahendis delinquentibus ex Eccleſijs, & locis Sacris, ac decernat ſolum committentibus præfata delicta non ſuffragari immunitatem Eccleſiaſticam, reuocetque omnia, & ſingula priuilegia à Summis Pontificibus prædeceſſoribus aliquibus Principibus, ſeu Magiſtratibus conceſſa, auferatque facultatem aliter iudicandi, ac contra aliter facientes quouis prætextu cenſuras, & pœnas imponat, prout legenti conſtabit, itaut per eam conſuetudinibus, & iuri communi derogetur, ideo non ſolum portantes arma prohibita, iuxta dicta ſupra verbo *Arma num.* 7. ſed etiam omnes debitores, maximè debito ciuili, (ita declarante S. Congregat. in vna Cotronenſi 21. Iulij 1617. & in vna Beneuentana 10. Maij 1619.) etiam falliti, ſeu decocti (licet iſtos cum fraudulenti ſunt non eſſe multo tempore in Eccleſia tolerandos, nec poſſe bona in creditorum præiudicium ad eam deferre declarauerit etiam S. Congregatio apud Dianam *p.* 5. *in Collect. iſtar. Declarat.*) adulteri, raptores virginum, monetarij, ſimoniaci, ſodomitæ, frangentes carceres, banniti, condemnati ad triremes, vel aliud opus publicum, ac quicunque alij rei, ſeu delinquentes, præter contentos in dicta Conſtitutione potiri poſſunt Eccleſiaſtica Immunitate; cum exceptio regulæ firmet illam in contrarium. De quo Bonacina *ſup.* §. 4. *num.* 2. 3. & 4. Diana *ſup. Reſolut.* 1. & 39 maximè *par.* 5. *Tract.* 1. *Reſolut.* 2. & Barboſa *ſupra à num.* 121. Idem dicit Bonacina *num.* 3. de blaſphemis, & Barboſa *num.* 125. de ſortiarijs, ſeu maleficis. Sed quia tales ſolent eſſe ſuſpecti de hæreſi, ideo quando tales fuerint, non gaudebunt. Quare declaratio quędam Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium ad Archiepiſc. Ianuen. quã refert idem Barboſa *num.* 132. in qua de ſtrigia inferentibus in Eccleſia dicitur gaudere immunitate hac, intelligi debet in caſu quo abſit talis ſuſpicio hæreſis.

17 Hinc ſpecialiter ad praxim Regularium, de apoſtatis à Religione dicendum, ſcilicet ipſos gaudere poſſe Immunitate Eccleſiaſtica, cum non excipiantur in Bulla Gregorij 14. & ita tenent Farinacius *de Immunit. cap.* 13. *num.* 169. Duardus *in Bulla Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. & Diana *ſup. Reſolut.* 23. Animaduertunt tamen, id eſſe intelligendum, reſpectu Eccleſiarum, quæ non ſunt ſui Ordinis, non verò Eccleſiarum Ordinis à quo apoſtatarunt.

18 Circa quartum de effectibus immunitatis, dicendum eſt, primũ eorum eſſe, ne capi poſſit in Eccleſia delinquens ad eam confugiens, prout in iuribus relatis, & Conſtitutione Gregorij ſupponitur. Secundum, ne ipſi prohibeantur, quæ ſunt ad vitam neceſſaria, ſcilicet cibus, potus, veſtitus &c. *l. præſenti, C. de his, qui ad Eccleſiam confugiunt.* Tertium, ne bonis ſuis, quæ ad Eccleſiam detulit, expolietur,

ea.

ca. definiuit. 17. *quæſt.* 4. Quartum, nc dum in Eccleſia exiſtit damnari queat ad mortem, vel ad pœnam ſaltem corporalem, vt ſunt exilium, triremes, ſeruitutem &c. *ca. id conſtituimus* 17. *quæſt.* 4. *cap. inter alia de Immunit. Eccleſ.* Quintum, vt delinquens per vim, aut dolum extractus, reſtituatur Eccleſiæ, *ca. ſicut antiquitus*, & *cap. miror* 17. *quæſt.* 4. Dixi per vim, aut dolum, quia ſi extractus eſt precibus, blanditijs, aut promiſſionibus, non fuit inuitus. Sextum, quod proceſſus iudicij, & omnia acta contra talem reum ſunt prorſus irrita, & nulla. De his Siluc ſter *in Summa verbo Immunitas* 3 *quæſt.* 4. & 11. Suarez *ſup. cap.* 12. Bonacina *ſup* §. 5. Layman. *ſup. num.* 13. & alij.

19 Ex quo colligc, reum in Eccleſia exiſtentem non poſſe priuari ſuis armis, iuxta dicta ſupra verbo *Arma num.* 7. nec poſſe ſatellites ab eo auferre rem aliquam, etiam furto acceptam, tum propter dicta, tũ quia nullus actus iuriſdictionis exerceri in ipſum poteſt, dum in Eccleſia manet, à poteſtate laica. Peregrinus *de Immunit. Eccleſ. cap.* 13. *num.* 5. & *cap.* 12. *num.* 8. Diana *ſup. Reſolut.* 8. Nec caſu quo per vim ab Eccleſia, ſiue à ſatellitibus, ſiue ab alijs extractus fuerit, poſſe Iudices aduerſus eum procedere, quia ſic extractus habet ius vt reſtituatur Eccleſiæ, ac per conſequens, quod nihil contra ipſum agatur. Farinacius *ſupra cap.* 20. *num.* 324. Peregrinus *ſupra cap.* 14. *num.* 10. Genuenſis *in praxi cap.* 17. *num.* 5. ſic iudicatum in Curia Archiepiſcopi Neapolitani anno 1598. referens. Nec caſu quo extractus fuit ab Eccleſia, cuius immunitate gaudebat, ſub promiſſione illi facta à Iudice, quod non puniretur, debet, aut poteſt puniri, quia ipſi fides ſeruari debet, vel ad Eccleſiam remitti, propter ius, quod habet ad ipſius immunitatem. Nauarrus *d cap* 25. *num.* 22. Sanchez *ſup. dub* 12. Caſu verò, quo quis captus eſſet extra locum Sacrum, ſi per illum ducatur ad carcerem, vel ſupplicium, non propterea gaudebit immunitate Eccleſiaſtica, talis enim non eſt ingreſſus liber in locum illum Sacrum, nec dicitur captus in loco Sacro. Bonacina *ſup.* § 2. *num.* 10. ex multis alijs. Quando verò quis cum ipſo ſatellite intrat in Eccleſiã gaudere immunitate ipſius, tenet Diana *par.* 3. *Tract.* 1. *Reſolut.* 36. alios pro ſe referens.

20 Circa quintum de culpa, & pœnis extrahentium reos ab Eccleſijs, præterquam in caſibus iure permiſſis, de quibus ſupra, dicendum hanc culpam eſſe mortalem. Primò, ſacrilegij, propter irreuerentiam, quæ infertur loco Sacro, in cuius honorem hæc immunitas introducta eſt. Secundò, iniuſtitiæ, quia eo ipſo quo reus eſt in Eccleſia, & gaudet ipſius immunitate, habet ius, ne extrahatur ex illa. Suarez *ſupra cap.* 13. *num.* 4 & 9. Bonacina *ſup.* §. 6 *num.* 1. Vnde conſequenter extrahens tenetur ad reſtitutionem damni illati reo ſic extracto, quia

ex

ex peccato contra iuſtitiam commutatiuam, quale eſt hoc, oritur obligatio reſtitutionis. Suarez *num.* 15. Valentia *tom.* 3. *diſp.* 6. *quæſt.* 15. *punct.* 1. Vel eius hæredibus, propter eandem rationem. Medina *in Summa lib.* 1. *cap.* 16. *& cap.* 9. & alij quos refert, & ſequitur Sanchez *tom.* 1. *conſil. Moral. lib.* 3. *cap. vnic. dub.* 17. vbi oppoſitum etiam probabile vocat.

21 Pœnæ autem ſic extrahentium, de quibus Bacconius *ſup. art.* 3. ſunt. Prima, ex iure ciuili, ſcilicet criminis capitalis, & læſæ Maieſtatis, *l. fideli, & l. præſenti, C. de his, qui ad Eccleſias confugiunt*, licet hæc pœna non videatur iam eſſe in vſu. Bonacina *ſup. num.* 5. Secũda ex iure Canonico, ſoluendi nongentos ſolidos Epiſcopo, & iudicio ipſius mulctari pœnitentia publica, *ca. ſi quis contumax* 17. *q.* 4. & ſoluendi triginta libras argenti, *ca. quiſquis* 17. *quæſt.* 4. Suarez *ſup. num.* 7. Quam pœnam etſi aliqui credant per conſuetudinem abrogatam eſſe; Concilium tamen Tridentin. *ſeſſ.* 25. *c.* 20. & Gregor. 14. in dicta Conſtitutione eam innouare videntur. Bonacina *ſupra.* Tertia eſt, pœna excommunicationis ferendæ in multis Canonibus 17. *q.* 4. Farinacius *de Immunitate Eccleſiaſtica num.* 312. Silueſter *in Summ. verbo Immunitas* 3. *quæſt.* 8. In Conſtitutione tamen Gregorij adducta videtur impoſita excommunicatio latæ ſententiæ. Dicitur enim in ea contra tranſgreſſores. *Si quis quacunque dignitate, & authoritate præditus præmiſſorum, aut alio quouis prætextu, quidquam præter, aut contra huius noſtræ Conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, declaramus eum ipſo facto cenſuras, & pœnas eaſdem incurrere, quæ contra libertatis, Iuris, & Immunitatis Eccleſiaſticæ violatores per Sacros Canones, & Conciliorum generalium, noſtrorumque prædeceſſorum Conſtitutiones ſunt promulgatæ.* Farinacius *ſupra num.* 311. Theſaurus *in praxi par.* 2. *verbo Immunitas cap.* 1. & inclinat Naldus *in Summa verbo Caſus reſeruatus n.* 1. Quamuis autem hæc excommunicatio ſecundum aliquorum opinionem, quos referunt, & ſequuntur Bonacina *ſupra num.* 8. Naldus *ſupra*, & Diana *par.* 1. *Tract.* 1. *Reſolut.* 41. non ſit reſeruata Papæ, oppoſitum tamen eſt certum. Primò, ex decreto S. Pœnitentiariæ facto verbo cum Paulo 5. quod refert Peregrinus *de immunit. cap.* 15. *num.* 16. Secundò, ex declaratione Sacræ Congregationis de anno 1617. quam refert Barboſa *ſup. num.* 167. Tertiò, ex ſtylo Curiæ, & decreto S. Congregationis Immunitatis de anno 1631. prout refert Theſaur. *ſupra*, qui propterea rem hanc eſſe certam dicit. Vnde Farinacius *ſupra c.* 20. *n.* 315. acriter inuehitur in oppoſitum exiſtimantes. Caſu verò, quo hæc excommunicatio non eſſet Papæ reſeruata reſpectu Epiſcoporum, certiſſimum tamen eſt reſeruatam eſſe pro Confeſſarijs ſæcularibus, ſiue

Regula-

Regularibus, prout fatentur etiam Bonacina, & Diana relati, propter decretum S. Congregationis sub Clemente 8. quod retuli *tom. 1. c. 19. num.* 15. vbi inter casus quorum absolutio negatur dictis Confessarijs cum abrogatione omnium priuilegiorum, vnus est iste *Violationis Immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis Gregorij* 14. *quæ incipit* Cum aliàs. Hæc verò excommunicatio incurritur quoque ab attentatibus extrahere, etiam effectu non secuto, vt patet ex verbis Constitutionis Gregorij: *Contra huius nostræ Constitutionis tenorem attentare præsumpserint*. Farinacius *supra num.* 322. Peregrinus *sup. cap.* 14. *num.* 7. Diana *supra Resolut.* 15. Incurrens autem dictam excommunicationem absoluendus non est donec restituat reum loco Sacro. Farinacius *sup. num.* 311. Thesaurus *supra*. Apud quem etiam de alijs pœnis, quas incurrunt sic extrahentes reum è loco Sacro in casibus non permissis.

22 Circa sextum de praxi obseruanda, præsertim à Regularibus circa huiusmodi reos ad eorum loca Sacra confugientibus, distinguendū est, vel enim tales rei gaudent Immunitate Ecclesiastica, eo quod ipsorum delicta non sint ex superius relatis, & contentis in Constitutione Gregorij, vel non gaudent illa, quia commiserunt aliquod ex prædictis delictis ibi contentis, & relatis, si primum defendi debent à Regularibus contra Ministros iustitiæ sæcularis eos extrahere volentes, abscondendo ipsos, ianuas claudendo, & abstrahendo de manibus prædictorum Ministrorum, ac illis intimando censuras, & pœnas cōtra violatores Ecclesiasticæ Immunitatis in Iure, & dicta Constitutione Gregorij impositas. Suarez *sup. num.* 4. post Couarrubiā, & alios. Non tamen licet id facere armis, cum Ecclesia non sit defendēda more castrorum, & Ecclesiasticis personis id prohibitum sit sine speciali dispensatione, quæ in hoc casu non conceditur, nec regulariter necessaria est, sed censuris, intellige, si ibi adsit Episcopus, vel alius superior potens illas imponere sæcularibus. *ca. miror.* 17. *quæst.* 4. Sanchez *supra dub.* 7. Layman. *supra n.* 14 Si autem armis id fiat, morsq; aut mutilatio inde sequatur, irregularitas incurretur. Thesaur. *sup.* Pro quo vide dicta verbo *Bellum*. Possunt tamen interdum Pastores Ecclesiæ vti auxilio laicorum ad Ecclesiam defendendam, si tamen sine scandalo id fieri possit, & grauis necessitas id expostulet, quia licitū est vim vi repellere, seruato tamen moderamine, & regulis prudentiæ. Suarez *sup. n.* 5. Bonacina §. 5. *n.* 1. Ecclesiastici porrò, seu Regulares tradentes reum Curiæ sæculari in prædictis casibus, in quibus frui potest Ecclesiastica Immunitate, si inde mors, aut mutilatio ipsius sequatur, incurrent irregularitatem, quia censentur cooperari morti, vel mutilationi ipsius. Sorbus *in additionibus ad Compend. priuileg. Mendicant.*

Anno 1 & 2 Philippi & Mariæ.

Cap. 12.

Anno 1 & 2 Philippi & Mariæ.

Cap. 13.

Peregrinus *de immunit. cap.* 14. *num.* 6. Diana *par.* 4. *Tract.* 1. *Resolut.* 42. Secundò, nomine Officialis Episcopi in hoc loco intelligi Vicarium generalem ipsius, prout ex Clem. 2. *de rescript.* Glossa, & Sanchez affert Bonacina *sup.* §. 7. *num.* 2. Tertiò, quod licet ad hoc, quod Episcopus, seu ab ipso deputatus tradat reum Curiæ sæculari, debeat cognoscere an ille commiserit aliquod ex delictis expressis in Constitutione Gregorij non teneatur stare processui facto à Curia sæculari, quia potest illum habere suspectum, vtpote factum in causa propria ipsius contendentis (Naldus *in Summa verbo Ecclesia n.* 32. Bonacina *sup. num.* 3.) potest tamen illi stare, si prudenter credat legitimè esse factum, & se posse vti illo ad suam conscientiam informãdam. Naldus *ibidem*. Regulariter autem loquendo Episcopus debet nouas probationes facere. Bonacina *supra* ex alijs. Imo hæ probationes debent esse certæ, nec fundatæ solum in coniecturis, & præsũptionibus, sũmariè tamen, & quam citius fieri potest, expediendę, prout ex declaratione S. Congregationis, refert Naldus *sup.* Vide Dianam 3. *par. Tract.* 1. *Resolut.* 38. & *tom.* 5. *in Collect. declarat S. Congreg. num.* 41. vbi affert vnam Cremonensem circa qualitatem sententiæ requisitæ ad extrahendum reum. Nota quartò, quod etiam in dubio an reus in loco Sacro, vel prophano captus sit, spectat ad Episcopum, & non ad alios Prælatos Regulares id decidere, prout ex Peregrino, Correa, & alijs affert Barbosa *sup. num.* 156. & 157. Nota quintò, nullum Episcopum, vel Prælatum posse dare licentiam extrahendi reum inuitum ex loco Sacro extra casus prædictos, aliàs incurrerent in censuras positas in Constitutione Gregorij, prout ex Farinacio, & Castropalao tenet Thesaurus *sup.* Vnde consequenter incurrent irregularitatem si contingat propterea mors, aut mutilatio rei, iuxta dicta *supra num.* 22.

29 Quia tamen reis ad Ecclesiam confugientibus, & Regularibus non permittentibus eos tradi Curiæ sæculari, solent aliquando Ministri talis Curiæ fores Ecclesiarum, vel Monasteriorum infringere, aut in illis aliquam violentiam exercere, notanda sunt priuilegia aliqua Religionum quoad hoc, & pœnę, quas hæc facientes incurrunt, quæ referunt Cassarubius *in Compend. Priuileg. Mendicantium, verbo Ecclesiæ Fratrum num.* 3. & Rodriguez *sup. art.* 2.

ac

ea quæ dixi *tom.* 2. *cap.* 19. *num.* 51.

IMMV-

IMMVNITAS ECCLESIASTICA Regularium.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num. 1.
Immunes sunt Regulares ab oneribus personalibus sordidis. num. 2.
Item ab oneribus personalibus indifferentibus. num. 3.
Et ab oneribus personalibus ciuilibus, & honestis. num. 4.
Item à muneribus patrimonialibus. num. 5.
Quid in casu magnæ necessitatis laicorum. num. 6.
An possint cogi ad hospitandum milites. num. 7.
Quid declaratum à Sacra Congregatione. ibidem.
Quid tempore belli. ibidem.
Quid per statuta, seu ordinationes Magistratuum. num. 8.

1 DE Regularium Immunitate Ecclesiastica quo ad forum laicale, per quam ipsis competit nè cõueniri queant coram laicis iudicibus, dixi supra verbo *Clericus*, & verbo *Exemptio Regularium*. De immunitate ipsorum à solutione decimarum supra verbo *Decimæ*. Qualiter exempti sint à iurisdictione Episcoporum, & in quibus casibus eisdem subiecti, supra verbo *Causa iudicialis Regularium*, & verbo *Episcopus*, & verbo *Exemptio Regularium*. De immunitate ipsorum à gabellis, & similibus contributionibus supra verbo *Gabella quoad Regulares*, ac de Immunitate Ecclesiarum ipsorum supra verbo *Immunitas Ecclesiarum*. Nunc verò specialiter agendum de Immunitate eorumdem Regularium ab oneribus, siue realibus, siue personalibus, siue mixtis, quæ sæcularibus imponi solent, siue ea sordida, aut seruilia, indifferentia, vel etiam honesta sint. Onus autem reale est id, quod bonis ipsorum imponitur, personale, quod personis, mixtũ quod partim bonis, partim personis. Rursus hæc sunt alia honesta, vt munus legationis, alia indifferentia, vt munus tutelæ, alia sordida, aut seruilia, vt fossas facere, cloacas, vel vias purgare &c. De quibus Bacconius *in* 4. *dist.* 12. *art.* 2.

2 Et vt à certioribus incipiamus, dicendum, Regulares, ac Ecclesiasticos omnes immunes esse ab oneribus personalibus sordidis, seu seruitijs laicalibus, qualia sunt fossas facere, cloacas, aut vias purgare, onera proprio corpore ferre, in cophino ad constructionem murorũ seruire. Hoc constat, non solum ex indecentia talium actuum, sed etiam ex *l.* 2. *C. de Episcop. & Cleric. ca. generaliter, & ca. Placet* 16. *q.* 1.

16. q. 1. & *cap. non minus de Immunit. Ecclesiar.* Bacconius *supra.* Azor. *tom.* 3. *Instit. Moral. lib.* 5. *cap.* 19. *quæst.* 12. Imponentes autem illis talia onera si commoniti desistere noluerint, & fautores eorum excommunicationi subiacent, à qua non absoluuntur, donec satisfactionem fecerint *d. cap. non minus*. Thesaurus *in prax. par.* 2. *verbo Immunitas cap.* 2. Incurrunt etiam excommunicationem latæ sententiæ in Bulla Cœnæ positam contra imponentes onera personis Ecclesiasticis, vt patet ex verbis ipsius supra verbo *Bulla Cœnæ n* 46. Thesaurus *supra*. Extenditur etiam hoc priuilegium ad seruos, & mãcipia ipsorum, propter *ca. Placet*, & *ca. Iuxta sanctionem* 16. q. 1. Azor. *supra*. Notans per mancipia intelligi seruos, qui sunt sub dominio Ecclesiarum, vel Ecclesiasticorum, non illos, qui sunt famuli mercede conductitij.

3 Immunes etiam sunt à muneribus, seu oneribus personalibus indifferentibus, qualia sunt munus tutelæ, militiæ, custodiæ murorum, curæ pupillorum, & adultorum furiosorum, mutorum, & surdorum, & aliarum personarum, quibus tutores, vel curatores à legibus dantur. *l.* 2. *C. de Episcop. & Cleric. & ca. generaliter* relato. Et cogentes illos ad ista incidunt in excommunicationem positam *in cap. non minus de Immunitate Ecclesiarum*, de qua supra, vbi est sermo de expeditionibus. Thesaurus *sup. cap.* 3. vbi etiam de alijs pœnis contra istos positis. An verò esto non possint Regulares ad ista cogi, possint saltem ea sponte suscipere ex licentia Prælatorum, dixi *tomo* 1. *cap.* 9. *n.* 17. loquens de tutela. Pro quo vide Sanchez *lib.* 6. *in Decalog. c.* 14. *num.* 21. & sequentibus, ac Barbosam *de Iure Ecclesiast. lib.* 1. *cap.* 39. §. 5. *num.* 72. & sequentibus.

4 Immunes etiam sunt a muneribus personalibus ciuilibus, & honestis, vt à munere legationis, decurionatus, Iudicis &c. *C. de Episcop. & Cleric. cap. Sacerdotib. & cap. sed nec procurationes ne Cleric. vel Monach.* Azor. & Thesaur. *sup.* animaduertens imponentes ista Ecclesiasticis nõ incurrere in sententiam excommunicationis *cap. non minus*, quia ibi est sermo de imponentibus onera, hæc autem nõ sunt onera, sed honores. Verumtamen, quia onera sequuntur honores, & ipsa impositio honorum est quædam vis, & coactio contraria libertati Ecclesiasticæ; ideo credi potest sic facientes comprehendi dicta excommunicatione *cap. non minus*.

5 Immunes quoque sunt à muneribus patrimonialibus, siue realibus, siue personalibus, siue mixtis, quæ subeuntur ratione patrimonio-rum rerum, aut bonorum, aut personarum, habita ratione ad bona; propter Iura, & fundamenta adducta supra verbo *Gabella quoad Regulares*, vbi etiam de pœnis ea imponentibus. De quo ex antiquio-

tibus Bacconius *supra*, & ex modernis Thesaurus *sup. cap.* 4. Constat etiam ex declarat. S. Congregat. apud Dianam *tom.* 5. *in Collect. ipsarum num.* 43. non teneri ad solutionem onerum impositorum pro physico, chirurgo, & ludimagistro.

6 Sunt tamen circa hæc aliqua animaduertenda, primò iuxta dicta eo verbo *Gabella quoad Regulares num.* 22. quod in casu magnæ necessitatis laicorum, cum vires ipsorum non sufficerent, tenerentur etiam Ecclesiastici, & Regulares, onera prædicta, siue realia, siue personalia, siue mixta subire, dummodo ea non repugnent statui ipsorum, & ita ordinetur ab Episcopo respectu Clericorum sæcularium, & à Prælatis Regularibus respectu ipsorum, nec adsit tempus recurrendi pro licentia ad Sedem Apostolicam. Ita enim colligitur ex *ca. Placet* 16. *q.* 1. verbo illo *nisi quam si aduentitiæ necessitatis sarcina*, & *cap. peruenit, & cap. non minus de Immunit. Ecclesiarum*. De quo Innocentius, Abbas, Ioannes Andreas, Hostiensis, & Butrius *ibidem*. Layman. *lib* 4. *Tract.* 9. *cap.* 6. *num.* 7. Thesaurus *supra cap.* 3. Qualis autem debeat esse hæc Episcopi licentia agunt Suarez *in defens. fidei lib.* 4. *cap.* 25. *num.* 17. Castrus Palaus *to.* 2. *Tract.* 12. *disp. vnic. punct.* 6. *num.* 7. & Diana 5. *p. Tract.* 1. *Resolut.* 11. Vbi etiam quando facultates laicorum censeantur non sufficere. Nota secundò, quod imponẽtes Ecclesiasticis, seu Regularibus aliqua ex prædictis oneribus per legẽ, vel statuta, præter alias pœnas, & censuras, de quibus 4.to. verbo *Statutum* dicetur, incurrunt etiam excommunicationem latam in Bulla Cœnæ verbis relatis verbo *Bulla Cœna num.* 40. ibi enim excommunicantur omnes, & quicunque facientes Statuta, Ordinationes, & Constitutiones, Pragmaticas, seu quæuis alia decreta &c. vnde libertas Ecclesiastica tollitur. Thesaurus *sup.*

7 Ex dictis autem modò, & supra uerbo *Gabella quoad Regulares* elicitur decisio aliquorum casuum circa Immunitatem hanc Regularium, & aliorum Ecclesiasticorum. Primò, non posse illos cogi ad hospitandum milites, prout ex *l.* 1. *C. de Episcop. & Cleric.* colligunt communiter Doctores, & ratio est, quia vel hoc est impositio, vel gabella, à quibus sunt immunes, iuxta dicta supra verbo *Gabella quoad Regulares*, nisi in casibus ibi expressis; vel est munus, aut onus indifferens, à quibus similiter sunt immunes, nisi in casu magnæ necessitatis, & cum conditionibus supra positis. De quo Piasecus *in prax. Episcopor. par.* 2. *cap.* 4. *num.* 56. *vers. neque tenentur.* Molfesius *in Summa Theolog. Moral. par.* 2. *Tract.* 12. *cap.* 22. *num.* 166. Vnde extat declaratio Sac. Congregat. Episcoporum, & Regularium apud Dianam 4. *par. Tract.* 1. *Resolut.* 32. nec posse hospitari milites in domibus Ecclesiasticorũ sæcularibus locatis, cum hoc indirectè præ-

iudicium

iudicium sit Ecclesiasticorum. In Regno etiam Neapolitano obseruatur, quod casu, quo Regularis, vel Ecclesiasticus esset in aliqua domo vbi essent laici, v. g. parentes, vel fratres, tales laici non coguntur hospitare milites, nè Ecclesiasticus inde sustineat incommodum, sed contribuunt in pecunia. Molfesius *ibidem*. Barbosa *supra num.* 71. Imo nec hanc contributionem admittunt Riccius, & Carolus de Grassis ab eodem Diana relati. Secundò, nec posse obligari ad vendendum triticum, vel aliam rem, ratione necessitatis populi, propter eamdem rationem, & iura generaliter eos eximentia ab huiusmodi vexationibus *cap. non minus, cap. aduersus de Immunitate Ecclesiarum, cap. quamquam de censibus in 6.* nisi cum consensu Superioris Ecclesiastici, aut nisi fames, aut necessitas esset valde magna, & periculum esset in mora, propter distantiam talis Superioris. Diana *par.* 1. *Tract.* 2. *Resolut.* 8. *& par.* 4. *Tract.* 1. *Resolut.* 87. Tertiò, nec posse compelli ad reparationem propriarum Ecclesiarum, quia etsi ipsi ad hoc teneantur, non tamen propterea concessa est facultas laicis ad cogendum illos ad id faciendum. Diana *par.* 3. *Tract.* 1. *Resolut.* 8. Quartò, nec posse cogi tempore belli ad custodias murorum, vigilias, & similia, propter dicta supra. Excipe tamen casum, quo bellū esset contra infideles, seu hæreticos, aut ipsorum fautores, tunc enim si aliter Regnum, Ciuitas, aut Castrum defendi non possent, tenerentur Ecclesiastici ad prædicta, & ad expensas faciendas, cōcurrente videlicet consensu Prælatorum, immo, & Summi Pontificis, si fieri posset, & non esset periculum in mora, iuxta dicta supra. Tum, quia tunc ageretur de causa fidei, quæ est priuilegiatissima, & anteponi debet cunctis aliorum priuilegijs, tum quia, *quod omnes tangit ab omnibus debet approbari*, iuxta Regulā 29. *in* 6. tum quia recta ratio, aut ius naturæ id præscribit. De quo Abbas *in cap. non minus de Immunitate Ecclesiarum.* Henricus *Gandauensis quodlib.* 9. *quæst.* 31. *in fin.* Layman. *supra dicto num.* 7.

8 Quia tamen, quando huiusmodi imponuntur Ecclesiasticis, imponi solent per statuta, ordinationes, aut decreta Magistratuum, Principum, vel Ciuitatum, ideo de alijs, quæ ad hanc materiam spectant commodius agetur, si Deus dederit 4. tomo, verbo *Statutum*.

†

INCESTVS.

1 DE hac materia prout ad Regulares pertinere solet, scilicet quantum ad facultatem dispensandi cum coniugibus incestuosis ad petitionem, vel redditionem debiti, dixi supra in verbo *Affinitas*.

INDVLGENTIA QVOAD Regulares.

SVMMARIVM.

Aliqua de Indulgentijs remissiuè. num. 1.
Quid sit Indulgentia. num. 2.
Quotuplex est Indulgentia. num. 3.
Ad quos spectat illam concedere. num. 4.
Quid de Prælatis Regularibus. ibidem.
Indulgentiæ non solum pro viuis, sed etiam pro mortuis concedi possunt. num. 5.
Mortuis tamen solum per modum suffragij. ibidem.
In quo differat Indulgentia pro viuis ab indulgẽtia pro mortuis. ibid.
Indulgentiæ Regularibus concessæ in multiplici differentia sunt. n. 6.
Quid de Indulgentijs concessis pro Ecclesijs Regularium. num. 7.
An reuocatæ sint. num 8.
An in illis detur communicatio priuilegiorum Regularium. ibidem.
An nomine Ecclesiæ intelligatur etiam cœmeterium. ibidem.
Indulgentiæ personis Regularibus viuentibus concessæ reuocatæ sunt à Paulo 5. *nouis alijs concessis. num.* 9.
Quomodo eas lucrentur Religiosi. ibidem.
Quid de Indulgentijs pro Regularibus in articulo mortis constitutis. num. 10.
Quid de Indulgentijs pro Regularibus defunctis. num. 11.
Quid de concessis pro sæcularibus defunctis. num. 12.
Quid de concessis pro sæcularibus viuentibus. num. 13.
De Indulgentijs concessis exhibentibus manus adiutrices. num. 14.
De priuilegio Vrbani 5. *num.* 15.
De Indulgentijs pro Tertiarijs. num. 16.
De Indulgentijs pro Confratribus. num. 17.
De Indulgentijs communibus sæcularibus, & Regularibus. num. 18.
De concessis per Sanctiss. D. N. Vrbanum. num. 19.

An

An ſimul, & ſemel eodem actu poſſint plures Indulgentiæ obtineri. ibidem.
An ſæpius eadem Indulgentiæ. ibidem.
De Indulgentijs pro pulſatione ſalutationis Angelicæ. num. 20.
De Indulgentijs ad pulſationem orationis pro defunctis. ibidem.
Quid de Indulgentijs Stationum. num. 21.
Quomodo intelligantur. ibidem.
Quid de Indulgentijs Stationũ pro viſitantibus aliquas Eccleſias. n. 22.
Religioſi publicantes Indulgentias pro quæſtu, quas pœnas incurrant. num. 23.
Quid de Religioſis Indulgentiam plenariam concedentibus. num. 24.
De Indulgentijs Sanctæ Mariæ de Populo, & alijs remiſſiuè. nu. 25.

INDVLGENTIA QVOAD REGVLARES.

1 ETſi aliqua de hac re dixerim in ſuperioribus, preſertim *to. 1. cap. 3. num. 19. & cap. 11. num. 23. & cap. 20. nu. 9. & 17.* ac ſupra verbo *Habitus Regularis à num. 8.* plura tamen in præſenti addenda, præcipuè, prout ad ipſos Regulares propriùs ſpectare poteſt, præmiſſis tamen aliquot principijs generalibus huius materiæ.

2 Primum. Indulgentia eſt *Remiſſio, ſeu relaxatio pœnæ temporalis debitæ propter peccata actualia iam dimiſſa, extra Sacramentum per applicationem à Prælato factam theſauri Eccleſiæ.* Sotus *in 4. diſt. 21. quæſt. 1. art. 2.* Corduba *de Indulgentijs quæſt. 1.* Valentia *tom. 4. diſp. 7. quæſt. 20. punct. 1.* Noſter Hieronymus Gratianus *in Tract. de Iubilæo par. 1. cap. 4.* Dicitur *remiſſio, ſeu relaxatio pœnæ temporalis*, quia pœna temporalis, quam homo debet propter peccatum, non tollitur per Indulgentiam ab homine lucrante eam per modum ſatisfactionis ipſius, aut alterius priuati, ſed illi remittitur, & relaxatur. Dicitur *pœnæ*, quia per Indulgentiam non remittitur culpa, ſiue mortalis, ſiue venialis, aliàs eſſet Sacramentum. Illæ ergo Indulgentiæ, quæ vocari ſolent à culpa, & à pœna, de quibus mentio fit in *Clement. 1. de priuileg.* tales appellantur, vel quia ſimul cum illis conceditur facultas abſoluendi à culpa per Sacramentum pœnitentiæ, vel quia continent Indulgentiam plenariam. Dicitur etiam *pœnæ temporalis*, quia pœna æterna ſupponitur remiſſa ſimul cum culpa mortali, qua carere debet lucrans Indulgentiam, aliàs indignus eſſet remiſſione, quæ fit per Indulgentiam, cũ eſſet Dei inimicus. Dicitur quoque *debitæ propter peccata actualia* ad denotandum Indulgentiam non eſſe pro pœna debita peccato originali, ea enim remittitur per Baptiſmum cum

ipſo originali. Dicitur præterea *iam dimiſſa*, vt oſtendatur non poſſe remitti pœnam, non ablata culpa in qua fundatur. Addidi autem *extra Sacramentum*, tum quia Sacramenta diuerſo modo tollunt hãc pœnam, quam Indulgentia. Sacramenta enim tollunt illam ex opere operato, & immediatè ex inſtitutione Chriſti, Indulgentia verò, non niſi per applicationem meritorum, & ſatisfactionum Chriſti, & aliorũ Sanctorum, quæ in theſauro Eccleſiæ reſeruantur. Vnde dicitur *per applicationem à Prælato factam* ad denotandum huiuſmodi applicationem fieri debere à Prælato Eccleſiæ, ad quem Theſauri diſtributio ſpectat, non à priuata perſona. Ac tandem dicitur *Theſauri Eccleſiæ*, quia ſicut in Republica rectè ordinata eſt aliquis theſaurus, ideſt acceruus, & copia pecuniæ diſtribuendæ ciuibus à Principe, ita in acceptatione diuina reſeruatur infinitus cumulus meritorum, & ſatisfactionum Chriſti, & etiam quorumdam Sanctorum, quibus ipſæ nõ erant neceſſariæ, ſed ſuperabundantes, qui cumulus *Theſaurus Eccleſiæ* appellatur, & ex quo ſummus Eccleſiæ Præſitus, ſcilicet Pontifex Indulgentias fidelibus concedit. Vide pro his Sotum, Cordubam, & Valentiam relatos, Silueſtrum *in Summa verbo Indulgentia*. Grafium *de Indulgentijs*. Gratianum *ſupra cap.* 4. & 5. Bonacinam *diſp 6. de Sacramentis q.* 1. *de Indulgentijs punct.* 1. poſt plures alios.

3 Secundum eſt. Indulgentiam diuidi primo *in plenariam*, ſeu totalẽ, quæ etiam *plenior*, & *pleniſsima* dici ſolet, & in non *plenariam*, ſeu partialem. Illa prior eſt, per quam remittitur tota pœna temporalis debita pro culpa iam dimiſſa, poſterior verò, qua non remittitur niſi ſolum pars ipſius, media ſcilicet, tertia, ſeptẽ annotum, vel vnius anni &c. iuxta tenorem conceſſionis. Deinde hæc Indulgentia temporalis, partialis, ſeu non plenaria, aliquando vocatur *Septena*, ideſt Indulgentia, per quam remittitur pœna correſpondens pœnitentiæ ſeptem annorum olim per canones inflictæ: aliquando *quadragena*, ideſt Indulgentia, qua remittitur pœna correſpondens pœnitentiæ, olim per eoſdem Canones impoſitæ quadraginta dierum: aliquando verò *carena*, ideſt Indulgentia per quam remittitur pœna correſpondens pœnitentiæ olim per eoſdem Canones impoſitæ, quæ vocabatur *carena* à carendo, quia ſcilicet is, cui iungebatur, carebat per quadraginta dies cibo, & potu, ſolum pane, & aqua vtens, & vlterius ſeptem annis pœnitentiam agebat: aliquando verò eſt, & vocatur Indulgentia *de pœnitẽtijs iniunctis*, & tunc eſt idem, quod Indulgentia, per quam remittitur tanta pœna, quanta remitteretur per pœnitentias taxatas à Confeſſarijs, & à Sacris Canonibus pro illis peccatis impoſitas. De his Sotus *ſup. q.* 2. *art.* 1. Nauarrus *de Iubilæo, & Indulgent. notab.* 9. Valentia *ſup. punct.* 3. Gratianus *ſup. cap.* 5. Layman. *lib.* 5.

Tract. 7.

Tract. 7. cap. 3. Bonacina *supra punct.* 2.

4 Tertium est. Indulgentiam concedere spectat primario solum ad Summum Pontificem, aliis verò Prælatis, non nisi quatenus ipsis cõceditur ab eodem. Ratio est, tum quia soli Petro, & eius successoribus dictum est Ioann. 21. *pasce oues meas*, tum quia quemadmodum distributio thesauri publici solum spectat ad supremum Principem, & ad alios non nisi quatenus ipsis conceditur ab illo, sic etiam distributio thesauri Ecclesiæ, quæ contingit in concessione Indulgentiarum, solum ad Papam, qui est supremus Ecclesiæ pastor, spectare primario potest, & ad alios Prælatos ex concessione ipsius. S. Tho. *in addition. ad 3. par. q.* 26. *art.* 3. Nuñus, & alij Expositores *ibidem*. Sotus *d. q.* 1. *art.* 4. Huiusmodi autem Prælati Indulgentias concedentes ex Papæ facultate sunt Episcopi, quibus *cap. cum ex eo de pœnitent. & remiss. sionibus* concessum est, vt possent in dedicatione Ecclesiæ vnum annum Indulgentiæ, & alijs occasionibus solum quadraginta dies concedere. Bonacina *sup. punct.* 3. ex alijs. An verò id etiam competat Cardinalibus in Ecclesijs suorum titulorum, dixi supra verbo *Cardinalis num.* 1. De Legatis id etiam admittunt aliqui saltem ex consuetudine. Siluester *sup. num.* 11. Layman *sup. cap.* 4. *num.* 3. De Abbatibus, & Prælatis Religionum certum est iure ordinario non competere ipsis hanc facultatem *cap. accedentibus de excessib. Prælatorum*. Siluester *supra*. Corduba *sup. q.* 10. An verò aliquibus ipsorum id competat ex Papæ priuilegio, cum quæstio sit de facto, ex ipsorum priuilegijs desumi debet. Et quidem vt constat ex Castarubio *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Indulgentia plenaria quoad Fratres num.* 16. Leo 10. concessit Prouincialibus Minorum, vt in suis visitationibus concedere possent Indulgentiam plenariam suis subditis. Sed quia hæc concessio fuit viuæ vocis oraculum, ideo his temporibus non valet, sicut nec alia similis Gregorij 13. pro Iesuitis, si talis fuit, prout habet Peirinis *tom.* 1 *priuileg. Minim. in Consit.* 14. *Leon.* 10. *num.* 12. ex Peregrino ab eo relato. Idem dico de concessione Clem. 7. pro Minimis, quam refert idem Peirinis *ibid. in Consit.* 9. *Clem.* 7. quia etiam fuit viuæ vocis oraculum. An verò aliqui Abbates Regulares hanc potestatem habeant, tractat Tamburin. *de iure Abbat tom.* 2. *d.* 9. *quæsit.* 1. Posse autem Prælatos prædictos Regulares applicare alijs bona opera suorum subditorum, nec tamen propterea dici posse concedere Indulgentias, constat ex dictis supra verbo *Bona num.* 8. An verò etiam possint communicare aliquas Indulgentias sæcularibus dicetur infra *num.* 15.

5 Quartum est. Indulgentias non solum posse concedi viuis, sed etiam mortuis, hoc enim certum est, tum ex praxi Ecclesiæ, tum ex

definitione Leonis 10. contra Lutherum apud Caietanum 3 *p. q.* 48. *art.* 5. Differt autem in multis Indulgentia viuis concessa ab ea, quæ conceditur defunctis. Primò quidem, quia cum concessiò Indulgentiæ sit actus iurisdictionis, & iurisdictio non sit nisi circa subditos, soli autem viui sint subditi iurisdictioni Ecclesiæ, non vero defuncti, quia iam sunt extra Ecclesiæ forum, hinc est, quod Indulgentia viuorum detur per modum iudicialis absolutionis, seu remissionis pœnæ temporalis, ita vt Papa eam concedens verè remittat talem pœnam, & ab ea absoluat lucrantem Indulgentiam, Indulgentia verò defunctis concessa non detur per modum iudicialis absolutionis, seu remissionis, itaut Pontifex eam concedēs verè absoluat defunctum à tali pœna, vel ipsi illam remittat, sed solum per modum suffragij, quatenus scilicet Pontifex de thesauro Ecclesiæ applicat merita, & satisfactiones Christi, vnde fiat solutio Deo pro tali pœna. Quod declaratur exēplo hominis detenti in carcere propter debita, hic enim potest à carcere liberari dupliciter: primò, iudicialiter à Iudice habente iurisdictionē super illum, si absoluat eum à tali debito. Secundo modo, per modū auxilij, eu suffragij, videlicet, si alius pro ipso soluat creditori. Sic ergo in *s*proposito. Primo modo liberantur à reatu pœnæ temporalis viui per indulgentias. Secundo verò modo defuncti. Gratianus *supra cap.* 15, Valentia *sup. punct.* 1. Toletus *in Summa lib.* 6. *cap.* 26. *&* 27. Bonacina *sup. punct.* 6. Esto aliter hoc explicet Lugo *de sacramento pœnit. disp.* 27. *sect.* 5. Secundò differunt, quod licet lucrans Indulgentiam viuorū pro seipso necessario debeat esse in gratia, saltem, quando adimplet vltimā partē operis iniuncti (Naldus *verbo Indulgent n.* 8.) quia ipse est, qui recipit effectum Indulgentiæ, qui est remissio pœnæ, quem non potest recipere, nisi sit in gratia, vt dictum est. Lucrans verò illam pro defuncto non est necessarium, quod sit in gratia, sed solū quod exhibeat opus à Papa præscriptum pro tali Indulgentia, eo quod ipse non recipit effectum talis Indulgentiæ, sed anima illa Purgatorij pro qua id opus efficitur, & quæ est in gratia. Rodriguez *tom.* 2 *q.* 96. *art.* 4 Gratianus *supra.* Naldus *supra num.* 7. Layman. *sup. cap.* 7. *n.* 1. Tertiò differunt, quod licet Indulgentia pro viuis semper, & infallibiliter habeat suum effectum positis omnibus requisitis, scilicet causa proportionata, & quod adimpleantur ea omnia, quę concedens illam requirit; Indulgentia tamen pro defunctis non habet semper, & infallibiliter illum, sed dependenter à libertate Dei. Ratio est ex dictis, quia cum Indulgentia mortuorum non sit per modum absolutionis, seu remissionis, sed per modum suffragij Deo oblati ea intentione, vt propter illud commutet pœnam ab ipsis debitam, cum liberum sit Deo admittere talem commutationem, vel non, nec ad id obligatus sit, vel ex

natura

natura rei, vel ex vi alicuius promiſſionis, ideo poteſt acceptare, & non acceptare, & proinde non habet ſemper, & infallibiliter ſuum effectum, ſed iuxta beneplacitum Dei, attentis tamen meritis illorum pro quibus applicatur, dum erant in vita, iuxta doctrinam Sancti Auguſtini *in lib. de cura pro mortuis habenda*, quæ habetur *ca. non æſtimemus* 13. *q.* 2. Idque confirmat communis exiſtimatio fidelium, qui etiam ſi Indulgentiam pro vno defuncto applicauerint, v. g. vnam Miſſam in altari priuilegiato, nihilominus non propterea ceſſant ab alijs Miſſis, & ſuffragijs pro eo applicandis. Corduba *de Indulgentijs q.* 13. *& ſequentibus*. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 4. Rodriguez *ſupra art.* 3. Layman. *ſup. num.* 3. *&* 4. Bonacina *ſupra punct.* 6. *num.* 14. Licet oppoſitum probabiliter teneant Sotus, Suarez, Valentia, & alij à prædictis relati.

6 His poſitis. Indulgentiæ Regularibus conceſſæ ſunt in multiplici differentia; aliæ enim ſunt conceſſæ eorum Eccleſijs, vel illas viſitantibus, aut in eis orantibus &c. aliæ ſunt conceſſæ perſonis ipſarum Regularium. Quæ etiam ſunt in multiplici differentia; aliquæ enim conceſſę ſunt pro illis opera in vita exercentibus, v. g. recitantibus, ieiunantibus &c. aliæ verò pro ipſis in articulo mortis conſtitutis, & aliæ pro ipſis iam defunctis. Præterea; aliæ Indulgentię conceſſæ ſunt eiſdem Regularibus, non pro ſeipſis, ſed ipſorum intuitu pro ſęcularibus defunctis, aut vluentibus. Item aliæ pro Congregationibus virorum, aut fœminarum eorumdem Ordinibus coniunctis, videlicet, pro Tertiarijs, Confratribus &c. aliæ denique conceſſæ ſunt vniuerſaliter, tam pro ſæcularibus, quam pro Regularibus. De quibus omnibus ſigillatim aliquid dicendum in præſenti.

7 Et primò loquendo de Indulgentijs conceſſis pro Eccleſijs, & locis Regularibus, ſeu pro ea viſitantibus, vel in eis orantibus &c. illæ quidem variæ, & diuerſæ ſunt, vt patet ex Compendijs priuilegiorũ ſingulorum Ordinum, & ſpecialiter ex Caſtarub *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Indulgentiæ quoad ſæculares primò, ſecundò, tertiò, & quartò*. Confettio *in Collect. priuilegior. Mendicant.* Portellò *in Dub. Regular. verbo Indulgentia num.* 4. vbi afferunt plures Indulgentias à Summis Pontificibus conceſſas viſitantibus certis diebus Eccleſias quatuor Ordinum Mendicantium, & aliquorum non Mendicantium, ac ex Peirinis *to.* 1. *Priuileg. Minim. in Conſtitutione* 2. *&* 7. *Leonis* 10. *&* 3. *Clem.* 7. *& in* 2. *tom. in Conſtit.* 2. *Pauli* 5. *&* 3. *Vrbani* 8. vbi affert aliquas Indulgentias conceſſas viſitantibus Eccleſias Ordinis Minimorum. Specialiter de Indulgentijs pro viſitantibus Eccleſias Carmelitarum, extat Bulla Sixti 4. quæ incipit *Dum attenta*, & habetur apud Rodriguez *in Bullario to.* 1. *in Sixto* 4. *Bulla* 38.

quas

quas etiam refert Caſſarubius *ſupra verbo Indulgentiæ quoad ſæculares primo num.* 32.33.34. & 35. & confirmantur à Gregorio 13. in Bulla *Vt laudes*, quam refert noſter Reuerendiſſimus Theodorus Stratius *in Inſtruct. pro Fratribus Carmelit. cap.* 16. quas etiam permiſit Paulus 5. publicari, vt patet in Summario earum apud eumdem Reuerendiſſ. Stratium *ſupra*.

8 Circa quas Indulgentias viſitantibus Eccleſias Regularium conceſſas, aliqua animaduertenda ſunt. Primò, eas non eſſe reuocatas à Paulo 5. in Bulla *Romanus Pontifex*, quam retuli *tom.* 1. *cap.* 3. *n.* 19. quia, vt ibidem dixi ex declaratione S. Congregationis, quam etiam refert idem noſter Stratius *ſupra cap.* 1. in ea Bulla ſolum reuocantur Indulgẽtiæ perſonales Regularibus conceſſæ, non autem locales, quales ſunt iſtæ. Secundò, quod quamuis inter Regulares, præſertim Mendicantes, ſit ampliſſima communicatio priuilegiorum, & gratiarum, iuxta dicta ſæpius, præſertim *tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 17. & *tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 52. maximè cum Carmelitæ ex conceſſione Leonis 10. & Clemen. 7. habeamus communicationem, etiam Indulgentiarum aliorũ Ordinum, iuxta dicta ſupra verbo *Habitus Regularis num.* 9. nihilominus in huiuſmodi Indulgentijs Eccleſiarum non dari talem communicationem tenet Peirinis *tom.* 1. *priuileg. Minim. in Conſtit.* 2. *Leonis* 10. *num.* 2. refertque pro ea Caſſarubium ſupra verbo *Indulgẽtiæ quoad ſæculares tertio num.* 12. & Bullam quamdam Sixti 4. qua id declarauit. Sed Caſſarubius tenet contrarium, vt legenti patebit, & de Bulla illa Sixti 4. dicit nullibi eam potuiſſe reperire. Adde quod cum poſt Sixtum 4. Leo 10. & Clemens 7. ampliſſimam communicationẽ Indulgentiarũ aliorum Ordinum Carmelitis conceſſerunt, non video cur ipſi, & alij ſimiliter, qui ſimilia habuerint priuilegia non gaudeant hac etiam communicatione Indulgentiarum Eccleſijs conceſſarum. Quod maximè eſt verum pro Fratribus Prædicatoribus, & eorum Eccleſijs, quibus idem Pontifex Motu proprio, vt videre eſt apud eumdem Caſſarubium ſupra verbo *Communicatio priuilegiorum nu.* 20. communicauit omnes gratias, & Indulgentias Eccleſiarum Ordinum aliorum Mendicantium. Limitari tamen hoc debet ad eas Indulgentias, quæ in genere conceſsæ ſunt Eccleſijs Regularium, itaut ſolum illæ communicentur alijs Eccleſijs Regularium habentium priuilegiũ communicationis cum illis, non ad illas, quæ ſpecialiter pro aliqua Eccleſia in particulari conceſſæ ſunt, iuxta dicta *tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 52. alias eſſet magna confuſio Indulgentiarum, & vileſceret deuotio fidelium erga ipſas. Pro quo vide declarationem Leonis 10. circa Indulgentias Sanctæ Mariæ de populo, quam retuli *tom* 1. *cap.* 20. *num.* 9. Limitari etiam debet ad Indulgentias non plenarias, propter dicenda

inferius

inferius *num.*21. Nota tertiò, quod quando Indulgentia conceſſa eſt pro viſitantibus aliquam Eccleſiam in particulari, ea diruta, ſiue per partes diruatur, & per partes ædificetur, ſiue etiam tota diruatur, & alia de nouo ſtatim ædificetur in eodem loco, ſemper conſeruat eamdem Indulgentiam, quia talis Eccleſia cenſetur morali æſtimatione eſſe eadem. Stratius *ſup. cap.* 1. *num.* 9. Layman. *ſup. cap.* 3. *num.* 5. Si verò ædificetur in alio loco, probabilius eſt ammittere Indulgentiam, cum in eo caſu non maneat eadem numero, neque quoad ſolũ, neque quoad ſitum. Suarez *tom.* 4 *in* 3. *par. diſp.* 52. *ſect.* 1. *num.* 9. Stratius *ſupra*. Qui rectè etiam animaduertit *num.* 10. hanc difficultatem non eſſe de Indulgentijs conceſſis Eccleſijs Carmelitarum (idem dic de alijs habentibus Indulgentias eodem modo) quia illæ non limitantur ad hanc, vel illam determinatam Eccleſiam in hoc, vel in illo loco, ſed ad omnes Eccleſias, ac proinde ſiue fiant in eodem, ſiue in diuerſo locò ſemper retinent eaſdem Indulgentias. Vide Dianam 5. *p. Tract.* 12. *Reſolut.* 20. Nota quartò, quod nomine Eccleſiæ, in qua eſt conceſſa Indulgentia pro viſitantibus, intelligitur etiam cœmeterium; eſt enim hæc materia valde fauorabilis, ac per conſequens latè explicanda; Suarez *ſup. num.* 7. Layman. *ſup. num.* 4. Nota quintò, quod ad hoc, quod viſitantes Eccleſiam, in qua eſt Indulgentia conſequantur illam, non eſt neceſsè, quod actualiter, & expreſsè id intendant, aut ſciant eſſe in eo loco talem Indulgentiam, ſed ſufficit, quod habitualiter, implicitè, vel interpretatiuè id intendant, & quod ſint in ſtatu gratiæ, ac exerceãt opus à concedente illam iniunctum. Gratianus *ſup. in dialogo.* Salas *diſp.* 17. *de legib. exp.* 5. *in fine.* Layman. *ſup. cap.* 6. *num.* 5. Portellus *in additionibus ad dub. Regular. verbo Indulgentia num.* 7.

9 Loquendo autem de Indulgentijs perſonis Regularium viuentibus conceſſis, certum eſt id, quod dixi *tom.* 1. *cap.* 1 *num.* 19. ſcilicet eas omnes, quæ antiquitus illis cõceſſæ erãt, reuocatas fuiſſe à Paulo 5. in dicta Bulla *Romanus Pontifex*, vbi etiam nouas alias ipſis Regularibus conceſſit, prout etiam tenet Diana 4. *p. Tract.* 4. *Reſolut.* 20. & notauit idem noſter Stratius *dicto cap.* 1. *num.* 2. Quomodo autem id factum ſit, & quales ſint huiuſmodi Indulgentiæ conſtabit ex ipſa Bulla in 3. *tom. Bullar. num.* 21. *alias* 16. Declarauit autem idem Paulus 5. vt teſtatur Peregrinus 1. *par. ſui Compend. tit. Indulgentia nu.* 7. poſſe frui eiſdem Indulgentijs Religioſos extra proprias domos commorantes ad breue tempus, ſeu in itinere, viſitando Altaria Eccleſiarum illorum locorum. Item declarauit idem Paulus Congregationi Fulienſi, infirmos, & decrepitos, qui non poſſunt Eccleſiam adire, poſſe eas conſequi in lectulo ſuo, dummodo agant aliquod opus pium arbitrio Confeſſarij. Peregrinus *ſupra*. Circa Indulgentias autem

Stationum,

Stationum, quas in ea Bulla concedit Pontifex Religiosis intra claustra viuentibus, si suam Ecclesiam visitauerint, & ibi orauerint, notat Peirinis *tom.2.priuileg. Minim.in Constit.8. Pauli 5. §.1.num.3.* id nõ intelligi pro singulis diebus totius anni, sed solum pro diebus Stationum. Credit etiam *ibid.num.4.* in istis Indulgentijs Stationũ comprehendi etiam plenarias concessas dictis diebus Ecclesijs, in quibus sunt tales Stationes, non obstante quod secundum stylum, & praxim Curiæ, ac regulam Cancellariæ Indulgentiæ plenariæ non censeantur concessæ, nisi exprimantur. De quo tamen infra *num.21.*

10 Similiter loquendo de Indulgentijs pro Regularibus in articulo mortis constitutis, pium, & probabile esse, dixi eo loco, illas reuocatas non fuisse per generalem reuocationem à Paulo 5. factam, nam quæ speciali nota digna sunt non censentur tacitè esse sublata. Alphonsus Leo 1.*p.de Iubil.q.6.num.243.* qui id colligit ex quadam declaratione Sanctiss. D.N. Vrbani 8. facta Illustriss. D. Coccino Vicegerenti Pœnitentiariæ ann. 1625. quòd anno Iubilæi non suspenduntur Indulgentiæ concessæ pro articulo mortis. Peirinis *sup. §. 19. num. 10.* Nouarius *in Lucern. Regular.verbo Indulgentiæ num.2.* me relato. Vnde infer primò, Carmelitas gaudere posse Indulgentia plenaria illis concessa pro eo articulo ab Eugenio quarto in Bulla *Romani Pontificis*, quæ habetur in nostris Constitutionibus post Regulam, si tamẽ conditionem illam annui ieiunij &c. ab eodem Pontifice expressam seruauerint. De qua idem Reuerendissimus Stratius *sup.cap.10.* & ego *tom.1 cap.7.num.5.* Infer secundò posse etiam Minores in dicto articulo constitutos frui Indulgentia plenaria illis concessa à Martino 5. Eugenio 4. Nicolao 5. Calixto 3. Pio 2. ac Sixto 4. vt refert Cassarubius *verbo Indulgentia quod Fratres num.1.* itaut possint tunc Confessorem eligere, qui eis possit concedere Indulgentiam plenariam, & quod si occurrerit casus quod non possint Confessorem eligere, seu habere tunc, etiam consequantur prædictam Indulgentiam. Peirinis *sup. d. num.10.* Infer tertiò, Augustinienses posse lucrari Indulgentiam plenariam eo articulo per Confessarios idoneos, & Regulares ab ipsis de licentia Superiorum electos, ex concessione Iulij secundi apud Cassarubium *supra num. 23.*

11 Pariter etiam loquendo de Indulgentijs pro Regularibus defunctis concessis, quòd non censeantur reuocatæ per dictam reuocationem generalem Indulgentiarum, dixi eodem *tom.1.cap.3.num. 19.* & sequitur Nouarius *supra.* De quo idem Peirinis *tom.2.priuileg. Minim. in Constit. 4.Clem. 8.num 2.* vbi etiam propterea notat posse Mendicantes, non obstante dicta reuocatione Pauli 5. frui Indulto Clem.8. quod refert Rodriguez *in Bullar. tom. 2. in Constit. 8. eiusdem*

dem Clementis,& in 3. *tom.quæſt.Regular.in principio* pro Fratribus Minoribus Prouinciæ S. Gabrielis Hiſpaniarum, in quo ſic habetur. *Ac de Omnipotentis Dei miſericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apoſtolorum eius auctoritate confiſi,concedimus,vt decedente aliquo dicti Ordinis Religioſo, vel alicuius Religioſi parentibus, vel altero ipſorũ, aut perſona, quam ipſi Religioſi Fratrem appellant, & in quolibet loco dictæ Prouinciæ ad eorum receptaculum, & ſubuentionem paratam habent, ab aliquo, ſeu aliquibus eius Conuentus, in quo Religioſi parentes, vel alter ipſorum deceſſerit, vel perſona præfata in Fratrẽ deſcripta fuerit,Miſſam Defunctorum pro anima ipſius defuncti,quæ Deo in charitate coniuncta ab hac luce migrauerit celebrante, ſeu celebrantibus, anima ipſa de theſauro Eccleſiæ Indulgentiam conſequatur,itaut D. N. Ieſu Chriſti, ac B.V. Mariæ, & Sanctorum omnium meritis ſibi ſuffragantibus à Purgatorij pœnis liberetur.* Omitto alias Indulgentias Regularibus conceſſas pro Defunctis a Leone 10. quas refert Caſſarubius *verbo Indulgentiæ quoad Fratres primo num.*14.*&* 15.*&verbo Indulgentiæ non plenariæ quoad Fratres num.*7.*&* 8. quia illæ conceſſæ ſunt per viuæ vocis oracula, quæ ijs temporibus, niſi de nouo confirmentur, aut per Bullam confirmatæ poſtea ſint, nullius ſunt valoris, vt ſæpe dixi.Aliam etiam magnam Indulgentiam Clementis 7. pro Defunctis conceſſam Minoribus, quam refert Sorbus *in Additionibus ad Compend. priuileg. Mendicant. verbo Indulgentia quoad Fratres primo*, non refero, quia mihi non conſtat an ſit etiam viuæ vocis oraculo conceſſa, an non.

12 Pari ratione dicendum eſt de alijs Indulgentijs Regularibus cõceſsis, non pro ſeipſis, ſed ipſorum intuitu pro ſæcularibus defunctis, illas ſcilicet,non eſſe reuocatas generali illa reuocatione à Paulo 5. facta, tum quia,vt dictum eſt,Indulgentiæ pro defunctis non ſunt reuocatæ, tum quia eſto reuocatæ eſſent illæ, quæ pro eiſdem Regularibus defunctis conceſſæ erant, non eſt tamen cur idem dicatur de conceſſis ipſis Regularibus pro defunctis ſæcularibus;cum intentio Pauli 5. in illa reuocatione ſolùm videatur eſſe reuocare Indulgentias Regularibus pro ſeipſis conceſſas. Vnde Indulgentia illa Clem.8. ſupra relata pro parentibus Religioſorum, & pro illis, quos eos recipiunt, qui in Hiſpaniæ partibus *Fratres* vocantur, non eſt reuocata. Aliam quoq; Indulgentiam Calixti 3.pro parentibus Religioſorum referunt Caſsarubius *ſupra verbo Indulgentiæ pro ſæcularibus octauo num.* 1. Rodriguez *tom.*3. *quæſt. Regular. q.*27. *art.*1. & Peirinis *in diſta Conſtitut. Clem.*8.*num.*4. Sed eſt viuæ vocis oraculum, vt notat Caſsarubius, qui propterea O. eam notat, ac per conſequens hoc tempore, vt dictum eſt, nullius valoris, niſi per Bullam confirmata ſit, vel de

nouo

nouo confirmetur. Aliam ſimiliter Leonis 10. pro Sacerdotibus Congregationis S. Iuſtinæ Ordinis Sancti Benedicti ad liberandum animas defunctorum intra tertium gradum conſanguineorum, refert Sorbus *in Additionibus ad Compend. priuileg. Mendicant. verbo Indulgentia quoad Fratres* §. *Leo* 10. ſed neſcio qualis ſit hæc Indulgentia, & an etiam viuæ vocis oraculo conceſſa.

13 Similiter dicendũ, eas Indulgentias, quæ conceſſæ ſunt Regularibus, non pro ſeipſis, ſed ipſorum intuitu pro ſæcularibus viuentibus, reuocatas non eſſe a Paulo 5. propter rationem adductam, quia ſcilicet illæ non cenſentur cõceſſæ pro Regularib. Vnde Indulgentiæ illæ cõceſſæ audientibus conciones Mendicantium, de quibus egi ſup. verbo *Concionari, & Concionator n.* 14. nullo modo reuocatæ ſunt, vt ibidẽ dixi, & ſupponunt Diana 4. *p. Tract.* 4. *Reſol.* 22. *in fin.* ac Nouarius *ſup. n.* 5. poſt Hieron. Rodriguez, & Portelũ Addunt autẽ iſti auctores debere Concionatores expreſsè concedere has indulgentias nomine Põtificũ, alias auditores illas non lucrarentur. Quod tamen moderamine eget. Vt enim eo loco dixi, aliquæ ex dictis Indulgentijs conceſſæ ſunt ſimpliciter audientibus dictos Concionatores, aliæ verò non ita, ſed conceditur eiſdem Concionatoribus, vt eas concedere poſſint. Quamuis ergo hæ poſteriores egeant illa expreſſa conceſſione à Concionatoribus facta, non tamen illæ priores, præſertim, quod iuxta dicta ſupra ad cõſequutionem Indulgentiæ non requiritur voluntas expreſſa eam lucrandi, ſed ſolum, quod in gratia exiſtens efficiat homo opus iniunctũ. Pariter etiam Indulgentiæ conceſſæ pro geſtantibus habitũ Religioſorum, de quibus egi ſupra verbo *Habitus Regularis à nu.* 8. non ſunt reuocatæ, propter eamdem rationem. Idem dico de Indulgentia Vrbani 6. conceſſa pro eis, qui Carmelitas appellauerint Fratres *Beatiſſimæ Mariæ Genitricis Dei*. Hæc enim nullo modo reuocata eſt per Paulum 5. propter eamdem rationem. De quo doctiſſimè noſter Reuerendiſſimus Stratius *ſupra cap.* 20. Idem ſimiliter dicendum de pluribus Indulgentijs à Sixto 5. conceſſis in Bulla *Redditurí* in Bullario Rodriguez *nu.* 25. noſtris Patribus Diſcalceatis Carmelitis pro ſæcularibus, & ſpecialiter pro ſalutantibus alios illis verbis *Laudetur Ieſus Chriſtus*, vel reſpondentibus *in ſæcula*, vel *Amen*, aut *ſemper*, propter eamdem rationem. Portellus *in dub. Regular. verbo Indulgentia in Addit. num.* 3.

14 Hic autem notandum, quod licet plures Summi Pontifices intuitu Religioſorum Ordinum plures quoque, & varias Indulgentias cõceſſerint eleemoſynas, opera charitatis, ſeu pietatis, vel manus adiutrices illis exhibentibus, vt conſtat pro Carmelitis ex Sixto 4. in Bulla *Dum attenta*, & ex Gregorio 13. in Bulla *Ad laudes*, quas *ſup. nu.* 7 retuli,

retuli,& de illis,& alijs Religioſis ex diuerſis Summis Pontificibus relatis in Compendijs priuilegiorũ ipſorum Ordinum, ſpecialiter apud Caſſarubium *in Compend.priuileg.Mendicantium verbo Indulgentiæ quoad ſæculares quarto per totum.* Nihilominus,quia Pius 5.in Bulla *Etſi Dominici gregis* anno 1567. edita inter Conſtitutiones ipſius 2. tom. Bullar. *num.*30. reuocauit omnes Indulgentias pro quibus conſequendis manus adiutrices porrigendæ ſunt, verbis relatis à noſtro Stratio *ſupra cap.* 22. Ideo tales Indulgentiæ hoc tempore inualidæ ſunt, vt etiam notarunt Nauarrus *tom.2. conſil. lib.5. de pœnitent. & remiſſionibus conſil.2.nu.7.* & Stratius *ſupra cap.* 17. Quia verò Gregorius 13. in Bulla *Vt Laudes* confirmans Indulgentias conceſſas viſitantibus Carmelitarum Eccleſias, confirmauit etiam illas,quæ clauſulam continebant prædictas manus adiutrices porrigendi,cõmutãdo tamen illas manus adiutrices, ſeu eleemoſynas in alia pia opera, quæ ex verbis ipſius Pontificis retuli *to.2. c.15.n.39.* Ideo ea opera facientes,& viſitando prædictas Eccleſias lucrãtur dictas Indulgentias. Stratius *d. cap.* 17. Quamuis autem mihi non conſtet an ſimilem commutationem fecerit hic Pontifex, aut alius pro porrigentibus dictas eleemoſynas, aut manus adiutrices Eccleſijs aliorum Ordinum; credo tamen, quod Mendicantes, & alij, qui cum noſtro Ordine communicationem priuilegiorum, & gratiarum habent, poſſunt etiã gaudere hac gratia,& commutatione, propter dicta *ſup. num.* 8.

15 Notandum etiam Vrbanum 5. conceſſiſſe Generalibus, & Prouincialibus Minorum, vt poſſent Benefactoribus Ordinis communicare ſuffragia, Indulgentias, orationes, & bona ſpiritualia, vt refert Caſſarubius *ſupra verbo Indulgentiæ quoad ſæculares 4. num.6.* Quo priuilegio dixi gaudere Mendicantes ſupra verbo *Bona num.* 2. Illud autem non eſſe reuocatum per Paulum 5. conſtat, tum ex dictis, ſcilicet quia eſto conceſſum ſit intuitu Regularium, re vera tamen non pro ipſis,ſed pro ſæcularibus eſt conceſſum,tum etiam, quia Paulus 5. ſolum reuocauit Indulgentias Regularibus conceſſas, facultas autem communicandi Indulgentias, quæ in hoc priuilegio conceditur,non eſt Indulgentia, & ex diuerſis non fit illatio, *cap.ad Audientiam de decimis.* Peregrinus 1.*par.ſui Compend.verbo Viſitatores.* Peirinis *tomo primo priuileg.Minimorum in Conſtitut.* 14. *Leonis* 10.*num.* 12. Poſſunt autem dicti Prælati communicare ſuis benefactoribus Indulgentias (intellige ſui Ordinis) multipliciter. Primo quidem præcipiẽdo ſuis ſubditis, vt pro illis Indulgentias lucrentur. Quod fieri poteſt ſuppoſita ſententia Suarez *ſupra diſp.* 52.*ſect.7. num.6.* Bonacinæ *ſupra punct.6. nu.*12 & aliorum aſſerentium poſſe vnum hominem viuentem pro alio etiam viuente lucrari Indulgentias, ſi Pontifex id concedat,

concedat, prout contingere videtur in hoc casu. Secundo, vniendo, & aggregando prædictos benefactores cum suis Religiosis, ac ita faciendo, quod quemadmodum Religiosi dictas Indulgentias consequuntur faciendo opus à Papa præscriptum, ita & illi benefactores, si illud fecerint. Quo casu Prælati nihilominus non dicuntur concedere Indulgentias, sed solum Papa. Hoc enim modo intelligunt hoc priuilegium Suarez *sup. disp. 55. sect. 5. n. 13.* & Peirinis *to. 2. de Prælato quæst. 3. cap. 6. nu. 9.* qui etiam addit id fieri posse applicando fructum dictarum Indulgẽtiarum eo modo, quo applicantur Defunctis. Quod tamen coincidere videtur cum primo modo assignato. Vide alia ad intentum supra verbo *Bona.*

16 Loquendo etiam de Indulgentijs Regularium intuitu concessis Congregationibus virorum, seu fœminarum, qui Tertiarij, vel Tertiariæ appellantur, quatenus ipsis Congregationibus fuerunt concessæ proculdubio reuocatæ non sunt per dictam Bullam Pauli 5. cum in ea solum reuocentur, quæ pro ipsorum Regularium personis concessæ erant, non aliæ. Quæ vero sint constabit ex Compendijs priuilegiorum singulorum Ordinum. Dixi, quatenus ipsis Congregationibus Tertiariorum, & Tertiariarum concessæ fuerunt, quia loquendo de illis Indulgentijs, quas participant ratione Religionum quarum sunt Tertiarij, & Tertiariæ, de quibus ex Sixto 4. & alijs Pontificibus dixi *tom. 2. cap. 14. num. 26.* cum istæ sint ad instar Indulgentiarum talium Religionum, & accessorium sequatur principale, ideo consequenter reuocatæ censeri debent per dictam Constitutionem Pauli 5. & concessæ illis ex, quas idem Pontifex Religiosis concedit.

17 Loquendo similiter de Indulgentijs concessis Confratribus, seu Cõfraternitatibus Regulariũ idẽ dica debet, scilicet reuocatas non esse per dictam Bullam Pauli 5. propter rationem adductam, scilicet quia in ea solum reuocatæ fuerunt ex, quæ pro ipsis Regularibus concessæ erant. Nihilominus ab ipso Paulo quinto reuocatæ etiam sunt, & ad nouam formam redactæ, iuxta dicta *tomo 2. cap. 15. num. 61.* Quod & animaduertit Naldus *in Summa verbo Indulgentia num. 17.* vbi etiam animaduertit, postea eumdem Pontificem Indulgentias concessas confraternitati Sacri Rosarij in pristinum statum restituisse, prout similiter notaui *eo num. 61.* Quæ verò sint tales Indulgentiæ ex prædictarum Confraternitatum Summarijs constare poterit, quas autem idem Pontifex Confraternitati Scapularis Carmelitarum concessit eodem *cap. 15. n. 40. & 41.* adduxi, vbi etiam *n. 42.* notaui forsan probabile esse Indulgentias eisdem Confratribus Defunctis, vel in articulo mortis constitutis concessas, reuocatas non esse, propter dicta in superioribus.

Et

18 Ex quo iam patet qualiter reuocatæ non sint pro Regularibus in dicta Bulla Pauli 5. Indulgentiæ communes eisdem Regularibus, & sæcularibus, quales sunt illæ, quæ medallijs, imaginibus, Coronis, vel certas orationes dicentibus, vel aliquam Ecclesiam certo die visitantibus concedi solent. Peirinis *sup. in Constitutione* 8. *Pauli* 5. *n.* 11. Quia tamen circa istas Indulgentias nonnullæ difficultates inter ipsos Regulares oriri solent, incongruum non erit aliquid circa eas dicere.

19 Et primò, circa medallias notandum, quòd licet Sanctissimus Dominus noster Vrbanus eas Indulgentias, quę olim, à suis prædecessoribus medallijs sancti Caroli, & quinque Sanctorum concessæ erant, amplius ipse non concedat, non tamen reuocauit à suis prædecessoribus concessas, ac propterea manent in sua vi. Concedit etiam ipse D. Vrbanus varias Indulgentias ordinarias, & extra ordinarias (quas benedictiones vocant) diuersis medallijs, & imaginibus Sanctorum, sed vult, vt audio, quod dictæ benedictiones non possint dari, nisi simul cum ipsis medallijs, vel imaginibus. Nota secundò, secundum probabilissimam opinionem quorumdam, quod habens diuersas medallias diuersas benedictiones à diuersis Pontificibus habentes, potest eodem actu, seu oratione iniuncta diuersas illas Indulgentias consequi. Ratio est, quia priuilegium priuilegio non aufertur, & quia non est maior ratio cur Indulgentia vnius medalliæ, potius quàm alterius obtineatur, eo actu, vel oratione. Ergo vel omnium, vel nullius, quod esset absurdum. Henriquez *lib.* 7. *de Indulgent. cap.* 17. *n.* 5. Sa *in Summa verbo Indulgentia num.* 18. Naldus *in Summa verbo Indulgentia num.* 5. Licet oppositum tueatur Suarez *supra disp.* 52. *sect.* 8. *num.* 10. Coninch *disp.* 12. *de Indulgent. dub.* 9. & alij. Nota etiam tertiò, habentes tales medallias consequi posse, sæpius etiam in die, Indulgentias ipsarum, efficiendo opus præceptum, non solum quando Pontifex dixit *toties quoties &c.* sed etiam quando non determinauit tempus, cum non sit ratio restringendi concessionem ad vnam vicem. Nauarrus *de Indulgent. not.* 31. *num.* 37. Suarez *sup. disp.* 57 *sect.* 1. *num.* 7. loquentes de visitantibus Ecclesias, quibus cõcessa est Indulgentia, propter eamdem rationem. Bonacina *sup. dicta disp.* 6. *quæst.* 1. *punct.* 5. *num.* 32. Layman. *sup. cap.* 3. *num.* 3. & *c.* 8. *num.* 8. Lugo *d. disp.* 27. *sect.* 6. *num.* 95. Id tamen animaduertendum cum Nauarro, & Suarez, non esse id intelligendum de tot vicibus, vt indulgentia irrisoria reddatur, cum non nisi prudenter, & rationabiliter a Papa credi debeat concessa.

20 Pro recitantibus ter *Aue Maria* cum tribus illis Antiphonis *Angelus Domini &c. Ecce Ancilla Domini &c. Et Verbum caro &c.* ad tria signa campanæ post Solis occasum, concessam esse Indulgen-

tiam plenariam ab Adriano sexto, refert Rodriguez *tom.2. quæst. Regular. q.77 art.12.* Diana *par.4. Resolut.* 24. ex alijs. Cæterum in Cæremoniali nostro *lib. 1. 2. par. Rubric. 9. num 6.* hæc adduntur iuxta Romanæ Ecclesiæ vsum omnibus vtilia. *Pulsatio salutationis Angelicæ post occasum Solis per tres ictus ter factos efficiatur. Similiter in aurora, & etiam in meridie, secundum ritum Patriæ fiat. Ad cuius pulsationem Fratres, etiam tempore Paschali genuflectant (exceptis Dominicis diebus à primis vesperis, in quibus non genuflectent, sed stabunt) & tres hos versus* Angelus Domini &c. Ecce Ancilla Domini &c. Et verbum caro factum est &c. *dicant, terque* Aue Maria, *cum oratione* Gratiam tuam; & Fidelium animæ, *vt in exercitio quotidiano in officio Beatæ Mariæ Virginis ordinatur, quibus precibus Indulgentiam plenariam Paulus Papa 3. concessit. Item Gregor. 13. præcepit in omnibus Ecclesijs, etiam Regularium, pulsationem ad orationem pro Defunctis, seu post salutationem Angelicam hora competenti, noctu fieri. Indulgentias tunc pro Defunctis orantibus concedēs. Quare dimidia, vna, aut duabus horis post salutationem Angelicam, secundum varias consuetudines Parrochiarum fieri potest.* Hæc ibi.

21 Circa Indulgētias Stationum notandum primò, quod licet olim plures Sūmi Pontifices eas multis Religiosis cōcesserint, visitando solū certas Capellas, Altaria, vel loca in suis Ecclesijs, aut domibus, prout refert Cassarubius *supra verbo Indulgentiæ stationum quoad Fratres* per totum, & Rodriguez *tom.2. quæst. Regular. q.88. art. 2.* modo tamen standum est Bullæ Pauli 5. relati, vbi reuocatis alijs Indulgentijs, solum quoad Stationes Regularibus concedit, quod Religiosi *intra claustra viuentes, qui suam Ecclesiam deuotè visitauerint, ac vt præfertur* (scilicet pro Christianorum Principum concordia, hæresū extirpatione, Romani Pontificis salute, & sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione) *orauerint, consequantur easdem Indulgentias quas visitantes Ecclesias Vrbis, & extra eam diebus Stationum consequuntur in omnibus diebus perinde, ac si ipsas Vrbis Ecclesias personaliter visitarent.* Quod vt dixi superius intelligitur pro ipsis diebus Stationum. Nota secundò, quod per Indulgētias Stationum duo possunt intelligi. Primò, Indulgentiæ solum, quæ pro tali Statione à Sancto Gregorio Papa earum institutore concessæ sunt, scilicet septem annorum, prout habent *D. Thom. in 4. d. 20.* Turrecremata *in cap. mensuram de pœnitent. d. 1.* & alij communiter. Secundò, non solum istæ Indulgentiæ, quæ pro Stationibus sunt concessæ à Sancto Gregorio, sed plures aliæ ab alijs Pontificis concessæ visitantibus dictas Ecclesias, vel in ipsis orantibus, quæ plures sunt, & maximè, prout constat ex Summario earumdem Ecclesiarum, specialiter, quæ pro septem

Eccle-

Ecclesijs principalibus, scilicet S. Ioannis Lateranensis, Sancti Petri in Vaticano, Sancti Pauli, Sanctæ Mariæ Maioris, Sancti Laurentij extra muros, Sancti Sebastiani, Sanctæ Crucis in Ierusalem, vt refert Cassarubius *in Compend. verbo Indulgentiæ septem Ecclesiarum*, & Rodriguez *supra tom. 2. quæst. 89. 90. & 91.* Cum autem Paulus 5. verbis adductis dixerit *consequantur easdem Indulgentias, quas visitantes Ecclesias Vrbis, & extra eam diebus Stationum consequuntur &c.* ideo videtur dicendum tales Religiosos suas Ecclesias visitantes non solum consequi eas Indulgentias, quæ pro Stationibus à Sancto Gregorio concessæ sunt, sed etiam omnes alias, quæ ab alijs Pontificibus concessæ fuerint pro illas visitantibus, & in eis orantibus. Ita de simili concessione Clementis 7. pro Confratribus nostris habet noster Stratius *supra cap. 21. num. 10.* Cum autem inter Indulgentias cõcessas dictis Ecclesijs, aliæ sint totales, & plenariæ, aliæ partiales, & non plenariæ: rursus aliæ pro viuis, aliæ pro defunctis, inquiri potest an Religiosi visitantes suas Ecclesias diebus Stationum omnes illas consequantur. Et licet aliqui probabiliter affirmatiuè respõdeant, eo quod Pontifex illas possit concedere, & verba quibus voluntatem suam significat cum indefinita sint, & vniuersalia, latè videantur explicanda, maximè in materia ista fauorabili, & quæ nulli tertio præiudicium affert. Nihilominus probabilius est contrarium, quia *vt sup. num. 2.* dixi, iuxta stylum Curiæ, & Regulam Cancellariæ Apostolicæ Indulgentiæ plenariæ, eo quod difficilè concedantur, non intelliguntur concessæ, nisi expressè exprimantur. Suarez *supra disp. 52 sect. 8. num. 12.* Molfesius *par. 1. Summ. Tract. 7. cap. 26. num. 92.* Cassarub. *supra verbo Indulgentiæ stationum §. aduertendum est etiam.* Quod maximè videtur dicendum de Indulgentijs plenarijs pro defunctis, quia istas difficilius Pontifices concedunt, & ita nõ intelliguntur concessæ, nisi exprimantur, prout tenent S. Tho. *in 4. d. 45. q. 2. art. 3.* Nauarr. *in Comment. de Indulgent. notab. 22. n. 2.* Suar. *sup.* Stratius *sup. n. 13. & 14.* Solũ ergo Indulgentias nõ plenarias, & pro viuis lucrãtur Religiosi prędicti suas Ecclesias in prędictis diebus Stationũ visitã tes

22 Idem, quod dixi de Indulgẽtijs Stationum à Religiosis prædictis diebus consequendis, etiam applicari debet proportionaliter ad singulos Christi fideles Ordinis nostri denotis, iuxta concessionem Clement. 7. & moderationem Gregorij 13. in fauorem Ordinis nostri. De quo idem Reuerendissimus Stratius supradicto *cap. 21.*

23 Religiosi publicantes Indulgentias ob quæstum, idest, ob eleemosynas ratione illarum acquirendas, sententiam excommunicationis incurrunt Papæ reseruatam, & Episcopi, quantumuis Cardinalatus honore prælulgeant, si id egerint, aut attentauerint ab ingressu Eccle-

fiæ, & perceptione fructuum sunt suspensi, donec satisfactione præmissa, a Sede Apostolica dispensentur. Ita enim habetur ex Pio 5. in Bulla *Quam plenum* in 2.to.Bullar.inter Constitutiones ipsius *nu.* 99. Thesaurus *in prax. par.*2. *verbo Indulgentia cap.* 2. Tales etiam Indulgentiæ inualidæ sunt, ex eodem Pio 5. in Bulla *Etsi dominici* supra relata. Secus videtur dicendum de Indulgentijs, pro quibus consequendis solum dicitur dandam esse aliquam eleemosynam indeterminatis pauperibus, nam hoc solet fieri in Iubilæis. Thesaurus *supra*. Qui etiam ibidem agit, an hanc censuram incurrat, qui mandauerit publicare prædictas Indulgentias, ob quæstum, si non fuerint publicatæ.

24 Item Religiosi Indulgentiam plenariam alicui concedentes incurrunt excommunicationem Papæ reseruatam, eosque locorum Ordinarij, postquam de hoc eis constiterit, excommunicatos debent declarare, donec de absolutione eis fuerit fides facta, non obstantibus quibuscunque priuilegijs. Ita enim habetur in Clement. prima *de priuileg.* vbi hoc quod est concedere Indulgentiam plenariam vocatur *absoluere à culpa, & à pœna*. Suarez *de Censuris disp.* 22. *sect.*4.*num.* 19. Thesaur. *supra cap.* 1. qui etiam animaduertunt cum Siluestro *in Summa verbo Excommunicatio* 7. *num.* 41. incurrere Religiosos hanc censuram, etiam si non absoluant sacramentaliter. Religiosi autem hanc Indulgentiam plenariam concedentes non incurrunt excommunicationem Bullæ Cœnæ, quæ imponitur contra vsurpantes iurisdictionem Sedis Apostolicæ, quia ea solum ponitur contra vsurpantes iurisdictionem Ordinariam, non verò delegatam, præsertim in foro interno. Thesaurus *supra*

25 Qualiter excommunicentur Religiosi prædicantes, vel dicentes, Indulgentias Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de populo ad sæculares extendi habes *tom.* 1.*cap.* 20.*num.* 9. Qualiter etiam peccent prædicantes Indulgentias non approbatas ab Ordinario, falsas, aut indiscretas habes ex dictis *ibidem num.* 17. De Indulgentia Bullæ Sabbatinæ, & diligentijs pro ea obtinenda, dixi *tom.* 2. *cap.* 15. *num.* 43.

De Indulgentijs pro defunctis concessis Altaribus priuilegiatis, dixi supra verbo *Altare num.* 19. De alijs verò ad hanc materiam spectantibus dicam verbo *Iubilæum*.

†

INFAMIA.

SVMMARIVM.

Infamia quid, & quotuplex sit. num. 1.
Infamia iuris propter quæ crimina sit imposita. num. 2.
An debeant esse notoria. num. 3.
De infamia per ignominiosam artis professionem. num. 4.
An incurratur propter quodcumque crimen si sit notorium. num. 5.
An incurratur dolo non interueniente. num. 6.
An per sententiam diffinitiuam Iudicis. num. 7.
An in casu transactionis. num. 8.
Quid dicendum de infamia facti. num. 9.
De diuisione infamiæ in legalem, & Canonicam. num. 10.
De diuisione infamiæ propter delictum proprium, & alienum. n. 11.
Infamiæ effectus qui sint. num. 12.
Maximè quoad Regulares quoad repulsam ab officijs Religionū. ibid.
Repellitur infamis ab actibus legitimis, & publicis muneribus. n. 13.
Tenentur infames in conscientia abstinere ab ijs, à quibus repelluntur. num. 14.
Infamia irregularitatem inducit. num. 15.
Quibus modis tollatur infamia. num. 16.
Regulares an possint dispensari in ipsa à suis Prælatis. num. 17.
Ad quos casus extendi possint priuilegia Religionum. num. 18.
De priuilegio quodam Eugenij 4. num. 19

1 INfamia ex parte illorum apud quos quis est infamatus, est *rumor, opinio, seu existimatio praua de vita, moribus, aut qualitate alicuius*, ex parte verò ipsius infamis est *læsæ dignitatis qualitas, legibus, aut moribus reprobata*, argumento à contrario de fama, quæ est *dignitatis illæsæ, status, legibus, ac moribus comprobatus. l. cognitionem, ff. de varijs*, & alijs iuribus. Michael de Bononia *in 4. dist. 25. quæst. 5. art. 1.* Siluester *in Summa verbo Infamia num. 1.* Laymanus *lib. 1. Tract. 5 par. 5. cap. 4. num. 1* Quamuis autem plures dicant infamiam esse triplicem, scilicet iuris, facti, & canonicã, (Sanchez *tom. 2. consil. Moral. lib. 6 cap. 3. dub. 4. num. 1.* Naldus *in Summa verbo Infamia num. 1.*) Nihilominus coniungendo infamiã Canonicam cum infamia iuris, antiqua, & celebris diuisio infamiæ est in infamiam iuris, & infamiam facti. Infamia iuris est ea, quæ incuritur per delictum, cui à iure, siue canonico, siue ciuili impositа est in-

famiæ pœna. Silueſter *ſup. n.* 2. Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 62. *nu.* 1. Siue per Iudicis ſententiam diffinitiuam, qua aliquis de graui aliquo crimine damnatur. Toletus *ibidem.* Suarez *tom.* 5. *de cenſuris diſp.* 48. *ſect.* 1. *num.* 6. Siue etiam ex confeſſione rei in iudicio. Sayrus *de cenſur. lib.* 7. *cap.* 9 *num.* 3. Naldus *ſupra verbo Infamia num.* 1. Bonacina *de Cenſuris diſp.* 7. *quæſt.* 3. *punct.* 1. *num.* 2 §. *tertio contingit*, & alij apud ipſum. Licet oppoſitum teneant Silueſter *ſup. num.* 12. cum alijs. Infamia verò facti eſt, quæ oritur ex graui aliquo delicto, propter quod ex ipſo facto ſine aliquo actu iudiciario delinquẽs apud bonos, & graues viros male audit, ſiniſtraue opinio de ipſo diuulgatur. Toletus, & Suarez *ſupra.* Cornexo *to.* 2. *in* 3. *par. S. Tho. tract.* 5. *de Irregularit. diſp.* 8. *dub. vnico.* Deinde infamia iuris, alia eſt legalis, alia Canonica, illa quidem eſt, quæ per leges Ciuiles eſt introducta, iſta verò, quæ per leges Canonicas. Toletus *ſupra.* Suarez *ſupra num.* 4. Rurſus infamia ex delicto, alia eſt propter delictum proprium, alia propter delictum alienum, ſcilicet parentum, auorum &c. Layman. *ſupra.* Pro quibus infamiæ ſpeciebus, ſeu modis aliqua animaduertenda ſunt.

2 Et primò, quoad infamiam iuris, illam ſcilicet, quæ vt dixi in iure eſt impoſita pro aliquo delicto, nota primò, crimina propter quæ in iure canonico, vel ciuili eſt impoſita infamia eſſe crimen lenocinij, crimen militis propter quod repulſam paſſus eſt ab exercitu, Matrimonium cum duabus, vſuram, crimen læſæ maieſtatis, hoſtilem perſecutionem Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, periurium, pugnam publicam cum feris, duellum, ioculatoriæ, & hiſtrionicæ artis periculoſum exercitium, adulterium deprehenſum, ſodomiam voluntariam, raptum mulierum, apoſtaſiam à fide, hæreſim, eiuſque fauorem, ſimoniã, proſtitutionem propriæ filiæ, vel neptis, Matrimonium cum meretrice, vili, abiecta, vel repudiata. De quibus ex diuerſis iuribus agunt Michael de Bononia *ſupra art.* 2. Sayrus *d. l.* 7. *cap.* 11. Sanchez *ſup. dicto cap.* 3. *dub.* 6. Bonacina, & Layman. *ſupra.* Alia crimina propter quæ incurritur infamia congerunt Azor. *tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 7. *quæſt.* 3. Cornexo *ſupra* §. *ex quibus in foro*, & Barboſa *de offic. & poteſtate Epiſcopi Allegat.* 43. *à num.* 25. & habentur ex *ca. conſtituimus*, & *ca. omnes* 3. *q.* 5. *ca. infames* 3. *q.* 7. & *ca. infamis* 6. *quæſt.* 1. Sed ibi, vt puto, ſolum eſt ſermo, ſaltem quoad plura crimina ex illis, de infamia facti, non iuris.

3 Nota ſecundo, quod quando hæc delicta propter quæ infamia iuris incurritur non ſunt notoria maiori parti viciniæ, loci, Collegij, Monaſterij &c. in quo quis degit, non inferunt infamiam, quemadmodum enim fama oritur ex publica boni nominis notitia, ita infa-

mia

mia ex publica mali nominis notitia oriri debet, & si ea non adsit delinquens non censetur infamis. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 248. Bonacina *supra* ex alijs. Addit Nauarrus ex D. Antonino id esse verum etiam si tale delictum probari possit, aut sit fama de eo, aut sit cõfessum extraiudicialiter. Vnde tali delicto occulto stante non licet alteri illud publicare, seu reum infamare, quia adhuc retinet famam suã. Suarez *num.* 15. Thesaurus *in praxi Ecclesiastica par.* 1. *cap.* 33. §. *Aduertendum* 5. Adde, quod etiam si delictum sit publicum, nihilominus probabile valde esse ante sententiam Iudicis saltem declaratoriam criminis non incurri in conscientia hanc pœnam infamiæ, propter dicta *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 31. eò præsertim, quoniam esto in rigore iuris oppositum esset dicendum, consuetudine tamen, vt credo, id quòd dixi est receptum. Azor. *tom.* 1. *Instit. Moral. lib.* 8. *c.* 13. §. *sed verius est.* Sanchez *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 26. *num.* 1. & 2. Peirinis *tom.* 2. *de Prælato quæst.* 2. *cap.* 5. §. 4. *num.* 50. Barbosa *de offic. & potest. Episc. Allegat.* 43. *num.* 14. post alios quos referunt. Rectè etiam notant plures ex illis, quod in tali casu publicitatis criminis propter quod in iure imposita est pœna infamiæ, etiam si non incurratur infamia iuris ante declarationem Iudicis, incurritur tamen infamia facti, quæ per contrarium actum aboletur, & de qua postea. Si tamen casus esset, quod Iudex declararet delinquentem commisisse illud crimen, etiam si non condemnet eum, incurretur infamia; tunc enim adsunt omnia requisita ad talem pœnam incurrendam. Azor. & Sanchez *supra.* Posita etiam sententia declaratoria criminis, actus antea gesti à die commissi criminis irritantur. Suarez, & Thesaurus *supra.*

4 Tertiò nota, ad hanc infamiam iuris reduci eam, quæ incurritur per ignominiosam professionem alicuius artis vilis, quæ reddat hominem vilem, & indignum, quales sunt non solum histriones, & ioculatores, vt dictum est, sed etiam mimi, gladiatores, citharedi, macellarij, tabernarij, aleatores, &c. Maiolus *lib.* 3. *cap.* 1. *nu.* 5. & *sequentibus*. Bonacina *supra num.* 12. ex pluribus alijs. Circa quod notandum primò, nullum officium quamuis vile, & abiectum, aut mechanicum inducere hanc irregularitatem, nisi id sit iure ciuili, vel canonico expressum, vel saltem includat culpam grauem publicam, quia tunc inducet infamiam facti. Suarez *supra dicta disp.* 48. *sect.* 3. *in fine*. Cornexo *supra* §. *respondeo affirmatiue*. Secundò, hanc infamiam non transire ad filios. Suarez, & Cornexo *ibidem*.

5 Maximè quartò nota, quod licet pluriũ sententia sit incurri prædictam infamiam iuris propter quodcunque crimen enorme, si sit notorium (Sayrus *d. l.* 7. *cap.* 12. Thesaurus *sup.* §. *secundo modo*) oppositum tamen est probabilius, scilicet non incurri dictam infamiam

iuris propter quodcunque delictum quantumuis enorme, & depositione dignum, ac notorium, nisi alias illud à iure habeat talem pœnam. Ratio sumitur ex *cap. is qui de sent. excommunic. in 6.* vbi diffinitur, quod nulla Irregularitas incurritur, nisi in iure sit expressa. Cum autem infamia iuris inducat irregularitatem, vt postea dicetur, sane si ea non sit in iure determinata, non incurretur propter delictum quãtumuis enorme, aut publicum. Suarez *supra num.* 11. Peirinis *supra.* Layman. *supra num.* 11. Incurretur tamen tunc infamia facti propter criminis publicitatem, ea enim oritur apud bonos, & graues viros propter delictum enorme, & publicum, vt dictum est. Peirinis, & Layman. *supra*.

6 Quintò nota circa eamdem infamiam iuris, quæ in iure habetur, incurri etiam dolo non interueniente, vt ex culpa lata, aut ex ignorantia culpabili, nisi lex expressè requirat dolum, seu præsumptionem, nec euitari etiam ex causa intrinseca minuente culpam; vt ob minorem ætatem, vel ob non plenam malitiam, vt probat Thesaurus *sup.* §. *Aduertendum* 3. *& aduertendum* 4. ex varijs Doctoribus, & iurib.

7 Circa sententiam diffinitiuam Iudicis, per quam vt dixi, incurritur etiam iuris infamia, nota primo id maximè esse verum, quando quis damnatus est ad publicam pœnam ex causa famosa, *ca. infames 3. quæst. 7. §. porrò, l. aut damnum in principio, ff. de pœnis.* Molina *tract. 4. disp. 9. num. 19.* Thesaurus *supra* §. *quinto modo.* Qui pertalem pœnam intelligit omnem pœnam corporalem prẽter pecuniariã, vt damnationem ad opus metalli, relegationem, fustigationem, damnationem ad triremes (esto oppositum probabile esse dicat Diana *4. par. Tract. 2. Resolut. 83.*), ad perpetuum carcerem, ad bannum, vel pœnam capitalem. Secundò (quod notent Regulares) id etiam esse verum, quando quis damnatur ad depositionem ab officio, vel beneficio, vel depositionem, aut degradationem. Sanchez *tom. 2. consilior. moral. l. 6. cap. 3. dub. 6. num. 16.* Thesaurus *sup.* §. *Secundo depositio.* Intelligitur autem hoc, quando quis damnatur ad hæc ob dolum, fraudem &c. Sanchez *ibidem, & num.* 14. Thesaur. *ibidem.* Tertiò id etiam esse verum, quando quis esset damnatus ad publicam, vel solemnem pœnitentiam agendam, iuxta modum tamen explicandum infra verbo *Irregularitas num.* 38. Zerola *in praxi cap.* 45. *num.* 5. Maiolus *lib.* 3. *c.* 2. Thesaurus *sup.* Quartò id quoque esse verum, etiã si quis condemnatus esset ad prædicta ex indicijs indubitatis, talis enim sententia trahit etiam pœnarum executionem. Menochius *lib. 1. præsumption. q. 96.* Thesaur. *supra* §. *Ampliat prædictam*, rectè etiam dicens §. *sequente*, ex Vgolino, & Molina id esse intelligendum, quando non est ab ea sententia appellatum.

Circa

8 Circa confeſſionem illam rei in iudicio per quam, vt dixi, incurritur infamia iuris, nota, idem etiam videri dicendum in caſu tranſactionis, quando ſcilicet aliquis paciſcitur ſuper crimine, pro quo ſi fuiſſet condemnatus incurreret infamiam, nè pro illo accuſetur, intelligitur enim fateri crimen, qui ſuper eo paciſcitur. *l.1. & l. Athletas, §. fi. & l. quoniam intelligitur, ff. de his, qui not. inf.* Laymanus *ſup.* §. *Alia vero crimina.* Theſaurus *ſupra* §. *quarto modo*, & in ſequentibus.

9 Circa infamiam facti notandum, quod cum ea oriatur ex graui aliquo delicto propter quod delinquens apud bonos, & graues viros male audit, ideo non ſufficit ad illam incurrendã, quod tales viri ſint leues, fatui, vel malæ opinionis. *ca. ſunt plurimi 6. q.* 1. Silueſter *ſup. num.* 3. Suarez *ſupra num.* 19. Requiritur etiam, quod tales viri boni, & graues ſint tota, vel maior pars loci, Communitatis, Conuentus &c. iuxta dicta *ſup. num.* 3. de infamia iuris. Sotus *in relect. de tegend. ſecreto memb. 2. quæſt. 6.* Nauarrus *ſupra num. 255. & cap. inter verba corollar.* 48. *num.* 584. Vnde non ſufficit rumor ſparſus, & creditus apud aliquos. Sanchez *tom. 2. conſil. moral. lib. 6. cap. 3. dub. 4. num. 2. & 5.* Sa *in Summa verbo Infamia num.* 1. Nec etiam ſufficit teſtimonium vnius quantumuis exiſtimati probi, aut fide digni, aſſerentis illud crimen eſſe ab aliquo commiſſum, quia talis poteſt fallere, vel ſaltẽ falli. Peirinis *ſupra num.* 52. Excipe, ſi perſona aliqua publica de qua nullus dolus præſumeretur, efficeret aliquam actionem, per quam denotaret aliquem grauiter peccaſſe, vt ſi pater in ſuo teſtamento filium, quem hæredem conſtituit, turpibus verbis infamaret, vt dicendo eum eſſe proditorem, nequam, vel huiuſmodi. *l. ea quæ pater, C. ex quibus cauſ. infam. irrogat. & l. 2. tit. 6. par* 2. Silueſter *ſupra.* Laymanus *ſupra num.* 4. Aut cum Rex, vel Iudex non per modum ſententiæ, ſed caſtigationis, vituperio afficeret poſtulantem dicendo illi, *tu calumniaris*, vel *bene faceres ſi ad meliorem frugem te conuerteres, C. eod. tit. l. verbum, l. interlocutio.* Silueſter *ſup. dub.* 5. *num.* 3. Vel propter crimen repellerent aliquem à teſtificando *cap. teſtimonium de teſtibus.* Silueſter *ſupra.* Armilla, Tabiena, & Angelus *verbo Infamia.* Seu cũ aliquem damnarẽt ad reſtituendum rem ablatam, vel eum mitterent in carcerem. Silueſter *ſup.* Sanchez *ſup. num.* 4. Hoc vero graue delictũ publicum, propter quod infamia facti incurritur, non eſt idem in omnibus, ſed reſpectiuè ad perſonas, itaut crimen, quod in ſæculari non cauſat infamiam, ſcilicet fornicatio, in Religioſo cauſabit illam. Molina *tract. 4. diſp. 7. num. 6.*

10 Circa diuiſionem illam infamiæ in legalem, vel Canonicam, notandum, quod quicunque afficitur infamia à iure ciuili, afficitur quo-

que

que etiam infamia à iure Canonico expresè, vel implicitè ius ciuile admittente. *ea. omnes vero 6. q. 1. & 2 q. 3. §. hinc colligitur.* Maiolus *de Irregularit. lib. 3. cap. 1. num. 3.* Garzias *par. 7. de benef. cap. 8. n. 11.* Excipe, nisi infamiã à iure ciuili introductã Canones speciatim abstulerint, sicut *in cap. vlt. de secundis nupt.* ablata est infamia decreta mulieri intra annum viduitatis ad secundas nuptias transeunti. *Auth. C. de secund. nupt.* Layman. *sup. num. 2.*

11 Circa diuisionem autem aliam infamiæ in eam, quæ incurritur ex delicto proprio, & ex alieno, notandum, quod filij eorum, qui crimen læsæ maiestatis, ac perduellionis commiserunt, sunt infames, *l. quisquis C. ad l. Iuliam, maiest.* Similiter filij, & nepotes eorum, qui Romanæ Ecclesiæ Cardinales hostiliter persequuntur, *cap. fœlicis de pœnis in 6.* Cornexo *sup. §. Respondeo affirmatiuè.* Bonacina *supra num. 13.* Idem dicunt plures de filijs hæreticorum, credentium, fautorum, seu receptatorum, vel defensorum ipsorum, propter dictam *l. quisquis*, quia illi sunt etiam rei læsæ maiestatis diuinæ. Ita plures apud Sanchez *l. 2 in Decalogum cap. 28. num. 4.* Contrarium tamen videtur probabilius, quia nullibi in eos est statuta hæc pœna, neque in pœnalibus arguendum est à maioritate rationis. Menoch. *cons. 808. num. 44.* Suarez dicta *disp. 48. sect. 3. num. 1.* Sanchez *sup. num. 5.* Excipe filios prædictorum vsque ad secundam generationem per lineam paternam, & vsque ad primam per maternam, si parentes ipsorum defuncti fuerint impœnitentes. *cap. quicumque §. hæretici de hæret. in 6. cap. statutum. 2. eodem titulo in 6.* Sanchez *supra num. 7.* Thesaurus *in praxi par. 2. verbo hæresis cap. 3.* Vbi cum eodem Sanchez, & alijs limitat hoc, vt non procedat in filijs ante hæresim genitis, nec in illis Regionibus, in quibus palam, & impunè hæreses grassantur, & quando delictum paternum est notorium iure, vel facto. Addit Cornexo *sup. §. Respondeo affirmatiuè* filios meretricis notoriæ etiam coniugatæ esse quoque infames.

12 Ex infamia autem, siue iuris, siue facti, hi effectus oriuntur. Primus, quod repellunt infames à dignitatibus Ecclesiasticis, siue sæcularibus, ita vt eas consequi iure nequeant, *cap. inter dilectos de excessibus Prælator. l. vnic. de infamibus, & l. 2. C. de dignitatibus lib. 12.* & ex Regula 87. iuris in 6. vbi dicitur *Infamibus portæ non pateant dignitatum.* Siluester *supra num. 4. & 15.* Tamburinus *de iure Abbat. to. 1. disp. 5. q. 20.* Diuerso tamen modo id competit infamiæ iuris, ac infamiæ facti, etenim infamia iuris non solum repellit à dignitatibus obtinendis, sed etiam à receptis (intellige, supposita sententia declaratoria, iuxta dicta supra) infamia vero facti impedit collationem dignitatum, sed non priuat obtentis. Molina *Tract. 4. disp. 11.* Sanchez

tom.2. consil. moral. l.6. cap.3. dub.5.nu.7. & sequentibus. Layman. *supra num.5.* Collatio etiam beneficij, seu dignitatis facta infami infamia iuris, est nulla, & irrita, ex dicta regula iuris *Infamibus* &c. & *cap. cum in cunctis de elect.* Sanchez *supra num.* 10. Layman. *supra* Quod etiam dicunt de infami infamia facti ijdem Sanchez, & Layman, ac Bonacina *supra num.*11. contra Garziam *de benefic. par.7. cap.*8. & alios. Ex quo ad intētum Regularium collige, dictos infames repellendos esse ab officijs Religionum, quæ dignitates sunt, iuxta dicta *tom.*1. *cap.*15. *nu.*25. Idem de gradibus Magisterij, seu Doctoratus, quia Doctoratus dignitas quædam sit, ex Abbate, Felino, & alijs tenet Thesaur. *in praxi par.*2. *verbo Medici cap.*1. §. *de pœna.* Sed vide dicta verbo *Illegitimi Regular.n.*8. Itē Moniales infames, siue infamia iuris, siue facti, à munere Abbatissarum, iuxta dicta *to.* 1. *cap.26. num.*7. de quo Portellus *in dub.Regular. verbo Abbatissa*, & Tamburinus *de iure Abbatissarum disp.*28. *quæsit.* 15.

13 Secundus effectus vtriusque infamię est, quod repellat hominem ab actibus legitimis, & publicis muneribus, itaut non possit esse Iudex 3. *quæst* 7. *ca. infamis*, quia hoc dignitatem dicit. Bene tamen arbiter, quia hic nullam dignitatem habet, sed meram, & simplicem cognitionem. Nec accusator, aut postulator, *l. qui accusare, ff. de accus.* & *l.*1. *ff. de postulat.* Nec testis in causa criminali, vel grauiori, quibusdam casibus exceptis. *cap. testimonium de testibus, & cap. Inquisitionis,* §. *penult. de accusat.* Nec procurator, *cap. deputati de iudic.* & *cap. infamibus de regul. iur. in 6.* Idem dico de munere assessoris, & patroni. De quibus Siluester *supra num.*4. & 15. Sanchez *sup. nu.*11. & 12. Layman. *supra num.*7. An verò possint esse tabelliones, vel tutores ad iurisperitos id remittimus. Id ad nostrum institutum Regularium adijciendum, tales infames in Religionibus non posse eligere, quia eligere etiam est actus legitimus, prout ex Suarez, Sigismundo de Bononia, & alijs tenet Peirinis *supra num.* 55. Nec posse munus Concionatoris exercere, iuxta dicta *tom.*1. *cap.*20. *num.*14.

14 Tenentur etiam infames in conscientia abstinere ab his rebus à quibus repelluntur, nisi prius se per aliquod remedium ab infamia liberauerint. Lex enim qua prohibentur ea, est iusta, ac per consequēs in conscientia seruanda; quandoque verò solum veniale id erit, iuxta quantitatem materiæ, & circunstantiarum. Sanchez *sup. num.* 18.

15 Tertius, & maximè huc pertinens infamiæ effectus est, quod ea, seu iuris, seu facti sit, irregularitatem inducit, quæ est communis sententia Doctorum, ex *ca. infames 6. quæst.*1. *ca. qui in aliquo dist.*51. *cap. omnipotens de accusat.* & *Regula iuris* 87. *Infamibus.* Puros enim, & immaculatos, non infamatos in Clerum, seu sortem Domini, & sa-

crum

crum eius miniſterium adoptari conuenit. Nauarrus *in Man. cap. 27. num.* 204. Cornexo *dicta diſp. 8. dub.* 1. Diuerſo tamen modo id competit infamiæ iuris, quam infamiæ facti, nam infamia iuris facit hominem inhabilem ad Ordines ſuſcipiendos, & ſuſceptos exercendos. Infamia autem facti, niſi crimen tale ſit, quod impediat exercitium ſuſceptorum, & inducat peculiarem irregularitatem quale eſt homicidium, non impedit exercitium illorum. Bonacina *ſupra num.* 4. & 5. ex Azor, Toleto, Suarez, & alijs. Vnde merito irregularitas, quæ oritur ex infamia iuris eſt ſimpliciter irregularitas, quæ verò oritur ex infamia facti, non niſi ſecundum quid. Garzia *de benef. par. 7. cap. 8. num.* 64. Tamburinus *ſupra d. quæſit. 20. num* 5.

16 Tollitur autem infamia, ita vt nullum effectum iuridicum deinceps habeat. Primo, ſi ſit infamia iuris Canonici, per diſpenſationem Papæ, quia ipſe eſt ſupra ius Canonicum. Nauarrus *ſup.* Bonacina *ſup. nu.* 6. Si autem ſit incurſa propter crimen ſuper quod poteſt Epiſcopus diſpenſare, quale eſt adulterium, & minora *cap. at ſi Clerici*, §. *de adulter. de Iudic.* poterit etiam in ea infamia Epiſcopus diſpenſare. Nauarrus *ſupra*. Toletus *in Summa d. l. 1. cap. 62. num.* 5. In infamia autem iuris ciuilis diſpenſat Imperator, Rex, & Princeps temporalis cum ſuis ſubditis *l. 1. C. de ſent. paſſ. & reſtit. l. 1. §. pen. ff. de poſtulat.* Sayrus *lib. 7. de cenſur. cap. 15. nu. 15.* Theſaurus *par. 1. c. 34.* Papa etiam, vt Princeps temporalis ſupremus cum ſuis ſubditis. Syluester *ſup. n. 11.* Toletus *ſup. n. 4.* Imo cũ omnibus, ſiue ſibi temporaliter ſubiectis, ſiue nulli; ſiue Clericis, ſiue ſibi pro Clericatu neceſſarijs, propter Eccleſiæ vtilitatem, vt patet *cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi* Toletus *ſupra*. Sanchez *ſupra dub. 6. num.* 25. Ablata autem infamia iuris conſequenter tollitur irregularitas, quæ in ea fundatur, ita vt non egeat noua diſpenſatione. Sanchez *ſup. num.* 27. Theſaurus *ſup.* Bonacina *ſup. num. 6.* Infamia porro facti tollitur primò per purgationem canonicam. Tabiena, & Armilla *in Summa verbo Infamia num.* 10. Secundò per contraria facta, & vitæ emendam publicam. *ca. omnes 6. quæſt.* 1. Quia omnis res per quaſcumque cauſas componitur per eaſdem diſſoluitur, *cap.* 1. *de regulis iuris*, & *cap. teſtimonium de teſtibus*. Nauarrus *dicto num.* 204. Cornexo *ſupra* §. *dico primo*. Addunt aliqui hanc vitæ emendationem comprobari per triennium. Layman. *ſupra num.* 10. & ſupponit Theſaurus *dicto cap.* 33. §. *Secundo modo*. Alij verò Authores non meminerunt huius triennalis emendationis, nec videtur ſemper neceſſaria. Addit etiam Sanchez *d. dub.* 5. *num.* 19. ex alijs quos refert, tolli infamiam facti per diſpenſationem Principis ſæcularis in ſæcularibus, & Eccleſiaſtici in Eccleſiaſticis. Verumtamen Toletus *ſupra num.* 3. §. *primo*

infamia,

infamia, ait quod infamia facti non potest tolli per Papã, nec per vllã potestatem terrenam, non enim potest effici, vt qui propter delictũ proprium male audit, & infamatus est apud alios, bene audiat, bonaq; opinio de illo concipiatur. Intellige, nisi posita pœnitentia, & vitæ emendatione. Addunt alij tolli hanc infamiam per migrationem in longinquam regionem. Naldus *in Summa verbo Infamia num.* 1. Sed intelligendum etiam est, supposita vitæ emendatione. Omnis etiã infamia facti tollitur per baptismum, quia baptismus est quędam regeneratio, & retractatio vitę præteritę, per quã tollitur omne peccatũ, & omnis pœna pró ipso debita. Silvester *Summa verbo Baptismus 6. quæst.* 1. Bonacina *sup. num.* 6. Dixi infamia facti, quia infamia iuris ciuilis non tollitur, saltem omnis, vt bene Suarez *d. disp.* 48. *sect.* 2. *nu.* 12. & Cornexo *supra* §. *respondeo negatiuè*. Ablata autem quomodocumque infamia facti, aufertur etiam irregularitas in ea fundata, propter dicta supra de infamia iuris. Layman. *supra num.* 10. & 11. Cornexo *sup.* §. *Dico primo.*

17 Circa Regulares autem an possint à suis Prælatis dispensari in infamia, & per consequens in irregularitate, quæ illam consequitur, dicendum primò, quod attinet ad infamiam facti, cum ea non tollatur per dispensationem, sed per emendationem, aut purgationem canonicam, vt dictum est, & hæc purgatio canonica non fit iam in vsu ideo solum per vitæ emendationem auferri potest, qua posita, etiam irregularitas, vt dictum est, tollitur. Addendum vero, casu quo Prælatus videret aliquem sibi subditum esse iniustè diffamatum de aliquo graui delicto posse, & teneri declarare coram alijs Religiosis rumorem ipsum contra talem Religiosum falsum esse, & sine sufficienti fundamento. Quo & infamia illa facti, & irregularitas ex ea orta tolletur. Peirinis *sup. num.* 52. Loquendo autem de infamia iuris, & irregularitate, quæ ex illa nascitur, dicendum est, de iure communi non posse dispensari à Prælatis Regularibus, sed à Papa, vel Principibus, vt dictũ est. Rodriguez *tom.* 1. *q. Regular. q.* 24. *art.* 6. Miranda *in Man. tom.* 2. *q.* 8. *art.* 5. Quia tamen, vt dixi, Episcopus potest dispensare in infamia iuris canonici orta ex illis delictis, super quæ habet auctoritatem, ideo vt credo, etiam Prælati Regulares id possunt iure communi facere, propter dicta *tom.* 1. *cap.* 10. *num.* 35. & iuxta modum ibi assignatum. Thesaurus *supra d cap* 34. §. *Secundo infamia*. Quia etiam aliquarum Religionum Prælati habent priuilegia dispensandi cum suis subditis in infamia, ideo ex vi talium priuilegiorum, & iuxta tenorem ipsorum id poterunt facere prædicti Prælati, & qui cum eis communicãt in priuilegijs. Naldus *in Summa verbo Infamia nu.* 1. Peirinis *to.* 1. *de subdito cap.* 27. §. *quod licet habeat.* Hæc autem priuilegia in primis

videntur

videntur esse illa, quibus prædictis Prælatis conceditur facultas dispensandi cum suis subditis in omni irregularitate, exceptis tribus illis homicidij voluntarij, mutilationis membrorum, & bigamiæ, quorum aliqua retuli *tom. 1. cap. 18. num. 40.* Infamia enim verè Irregularitas quædam est, maximè amplè sumendo irregularitatis nomen, prout decet in materia fauorabili, iuxta Regulam in 6. *Odia restringi &c* Præsertim, quia quoties alicui conceditur facultas dispensandi super Irregularitate ex aliquo delicto incuria, consequenter indirectè concedi videtur etiam facultas dispensandi super infamia iuris ex eodem delicto incuria, prout tenet Pichaur. *in praxi sup. d. §. 2. infamia* ex Glossa, Imola, Abbate, & alijs. Sed quidquid de hoc sit, ex priuilegio Gregorij 14. pro Clericis ministrantibus infirmis, quod retuli *eo to. 1. c. 10. num. 35. & cap. 18. num. 35.* Generalis ipsorum, ac per consequens Carmelitarum, & aliorum, qui cum dictis Clericis communicant in priuilegijs, possunt dispensare cum suis subditis in infamiæ macula. Idem video concessisse Pium 5. in Bulla *Ad immarcessibilem* in 2. to. Bullar. *num. 33.* Præpositis Regularium Theatinorum pro venientibus ad eorum Religionem in die professionis, vel alia anteriori. Vnde nō videtur ad iā Professos id extēdi. Vide Bordon. *Resol. 11, n. 50.*

18 Notandum tamen primò circa hæc priuilegia ad dispensandum cum infamibus, quod cum ea concessa sint à Papa, non videtur extendenda quoad infamiam ex iure ciuili ortam, nisi ad casus, in quibus ipse potest id facere, iuxta dicta *supra num. 16.* Secundò, quod licet vniuersalia videātur ista priuilegia, limitari tamen debent, vt non procedant in illis casibus, in quibus esset scandalosum cum infamibus dispensare, iuxta dicta *tom. 1. cap. 16. num. 32.* vt bene Rodriguez, & Miranda supra relati, ac Portell. *in Dub. Regular. verb. dispensare n. 6.*

19 Nota etiam Eugenium 4. in Bulla *Prouenit* in 1. tom Bullar. in hoc Pontifice *n. 12.* concessisse Eremitis Congregationis B. Petri de Pisis, quod Sacerdotes ipsius Congregationis possent cum eis dispensare *super irregularitate quoquomodo, & ex quauis causa contracta, & infamiæ maculam* abolere, quod priuilegium latis magnum videtur, si sumatur prout iacet, & fere nullius ponderis, si animaduertatur, quod ea, quæ Pontifex ibi subdit pro fine huius concessionis, scilicet, *vt diuinis officijs, & obsequio Missæ interesse possint*, non sint prohibita irregularibus, aut infamibus. Nisi dicatur per ea denotari ministerium aliquod, seu Ordinum exercitium in Choro, & Altari, quod alias irregularibus est prohibitum. Aliorum ergo iudicio rem remitto. Hoc autem priuilegium quodcunque id sit communicari Minimis constat ex Bulla Sixti 4. apud Peirinis *tom. 1. priuileg. Minim. in Sixto 4. Constit. 1.* vt notat *ibi num. 10.*

IN-

INTERDICTVM QVOAD Regulares.

SVMMARIVM.

De interdicto quoad Regulares, Tertiarios, Confratres &c. vel alias personas illis coniunctas remissiuè. num. 1.
Interdicti definitio. num. 2.
Quotuplex sit. num. 3.
Cum interdicitur locus an interdicantur personæ. num. 4.
Qui comprehendantur interdicto generali, vel personali. ibidem.
Interdicto populo an interdicantur Regulares, vel Ecclesiastici. n. 5.
An Ecclesiæ ipsorum. ibidem.
Causa finalis interdicti. num. 6.
Causa efficiens, seu qui potest interdicere. num. 7.
Causa materialis, seu qui possint interdici. num. 8.
Regulares à quibus interdici possint. num. 9.
Effectus interdicti, qui sint. num. 10.
Priuatio Sacramentorum qualiter sit effectus interdicti. num. 11.
An Baptismus prohibeatur per interdictum. num. 12.
An Confirmatio. num. 13.
An conficere Chrysma. num. 14.
Quid de Sacramento Pœnitentiæ sentiendum. num. 15.
Quid de Sacramento Eucharistiæ. num. 16.
Quid de Extrema Vnctione. num. 17.
Quid de Sacramento Ord. num. 18.
Quid de Matrimonio. num. 19.
De priuatione diuinorum Officiorum. num. 20.
Quæ per diuina Officia intelligantur. ibidem.
An Regulares, vel Ecclesiastici interdicti ad Officium Canonicum teneantur. num. 21.
Qualiter liceat Missa, & Officia celebrare tempore Interdicti ex cap. Alma Mater. *num. 22.*
Concessio capitis Almæ Mater *pro quibus personis sit. num. 23.*
Per verba Submissa voce, *quid intelligatur. num. 24.*
Per verba Interdictis exclusis, *quid. num. 25.*
Verba illa Campanis non pulsatis, *quomodo accipienda. num. 26.*
De festiuitatibus quibus conceditur solemnis celebratio tempore Interdicti. num. 27.
Quid ex priuilegijs quarumdam Religionum. num. 28.

Decla-

Declarationes S. Congregat. circa hoc. num. 29.
De priuilegio Leonis Decimi. num. 30.
Iulij 2. *pro Auguſtinianis. num.* 31.
Quæ obſeruanda à Regularibus tempore Interdicti. num. 32.
De priuatione ſepulturæ Eccleſiaſticæ. num. 33.
Quomodo intelligendus ſit effectus Interdicti. num. 34.
Speciales alij effectus Interdicti, quoad Regulares. num. 35.
De Interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ. num. 36.
De culpa, & pœnis violantium Interdictum. num. 37.
Quæ prohibeantur Regularibus tempore Interdicti. num. 38.
Sub quibus pœnis. ibidem.
Pœnæ laicorum violantium Interdictum. num. 39.
De relaxatione, vel abſolutione Interdicti. num. 40.
De auctoritate Prælatorum Regularium, quoad hoc. num. 41.
Alia de Interdicto remiſſiuè. num. 42. & 43.

1 DE Interdicto quatenus ad Regulares, vel alias perſonas illis coniunctas, ſcilicet Tertiarios, Confratres, familiares, & Procuratores eorum ſpectat, dixi *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 29. & *cap.* 21. *num.* 19. & 20. & *tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 21. & *c.* 14. *num.* 36 & *cap.* 15. *num.* 36. & *cap.* 16. *num.* 12. 23. & 27. & *c.* 17. *num.* 6. aliqua etiam in hoc 3. tom. dicta ſunt, præſertim verbo *Bulla Cruciatæ nu.* 14. & 15 verbo *Cenſuræ Eccleſiaſtica*, & verbo *Ceſſatio à diuinis*. Alia nihilominus pro materiæ complemento adiungenda ſunt, ſupponendo præſertim generalia aliqua principia ipſius.

2 Primò ergo interdictum ſic definitur: *Interdictum eſt cenſura Eccleſiaſtica Sacramentorum quorundam vſum, diuina Officia, & ſepulturam Eccleſiaſticam, ſecundum ſe ipſa probibens.* Ita habetur ex *cap. non eſt nobis de ſponſalibus, cap. quod in te de pœnit. & remiſſionibus*. Silueſter *in Summa verbo Interdictum primo num.* 2. Sotus *in* 4. *d.* 22. *quæſt.* 3. *art.* 1. Dicitur *Cenſura*, quia eſt vera cenſura cum alijs duabus, ſcilicet, excommunicatione, & ſuſpenſione in hoc conueniens, iuxta dicta ſupra verbo *Cenſura Eccleſiaſtica num.* 1. Dicitur *Eccleſiaſtica*, quia eſt pœna fori Eccleſiaſtici, non ſæcularis: Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 51. *num.* 1. Dicitur *prohibens vſum aliquorum Sacramentorum, diuina Officia, ſepulturam &c.* quia iſti ſunt effectus interdicti, vt infra dicetur. Dicitur *ſecundum ſe*, ad denotandum differentiam, quæ eſt inter Interdictum, & excommunicationem, ac ſuſpenſionem. Pro quo ſupponendum prædicta bona conſiderari tripliciter, primò, vt pertinent ad fidelium communicationem: ſecundò, vt ſunt actus alicuius Ordinis, vel officij; tertiò, ſecundum ſe,

vel

vel prout sunt quædam bona Ecclesiæ. Primo modo prohibentur per excommunicationem, secundo modo per suspensionem, ac tertio per interdictum. Toletus *supra.* Cornexo *tom.* 2. *in* 3. *par. in Tract. de excommunicat. disp.* 1 *dub.* 1.

3 Diuiditur autem Interdictum in locale, personale, & mixtum. Interdictum locale est, quo tantum locus interdicitur, ne in eo exerceantur prædicta. Personale, cum non locus, sed persona ipsa interdicitur, ne illi ista concedantur. Mixtum vero est, quo locus ipse, & persona interdicuntur. Deinde Interdictum locale quoddam est generale, illud scilicet, quo tota Prouincia, vel tota Ciuitas interdicitur, & aliud speciale, seu particulare, illud scilicet, quo interdicitur vna, vel plures Ecclesiæ, non omnes, alicuius Ciuitatis, Oppidi &c. Rursus etiam personale quoddam est generale, cum scilicet omnes habitatores Ciuitatis alicuius, vel Regni interdicuntur, & aliud particulare, seu speciale, cum scilicet vna persona, vel aliquæ determinatæ, non omnes, interdicuntur. Similiter Interdictum in genere duplex est, scilicet à iure, & ab homine, sicut in simili dixi de censura supra verbo *Censura Ecclesiastica num.* 1. Item aliud totale, quod omnes Interdicti effectus habet, & aliud partiale, quod non omnes. De his autem diuisionibus agunt Siluester *in Summa sup. num.* 6 7. & 8. Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 166. Toletus *supra num.* 3. 4. & 5. Layman. *l.* 1. *Tract.* 5. *par.* 4. *cap.* 1. Cornexo *tom.* 2. *in* 3. *in Tract. de Interdicto disp.* 1. *dub.* 1. & 2. & alij.

4 Circa quas diuisiones primò animaduertendum, quod cum interdicitur locus aliquis, vel Ecclesia tantum, nisi aliud exprimantur, non censentur interdictæ personæ illius loci, vel Ecclesiæ. Vnde licet non possint tales personæ illis bonis, quæ dixi prohiberi per Interdictum, vti in tali loco, vel Ecclesia, possunt tamen vti eisdem in alio loco, vel Ecclesia. Siluester *supra num.* 6. Nauarrus *supra num* 167. Cornexo *supra dub.* 1. Modo tamen ipsi non dederint causam culpabilem talis Interdicti, vt habetur *cap. si sententia de sent. excommunicat. in* 6. & notant ijdem auctores, & Toletus *supra num.* 3. Secundo è contra etiam animaduertendum, quod cum interdicitur persona tantum, seu etiam personæ aliquæ alicuius loci, vel Ecclesiæ, licet illæ non possint vllo loco vti prædictis bonis, sed quocunque perrexerint ferant secum Interdictum, in populo tamen illo, vel Ecclesia possunt alij non interdicti, siue exteri, siue naturales illis vti Nauarrus *supra*, Toletus *supra num.* 4. Tertiò nota, quod quando Interdictum est generale personale, licet illi qui sunt de illo populo, Communitate, aut Ecclesia, quamdiu tales sunt, non possint vllibi pertrui dictis bonis, si tamen se transferant ad alium locum, itaut omnino domi-

cilium mutent, desinunt esse interdicti, atque ita dictis bonis perfrui poterunt. Ratio est, quia Interdictum generale personale cadit supra singulos, vt faciunt illam Communitatem, cessante ergo hac ratione, cessabit Interdictum. Cornexo supra *dub.*2. Bonacina *disp.* 5.*de Interdicto punct.*1.*num.* 6.E contra verò quando Interdictum est personale speciale,cum illud cadat supra singulos,vt singulares personas, & non vt partes Communitatis, ideo quocunque pergant,secum ferunt suam sententiam,nec desinunt esse interdicti. Cornexo *sup.*Idem dicendũ de illis, qui fuerunt causa Interdicti generalis personalis, quia isti censentur,veluti interdicti specialiter,vt dicetur inferius.Bonacina *sup.* Nota quartò, quod interdicto populo, aut Communitate aliqua manent etiam interdicti illi, qui de nouo fiunt partes illius populi, seu Communitatis, non enim debent membra à capite discordare. Cornexo, & Bonacina *supra*. Nota quintò, quod interdicto populo Ciuitatis intelliguntur etiam interdicti, qui habitant in suburbijs,quando illi sunt de tali populo, quia tunc sunt partes illius, secus quando tales non sunt. Vgolinus *tab.*5.*c.*20.§ 5. *ad fin.*Suarez 5.*to. disp.*32. *sect.*2.*num.*15.Bonacina *supra num.* 15. & alij. Vnde consequenter hospites,& exteri,etiam per multum tempus ibi habitantes,quales sunt scholastici in locis Vniuersitatum,non comprehenduntur dicto Interdicto. Suarez *supra.* Bonacina *sup.num.*17.Interdicta autem per Interdictum locale generale Ciuitate intelliguntur etiam interdicta suburbia ipsius,etiam si pertineant ad alium Principem. Ita enim habetur expresè ex *cap.si Ciuitas de sent.excommunicat.in 6.* & ratione textus, scilicet, quia alias paruipenderetur Interdictum illud, si populus posset interdicta Ciuitate ad suburbia confugere. Siluester *supra verbo Interdictum* 2.*num.*5. Cornexo *d.dub.*1.

5 Maximè pro Regularibus notandum, quod interdicto populo, non intelliguntur interdicti Regulares sicut neque Clerici. Ratio est, quia populus absolutè prolatus solum accipitur pro laicis. Nauarrus *supra d.num.* 167. Suarez *num.*14. ex alijs. Interdicto autem Clero videtur interdici quoque Religiosos, vt tenent Nauarrus *ibid. ex cap. si sententia*. Rodriguez *tom.*2.*quæst.*108. *art.*3. Couarrubias *in cap. Alma mater par.*2. §. 1.*num.*8. & alij. Et cohærent ea, quæ dixi de suspensione ex Suarez, & Cornexo *tom.*1. *cap.*11. *num.* 21. Maximè quia in *cap. si sententia de sent. excommunicat. in* 6. tota Communitas Ciuitatis, vel Oppidi distinguitur in duas partes, scilicet Cletum, & populum; ex hoc enim inferri videtur, quod Religiosi cum non comprehendantur sub populo,comprehendantur sub Clero. Nihilominus plures tenent contrarium, quia etsi in fauorabilibus Cleri, aut Clerici nomine veniant Regulares, non autem in odiosis. Siluester

in

in Summa verbo Interdictum 2. num.17. & verbo Clericus num. 1. Portellus *in dub. Regular. verbo Interdictum num.* 5. Bonacina *supra num.*11. Diana *par.*5. *Tract.*10. *Resolut.*80. & alij apud ipsos. Mihi tamen videtur attendendum in hoc tum ad circunstantias, tum præcipuè ad verba decreti interdicentis. Si enim dicatur interdicimus *Clericos*, credo cum authoribus secundæ sententiæ non comprehendi Religiosos propter fundamentum adductum. Si autem dicatur Interdicimus *Clerum*, credo comprehendi, quia in communi modo loquendi, quando in vna Ciuitate sunt Clerici sæculares, & Religiosi omnes isti comprehenduntur nomine Cleri. Quo sensu accipiendũ id quod dixi *tom.*1. *cap.*11. *num.*21. Addendum est cum Diana *supra*, quod si esset aliquis Religiosus, qui haberet beneficium sæculare inter Clericos sæculares, tunc nomine Cleri sine dubio comprehenderetur. Addendum item cum eodem Diana, quod si per Interdictum interdicantur omnes personæ Ecclesiasticæ, tali nomine veniunt omnes Religiosi, quia nomen hoc latius patet, & comprehendit etiam Religiosos. Hæc autem dicta sunt loquendo de Interdicto generali personali. quia loquendo de Interdicto generali locali ab Episcopo posito, certum est, quod interdicta Ciuitate, vel Oppido intelliguntur etiam interdictæ Ecclesiæ Regularium in ea Ciuitate, vel Oppido existentes, non obstante earum exemptione; non solum propter decretum Concilij Tridentini *sess.*25. *cap.*12. *&* 22. sed etiam propter rationem adductam in *d. cap. si Ciuitas*, scilicet, quia alias vilipenderetur Interdictum, cum possent Ciues illius populi ad Ecclesias exemptas cõfugere, Bonacina *supra num.*21. Cornexo *supra dub.*1. *in fine.* Dixi loquendo de Interdicto generali locali ab Episcopo posito, quia si sermo sit de Interdicto locali speciali ab eodem Episcopo posito, quo videlicet, interdiceret aliquam, vel aliquas Ecclesias, illud non comprehenderet Ecclesias Regulares, quia Episcopus non habet directam iurisdictionem in Ecclesias exemptas, nec cap. *si Ciuitas*, aut Concilium Tridentinum loquuntur, nisi in casu Interdicti generalis localis. Bonacina *supra num.*21. ex Suarez, Auila, & alijs quos refert. Vide infra *num.* 9. Quando autem ex Interdicto generali interdictæ censentur Ecclesiæ Regularium, nota, quod interdictis Ecclesijs intelliguntur etiam interdicta Cappellæ, & Cœmeteria ipsis contigua, ex *dicto cap. si Ciuitas*, & quia illa censentur vnum corpus cum Ecclesijs, & accessorium sequitur principale. Secus dicendum, quando ea non fuerint contigua Ecclesijs. Nauarrus *sup. d. nu.* 167. & plures alij apud Bonacinam *supra num.* 22.

6 Loquendo de causis Interdicti, quod attinet ad finalem, dicendũ est consequenter ad dicta supra verbo *Cessatio à diuinis nu.*2. ex Soto

ibi relato, esse resipiscentiam, seu emendationem illius, cuius causa positum est. Vnde etiam consequenter ad dicta supra verbo *Censura Ecclesiastica num.* 10. non potest ferri ob meram voluntatem Superioris, sed propter peccatum aliquod, externum, mortale, & proportionatum tali pœnæ, & quod sit inobedientiæ, seu contumaciæ, hoc enim reputatur causa materialis, veluti proxima Interdicti. Toletus *supra cap.* 52. *num.* 1. Addunt aliqui probabiliter, quod quemadmodum excommunicatio leuis, scilicet minor, potest imponi propter peccatum veniale, *cap.* 1. *de sentent. excommunicat. in* 6. sic etiam Interdictum leue (intellige personale) quo videlicet aliquis priuaretur communione, vel ingressu Ecclesiæ ad breue tempus, potest imponi pro veniali. Sa *in Summa verbo Interdictum num.* 7. Henriquez *lib.* 13. *cap.* 50. *num.* 2. & alij. Nota tamen ex Extrauaganti *Prouidè de sentent. excommunicat.* non posse imponi propter debitum pecuniarum interdictum locale generale sine Papæ licentia. Nauarrus *supra num.* 168. Toletus *supra*. Quamuis autem ibi tantum fit sermo de Interdicto locali generali, nihilominus id etiam extendunt probabiliter ad Interdictum generale personale, propter similitudinem rationis, scilicet euitandum periculum animarum, Sotus *in* 4. *dist.* 22. *quæst.* 3. *art.* 1. & Auila *par.* 5. *disp.* 3. *dub.* 3. Particulare verò Interdictum locale propter debitum pecuniarum admittunt Nauarrus, & Toletus *supra*, dummodo Ecclesia, quæ interdicitur non sit Parochia. Particulare etiam personale admittunt idem Toletus, & eius Additionator ex Auila. Similiter, iuxta dicta eo loco, licet excommunicatio ferri non possit, nisi propter peccatum proprium, quia est grauissima pœna, & priuat grauissimis bonis, Interdictum verò generale, quia nō est tam grauis pœna, nec priuat tot bonis quot excōmunicatio, ferri potest propter peccatum alienum, præsertim Iudicis, Principis &c. Toletus *sup.* Cornexo *disp.* 8. *de Censuris dub.* 1. & 2. Dixi *Interdictum generale*, quia Interdictum speciale imponi non potest, nisi propter peccatum proprium, illud enim est propriè pœna, ac per consequens supponit culpam propriam. Suarez *supra disp* 36. *sect.* 2. *num.* 7 Reginaldus *l.* 32. *Tract.* 3. *cap.* 26. *nu.* 18. Quod autem Interdictum generale feratur solum propter peccatum alienum, fit propter duo. Primò, quia Interdictum est signum mœstitiæ, & tristitiæ Ecclesiæ, propter inobedientiam aliquorum, & ita oportet, vt alij filij Ecclesiæ cum ipsa etiam lugeant. Secundò, vt sic excitentur omnes magis contra eum, qui dedit causam Interdicto. Toletus *supra num.* 2. Nec est inconueniens innocentes per accidens affligi, tum propter dicta, tum quia sunt partes populi, vel Communitatis, in qua sunt delinquentes, tum quia respectu ipsorum Interdictum non habet rationem pœnæ (cum non supponat propriam

Digitized by Google

priam culpam) sed cuiusdam pœnalitatis. Layman. *supra num.* 3. Causa verò formalis interdicti sunt illa verba, vel similia: *Interdicimus talem*; vel *talem populum, Ciuitatem, Clerum &c.* Toletus *supra*; Addens debere fieri in scriptis, *cap. cum medicinalis de sententi. excommunicat. in 6.* & cum admonitione trina illius cuius causa imponitur, *cap. reprehensibilis de appellat.* si est ab homine. Pro quo vide dicta supra verbo *Censura Ecclesiastica num.* 7.

7 Circa causam efficientem Interdicti collige ex dictis eo verbo *Censura Ecclesiastica num.* 2. causam ipsius pro tota Ecclesia esse Papam; Episcopos, Archiepiscopos, & Patriarchas respectu sibi subditorum, ac generaliter omnes, qui possunt excommunicare, & suspendere. Nauarrus *d. num.* 168. Cornexo *de Interdicto disp.* 3. Adde, posse Episcopum ferre Interdictum, etiam sine consensu Capituli, quia licet oppositum habeatur *in cap. quæsiuit de his, quæ fiunt à maiori*, consuetudine tamen huic iuri derogatum est. Cornexo *supra*. Bomadina *supra punct.* 2. *num.* 2. Adde etiam, quod licet Prælati Religionum, scilicet Generales, Prouinciales, & Priores, vel similes possint Interdictum personale ponere, cum verè habeant iurisdictionem, etiam in foro externo, respectu suorum subditorum, non tamen possunt ponere Interdictum locale, vel quia iurisdictio ipsorum potius est in personas, quam in loca, vel quia esto sit etiam in loca, talem iurisdictionem per non vsum perdiderunt. Cornexo *supra*, ex Soto, & Suarez. Excipe Abbates, & alios Superiores Regulares, qui instar Episcoporum habent territorium, & iurisdictionem Episcopalem in illud, & sæculares in eo commorantes. Isti enim, cum habeant iurisdictionem ordinariam, possunt sicut Episcopi Interdictum ponere tam locale, quàm personale. Sotus *in 4. dist.* 21. *quæst.* 3. *art.* 1. Rodriguez *tom.* 2. *quæst. Regular. quæst.* 107. *art.* 2. Tamburinus *de Iure Abbat. tom.* 2. *disp.* 15. *quæsit.* 1. *num.* 3.

8 Circa causam materialem remotam Interdicti, seu eos, qui possunt Interdici, communis consensus Doctorum tenet, esse omnes illos, qui possunt excommunicari, maior etenim censura est excommunicatio, quam Interdictum. Nauarrus *supra num.* 168. Toletus *supra num.* 1. Imo aliqua, quæ excommunicari nequeunt, interdici possunt; vt sunt, Vniuersitates, Collegia, Ecclesia &c. Nauarrus, & Toletus *ibidem*. Episcopos autem interdici non posse, nisi exprimantur, habetur ex *cap. quia periculosum de sentent. excommunicat. in 6.* Suarez *supra disp.* 36. *sect.* 2. *num.* 6. & alij. De paruulis ante vsum rationis, seu amentibus, quamuis certum sit interdici non posse interdicto particulari, quia illud, vt dictum est, non imponitur, nisi propter peccatum proprium, cuius isti non sunt capaces (Suarez *supra num.* 7.) loquendo verò

do verò de Interdicto personali generali, Nauarr. *sup.* putat eos ligari tali Interdicto, eo quod illud, vt dictum est, potest poni propter peccatum alienum, Sed melius Suarez supra ex Siluestro, & Corduba respondet negatiuè. Ratio est, quia Interdictum est priuatio quædam moralis diuinorum Officiorum, priuatio autem supponit capacitatem in eo qui priuatur, cum ergo prædicti non sint moraliter, & humano modo capaces diuinorum Officiorum, nec etiam erunt capaces Interdicti personalis generalis. Dixi *personalis*, quia Interdicti localis generalis possunt dici capaces, quatenus tempore talis Interdicti priuantur isti si decedant Ecclesiastica sepultura. Interdictum enim locale non afficit directè personas, sed locum.

9 Specialiter quoad Regulares certum est primò, illos posse à Papa interdici, tam Interdicto personali, quam locali, tam particulari, quam generali, subduntur enim Papæ quoad hoc sicut alij fideles. Secundò certum, Regulares exemptos non posse ab Ordinarijs Interdicto personali, siue particulari, siue generali interdici. Interdicere enim hoc modo est actus iurisdictionis, quam non habent Ordinarij in Regulares exemptos, iuxta dicta supra verbo *Exemptio num.* 4. Maximè id est verum, propter priuilegia à Sede Apostolica pluribus Religiosis concessa, quibus tam ipsi, quam qui cum eis communicationem priuilegiorum habent, frui possunt. Primò enim id habetur ex priuilegijs Honorij 3. & Vrbani 4. pro Cistertiensibus, & Gregorij 9. pro Congregatione Montis Oliueti, & ex Mari magno Seruitarum, prout referunt Rodriguez *to.* 2. *q. Regul. q.* 108. *art.* 3. Miranda *in Man. Prælator. tom.* 2. *q.* 38. *art.* 12. *conclus.* 3. & Tamburinus *de Iure Abbat. to.* 2. *disp.* 15. *dub.* 2. Item ex priuilegijs Ioan. 22. Clem. 6. & Sixti 4. pro Carmelitis, Martini 5. & Eugenij 4. pro Prædicatoribus, ac Sixti 4. pro Minoribus, quę retuli supra verbo *Exemptio Regularium num.* 8. Aduertunt autem iidem Rodriguez, Miranda, & Tamburinus, quod quando aliquis Religiosus habet aliquod beneficium (intellige sæculare) in diœcesi alicuius Episcopi, posset ille specialiter interdici ab Episcopo ex *cap. cum Capella de priuilegijs*. Adde, nec à Legatis (excipe Legatos à latere) Delegatis, aut Subdelegatis Sedis Apostolicæ possunt interdici Minores, & qui cum eis communicant in priuilegijs, propter priuilegium Clementis 4. quod referunt Cassarubius *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Exemptio num.* 9. Tertiò etiam certum videtur Ecclesias Regularium non posse interdici ab Ordinarijs Interdicto particulari, seu speciali, propter dicta supra *num.* 5. ex Suarez, Auila, & Bonacina. Quibus accedit priuilegium Leonis 10. concessum Minoribus, & per consequens alijs, qui cum ipsis habent priuilegiorum communicationem, quod refert Cassarubius *sup. verbo*

Interdi-

Interdictum 1. *nu.* 15. & Rodriguez *d. q.* 108. *art.* 2. ex quo priuilegio habetur non posse ab aliquo Iudice quacunque dignitate fulgente interdici Ecclesias Minorum, nisi tota Ciuitas, vel Oppidum, vbi ex Ecclesiæ existunt, interdicantur. Quartò etiam est certum, quod quãdo generali Interdicto locali interdicitur aliqua Ciuitas, vel Oppidũ tenẽtur Regulares omnes seruare, & publicare dicta Interdicta propter dicta ex Concil. Trident *to.* 1. *cap.* 9. *nu.* 29. *& cap.* 21. *nu.* 19. *& tom.* 2. *cap.* 1. *num.* 21. vbi etiam alia ad intentum. Plura quoque in sequentibus. Illud in præsenti animaduertendum, quod Iulius 2. concessit Minoribus, quod si contingat aliquam Ciuitatem, vel Oppidum, cum duobus, vel tribus milliaribus circumuicinis (infra quæ milliaria domus Fratrum prædictorum existũt) Ecclesiastico Interdicto supponi, Fratres huiusmodi (nisi causam Interdicto dederint, vel eis specialiter ex causa legitima interdictum fuerit) huiusmodi Interdictum seruare nullatenus teneantur, si aliàs domus ipsorum Fratrum de iure Interdicto talis Oppidi non comprehendantur. Cassarubius supra, verbo *Interdictum* 1. *num.* 22. Rodriguez *d. quæst.* 108. *art.* 1. An verò hæc concessio priuilegium aliquod supra ius commune contineat, & esto contineat, an reuocatum sit per Concil. Tridentinum, alij viderint.

10 Circa effectus Interdicti nota, quod quamuis iure antiquo quam plures essent, nunc autem post Bonifacium 8. Martinum 5. & Eugenium 4. Interdicti totalis solum sunt tres. Primus, priuatio quorumdam Sacramentorum. Secundus, priuatio Officiorum diuinorum. Tertius, priuatio Ecclesiasticæ sepulturæ. Ita enim colligitur, ex *cap. Alma mater, cap. si Ciuitas de sentent. excommunicat. in 6. cap. Quod in te de pœnitent. & remission.* & aliis iuribus. Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *num.* 171. Cornexo *disp.* 2. *de effectibus Interdicti in princip.* Dixi totalis Interdicti, quia effectus partialis Interdicti non sunt determinati, sed possunt limitari ab eo qui illud imponit, ad vnum, vel duos effectus tantum, ad vnam, vel aliquas actiones, vt si aliquis interdicatur solum ab officio Sacerdotis, ab officio Confessarij, ab ingressu Ecclesiæ &c. non enim est Interdictum sicut excommunicatio, quæ non potest poni solum quoad vnum effectum, & nõ quoad alios, potest enim poni Interdictum cũ limitatione, & restrictione ad vnũ, vel duos effectus, vnam, vel duas actiones &c. licet quando absolutè ponitur, quoad omnes tres effectus assignatos intelligi debeat. Cornexo *supra*. Bonacina *supra punct.* 3. *num.* 1. ex alijs.

11 Loquendo autem de primo effectu Interdicti, scilicet priuatione quorumdam Sacramentorum, sic intelligi debet, quod tempore cuiuscunque Interdicti, siue localis, siue personalis, siue generalis, siue particularis,

cularis, non possint recipi, aut administrari Sacramenta Eucharistiæ, Extremæ vnctionis, vel Ordinis, nec contrahi Matrimonium, bene tamen possint recipi, & administrari Sacramẽta Baptismi, Confirmationis, & Pœnitentiæ. Ratiò huius desumitur ex eo, quod *cap. si sententia de sentent. excommunicat. in 6.* & *cap. Alma mater eod. tit.* generaliter dicitur tempore Interdicti non competere Sacramentorũ receptionem, casibus expressis à iure dumtaxat exceptis. Solum ergo tempore Interdicti administrari, & recipi possunt illa Sacramenta, quę iure sunt expressa. Sed iure non sunt expressa alia nisi Sacramentum Baptismi, Confirmationis, & Pœnitentiæ. *cap. non est vobis de sponsalibus, cap. responso de sentent. excommunicat. cap. quoniam, & cap. Alma mater eodem tit. in 6.* Solum ergo ea administrari, & recipi possunt tempore cuiuscunque Interdicti. Suarez *sup. disp. 33. sect. 1.* Cornexo *d. disp. 2. de effectibus Interdicti §. 1.* Bonacina *sup. punct. 3.* Quia tamen hæc habent aliquas exceptiones, ideo de singulis speciaLiter est dicendum.

12 Et primò de Baptismo quo ad receptionem illius dicendum est intelligi generaliter non solum de Baptismo paruulorum, sed etiam adultorum, nec solum quando infirmi sunt, sed etiam quando sani, quia *cap. quoniam* relatum in quo est sermo de Baptismo, generaliter loquitur de omnibus. Bacconius *in 4. dist. 11. art. 4.* Suarez dicta *sect. 1. num. 2.* Cornexo *d. §. 1. dub. 1.* Quoad administrationem verò Baptismi limitandum est, vt Baptismus, etsi à persona interdicta generali Interdicto etiam personali administrari possit, si ipse causam non dedit Interdicto, quia hoc Interdictum æquiparatur locali, non tamen à persona interdicta speciali Interdicto personali (nisi in casu necessitatis) quia hoc Interdictum æquiparatur excommunicationi, quæ privat Sacramentorum administratione, nisi in casu necessitatis. *cap. Episcoporum de priuileg. in 6.* Suarez *sup. num. 6.* Cornexo *supra.* Quando vero tali tempore Interdicti administratur Baptismus, administrari potest (imo & debet) cum solemnitatibus consuetis, quia illæ sunt quasi accessorium ad Baptismum, & concesso principali, concedũtur etiam accessoria. Sairus *lib. 5. cap. 7.* Cornexo *supra.* Illæ tamen quatenus ad diuinum Officium spectant fieri debent cum moderatione præscripta in *cap. Alma mater*, de quo postea. Suarez *sup. nu. 2.* Layman. *sup. cap. 2. num. 1.*

13 Quoad Confirmationem idem omnino, & eodem modo dicendum est, ac de Baptismo, tum quia in iure quo ad hoc negotium equiparantur *cap. responso, & cap. quoniam* relatis, tum quia hoc Sacramẽtum est veluti quoddam complementum Baptismi. Bacconius *supra*, Suarez *supra à num. 7.* Cornexo *supra dub. 2.* Illud tamen addendum,

personam

perſonam interdictam Interdicto perſonali, generali, vel particulari, ſi cauſam dedit Interdicto prohiberi recipere hoc Sacramentum, niſi prius ſatisfecerit, vel cautionem dederit ſatisfaciendi, tum propter indignitatem ipſius, tum à ſimili de Sacramento Pœnitentiæ, de quo idē dicitur *in cap. Alma mater.* Suarez *ſupra nu.9. &* 10. Cornexo *ſupra.*

14 Cum autem liceat eo Interdicti tempore adminiſtrare dicta Sacramenta, cōſequenter etiam licebit conficere Chriſma in die Cœnæ Domini, quod pro illorum adminiſtratione eſt neceſſarium, cum moderatione tamen præſcripta *in cap. Alma mater*, de qua infra. Bacconius *ſupra*. Silueſter *ſupra verbo Interdictum 5. num.9.* Bonacina *d. §.1. num. 2.*

15 Quoad Sacramentum Pœnitentiæ dicendum, quod licet iure antiquo *cap. quod in te de pœnit. & remiſſ.* ſolum concederetur tempore Interdicti ægrotis, iure tamen nouo ex *cap. Alma mater*, conceditur etiam ſanis, exceptis excommunicatis citra mortis articulum, & ijs, qui cauſam dederint Interdicto, aut auxilium, vel fauorem, niſi prius ſatisfaciant, aut cautionem de danda ſatisfactione tribuant. Cornexo *ſupra dub.3.* Layman. *d. cap.2. num.1.* Vnde Religioſi, ſeu Monachi obligati ad confeſſionem faciendam ſingulis menſibus, tempore etiam Interdicti ad id obligantur. Naldus *in Summa verbo Interdictum num.9.* Sed nota primò, per excōmunicatos, quibus non conceditur Sacramentum Pœnitentiæ tempore Interdicti, intelligi, vel excommunicatos ob delictum, propter quod impoſitum eſt Interdictum, vt Silueſter *ſupra*. Fabiena *verbo Interdictum 5. num.5.* & Armilla *verbo Interdictum num.45.* exiſtimant; vel excommunicatos excommunicatione reſeruata; vel eſt ſermo de abſolutione ſolemni, & publica, alijs enim excommunicatis non eſt cur negetur Sacramentū Pœnitentiæ. Suarez *ſupra num. 16.* Cornexo *ſupra*, contra Vgolinū, & Sayrum. Nota ſecundò, quod etſi perſonæ interdictæ Interdicto perſonali particulari adminiſtrari non poſſit Sacramentum Pœnitentiæ, validè, aut licitè, niſi prius ſatisfecerit, vt *in dicto cap. Alma mater* præſcribitur, quia de tali perſona idem iudicium eſt, ac de excommunicato, quando tamen ſolum eſt interdicta Interdicto generali perſonali, & nullam culpam dedit Interdicto, adminiſtrari ei poteſt Sacramentum Pœnitentiæ, non ſolum validè, ſed etiam licitè, quia hoc Interdictum comparatur generali locali, de quo id conceditur *in d. cap. Alma mater.* Suarez *ſup. num.17.* Cornexo *ſupra.* Nota tertiò, Confeſſarium potentem adminiſtrare tale Sacramentum eſſe omnem illū, qui alias habet iuriſdictionem ad id faciendum, dummodo ſpecialiter interdictus non ſit (extra caſum neceſſitatis intellige) vel ſi generaliter interdictus eſt, dummodo cauſam non dederit Interdicto, propter

dicta

Fig. 1. Fig. 2. Fig. 3. Fig. 4. Fig. 5. Fig. 6. Fig. 7. Fig. 8. Fig. 9. Fig. 10. Fig. 11. Fig. 12. Fig. 13. Fig. 14. Fig. 15. Fig. 16. Fig. 17. Fig. 18. Fig. 19. Fig. 20. Fig.

accipere Sacramentum Euchariſtiæ tẽpore Interdicti eorum quibuſ-uis perſonis ſæcularibus, vel Regularibus facultatem diuinæ officia audiendi habentibus. Hoc autem priuilegium viuæ vocis oraculum eſt, & non autenticum, vt conſtat ex ipſo Caſſarubio, qui propterea notat illud littera O parua, quod eſt ſignum talis, & ita nihil videtur hoc tempore valere, propter dicta ſæpius de huiuſmodi viuæ vocis oraculis, maximè nõ authenticis. Caſibus autem quibus licet tempore Interdicti adminiſtrare hoc Sacramentum, adminiſtrari poteſt ab ijs, qui alias ius habent ad illud, adminiſtrandum, niſi ſint interdicti ſpecialiter (excipe caſum neceſſitatis) aut ſi generaliter, cauſam tamen dederunt Interdicto, iuxta dicta ſupra de Baptiſmo, Confirmatione, & Pœnitentia. Suarez *ſupra num.* 24. Bonacina *ſupra num.* 9.

17 Circa Sacramentum Extremæ vnctionis, certa res eſt illud non poſſe adminiſtrari alicui tempore Interdicti particularis, aut generalis, niſi adſit ſpeciale priuilegium, etiam in mortis periculo, cum neque illud ſit de neceſſitate ſalutis, nec vllus textus id concedat, ſed potius id prohibeatur *cap. quod in te de pœnit. & remiſſionib.* Nauarrus *ſup. num.* 179. Toletus *ſupra num.* 4. Cornexo *ſupra dub.* 5. An verò aliquibus, Religioſis, præſertim, ſit conceſſum hoc priuilegium mihi nõ conſtat. Caſu verò quo id concedatur, aut conceſſum ſit, loquendum eſt de adminiſtrante ipſum ſicut dixi ſupra de miniſtro aliorum Sacramentorum tempore Interdicti. An vero in caſu quo eo tempore Interdicti infirmus non poſſet recipere Sacramentum Pœnitentiæ, poſſit illi adminiſtrari Vnctio, propter euitandum periculum animæ ipſius; maximè cum hoc Sacramentum credatur facere de attrito contritum, probabiliter affirmant Layman. *ſup.* & Diana 4. *p. Tract.* 10. *Reſolut.* 77. ex alijs.

18 De Sacramento Ordinis pariter dicendum eſt adminiſtrari non poſſe tempore Interdicti, nam cum iura generaliter prohibeant pro eo tempore adminiſtrationem Sacramentorum, exceptis aliquibus, & inter ea non numeretur Ordo, non eſt fundamentum ad aſſerendum illud poſſe tunc adminiſtrari. Nauarrus *d. num.* 179. Cornexo *ſupra dub.* 6. In caſu autem neceſſitatis Miniſtrorum Eccleſiæ licitum eſſet id facere, propter talem neceſſitatem ſupplendam, quia quoties aliquid conceditur, cenſetur etiam conceſſum id, ſine quo illud non poteſt executioni mandari, ne conceſſio illa ſit inutilis, ſed ius concedit pro tempore Interdicti Miſſam, & aliqua Sacramenta, quæ ſolum ab Ordinatis miniſtrari poſſunt ergo &c. Cornexo, & Layman. *ſupra*. De Miniſtris autem huius Sacramenti, ſi illi fuerint interdicti loquendum ſicut dixi de alijs Sacramentis. Nota etiam, quod quando Interdictũ eſſet tantum locale, aut perſonale generale, poſſent Clerici, vel Religioſi,

gioſi, imo etiam laici illius loci, in alio non interdicto ſuſcipere Ordines, ſi tali Interdicto cauſam non dediſſent, propter dicta a ſimili ſupra. Imo etiam Abbates habentes facultatem dandi primam tonſurã, & minores Ordines ſuis ſubditis Regularibus, poſſent id facere tempore dicti Interdicti localis, ſi ſubditi interdicti non eſſent, aut non dediſſent cauſam Interdicto. Tamburinus *ſupra quæſt. 5. num. 2.*

19 Demum circa Matrimonij Sacramentum, quamuis plurium ſententia ſit poſſe Interdicti tempore celebrari, prout tenent Nauarrus *ſupra*. Toletus *ſupra num. 5.* Auila, Sanchez, Henriquez, & alij, quos refert, & ſequitur Diana *ſupra Reſolut. 83.* eo quod credant Sacramenta prohibita tempore Interdicti ſolum eſſe ea, quorum adminiſtratio conceditur miniſtris Eccleſiæ: cum tamen iura generaliter loquantur prohibendo Sacramenta dicto tempore, exceptis aliquibus, in quibus non numeratur Matrimonium, & ex Clem. *exiui, §. porro de verbor. ſignificat.* habeatur, quod vbi aliquid generaliter prohibetur, id, quod expreſſè non excipitur, intelligitur denegatum, ideo dicendum Matrimonium non poſſe licitè eo tempore celebrari, prout poſt Suarez, Filiucium, & Reginaldum tenent Cornexo *ſup. dub. 7.* & Bonacina *ſup. num. 8.* Illud certius, ſponſalia non prohiberi eo tempore, cum illa non ſint Sacramentum. Cornexo, & Bonacina *ibidem*. Benedictiones etiam nuptiales, licet ſint etiam eo tempore prohibitæ, eo quod ſunt Officia diuina, quæ à ſolo Sacerdote præſtantur cum precibus ab Eccleſia præſcriptis, ſi tamen fiant ſuper coniuges non interdictos, qui habeant priuilegia aſſiſtendi diuinis Officijs, & cum moderatione, *cap. Alma mater*, de qua infra, licitè fieri poſſunt. De quo Sanchez *l. 7. de matrim. diſp. 8.* Bonacina *ſup. num. 9.* poſt alios.

20 Cæterum loquendo de ſecundo effectu Interdicti, qui eſt priuatio Officiorum diuinorum, notãdum primò, nomine Officij intelligi illud, quod ex modo, quo fit, eſt deputatum alicui Ordini Clericali, ſeu quod fit in Eccleſia Dei ſolum à Miniſtro Eccleſiaſtico, ſeu à perſona Eccleſiaſtica cõſecrata, vel deputata ad illud Officium. Huiuſmodi ſũt Miſſa, Horæ canonicæ dictæ in choro publicè, & nomine Eccleſiæ, deinde annexa Horis Canonicis, ſcilicet Officium Beatæ Virginis, & Defunctorum, Officium Hebdomadarij, publicæ orationes, quæ ab Eccleſia inſtitutæ ſunt, vt à Clericis dicantur, quales ſunt Litaniæ dictæ proceſſionaliter cum Cruce, & ſuperpelliceis, item Sacramentalia, ſeu benedictiones, aut cæremoniæ ſacræ, videlicet benedictio nuptiarum, Eccleſiarum, Vaſorum ſacrorum, Corporalium, Ornamentorum, Candelarum in die Purificationis, Ramorum in Dominica in palmis, aquæ luſtralis, fontis Baptiſmalis, collatio primæ tonſuræ, inſulio aquæ luſtralis per Eccleſiam &c. E contra vero non dicuntur Officia

ficia diuina, ac per cõsequens non prohibentur per interdictum illa, quæ non sunt deputata alicui Ordini Clericali, seu quæ non fiunt solum à Ministro Ecclesiastico ad id deputato; cuiusmodi sunt benedictio mensæ, fructuum, itinerantium, & habitus, *Aue Maria*, quæ dicitur statis horis diei, concio, lectio etiam Sacræ Scripturæ, adoratio Crucis priuata, receptio aquæ benedictæ, & quæcunque priuatæ orationes, etiam Litaniæ ipsæ sine Cruce, aut superpelliceis cantatæ, & actus quicunq; iurisdictionis. De quibus omnibus Siluester *supra verbo Interdictum 5. nu. 5. & 6.* Nauarrus *sup. nu. 171. & 176.* Sa *in Summa verbo Interdictum num. 14.* Suarez *sup. disp. 34. sect. 3.* Portellus *in Dub Regular. verbo Interdictum à num. 24.* Bonacina *supra punct. 4.* ex alijs multis.

21 Circa quæ, & magis ad praxim Regularium, primò notandum, nullum Interdictum quantumuis personale, & particulare prohibere, quo minus Religiosi, vel Clerici, qui alias tenentur diuinum Officiũ recitare, ad illud non teneantur, tenentur enim sicut prius ad illud recitandum, iuxta dicta à simili supra verbo *Excommunicatio num. 15.* priuatim tamẽ, ita vt ab alijs, excommunicatis scilicet, vel interdictis, seu non priuilegiatis non audiantur. *cap. quod in te de pœnit. & remissionibus.* Nauarrus *supra num. 175.* Layman. *supra num. 2.* Vnde, etiam illud recitare possunt duo, aut tres simul in domo, camera, aut agro, modo non audiantur à prædictis, quia talis oratio pro priuata habetur. Nauarrus *supra.* Suarez *supra à num. 10.* Sunt etiam quo ad hoc cõcessiones quædam Leonis 10. quas refert Cassarubius *in Compend. priuileg Mendicant. verbo Interdictum num. 18.* quas omitto, quia, & viuæ vocis oraculo factæ sunt, & parum, aut nihil priuilegij continent. Addit Nauarrus *sup.* posse Clericum (idem dic de Religioso) sine socio dicere idem Officium in Ecclesia, vel Capella, etiam ianuis apertis, si tamen ita submissè dicat, vt à nemine audiatur, dummodo illa Ecclesia specialiter interdicta non sit.

22 Nota etiam secundo, quod licet iure antiquo solum esset permissum tempore Interdicti celebrare semel in hebdomada, & priuatim, vnam Missam ad renouandum Sanctissimum Sacramentum, modo tamen post Bonifacium 8. *in d. cap. Alma mater*, iuxta dicta *tom. 1. cap. 21. num. 19.* licitum est Missam, & diuina Officia quotidie celebrare, iuxta præscriptum talis capitis, quod sic habet. *Singulis diebus in Ecclesijs, ac Monasterijs Missæ celebrentur, & alia Officia diuina, sicut prius* (intellige ante Interdictum) *submissa tamen voce, ianuis clausis, excommunicatis, & interdictis exclusis, & campanis etiam non pulsatis.* Siluest. *verbo Interdictum 5. num 2.* Sayrus *l. 5 cap. 5.* Cornexo *supra §. 2. dub. vnic.* ex communi Doctorum. Intelligitur

autem

autem hæc concessio pro tempore solum Interdicti localis generalis. Siluester *supra*. Naldus *in Summa verbo Interdictum num.* 6. Nam tempore Interdicti localis specialis seruatur ius antiquum, vt non possint in loco specialiter interdicto singulis diebus celebrari Sacra, & officia, nisi semel in hebdomada vnum Sacrum *cap. permittimus de sent. excommunicat. in* 6. Nauarrus *sup. num.* 173. Toletus *supra dicto cap.* 53. *num.* 1. Nisi necessitas infirmorum oppositum postularet. Nauarrus *ibidem*, ex Hostiensi. Similiter pro tempore Interdicti personalis, siue generalis, siue particularis, personæ aliquo ex ijs modis interdictæ non possunt vllibi celebrare dicto modo Missas, aut Officia diuina, nec illis Interesse. *cap. si Ciuitas, cap. si sententia de sent. excommunicat. in* 6. Suarez *d. disp.* 34. *sect.* 2. *nu.* 2. Bonacina *sup. punct.* 4. *num* 6. ex communi Doctorum. Nomine autem illo *Ecclesijs* in prædicta concessione *cap. Alma mater*, cum materia hæc fauorabilis sit, intelliguntur omnia loca Sacra, etiam Hospitalia, & priuata Oratoria ab Episcopo ad Missam, & diuina Officia celebranda. Suarez *disp.* 34. *sect.* 1. *num.* 8. & 9. Diana *supra Resolut.* 60. post alios, quos refert.

23 Rursus concessio hæc *cap. Alma mater* est respectu omniũ personarum Ecclesiasticarũ, siue illi Clerici sint, siue Religiosi, siue professi, siue Nouitij, aut etiam Moniales. Intentum enim Bonifacij 8. in *d. cap. Alma mater*. illud videtur fuisse, vt tempore Interdicti Officia diuina peragantur ab ijs, à quibus prius, & ab ijs ad quod prius id munus spectabat. Bacconius *supra*. Nauarrus *supra num.* 174 Bonacina *supra num.* 18. Quod & extenditur non solum ad Clericos prima tonsura initiatos habentes conditiones Concilij Tridentini *sess.* 23. *cap.* 6. sed etiam ad Clericos coniugatos cum virgine vnica, si alicuius Ecclesiæ seruitio ex mandato Episcopi addicti fuerint, propter eam dẽ rationem. Sotus *in* 4. *d.* 22. *quæst.* 3. *art.* 1. Auila *par.* 5. *disp.* 4. *sect.* 2. *dub.* 4. Laici autem non habentes priuilegiũ non admittuntur ad Missas, vel diuina Officia, quamuis seruetur dicta moderatio *cap. Alma mater*, hoc enim fine ibi præcipitur, vt celebrentur prædicta *ianuis clausis*. Auila, Layman. & Bonacina *supra*. Laici autem habentes priuilegia (quale est illud Bullæ Cruciatæ, de quo verbo *Bulla Cruciatæ num.* 14. dixi) & à fortiori Ecclesiasticæ personæ, pro quibus concessio hæc *cap. Alma mater*, facta est, non solum possunt tunc audire Missam, sed etiam tenentur illam audire diebus festis, quia præceptum audiendi Missam obligat omnes, qui id possunt facere, seu qui non habent impedimentum ad id faciendum, iuxta dicta eo verbo *Bulla Cruciatæ num.* 14. Bonacina *sup. num.* 19. & 20. ex Nauarro, Soto, Henriquez, Nuño, & Toleto. Licet oppositum tueatur, quoad laicos,

Cornexo

Cornexo *d. dub. vnic.* ex Cano, Victoria, & Auila, eo quod nullus cogitur vti priuilegio sibi concesso *argum. Regul. 69 ff. & Regul. 61. in 6. quod ob gratiam alicuius conceditur non est in eius dispendium retorquendum*. Prædicti autem, siue laici, siue Ecclesiastici priuilegiati ad audiendum Missam, & Officia diuina tempore Interdicti, possunt secum deferre eos, qui sunt de sua familia, qui tamen non dederunt causam Interdicto, aut non fuerint assumpti in fraudem ob istam causam. *cap. licet de priuileg. in 6.* Siluester *supra*. Nauarrus *supra num.* 180. Quod non valet in familiaribus Collegij, ex eodem *cap. licet*. Siluester, & Nauarrus *ibidem*. Qui verò nomine familiæ veniant agit Bonacina *supra num.* 21. ex alijs.

24 Per verba illa *Submissa voce*, quæ in dicto *cap. Alma mater* habentur, denotatur Missam, & Officia non posse celebrari ab Ecclesiasticis ea voce, vt extra Ecclesiam audiri possint, quin potius ea cautela, vt extra illam existentes ipsa non audiant Qua posita, si illi per curiositatem ea audiant, ipsi Ecclesiastici excusantur. Siluester *sup. nu.* 8. Nauarrus *sup. num.* 174.

25 Cum dicatur *interdictis exclusis*, ideo tales interdicti expelli debent, quod si expelli non possint, cessare debent Ecclesiastici à celebratione etiam Missæ, iuxta modum assignatum supra verbo *Excommunicatio num.* 21. pro casu quo excommunicatus vitandus vellet assistere Missæ. Auila *par.* 5. *disp.* 1. *dub.* 1. Layman. *supra*. Intelligitur autem hoc in casu Interdicti generalis localis, de quo est sermo *in dicto cap. Alma mater*. Suarez *d. disp.* 34. *sect.* 2. *num.* 1. In casu verò quo persona interdicta vellet assistere Missæ, nec per vim cogi possit ad exeundum, Suarez *supra num.* 10. etsi cum formidine, probabile esse credit, quod Sacerdos possit prosequi Missam, quia tam dictum *cap. Alma mater*, quam alia iura loquuntur solum pro tempore Interdicti localis. Sed oppositum credo verum, quia prædictum *cap. Alma mater* (idem dico de alijs iuribus) etsi quoad locum celebrandi Officia diuina loquatur de Interdicto locali, quo ad personas tamen quas prohibet admitti illo verbo *Interdictis*, proculdubio loquitur de personaliter interdictis. Philippus Faber *de Censuris in* 4. *sentent. dist.* 25. *quæst.* 1. *disp.* 5 *cap.* 2. *nu.* 113. Limitari tamen hoc debet quãdo tales interdicti sunt nominatim denunciati, iuxta Extrauagantem *Ad euitanda*, & dicta supra verbo *Excommunicatio num.* 20. & 21. Pro quo notandum, quod quamuis ad euitandam personam aliquã specialiter interdictam sit necessarium, quod illa fuerit nominatim denunciata, ad euitandum vero personam Interdicto personali generali interdictam non requiritur, quod ea in particulari sit nominatim denũciata, sed sufficit, quod illa Vniuersitas, vel populus proprio nomine

sint

autem hæc conceſſio pro tempore ſolum Interdicti localis generalis. Silueſter *ſupra*. Naldus *in Summa verbo Interdictum num.* 6. Nam tempore Interdicti localis ſpecialis ſeruatur ius antiquum, vt non poſſint in loco ſpecialiter interdicto ſingulis diebus celebrari Sacra, & officia, niſi ſemel in hebdomada vnum Sacrum *cap. permittimus de ſent. excommunicat. in 6.* Nauarrus *ſup. num.* 173. Toletus *ſupra dicto cap.* 53. *num.* 1. Niſi neceſſitas infirmorum oppoſitum poſtularet. Nauarrus *ibidem*, ex Hoſtienſi. Similiter pro tempore Interdicti perſonalis, ſiue generalis, ſiue particularis, perſonæ aliquo ex ijs modis interdictæ non poſſunt vllibi celebrare dicto modo Miſſas, aut Officia diuina, nec illis Intereſſe. *cap. ſi Ciuitas, cap. ſi ſententia de ſent. excommunicat. in 6.* Suarez *d. diſp.* 34. *ſect.* 2. *nu.* 2. Bonacina *ſup. punct.* 4. *num* 6. ex communi Doctorum. Nomine autem illo *Eccleſijs* in prædicta conceſſione *cap. Alma mater*, cum materia hæc fauorabilis ſit, intelliguntur omnia loca Sacra, etiam Hoſpitalia, & priuata Oratoria ab Epiſcopo ad Miſſam, & diuina Officia celebranda. Suarez *diſp.* 34. *ſect.* 1. *num.* 8. & 9. Diana *ſupra Reſolut.* 60. poſt alios, quos refert.

23 Rurſus conceſſio hæc *cap. Alma mater* eſt reſpectu omniũ perſonarum Eccleſiaſticarũ, ſiue illi Clerici ſint, ſiue Religioſi, ſiue profeſſi, ſiue Nouitij, aut etiam Moniales. Intentum enim Bonifacij 8. in *d. cap. Alma mater*. illud videtur fuiſſe, vt tempore Interdicti Officia diuina peragantur ab ijs, à quibus prius, & ab ijs ad quod prius id munus ſpectabat. Bacconius *ſupra*. Nauarrus *ſupra num.* 174 Bonacina *ſupra num.* 18. Quod & extenditur non ſolum ad Clericos prima tonſura initiatos habentes conditiones Concilij Tridentini *ſeſſ.* 23. *cap.* 6. ſed etiam ad Clericos coniugatos cum virgine vnica, ſi alicuius Eccleſiæ ſeruitio ex mandato Epiſcopi addicti fuerint, propter eam de ratione. Sotus *in* 4. *d.* 22. *quæſt.* 3. *art.* 1. Auila *par.* 5. *diſp.* 4. *ſect.* 2. *dub.* 4. Laici autem non habentes priuilegiũ non admittuntur ad Miſſas, vel diuina Officia, quamuis ſeruetur dicta moderatio *cap. Alma mater*, hoc enim fine ibi præcipitur, vt celebrentur prædicta *ianuis clauſis*. Auila, Layman. & Bonacina *ſupra*. Laici autem habentes priuilegia (quale eſt illud Bullæ Cruciatæ, de quo verbo *Bulla Cruciatæ num.* 14. dixi) & à fortiori Eccleſiaſticæ perſonæ, pro quibus conceſſio hæc *cap. Alma mater*, facta eſt, non ſolum poſſunt tunc audire Miſſam, ſed etiam tenentur illam audire diebus feſtis, quia præceptum audiendi Miſſam obligat omnes, qui id poſſunt facere, ſeu qui non habent impedimentum ad id faciendum, iuxta dicta eo verbo *Bulla Cruciatæ num.* 14. Bonacina *ſup. num.* 19. & 20. ex Nauarro, Soto, Henriquez, Nuño, & Toleto. Licet oppoſitum tueatur, quoad laicos,

Cornexo

Cornexo *d. dub. vnic.* ex Cano, Victoria, & Auila, eo quod nullus cogitur vti priuilegio sibi concesso *argum. Regul. 69. ff. & Regul. 61. in 6. quod ob gratiam alicuius conceditur non est in eius dispendium retorquendum*. Prædicti autem, siue laici, siue Ecclesiastici priuilegiati ad audiendum Missam, & Officia diuina tempore Interdicti, possunt secum deferre eos, qui sunt de sua familia, qui tamen non dederunt causam Interdicto, aut non fuerint assumpti in fraudem ob istam causam. *cap. licet de priuileg. in 6.* Siluester *supra*. Nauarrus *supra num.* 180. Quod non valet in familiaribus Collegij, ex eodem *cap. licet*. Siluester, & Nauarrus *ibidem*. Qui verò nomine familiæ veniant agit Bonacina *supra num.* 21. ex alijs.

24 Per verba illa *Submissa voce*, quæ in dicto *cap. Alma mater* habentur, denotatur Missam, & Officia non posse celebrari ab Ecclesiasticis ea voce, vt extra Ecclesiam audiri possint, quin potius ea cautela, vt extra illam existentes ipsa non audiant Qua posita, si illi per curiositatem ea audiant, ipsi Ecclesiastici excusantur. Siluester *sup. nu.* 8. Nauarrus *sup. num.* 174.

25 Cum dicatur *interdictis exclusis*, ideo tales interdicti expelli debent, quod si expelli non possint, cessare debent Ecclesiastici à celebratione etiam Missæ, iuxta modum assignatum supra verbo *Excommunicatio num.* 21. pro casu quo excommunicatus vitandus vellet assistere Missæ. Auila *par.* 5. *disp.* 1. *dub.* 1. Layman. *supra*. Intelligitur autem hoc in casu Interdicti generalis localis, de quo est sermo *in dicto cap. Alma mater*. Suarez *d. disp.* 34. *sect.* 2. *num.* 1. In casu verò quo persona interdicta vellet assistere Missæ, nec per vim cogi possit ad exeundum, Suarez *supra num.* 10. etsi cum formidine, probabile esse credit, quod Sacerdos possit prosequi Missam, quia tam dictum *cap. Alma mater*, quam alia iura loquuntur solum pro tempore Interdicti localis. Sed oppositum credo verum, quia prædictum *cap. Alma mater* (idem dico de alijs iuribus) etsi quoad locum celebrandi Officia diuina loquatur de Interdicto locali, quo ad personas tamen quas prohibet admitti illo verbo *Interdictis*, proculdubio loquitur de personaliter interdictis. Philippus Faber *de Censuris in 4. sentent. dist. 25. quæst. 1. disp. 5 cap. 2. nu.* 113. Limitari tamen hoc debet quãdo tales interdicti sunt nominatim denunciati, iuxta Extrauagantem *Ad euitanda*, & dicta supra verbo *Excommunicatio num.* 20. & 21. Pro quo notandum, quod quamuis ad euitandam personam aliquã specialiter interdictam sit necessarium, quod illa fuerit nominatim denunciata, ad euitandum verò personam Interdicto personali generali interdictam non requiritur, quod ea in particulari sit nominatim denũciata, sed sufficit, quod illa Vniuersitas, vel populus proprio nomine

sint

sint denunciata, vix enim alio modo Communitas denunciari potest. Bonacina *supra punct. 7. num. 23.* Thesaurus *in praxi Ecclesiastica, par. 2. verbo Censura cap. 14. § Declara quarto*, & alij contra aliquos oppositum sentientes. Illud certius, quod in eo casu alij non interdicti non tenerentur exire ab Ecclesia, aut relinquere Missam, propterea quod illi assisteret interdictus; non enim est prohibitum ab Ecclesia communicare cum interdicto, vt cum excommunicato. Caietanus *Summa verbo Interdictum*. Suarez *supra num. 4. & 5.* Naldus *in Summa verbo Interdictum num. 2.* Layman *supra*. Vnde similiter casu quo è contrario Sacerdos interdictus celebraret, etsi cooperari ad eius celebrationem peccatum graue esset ex natura rei suppositæ censuræ Interdicti, nihilominus posset persona non interdicta eius Missam audire, non solum quando talis Sacerdos non esset nominatim denunciatus interdictus, vt de se patet ex Extrauagant. *Ad euitanda*, sed etiam si esset nominatim denunciatus, quia audire Missam alicuius non est cooperari ipsi, & alias non est prohibitum communicare cum interdicto. Suarez *supra num. 5.* Diana *supra Resolut. 63.* ex Turriano, Mercero, & Filiuccio.

26 Ex illo autem prædicti capitis *Alma mater, campanis non pulsatis*, colligitur, campanarum etiam paruarum pulsationem, intelligi pro celebratione Missæ, & diuinorum Officiorum, imo etiam pro eleuatione *Hostiæ*, vel ad *Sanctus*, prohibitam esse, non tamen pro conuocatione populi ad alia, quæ non sunt diuina Officia; vt sunt Concio, Salutatio Angelica, ostensio Reliquiarum, & alia de quibus supra. Pro quo vide Siluest. *supra q. 5.* Nauarrum *sup. num. 177.* Henriq. *lib. 13. cap. 46.* Bonacina *dicto punct. 4. num. 7.* vbi etiam *num. 8.* ex Suarez, Auila, & alijs ait, adhiberi posse tempore Interdicti tabulam cum mauaea, vel tubam, quod tamen intellige, iuxta Patriæ consuetudinem.

27 Maximè tertio notandum in prædicto capite *Alma mater*, iuxta dicta *tom. 1. cap. 21. num. 19.* concedi vt in quatuor anni præcipuis Festiuitatibus, videlicet, Natiuitatis Domini, Paschæ, Pentecostes, & Assumptione Beatæ Mariæ Virginis (quibus ex concessione Martini quinti, & Eugenij quarti accessit festum Corporis Christi cum octaua) licitum sit Sacrificium Missæ, & alia diuina Officia sine vlla alia limitatione celebrare, nisi vt qui propria culpa Interdicto causam dederit ad Altare non appropinquent, intellige, vel oblationis accipiendæ, vel S. Eucharistiæ sumendæ causa, sicut explicat Suarez *d. disp. 34. sect. 1. num. 37.* Sumuntur autem tres illæ priores festiuitates, scilicet Natalis, Paschæ, & Pentecostes solum pro primis diebus ipsarum. Nauarrus *supra num. 182.* Suarez *num. 38.* Naldus *supra num. 8.* Licet oppositū proba-

probabiliter tenent Bonacina *d.punct.4.num.4.* post Sotum, Auilam, Huttadum, & alios, quos sequitur Diana *sup. Resolut.61.* Computantur etiam tales Festiuitates iuxta Ecclesiæ morem, scilicet à primis Vesperis, vsque ad secundas, adiuncto Completorio. Bacconius *supra*. Bonacina *num.15.* Diana *supra* post plures alios.

28 Extenditur etiam probabiliter hoc priuilegium solemniter celebrandi diuina, dummodo Interdicto causam non dederint, aut essent specialiter interdicti, nominatim interdictis, & excommunicatis exclusis, ad Regulares habentes communicationem priuilegiorum cum Benedictinis, & Mendicantibus pro festis Sanctorum Ordinis, iuxta dicta *tom.1.cap.21.num.19.* ex priuilegio Leonis 10. pro eisdem Benedictinis, & *tom.2.cap.1. num.21.* ex priuilegio Pij 5. pro Mendicantibus. Probabile enim est priuilegia illa non esse contraria decreto Concilij Tridentini *sess.25.cap.12.* propter dicta illis locis. Et ita tenent Medina *in Summa*. Sorbus *in Additionibus ad Compend. priuileg. Mendicant. verbo Interdictum 3. §. sed alijs Doctoribus.* Henriquez *lib.13.cap.48.§.1.* Sayrus *de Censuris lib.5. cap.13. num.24. & 25.* Rodriguez *in Bullam Cruciatæ §.5.nu.15.* Miranda *tomo 2. Manual.quæst.37. art.12.* Cruz *de statu Regular. lib.2.cap.7. dub.2.* Peirinis *tom.1.priuileg. Minim. in Constit. 2. Sixti 4. num.51.* & alij.

29 Nec obstant aliquæ declarationes S. Congregationis, quas referunt Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Priuilegium, & de potest. & offic. Episcopi Alleg.105.num.44.* Tamburinus *d.disp.16. quæst.4.* & Nouarius *in Lucern. Regular. verbo Interdictum*, quibus id negatur, & dicitur priuilegia Regularium sublata esse per Concilium Tridentinum, vt enim dixi eo *tom.2. cap.1. num.21.* de talibus declarationibus S. Congregationis (quod ego sciam) non constat authenticè, & eadem S. Congregatio Concilij, iuxta dicta supra verbo *Sacra Congregatio num.10.* declarauit, huiusmodi declarationibus non authenticis non esse fidem adhibendam. Deinde, quia dato, quod de eis authenticè constaret, per illas tamen solũ declaratur reuocata esse quoad hoc priuilegia Regularibus concessa ante Concilium Tridentinum. Cum autem Clemens 8. post ipsum Concilium, iuxta dicta eo *nu.21.* idem priuilegium concesserit Minoribus, ideo tam ipsi, quam alij, qui cum ipsis habent communicationem priuilegiorum, eo vti possunt. Tamburinus *supra*. Nota etiam priuilegium illud Pij quinti esse post Concilium.

30 Additur etiam in eodem priuilegio Leonis 10. id etiam fieri posse in quibusdam alijs Festiuitatibus, & occasionibus, de quibus dixi dicto *num.19.* & agit Sorbus *supra §. tertiodecimo suspenditur*, & sequentibus, supponens etiam non esse reuocatum hoc priuilegium per

Concilium Tridentinum, quod etiam facit Peirinis *supra num.* 52. Quia verò vna ex illis festiuitatibus est festiuitas Conceptionis Beatissimæ Virginis, notandum etiam eumdem Leon. 10. cõcessisse, quod tempore Interdicti, in quibusuis Hispaniæ Ecclesijs à primis vesperis diei Conceptionis vsque ad illius totalem octauam inclusiuè, Missas, & alia diuina Officia apertis ianuis, pulsatis campanis, atque alta voce (excommunicatis duntaxat, & nominatim interdictis expulsis) celebrari posse; & quod singuli Christifideles non excommunicati, nec nominatim interdicti ad Missas, & alia Officia admitti tunc possent. Sic refert hoc priuilegium Cassarubius *in Compend. priuileg. Mendicantium verbo Conceptio Virginis num.* 11. & Suarez *supra num.* 42. dicit, non esse derogatum per decretum Concilij. Quale vero sit Officium illud Conceptionis pro quo conceditur hoc priuilegium agunt Portellus *in Dub. Regular. verbo Interdictum in Addit. à num.* 2. & Villalobos *in Summa tom.* 1. *Tract.* 19. *diffic.* 6.

31 Extat, & aliud priuilegium Iulij 2. pro Augustinianis, quo ipsis concessit, vt quæ Ordini suo pro tempore generalis Interdicti sunt cõcessa, ea omnia in speciali Interdicto, etiam concessa intelligantur. Referunt hoc priuilegium Cassarubius *in Compend. priuileg. Mendicant. verbo Interdictum* 1. *num.* 14. Sorbus *supra* §. *decimo Iulius* 2. Peirinis *tom.* 1. *priuileg. Minim. in Constit.* 2. *Sixti* 4. *num.* 54. Tamburinus *supra d. quæsit.* 4. *in fine*. Qui omnes dicunt hoc priuilegium magnum esse, nam quando secundum ius commune suspenditur Interdictum in aliquibus Festiuitatibus, prout fit in *c. Alma mater*, iuxta dicta supra *num.* 27. non suspenditur pro Ecclesijs specialiter interdictis, nec possunt in eis fieri ea, quæ ibi permittuntur, at verò secundum hoc priuilegium id conceditur. Alia priuilegia pro Regularibus tempore Interdicti, & Cessationis à diuinis refert Portellus *sup. verbo Interdictum à num.* 65. quæ prætermitto, quia plura ex illis relata sunt tum supra, tum *tom.* 1. *cap.* 21. *num.* 19. & 20. alia verò sunt mihi incerta.

32 Pro praxi tamen horum priuilegiorum quoad Regulares, & quomodo se gerere debeant tempore Interdicti, vide Sorbũ *sup.* §. *primò statim*, Mirandam, & Ioannem de la Cruz *supra*. Tria tamen illis præcipuè animaduertenda censeo. Primum, an priuilegia quibus vti volunt, sint solo viuæ vocis oraculo concessa, quale est illud Nicolai Frãci de quindecim personis tempore Interdicti admittendis, quod immeritò in medium producunt Peirinis, & Tamburinus relati. Talia enim priuilegia his temporibus vacant, propter sæpius dicta. Secundum, an Interdictum, quod ponitur, sit ab habente facultatem reuocandi priuilegia ipsorum, & ea reuocante. Tertium, quod eo *cap.* 21. *num.* 20.

num. 20. notaui, ſcilicet, an ex vſu talium priuilegiorum poſſint ſequi ſcandala, rumores, aut ſimilia, propter ſingularitatem &c. De priuilegijs autem Tertiariorum pro tempore Interdicti, dixi *tom.* 2. *cap.* 14. *num.* 36. Confratrum, *cap.* 15. *nu.* 36. & 37. Familiarium Religioſorum *cap.* 16. *num.* 12. 23. & 27. Procuratorum ipſorum, *cap.* 17. *num.* 6. 7. & 8.

33 Loquendo autem de tertio effectu Interdicti, qui eſt priuatio ſepulturæ Eccleſiaſticæ, intelligendus eſt reſpectu cuiuſcunque Interdicti generalis, vel particularis, localis, vel perſonalis. Etenim quando Interdictum eſt perſonale particulare, perſona ſic interdicta, quæcunque illa ſit, ſiue Clericus, ſiue Religioſus, ſiue ſæcularis omnino carere debet Eccleſiaſtica ſepultura. Clement. 1. *de ſepulturis*, & *cap. Epiſcoporum de priuileg. in* 6. Suarez *ſupra diſp.* 35. *ſect.* 3. *num.* 1. Cornexo *ſupra* §. 3. Quando etiam Interdictum eſt perſonale generale, in primis ij, qui cauſam Interdicto dederunt, cum iſti cenſeantur veluti ſpecialiter interdicti, priuari etiam debent dicta ſepultura. Suarez, & Cornexo *ſupra*. Deinde etiam illi, qui cauſam non dederunt; quia etiam iſti ſunt, & dicuntur interdicti, quia ſunt pars populi interdicti, ac per conſequens debent in eis habere locum omnes effectus Interdicti, inter quos vnus eſt iſte. Clement. 1. *de ſepulturis cap. ſi Ciuitas de ſentent. excommunicat. cap. ſi ſententia eodem titulo in* 6. Bonacina *ſupra punct.* 5. *num.* 1. Vnde etiam infantes, & amentes priuantur ſepultura eo tempore, propter idem fundamentum, & quia quamuis illi ob defectum rationis non ſint capaces aliorum effectuum Interdicti, iuxta dicta *ſupra num.* 8. benè tamen iſtius, qui in ſola paſſione conſiſtit. Bonacina *ſupra num.* 9. Cornexo *ſupra*. Tempore etiam Interdicti localis, ſiue generalis, ſiue particularis, etſi fideles poſſint in locis non interdictis ſepultura Eccleſiaſtica frui, non poteſt tamen concedi dicta ſepultura in Eccleſia, vel Eccleſijs interdictis aliquibus laicis quantumuis innocentibus, aut non interdictis, infantibus, aut amentibus. Huiuſmodi enim Interdictum non fertur directè in perſonas, ſed in locum, prohibendo, ne in illo aliquis ſepeliatur, *cap. quod in te de pœnit. & remiſſ. cap. ſi Ciuitas de ſentent. excommunicat. in* 6. Silueſter *ſupra verbo Interdictum* 5. *quæſt.* 8. Cornexo *ſupra*. Layman. *ſupra num.* 3. Dixi *aliquibus laicis*, quia Eccleſiaſtici, ſiue Clerici ſint, ſiue Religioſi, qui cauſam Interdicto non dederũt, nec interdicti fuerunt, ſed Interdictum obſeruarunt, ſepeliri tunc poſſunt in loco Sacro quantumuis interdicto, modo id fiat ſine ſolemnitate, & abſque pulſatione campanarum. *cap. quod in te* relato. Silueſter *ſupra*. Sotus *in* 4. *d.* 22. *quæſt.* 3. *art.* 1. Imo poſt cap. *Alma mater* poſſunt tempore Interdicti generalis localis ſepeliri cum diuino Offi-

cio, & Missa, iuxta moderationem ibi factam, cum ibi concedatur, quod tempore Interdicti præfati celebrari possint diuina Officia, cum dicta moderatione. Henriquez *lib.*13.*cap.*44. Suarez *disp.*35. *sect.*1. Non oportet tamen quod sepeliantur in loco interdicto, si ad locum non interdictum commodè ferri possunt, vt ait Laymanus *supra* ex Siluestro, & Suarez.

34 Circa hunc tamen effectum priuationis sepulturæ pro tempore Interdicti, nota primò, nomine sepulturæ Ecclesiasticæ intelligi sepulturam in loco ab Episcopo (vel etiam Prælato Regulari) consecrato, vel benedicto, siue Ecclesia, siue cœmeterium sit, vbi diuina peraguntur. Bonacina *d.puncto* 5.*num.*1. ex Sayro, Suarez, & alijs. Nota secundò, nulli quantumuis personaliter, & specialiter interdicto negari deberi sepulturam, nisi nominatim denunciatus fuerit. Etenim propter extrauagantem *Ad euitanda* nullum censura affectum euitare tenemur, nisi nominatim denunciatum. Verum quidem est, quod pro Interdicto personali particulari requiritur denunciatio specialis sub nomine taliter interdicti; pro Interdicto tamen generali personali sufficit denunciatio nominatim, non sub nomine singulorum de populo, sed sub nomine Ciuitatis, vel populi, iuxta dicta *supra num.*25. cum moraliter impossibile sit omnia membra vnius Communitatis nominatim alio modo denunciare. Bonacina *supra num.* 10. Layman. *supra num.*4. ex alijs. Licet oppositum tueatur Cornexo *supra*, quem sequi videtur Diana *supra Resolut.* 66. Pariter etiam idem dici debet de Interdicto locali, nisi enim denunciatum sit non obligat. Nauarrus *supra num.*187. Toletus *supra lib.*1. *cap.*52. *num.* 2. Tertiò nota, nullibi legi corpora defunctorum non personaliter interdictorum, & denunciatorum, si in loco interdicto illegitimè sepulta sint, exhumanda esse, sed viceuersa, corpora, quæ tempore localis Interdicti in loco non Sacro sepulta fuerunt, sublato Interdicto exhumanda, & ad Sacrum locum transferēda, sicut ex communi docet Nauarr. *num.*176. Henriquez *cap.*44. *num.*5. Auila *par.*5. *disp.*4. Nota quartò, quod quamuis Cornexo *supra*, post Suarez, Filiucium, Coninch, & alios, tueatur probabiliter hanc carentiam sepulturæ tempore Interdicti, etiam procedere in Festiuitatibus, in quibus *in cap. Alma mater* permittitur celebratio diuinorum (idem diceret de illis, qui habent priuilegium assistendi diuinis tempore Interdicti) eo quod priuatio sepulturæ diuersum quid sit à celebratione diuinorum, nihilominus Sotus, Nauarrus, Henriquez, & alij quos refert, & sequitur Diana *supra Resolut.* 67. oppositum etiam satis probabiliter docent, eo quod priuatio sepulturæ videatur introducta per Interdictum ratione Officij diuini annexi, concesso ergo Officio, conceditur etiam

sepultura.

ſepultura. Nota quintò, hæc quæ dicta ſunt de priuatione ſepulturæ (idem dico de alijs, quibus priuat Interdictum) intelligenda eſſe ſeclusis ſpecialibus priuilegijs, quale eſt illud Bullæ Cruciatæ, de quo ſupra verbo *Bulla Cruciatæ num.* 14. *&* 15. Specialiter pro priuilegijs Regularium circa ſepulturam tempore Interdicti, vide dicta *tomo* 1. *cap.* 21. *num.* 19. Caſſarubium *in Compendio verbo Interdictum*, & Sorbum *ibidem*.

35 Præter iſtos autem communes effectus Interdicti eſt alius ſpecialis, qui maximè ad Regulares ſpectare poteſt, quòd ſcilicet ille, qui perſonaliter interdictus eſt eligi non poteſt ad Prælaturas, ſeu Dignitates, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 15. *num.* 25. Azor *tom.* 2. *Inſtitut. Moral. lib.* 6. *cap.* 7. *quæſt.* 2. Sa *in Summa verbo Interdictum num.* 18. Idem dico de eo, qui Interdictum non ſeruauit; *cap.* 1. *de poſtulat. Prælat. cap. tanta de exceſſib. Prælat.* Silueſter *in Summa verbo Electio* 1. *num.* 15. Peirinis *tom.* 2. *de Prælat. quæſt.* 2. *cap.* 5. §. 2. *num.* 40. Similiter perſonaliter interdictus, iuxta dicta eo *cap.* 15. *num.* 5. eligere non valet, ita vt electio ab ipſo facta caſſa ſit, vel caſſanda. *cap. cum inter R. de elect.* Sa *ſupra*. Peirinis *ſupra num.* 39. Vide dicenda inferius *num.* 37.

36 Eſt etiam alia ſpecies Interdicti perſonalis, quæ vocatur *ab ingreſſu Eccleſiæ*, eo quod priuat à tali ingreſſu in Eccleſiam, de qua ſæpius in iure fit mentio, præſertim *cap. ſacro de ſentent. excommunicat. cap.* 1. *eodem titulo in* 6. *cap. Epiſcoporum de priuileg. in* 6. Differt autem ab alio Interdicto perſonali ſimpliciter dicto in hoc, quod Interdictum perſonale ſimpliciter dictum priuat participatione diuinorum in omni loco, hoc vero ſolum in Eccleſia, itaut ſolum in illa non poſſit interdictus celebrare, aut audire Miſſam, aut diuina Officia, non autem extra illam in domo, agro, Oratorio priuato &c. *cap. is cui de ſentent. excommunicat. in* 6. Nauarrus *ſupra num.* 170. Cornexo *ſupra* §. 4. Addit ſecundò idem Cornexo ex Silueſtro, & Suarez, quod licet Interdictum perſonale ſimpliciter dictum non priuet ingreſſu Eccleſiæ ad orandum, quando diuina non celebrantur, hoc tamen Interdictum priuat tali ingreſſu, propter *ca. Latorem* 33. *q.* 2. vbi id videtur haberi. Sed oppoſitum docent communiùs Doctores, ſpecialiter Nauarrus *ſupra*. Reginaldus *l.* 32. *Tract.* 3. *cap.* 30. *num.* 41. Coninch. *de Sacram. diſp.* 17. *dub.* 2. *num.* 59. & alij quos referunt, & ſequuntur Bonacina *ſupra punct.* 5. *num.* 11. & Diana *ſupra Reſolut.* 72. & *ca. Latorem* intelligunt de pœnitentia impoſita matricidę. Illud certius non prohiberi per hoc Interdictum ingreſſum materialẽ in Eccleſiam ad loquendum, vel aliquid prophanum faciendum, vel ad tranſeundum aliò per ipſam. Nauarrus, & Cornexo *ſupra*. Proba-

bile etiam est sic interdictum posse in cœmeterio audire, & celebrare Missam, & diuina, quia in materia odiosa, & pœnali, qualis est ista nomen Ecclesiæ non debet extendi ad cœmeterium. Filiucius *to.* 1. *Tract.* 18. *cap.* 5. *num.* 103. Bonacina *supra.* Diana *supra Resolut.* 75. Non verò posse intra Ecclesiam recipere Sacramenta vera sententia tenet cum Suarez *disp.* 35 *sect* 4. *num.* 5. Coninch. *supra.* Layman. *supra cap.* 1. *num.* 4 & alijs. Etsi Bonacina *supra num.* 12. & Diana *sup. Resolut.* 73 cum Henriquez, & Auila oppositum probabile credant. Talis etiam interdictus ab ingressu Ecclesiæ priuatur Ecclesiastica sepultura, tam in Ecclesia, quam in cœmeterio, nisi pœnituerit, in dicto *cap. is cui*. Auila *par.* 5. *disp.* 4. *sect.* 3. Cornexo *supra*. Bonacina *supra num.* 11.

37 Loquendo autem de culpa, & pœnis violantium Interdicta, distinguere oportet inter personas Ecclesiasticas, & laicas. Et quidem loquendo de Ecclesiasticis, certum primò est, Ecclesiasticas personas, siue sæculares sint, siue Regulares, violantes quodcunque Interdictum peccare mortaliter ex suo genere, quia faciunt contra præceptum Ecclesiæ in re graui, & quæ ipsos directè tangit. Sotus *in* 4. *dist.* 22. *q.* 3. *art.* 1. Nauarrus *supra num.* 187. Certum secundò, easdem Ecclesiasticas personas violãtes Interdictum per exercitium alicuius Ordinis Sacri eo modo, quo à laicis exerceri non potest, incurrere irregularitatẽ. *cap. is qui de sentent. excommunicat. in* 6. vbi est sermo de Interdicto locali, & *cap. is cui eodem titulo, etiam in* 6. vbi est sermo de Interdicto personali. Siluester *supra verbo Interdictum* 6. *num.* 2. Toletus *lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 3. Cornexo *supra* §. 2. *dub. vnic.* Additur *in d. cap. is qui* particula *scienter*, qua denotatur ad incurrendam hanc irregularitatem eum, qui celebrat in loco interdicto, requiri, quod non ex negligentia, aut ignorantia, etiam culpabili id faciat, sed ex scientia, & malitia. Suarez *supra disp.* 34. *sect.* 4. *num.* 15. Cornexo *supra.* Additur etiam *in eodem cap. is qui* contra celebrantes in loco interdicto pœna suspensionis à voce actiua, & passiua, ita vt nec eligi possit, nec eligere. Suarez *num.* 16. Cornexo *supra*. Similiter additur *in cap. is cui*, vbi est sermo de celebrante cum Interdicto personali, pœna priuationis Ecclesiasticæ sepulturæ in Ecclesia, vel cœmeterio, nisi pœnituerit. De qua Suarez *supra à num.* 23. An verò hæc irregularitas, quam dixi contrahere Ecclesiasticas personas violantes Interdictum, per exercitium alicuius Ordinis incurratur, etiam per exercitium Ordinis minoris, constat ex dictis à simili verbo *Excommunicatio n.* 13.

38 Ex quibus specialiter ad Regulares colligo primò, Religiosos cõtra Interdictum canentes in Choro Officium diuinum, vel quoad vnã horam Canonicam solam, aut magnam partem ipsius, mortaliter pec-

care,

care, quia faciunt contra præceptum Ecclesiæ in re graui. Suarez *dicta sect.* 4. *num.* 9. Imo si Sacerdotis, aut Hebdomadarij Officium exerceant in Choro, aut in Altari dicentes publicè orationem Officij, cũ *Dominus vobiscum*, benedicentes aquam, candelas, oliuas, calices, paramenta, vel similia, aut aspergentes solemniter populum, quia hoc etiam est materia grauis, non solum peccant mortaliter, sed etiam sunt Irregulares, quia prædicta sunt actus Sacri Ordinis proprij. Suarez *num.* 10. 11. 27. & 28. Bonacina *supra punct.* 7. *num.* 6. ex Sayro, Filiucio, & alijs. Facientes autem aliqua, quæ etsi sint contra Interdictum, non tamen sunt actus Ordinis, & casu quo sint, si non fiunt solemniter, vt tales, etsi mortaliter peccent, non tamen fiunt irregulares. Bonacina *ibi*, *& in sequentibus*. Similiter Religiosi, & alij exempti scienter celebrantes, aut celebrari facientes diuina in locis interdictis, aut interdictos ad diuina Officia, Sacramẽta, vel sepulturam admittere præsumentes, si ipsi interdicti non sunt, quamuis non incurrant propterea aliquam irregularitatem, cum talis non sit in iure expressa (Suarez *supra num.* 29. Bonacina *supra num.* 4.) peccant tamen grauiter mortaliter, & incurrunt Interdictum ab ingressu Ecclesiæ, donec de transgressione huiusmodi ad arbitrium eius, cuius sententiam contempserunt, satisfecerint competenter. Ex *cap. Episcoporum de priuileg. in* 6. Thesaur. *in praxi Ecclesiast. par.* 2. *verbo Censura cap.* 14. Similiter si Religiosi excommunicatos, & interdictos nominatim ab Episcopis admittunt ad diuina ex præsumptione subiacent Interdicto, ex *cap. cum & plantare de priuileg.* An verò hæc pœna sit latæ sententiæ, an solum incurrendæ, agit idem Thesaurus *supr.* De pœnis autem, quas incurrunt Religiosi sepelientes cadauera defunctorum tempore Interdicti dixi *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 29 Similiter de excommunicatione, quam incurrunt Regulares, etiam exempti, Interdictum generale locale non obseruantes, aduertentes illud obseruari ab Ecclesia Cathedrali, seu Matrice, seu Parochiali, etiam si prætenderent illud Interdictum esse nulliter latum, dixi eo *num.* 29. ex Clementina prima *de sentent. excommunicat.* De qua excommunicatione Tamburinus *d. disp.* 16. *quæst.* 3. & Thesaurus *supra*, ex Sayro, Toleto, & alijs. Præter dictas etiam pœnas incurrunt etiam Regulares sicut, & Clerici non Regulares, violantes quodcumque Interdictum suspensionem, ex *cap. tanta de excess. Prælat.* De qua suspensione an sit latæ sententiæ, an ferendæ solum, an ab officio solum, an vero etiã à beneficio alibi dicetur. Interim vide Layman. *supra num.* 3. Thesaurum *supra*, post Sayrum, Auilam, & alios. Celebrare etiam persistentes in Interdicto, seu contra Interdictum, postquam fuerint moniti, incurrunt pœnam perpetuæ depositionis, *cap. de Cleric. excom-*

municat. & Miniſtr. De quo Barboſa *ibidem*, & alij.

39 Laici autem violantes Interdictum, licet cum illud eſt perſonale, ſiue generale, ſiue particulare, peccent mortaliter (Nauarrus *d.cap.27. num.*187. Bonacina *dicto puncto 7.num.*1.) quando verò Interdictũ eſt locale generale, vel ſpeciale, ſecundum aliquos non peccant mortaliter, ſed ſolum venialiter, ſecluſo ſcandalo, & contemptu. Caietanus verbo *Interdictum.* Nauarr. *ſupra.* Oppoſitum tamen tenent alij Doctores, quod maximè eſt verum, ſi per violentiam, fraudes, aut mendacia, Officijs diuinis in loco Interdicto ſe ingerant, vel Clericis iubẽtibus, vt exeant, non obtemperent, aut ſi Clericos inducant, vt coram ipſis diuina celebrent. De quo Sotus, & Nauarrus *ſupra.* Auila *par.*5. *diſp.*5. *dub.*2. Layman. *cap.*3. *num.*2. & Diana *ſupra Reſolut.*68. Illud certius, quod licet laici, propter violationem Interdicti nullam pœnã irregularitatis incurrãt, cum in iure talis irregularitas non ſit expreſſa, nihilominus dominus temporalis, qui compellit Clericum in loco interdicto publicè, ac ſolemniter celebrare Diuina, vel pulſu campanę, aut voce præconis facit populum conuocari ad audienda diuina, vel impedit ne excommunicati, vel interdicti ab Eccleſia exeant, dum in ea Miſſarum ſolemnia celebrantur, poſteaquam à celebrantibus moniti fuerunt, & ipſi denique excommunicati, aut interdicti, ſi iuſſi exire, remanere præſumpſerint, excommunicationem Papę reſeruatam incurrunt. Clem.2. *de ſent, excommunic.* Nauarr. *ſupra num.*104, Layman. *ſupra cap.*3. *in fine.* Cornexo *d.dub.vnic. in fine.*

40 Circa relaxationem, vel abſolutionem Interdicti, cum ex dictis de alijs cenſuris colligi poſſit quid de ipſo dicendum, breuiter dico. Quando eſt ad tempus, vel ſub conditione, ſolo tranſcurſu temporis, vel conditionis ceſſat, quando vero abſolutè, aut ſine limitatione eſt poſitum, non tollitur, niſi per abſolutionem, vel relaxationem factam ab eo, qui illud poſuit, vel ab ipſius Superiore, vel ab alio ab ipſis facultatem delegatam habente. Quamuis etiam nullus Confeſſarius poſſit tollere Interdictum locale generale, ſeu ſpeciale, quia hoc ſpectat ad forum contentioſum, nec etiam Interdictum generale perſonale, propter eamdem rationem; poterit tamen abſoluere ab Interdicto perſonali particulari, ſiue à iure, ſiue ab homine, ſi illud reſeruatum non fuerit, ſicut & ab alijs cenſuris non reſeruatis. Imo etiam, ſi fuerit reſeruatum, quando pœnitens habuerit priuilegium, vt abſoluatur ab omnibus cẽſuris, etiam reſeruatis, quale eſt Bulla Cruciatæ, iuxta dicta ſupra verbo *Bulla Cruciata num.*30 De quibus omnibus Vgolinus *de Interdicto Tabul.*5. *cap.*23. Suarez *diſp.*38. Auila *ſupra diſp.*6. Cornexo *ſupra diſp.* 4. Layman. *ſupra cap.* 5. Bonacina *ſupra puncto vlt.* ex alijs quos referunt.

Quoad

41 Quoad Prælatos Regulares reſpectu ſuorum ſubditorum, dicendum, ipſos poſſe abſoluere ſuos ſubditos ab Interdicto perſonali particulari, etiam quando illud reſeruatum fuerit, ſi habeant priuilegia abſoluendi à cenſuris reſeruatis, prout de pluribus ipſorum dixi *tom.* 1. *cap.* 18. *à num.* 36. Cum eadem ratio ſit de hac, ac de alijs cenſuris. Ab Interdicto tamen locali, ſiue perſonali generali non abſoluunt, niſi habeant territoriũ, & ſubditos ſæculares, veluti Epiſcopi habent.

42 De caſibus, quibus in iure incurritur Interdictum, agunt Suarez *ſup. diſp.* 37. Filiucius *Tract.* 18. *cap.* 6. *quæſt.* 3. Bonacina *ſupra punct.* 8. & alij apud ipſos.

43 Vide dicta ſupra verbo *Bulla Cruciatæ*, verbo *Ceſſatio à diuinis*, & dicenda infra verbo *Irregularitas*.

INTERSTITIA.

SVMMARIVM.

Interſtitia, quæ dicantur. num. 1.
Ad quem pertinet diſpenſatio in illis. ibidem.
An hæc facultas tranſeat ad Capitulum, ſeu Vicarium Sede Vacante. num. 2.
Ordinatus ſine diſpenſatione in interſtitijs, an incurrat aliquam pœnam. num. 3.
An illam incurrat Epiſcopus ordinans ſubditum non diſpenſatum in interſtitijs. num. 4.
Quantum debet eſſe interſtitium pro ſingulis Ordinibus. num. 5.
Alia remiſſiuè. num. 6.

1 INterſtitia vocantur illa tempora, quæ iuxta Concilij Tridentini decretum intercedere debent inter vnum, & alterum Ordinem recipiendum, vt ſcilicet gradatim aſcẽdatur ad Sacros Ordines, & promouendus non aſcendat ad ſuperiorem, donec per aliquod tempus ſe exercuerit in inferiori, de quibus iuxta doctrinam Concilij Tridentini *ſeſſ.* 23. *cap.* 11. 12. 13. & 14. dixi *tom.* 1. *cap.* 14. *à num.* 14. Quibus addendum ſpecialiter quoad Regulares. Quod licet iuxta dicta ibi *num.* 15. diſpenſare in interſtitijs ſpectet ad Epiſcopũ Ordinantem, non verò ad Prælatum Regulatem, niſi exorare Epiſcopum, vt id faciat, iuxta declarationem S. Congregationis, quam ibi retuli, & referunt Henriquez *in Summa lib.* 10. *cap.* 23. §. 4. *in commẽt. littera I.* Piaſegus *in prax. par.* 1. *cap.* 1. *num.* 50. Riccius *in prax. for. Eccleſiaſt.*

*Ecclesiast.decis.*561.*in* 1.*edit.* & *in* 2. *Resolut.*483. Barbosa *de offic. & potestate Episcopi Allegat.*18.*num.*10. Tamburin. *de Iure Abbat. tom.*2.*disp.*2.*quæst.*22.& alij apud ipsos,nihilominus ex declaratione quoque S.Congregationis habetur,Dominos Episcopos debere se cõformare cum supplicatione Superiorum Regularium quoad hoc,cum ipsi sciant vtilitatem,vel necessitatem suorum Monasteriorum. Molfetius *in Summa Tract.*1.*cap.*1.*num.*56.Barbosa *supra.*Ad hoc autem, quod Episcopus censeatur dispensare,sufficit, quod sciens ordinandũ non impleuisse tempus designatum à Concilio pro interstitio ipsum ordinet, quia omne canonicum impedimentum, cuius dispensatio ad Episcopum pertinet censetur sublatum, si illud sciens Episcopus ordinauerit. Prout ex Abbate,Felino, Menochio,& alijs resoluit Barbosa *supra num.*7. Non posse autem Episcopum Ordinatorem, cum non Diœcesano dispensare in interstitijs, nisi in dimissorijs hoc ipsi concedatur, habetur etiam ex alia declaratione S. Congregat. apud prætatum Piasegum *supra num.*11. & Barbosam *supra nu.*9.ex alijs.

2 Interstitiorum remittendorum facultas concessa Episcopis transit etiam in Capitulum,seu eius Vicarium Sede vacante, prout ex declaratione Sacræ Congregationis referunt Quaranta *in Summa verbo Capitulum Sede vacante q.*10.§. *& refertur.* Armendariz *in Addition.ad recopilat.leg.Nauarræ l.*1.*tit.*18.*l.*7. *de Episcop.num.*57 Barbosa *sup.num.*6.*& in Collectan. Bullar,verbo Interstitia.*

3 Ordinatus sine dispensatione in interstitijs, etiam si graviter peccet, quia facit contra decretum Concilij in materia graui (Bonacina *de Censur.disp.*3.*punct.*5.§.8.*num.*3.) non tamen incurrit censuram suspensionis, vt putant Suarez *tom.*5. *disp.*31.*sect.*1. *num.*43. Bonacina *supra,& de Sacrament.disp.*8.*q.vnic.punct.*5. *num.* 35 Diana 4.*par.Tract.*4.*Resolut.*209.& Thesaurus *in prax par.*2. *verbo Ordines cap.*15.§.*recipiens Ordines* alijs relatis. Verumtamen non est id tã certum,sicut hi Doctores supponere videntur, etsi enim Concilium Tridentinum nullam censuram, aut pœnam contra sic facientes posuerit, nihilominus cum Pius 2. in Bulla *Cum ex Sacrorum,*quam retuli *d.cap.*14.*nu.*2. pœnam suspensionis statuerit contra eos,*qui absq; dispensatione* Canonica *ad aliquem ex Sacris Ordinibus se fecerint promoueri*, & possit dici per illam dispensationem canonicam intelligi dispensationem in quocunque impedimento canonico ad Ordines recipiendos, inter quæ vnum est ex Concilio nondum elapsum esse tempus ab ipso requisitum inter vnum, & alium Ordinem (præsertim cum Clem.8. in Bulla *d.cap.*14. *num.*1 relata hanc Pij 2. Bullam confirmauerit, moderando tamen pœnas,quas Sixtus 5. in alia etiam Bulla eo loco relata posuerat)ideo res hæc mihi dubia est. Vide

Henri-

Digitized by Google

Henriquez *in Summa lib.6.cap.*10. Nota etiam,quod recipiens Ordines Sacros eadem die incurrit suspensionem, quæ habetur cap. *Iterat de temp.Ordin.* Suarez *sup. num.*41. Thesaurus *supra* §. *recipiens autem duos.* De quo verbo *Irregularitas num.*48. Hanc tamen suspensionem non incurrit recipiens Sacerdotium,& Episcopalem Ordinationem eadem die, cum non sit in iure imposita. Suarez *num.* 40. Cornexo *Tract.de Irregularit.disp.7.dub.*1. Thesaurus *supra* §.*recipiens Sacerdotium.*

4 Episcopum Ordinantem subditum non seruatis interstitijs, nullam pœnam incurrere, resoluit Barbosa *supra* ex Nauarro, & Riccio. Episcopum verò conferentem duos Ordines Sacros eadem die, vel etiam duobus continuato ieiunio suspensionem incurrere, colligitur ex *d.cap.litteras*, Layman. *lib.*5.*Tract.*9.*c.*10. Thesaurus *supra* §. *Episcopus.* Sed de hac suspensione alibi dicetur.

5 Inter primam tonsuram, & minores Ordines seruari debere interstitium saltem vnius diei, tenent Innocentius, Ioannes Andreas, Butrius, & Panormitanus *in cap. de eo de temp. Ordinat.* Alij verò tenent contrarium, ratione consuetudinis. Sa *in Summa verbo Ordo num.*17. Bonacina *supra num.*36. Verius tamen est, etiam secluſa cõsuetudine, non esse necessarium interstitium aliquod inter tonsuram, & minores Ordines ex iure communi, aut Concilio. Thesaurus *supra* §. *Nota primo*, ex alijs quos refert. Inter ipsos autem minores Ordines seruari debent Interstitia temporum, ideſt quod dentur in diuersis anni temporibus à iure pro Ordinationibus faciendis designatis, nisi aliud Episcopo expedire magis videretur, iuxta dicta eo *cap.*14.*num.*14. & 16.ex Concilio Tridentino. Inter vltimum etiam Ordinem minorem, & Subdiaconatum debet obseruari interstitium vnius anni, iuxta dicta eo *cap.*14. *num.*15. etiam ex doctrina Concilij, nisi vel Episcopus dispenset, iuxta dicta ibi *nu.* 16. & doctrinam etiam eiusdem Concilij, vel sit consuetudo sic faciendi, prout habent Nauarrus *in Manual.cap.*25. *num.*71. Suarez *supra num.*41. Sa *sup.* & alij. Secluſa enim hac consuetudine, aut non interueniente Episcopi dispensatione, suscipiens simul Ordines minores, & Subdiaconatum celebrare non permittitur in Subdiaconatu. *cap.*2. *de eo qui Ordin.furtiuè suscepit.* Nauarrus,& Suarez *supra.* An vero hæc pœna importet suspensionem, an irregularitatem, diffident Doctores, de quo Thesaurus *supra* §. *recipiens primam.* Vide dicenda infra verbo *Irregularitas num.*48. Interstitium autem inter Subdiaconatum, & Diaconatum debere esse vnius anni,& alterius inter Diaconatum, & Presbyteratum, constat ex dictis eo *cap.* 14. *num.* 15. ex doctrina Concilij.

Vide

6 Vide dicta ſupra verbo *Dimiſſoriæ*,& dicenda 4.*tom. verbo Ordo.* Et nota facultatem à Sanctiſſimo Domino Noſtro Vrbano 8. conceſſam Auguſtinianis Diſcalceatis in Philippinis, & Indijs Occidentalibus degentibus. In Appendice Bullarij *num.*18.*alias* 128.

IRREGVLARITAS.

SVMMARIVM.

*Materia hæc neceſſaria pro Regularibus. num.*1.
Irregularitatis deffinitio. num. 2.
*Quotuplex ſit Irregularitas. num.*3.
*De cauſis Irregularitatis.num.*4.
De effectibus Irregularitatis. num. 5.
Quoad praxim Regularium quæ ſint probibita illis per Irregularitatem. num. 6.
Quæ non ſunt probibita. num. 7.
*De Irregularitate quædam remiſſiuè. num.*8.
De Irregularitate ex defectu animæ. num. 9.
Ex defectu ſcientiæ. num. 10.
*Ex defectu Fidei. num.*11.
Ex defectu corporis. num. 12.
*An Hermaphroditus ſit Irregularis.num.*13.
*Quid de fœmina in virum conuerſa. num.*14.
*Qui defectus corporis Irregularitatem inducant. num.*15.
*De Irregularitate ex defectu legitimitatis. num.*16.
Ex defectu ætatis. num. 17.
Ex ſeruitute. num. 18.
Ex eo,quod alicui muneri aliquis ſit obligatus. num. 19.
*Ex bigamia. num.*20.
Propter homicidium iuſtè factum. num. 21.
*Quid requiritur ad incurrendam hanc Irregularitatem.num.*22.
Eam incurrunt Iudices. num. 23.
*Aſſeſſores. num.*24.
*Accelerantes mortem.num.*25.
*Conſultores in cauſa mortis. num.*26.
Quid de Regularibus Concionatoribus & Confeſſarijs.num. 27.
*Quando accuſator, ſeu denunciator illam incurrat. num.*28.
*Quid de Aduocato.num.*29.
Quid de teſtibus.num. 30.

De

De Tabellionibus, ſeu ſcribis . num. 31.
De Satellitibus,& Miniſtris Iuſtitiæ.num.32.
Quæ differentia ſit inter Eccleſiaſticos,& laicos . num. 33.
De militibus in bello. num. 34.
Quomodo tollatur hæc Irregularitas.num. 35.
De Irregularitate,quæ prouenit ex paupertate.num.36.
Ea quæ prouenit ex infamia . num. 37.
Ex pœnitentia publica num.38.
Ex reiteratione Baptiſmi.num.39. & 40.
Cur impoſita hæc Irregularitas .num. 41.
An incurratur per reiterationem aliorum Sacr amentorum.num.42.
An eam incurrat rebaptizans ſub conditione. num.43.
Quomodo tollatur.num.44.
An eam incurrat baptizatus ab Hæretico. num. 45.
An baptizatus in ægritudine . num. 46.
De Irregularitate propter indebitam ſuſceptionem Ordinum.n.47.
In quibus caſibus incurratur hæc Irregularitas.nu.48.49.50.51.52.
An cum quis ſuſcipit Ordines furtiuè . num. 53.
A coniugato qui recipit illos conſtante Matrimonio.num.54.
De ea, quæ incurritur ob exercitium Ordinis tempore cenſuræ . n. 55.
Quando incurratur hæc irregularitas. num. 56.
An ab illo qui tempore cenſuræ facit coram ſe celebrari.num.57.
A quibus tollatur hæc Irregularitas. num. 58.
De ea , quæ incurritur ob exercitium Ordinis,quem quis non habet . num. 59.
Quomodo tollatur hæc Irregularitas. num.60.
De ea,quæ incurritur propter hæreſim. num.61.
Quid de Apoſtatis,Schiſmaticis,& filijs Hæreticorum . ibidem.
Quis diſpenſat in hac Irregularitate. num.62.& 63.
De Irregularitate quam contrahunt ſuſpecti de hæreſi.num.64.
De ea,quæ incurritur propter homicidium. num.65.
An propter homicidium factum cauſa defenſionis.ibidem.
Quomodo id intelligendum. num.66.
An quando non ſeruatur moderamen . num.67.
Quæ culpa ad id requiritur. num.68.
A quibus tollatur hæc Irregularitas. num.69.
De ea,quæ incurritur propter homicidium voluntarium. num.70.
Quo modo id intelligendum. num.71.
Quis diſpenſat in hac irregularitate.num.72.
De priuilegio Pauli 3.pro Benedictinis. ibidem.
De ea,quæ incurritur propter mutilationem. num.73.

Quid

Quid intelligatur per mutilationem. num. 74.
An eam incurrat, qui mutilat ſibi membrum. num. 75.
Quomodo tollatur hæc Irregularitas. num. 76.
De Irregularitate propter homicidium caſuale. num. 77.
Quomodo intelligenda. num. 78.
Regulæ pro iſta Irregularitate. num. 79. 80. & 81.
Quæ diligentia requiritur, vt ea non incurratur. num. 82.
Quomodo tollatur. num. 83.
De alijs Irregularitatibus. num. 84. & 85.
Quæ obſeruanda in diſpenſatione in Irregularitate. num. 86.

1 MAteria hæc etſi latiſſima, valde neceſſaria eſt pro Regularibus, & ideo accuratè tractanda, quoad ea præcipuè, quę ad ipſos ſpectant, præſupponendo prius principia generalia ipſius.

2 Eſt autem Irregularitas, quantum ad ethimologiam nominis, idē quod priuatio Regulæ ab *in*, ideſt, ſine, & *regula*. Vgolinus *tract. de Irregularit. cap. 1. §. 1. num. 2.* Siluester *in Summa verbo Irregularitas num. 1.* Definitur autem ſic: *Impedimentum Canonicum directè impediens ſuſceptionem Ordinum Eccleſiaſticorum, & eorum vſū.* Siluester *ſupra*. Nauarr. *in Manual. cap. 27. num. 191.* Toletus *in Summa lib. 1. cap. 57. num. 1.* & alij communiter. Dicitur *impedimentum*, vt notetur Irregularitatem eſſe quamdam moralem inhabilitatē, & ineptitudinem ad prædicta, abſtrahentem ab hoc, quod ſit, vel non ſit pœna, qualis eſt cenſura. Cornexo *quæſt. 5. de Irregularit. diſp. 1. dub. 1.* Layman. *lib. 1. Tract. 5. p. 5. c. 1. n. 1.* Dicitur *Canonicum* ad denotandum non eſſe iure diuino, aut ciuili, ſed ſolum canonico introductam. Vnde excluditur impedimentum, quod habent fœmina, vel non baptizatus ad Ordines, quia illud non eſt ex iure canonico, ſed diuino. Toletus *ſup. num. 2.* Cornexo *ſup.* Dicitur *directè*, vt diſtinguatur ab excommunicatione, quæ non priuat prædictis, niſi quatenus quædam communicationes ſunt; & à ſuſpenſione, quæ ſolum priuat directè vſu Ordinum. Layman. *ſup.* Bonacina *de cenſur. diſp. 7. de Irregularit. quæſt. 1. punct. 1. num. 1.* Denique per hoc quod dicitur indefinitè, & vniuerſaliter impediens ſuſceptionem Ordinum Eccleſiaſticorum, & eorum vſum, differt ab Interdicto, quod non ſemper impedit vſum Ordinum, Irregularitas verò ſemper. Bonacina *ſupra*. Adde præterea cum Nauarro *ſupra*, ſolam Irregularitatem impedire receptionem, & vſum Ordinum, prout Ordines ſunt, non verò excommonicationem, ſuſpenſionem, aut Interdictum, iuxta dicta *ſupra* verbo *Interdictum num. 2.*

Diui-

Digitized by Google

3 Diuiditur communiter Irregularitas in eam, quæ procedit ex defectu, & eam quæ procedit ex delicto. Toletus *ſupra num.* 3. Bonacina *num.*6. Diuiditur etiam in totalem, & partialem. Totalis eſt illa, quæ priuat omni Ordine ſuſcipiendo, & omni vſu ſuſcepti, partialis vero, quæ non omni Ordinis miniſterio, ſed aliquo tantũ priuat. Layman. *ſup. num.*7. Harum quoque Irregularitatum plures ſpecies ſunt, de quibus inferius, vbi etiam conſtabit in quibus conueniant, & in quibus differant. Solùm hic nota, irregularitate m nõ poſſe diuidi, ſicut cenſurã in Irregularitatem à iure, & ab homine. Certum enim eſt Irregularitatem ſolum eſſe à iure, non autem ab homine. Etenim ex *cap. is qui de ſentent. excommunicat. in 6.* habetur nullam incurri Irregularitatem niſi in iure ſit expreſſa. Sotus *in* 4. *diſt.* 22. *art.* 1. *q.* 3. Cornexo *ſup diſp.* 2. *dub.* 2.

4 Quoad cauſas Irregularitatis ſpectat dicendum, cauſam finalem ipſius eſſe reuerentiam Eccleſiaſticorum Ordinum, ſeu functionis eorumdem. Suarez *tom.*5 *in* 3. *par. diſp.* 40. *ſect.* 3. *num.* 1. Bonacina *ſupra num.* 2. Cauſam verò efficientem eſſe ſolum ius Canonicum, cũ enim *d. cap. is qui* prø regula generali ſtatuatur nullam eſſe Irregularitatem, niſi ſit in iure (intellige Canonico, de quo ibi eſt ſermo) expreſſa, proculdubio rectè ſequitur, accedente etiam vſu Eccleſiæ, cauſam efficientem Irregularitatis ſolum eſſe ius Canonicum. Suarez *ſupra ſect.* 4. Cornexo *ſupra.* Cauſa verò materialis remota, ſeu potius ſubiectum Irregularitatis eſt omnis ille, qui eſt capax Ordinis. Cum enim Irregularitas ſit impedimentum ad recipiendum, vel exercendum Ordines, ideo oportet, quod ſolus ille qui eſt capax Ordinis, ſit etiam capax Irregularitatis. Quare viri omnes tam Clerici, quam laici, dummodo ſint *Baptizati* capaces erunt Irregularitatis, non autem fœminæ, aut non baptizati, quia illi, & non iſti ſunt capaces Ordinis. Cornexo *ſupra diſp.* 4. *dub.* 1. Bonacina *ſupra punct.* 2. *num.* 8. Qui rectè etiam addũt ab hac regula excludi Summum Pontificem, cum enim ipſe iuri canonico ſubditus non ſit, ſed potius ſupra ipſum, ideo nullius irregularitatis eſt capax. De cauſa autem materiali proxima, ſeu de actu illo, propter quem incurritur ea Irregularitas, quæ eſt ex delicto, conſequẽter ad dicta ſupra verbo *Cenſura Eccleſiaſtica num.* 10. dicendum eſt talem actum debere eſſe peccatum mortale, externum, & conſumatum, propter ibi dicta. Similiter, quòd ignorantia tam peccati quam ipſius irregularitatis, quæ eſt pœna ipſius, excuſare poſſit ab illa, conſtat ex dictis à ſimili de Cenſuris dicto loco, & docet Nauarrus *in Manual. cap.* 23. *num.* 47. & fauet *cap.* 27. *num.* 274. ac tenet Sanchez *lib.* 9. *de Matrim. diſp.* 32. *num* 21. Coninch *de Sacrament. diſp.* 18. *dub.* 4. *num.* 19. & 31. & alij, quos refert, & ſequitur Diana 4. *par. Tract.* 2.

Reſolut.

Resolut. 36. & 85. cum Bonacina *de censuris disp.* 1. *quæst.* 2. *punct.* 1. *num.* 13. 14. & sequentibus. Secus dicendum de Irregularitate, quæ incurritur ob defectum, hæc enim incurritur etiam cum omnimoda ipsius ignorantia, vt supponunt communiter Doctores. Pariter etiam quòd metus grauis, & cadens in virum constantem excusare possit ab Irregularitate ex delicto contracta, constat etiam à simili ex dictis eo loco de censuris. De ijs vero, quæ requiruntur ad incurrendam eam Irregularitatem, quæ dicitur ex defectu constabit ex dicendis. Loquendo tandem de causa formali Irregularitatis, quamuis certum sit ad eam non requiri certam aliquam verborum formam, cum constet in iure diuersis verbis Irregularitatem imponi, requiruntur tamen ea verba, quibus, vel ipsum nomen irregularitatis exprimatur, vel proprius eius effectus, qui est inhabilitas ad Ordines suscipiendos, vel exercendos, vel saltem ex antecedentibus, & consequentibus id colligi possit. Suarez *supra d. disp.* 40. *sect.* 8. Cornexo *supra disp.* 3. *dub. vnico.* Adde tamen, quod si verba pensatis pensandis ambigua sint, & indifferentia ad irregularitatem, & suspensionem, cum ex prædicto *cap. is qui de sentent. excommunicat. in* 6. habeatur nullam incurri irregularitatem, nisi sit in iure expressa, videtur colligi potius ea explicanda esse de suspensione, quam de Irregularitate. Cornexo *ibidem.* Adde etiam, quoties verba iuris non significant pœnam ipso facto latam, sed ferendam à Iudice, proculdubio etiam non posse denotare Irregularitatem, sed suspensionem, vel aliam pœnam. Ratio est, quia Irregularitas, vt dixi, non imponitur ab homine, sed ab ipso iure. Suarez *supra num.* 2. Cornexo *supra*.

5 Quoad effectus Irregularitatis, primus, & principalis eorum est, impedire receptionem Ordinum *ca. curandum, & ca. si cuius vxorem d.* 34. *& cap. vlt. de tempor. Ordinat.* Hoc verò impedimentum non est tale, quod irriter Ordinem susceptum cum Irregularitate, Ecclesia enim non potest impedire valorem, quem habet iure diuino Sacramentum; sed est tale, quod propter illud grauiter mortaliter peccet irregularis suscipiendo Sacramentum. Suarez *d. disp.* 40. *sect.* 2. & Cornexo *supra disp.* 5. *dub.* 1. Vnde consequenter, licet per talem Ordinis susceptionem caracterem recipiat, sed non gratiam. Graffius 1. *p. decis. lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 2. Nec propterea incurrit nouam Irregularitatem, cum ea non sit in iure expressa. Nauarrus *supra num.* 194. Valentia *tom.* 4. *disp.* 9. *quæst.* 1. *punct.* 2. *in fine.* Extenditur etiam hoc ad susceptionem Ordinum minorum, quia vel sunt vera Sacramenta, prout putant, & communiter tenent Theologi cum S. Thoma, de quo alibi, vel esto Sacramenta non essent, sunt tamen inchoatio, & dispositio ad Sacramentum Ordinis. Suarez *supra*. Quamuis autem verior

sententia

ſententia ſit, etiam impedire Irregularitatem ſuſceptionem primę tonſuræ, eo quod ipſa etiam intelligatur nomine Ordinis, *cap. dum contingat de ætate, & qualitate*, vel eſto Ordinis nomine non veniat, quia eſt inchoatio, & diſpoſitio ad illos, & conſtituit hominem in ſtatu Clericali, ac capacem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, & beneficiorum Eccleſiaſticorum (Suarez *ſupra*. Auila *de Cenſur. par. 7. diſp. 2. dub. 6.* Cornexo *ſupra*) nihilominus non eſt improbabilis ſententia contraria, poſito quòd prima tonſura non ſit Ordo, quia cum hic agatur de pœnis Irregularitatis, & pœnarum materia cum ſit odioſa, non debeat ampliari, ſed reſtringi, ideo ſequi videtur in præſenti nomine Ordinis non venire primam tonſuram. Diana *4. par. Tract. 2. Reſolut. 88.* Secũdus effectus Irregularitatis eſt impedire vſum Ordinum iam ſuſceptorum. Intelligitur autem diuerſimode: nam quando irregularitas eſt totalis impedit omnem executionem Ordinum ſuſceptorum; quando verò eſt partialis, prohibet ſolum illum actum cui ponit impedimentum, iuxta dicenda inferius. Nauarrus *ſupra num.* 200. Cornexo *ſup.* Bonacina *d. diſp. 7. punct. 4. num.* 2. Hinc eſt, quod irregularis exercens Ordines aliàs ſuſceptos peccat mortaliter, quamuis nullam propterea nouam aliam Irregularitatem incurrat, propter dicta ſupra. Cornexo *ſupra*. Tertius effectus irregularitatis eſt facere hominem incapacem beneficij Eccleſiaſtici, itaut collatio illius ipſi facta nulla, & irrita ſit, nec poſſit fructus beneficij percipere, propter dicta ſupra verbo *Beneficium num.* 7. Circa quæ notandum primò, Irregularitatem ſuperueuientem non priuare Beneficiarium beneficio ante Irregularitatem obtento, cum nullus textus id ſuadeat. Nauarrus *ſupra num.* 251. Auila *ſup.* Cornexo *ſupra dub.* 2. Vnde conſequenter Beneficiarius, qui in Irregularitatem incidit, licet ſtatim debeat quærere diſpenſationem, vel beneficium dimittere, interim tamen poteſt illud retinere, & fructus percipere, ſi muneri ſuo ſatisfaciat per ſe, vel per alium; illudque reſignare, ſi ei placuerit in fauorem alterius, ſicut antea, cum adhuc retineat titulum, & ius beneficij. Bonacina *ſup. nu.* 9. & 10. ex Suarez, Filiucio, & Coninch. Debet tamen beneficio priuari per ſententiam, iuxta *cap. ex litteris de exemptionibus Prælatorum* Cornexo *ſupra*. Layman. *ſupra num.* 2. Secundò nota, quòd licet ſententia affirmans collationem beneficij factam Irregulari irritam eſſe, nec illum poſſe percipere fructus, communis ſit, & per conſequens in praxi tenenda, quam docent Nauarrus, Auila, & Cornexo ſupra, poſt plures alios (pro quo vide Dianam *ſupra Reſolut.* 37. cum alijs quos refert) nihilominus probabile eſt oppoſitum, ſcilicet talem collationem illicitam ſolum eſſe, & irritandam, quemadmodum poſt Silueſtrum putant Cornexo, Layman. & alij. Tertiò nota, quòd licet communis etiam ſen-

tentia sit Irregularem, cui facta est collatio beneficij, non posse illud retinere, aut percipere fructus, nisi prius obtineat dispensationem in Irregularitate, & ea obtenta, curet beneficium de nouo sibi prouideri ab eo ad quem spectat prouisio, prout tenent Cornexo *supra*. Bonacina *sup num.6.* post Auilam, Henriquez, Couarrubiam, & alios; eo, quod talis collatio in principio fuerit nulla. Nihilominus probabile etiam est sufficere, quòd de nouo impetret dispensationem in Irregularitate, & intrusione sine noua alia collatione propter dicta *tomo 2. cap.13.num.52.* & supra verbo *Beneficium num.10.* cum conditionibus tamen ibi assignatis, prout etiam tenet Layman. *supra num. 3.* Nota etiam quartò, quòd cum dicitur Irregulare esse incapacem beneficij intelligitur de illo beneficio, quod habet annexum aliquem actum incompossibilem cum dicta Irregularitate. Vnde quando Irregularitas est partialis, & solum priuat determinatè aliqua functione, & non omnibus, prout est in casu de quo fit mentio. *cap.2.de Clerico ægrotant.* poterit talis Irregularis obtinere illud beneficium, cui non est annexa talis functio. Suarez *dicta disp.40 sect. 2. num.38.* Cornexo *supra.* Quartus effectus Irregularitatis numerari potest, quòd reddat subiectum incapax iurisdictionis ordinariæ, cum iurisdictio ordinaria solum detur propter beneficium; officium, aut titulum spiritualem ordinatum ad functiones Ordinis, quorum incapax est Irregularis. Cornexo *supra dub.3.* Bonacina *supra num. 12.* ex Suarez, Filiucio, & alijs. Notans etiam Irregularem nõ esse incapacem iurisdictionis delegatæ, cum ista non fundetur in beneficio, officio, aut titulo spirituali, nec dirigatur semper ad exercitium Ordinum.

6 Ex dictis autem colligi potest, quoad praxim Regularium, quæ sint illa, quæ illis prohibita sunt, si in Irregularitate inciderint, & quæ non sint prohibita. Primò enim, si ipsi ordinati non fuerint, prohibitum illis erit ante dispensationem obtentam Ordines maiores, minores, vel primam tonsuram, iuxta dicta, suscipere. Secundò etiam, si ordinati fuerint, Ordines quoscunque, siue maiores, siue minores exercere. Intellige, quoad minores ea ratione, qua à Clericis solunt exerceri possunt, iuxta dicta verbo *Excommunicatio num. 13.* Similiter prohibitum est illis Sacramentaliter absoluere à peccatis, aut ministrare ex officio aliquod Sacramentum, quia ista sunt actus Ordinis Sacerdotalis. Item facere officium Hebdomadarij, dicere *Dominus vobiscũ*, & benedicere aquam, oliuas, oleum, nuptias, & similia, seu consecrare Ecclesias, Altaria, ornamenta &c. quia hæc etiam sunt actus Ordinis, vel Ordini annexa. Itẽ obtinere Prælaturas in Religione, vt sunt Generalatus, Prouincialatus Prioratus, & similia, quia etiam veniunt in præsenti nomine beneficij Ecclesiastici, iuxta dicta *tomo 1. cap. 15.*

num.

num. 32. & supra verbo *Beneficium num.* 3. Vnde sicut Irregularis incapax est recipiendi quæcunque beneficia, ita etiam & ista. Idem dico de Commissariatibus Generalibus, vel Prouincialibus, quæ aliquo modo sunt Prælaturæ, iuxta dicta supra verbo *Commissio Commissarius num.* 8. videlicet, quando habent annexam iurisdictionem ordinariam, aut quando dantur propter functiones aliquas Ordinis, vt puta absoluere sacramentaliter, & similia, non autem si dentur propter aliquas functiones solum ad forum externum pertinentes, vt sunt formare processus, iudicare &c. De his & alijs concernentibus Nauarrus *lib.* 5. *consil. consil.* 3. *de homicidio num.* 4. Suarez *d. sect.* 2. *per totam*. Henriquez *lib.* 14. *cap.* 2. Auila *supra dub.* 6. Cornexo *sup. dub.* 2. 3. & 4. Bonacina *sup. punct.* 4. ferè per totum. Layman. *sup. num.* 2. Peirinis *tom.* 2. *de Prælato quæst.* 2. *cap.* 5. §. 3. *à num.* 43.

7 E contra verò potest Religiosus irregularis, sicut & quicunque alius etiam Irregularis, exercere omnes actus quantumuis Sacros, & Ordinum minorum, qui per laicos exerceri possunt, quatenus scilicet per illos exerceri possunt, sine solemnitate vlla videlicet; quia actus, qui per laicos exerceri possunt non sunt actus Ordinis. Vnde consequenter potest ingredi Ecclesiam, assistere Officijs diuinis, audire Missam. imo, & illi inseruire, eo modo, quo laicus id facere potest, lucrari Indulgentias si aliàs sit in gratia, & particeps esse suffragiorum Ecclesiæ. Item dicere Officium canonicum, imo illud tenetur dicere, si aliàs secluſa Irregularitate ad id tenebatur, propter dicta verbo *Excommunicatio num.* 15. Potest etiam illud, aut quodcunque aliud officium in Choro, aut Ecclesia cantando dicere, dummodo id non faciat eo modo quo à Clericis solum id effici potest. Item recipere omnia Sacramẽta, Ordine excepto, cũ Irregularitas non priuet vsu passiuo aliorũ Sacramentorũ, quam Ordinis. Circa Pœnitẽtię verò Sacramentũ, nota posse absolui à peccato, propter quod incursa est Irregularitas illa manẽte, quia Irregularitas non priuat vsu passiuo Sacramenti Pœnitẽtiæ, nec peccatũ habet connexionem cum Irregularitate, sed sicut Irregularitas potest tolli per dispensationẽ ipso manente, sic è contra ipsũ potest tolli per absolutionẽ, Irregularitate manente, cũ non propterea reseruatum censeatur ex eo quod Irregularitas reseruata sit. Potest etiã in casu necessitatis Baptismum sine solemnitate ministrare, quia id etiam facere potest laicus. Imo & Sacramentum Pœnitentiæ in necessitatis articulo, si aliàs sit Sacerdos, propter dicta, & si fuerit Parochus, assistere Matrimonio, quia hoc non est actus Ordinis, sed iurisdictionis. Item iuxta opinionem probabilem aliquorum, quam retuli supra verbo *Election.* 8. eligere, seu habere vocem actiuam in electionibus, quia hoc non est actus Ordinis, sed veluti iurisdictionis. Potest

etiam ab Episcopo munus Confessarij validè obtinere; quia hoc solū importat iurisdictionem delegatam acquirere, quod non prohibetur per Irregularitatem, vt dictum est. Licet autem hanc facultatem non possit licitè exercere in Sacramentali foro, quia hoc importat actum Ordinis Sacerdotalis, validè tamen vti potest illa, sicut etiam valida erit cōsecratio ab illo facta. Similiter, si Prælatus fuerit, potest exercere omnes actus, qui sunt meræ iurisdictionis, quales sunt absoluere a censuris extra Sacramentum, imponere illas, dispensare, committere alijs facultatem absoluendi etiam sacramentaliter, & similia. De his, & concernentibus Nauarrus, Suarez, Henriquez, Auila, Cornexo, Bonacina, Layman. & Peirinis relati.

8 An & quando dubius de Irregularitate censeri debeat Irregularis, siue dubium sit iuris, siue facti, habes supra verbo *Dubia Regularia n.* 8. De modis autem, quibus tollitur Irregularitas, quem triplicem esse communiter astruunt Doctores, scilicet per Baptismū, per Professionē in Relig. & per dispensationem, quibus etiam meritò alij addūt quartum, scilicet per cessationem causæ, commodiùs agetur, dum de singulis speciebus Irregularitatis dicetur, quia non omnes illæ omnibus ijs modis indiscriminatim auferri possunt, sed iuxta particulares naturas ipsarum. Vide Sayrum *lib.* 7. *cap.* 13. Maiolum *lib.* 5. *cap.* 51. & Toletum *in Summa lib.* 1. *cap.* 89.

9 Nunc iam specialiter agendum de speciebus Irregularitatis, & primò de illis, quæ incurruntur propter defectum inculpabilē, quæ solent appellari, ex defectu. Inter quas prima vocatur ex defectu animæ. Triplex autem est animæ defectus Irregularitatem inducens, scilicet defectus vsus rationis, defectus scientiæ, seu litteraturæ, & defectus fidei. De defectu vsus rationis id constat, tum ex iure humano, propter dicenda, tum ex iure diuino, & naturali, quia qui non potest Ordines rectè exercere, inhabilis est ad eos suscipiendos, ac per cōsequens irregularis, carens autem vsu rationis, non potest Ordines rectè exercere, vt de se patet. Cornexo *supra disp.* 3. *dub. unic.* Bonacina *supra punct.* 1. *num.* 1. In hac autem Irregularitate, cum sit iure naturali introducta, nec Papa dispensat, ac per consequens nec Episcopus, aut Prælati Religionum propter quæcunque priuilegia Papæ, nec tollitur per Baptismum, aut casu dato, per Professionem Religionis, benè tamen per cessationem causæ, scilicet si certò adueniat vsus rationis, vt constabit ex dicendis.

10 De defectu scientiæ, seu litteraturæ, id etiam constat ex *ca. Illiteratos dist.* 36. & Concil. Trident *sess.* 22. *cap.* 2. & *sess.* 23. *cap.* 4. 11. 13. & 14. vbi scientia quæ requiritur ad singulos Ordines exprimitur. Nauarrus *supra num.* 205. Toletus *supra cap.* 64. *num.* 6. Imo quando

iste

iſte defectus talis eſt, vt quis ignoret neceſſaria ad vſum Ordinum, non ſolum inducit inhabilitatem ad Ordines ſuſcipiendos, ſed etiam ad vſum ſuſceptorum, ſiue mala fide, ſiue etiam bona ſuſcepti ſint, cum hęc Irregularitas non ſit inducta propter culpam, ſed propter defectũ. Suarez *ſupra diſp.* 51. *ſect.* 1. Cornexo *ſupra*. Cum autem inducta ſit iure diuino, & naturali præſcribente non eſſe admittendos ad aliquod munus, qui illud exercere neſciunt, ideo nec Papam poſſe in eo diſpenſare quantum ad id quod de iure diuino, aut naturali importat: ſentent Maiolus *lib.* 1. *cap.* 32. Suarez *ſupra num.* 11. & alij, quod multo magis de Epiſcopis, aut Prælatis Religionum propter Papæ priuilegia, dici debet. Solum ergo per ceſſationem ignorantiæ tolli poterit Suarez *num.* 10. Et etiam a Papa ſi permitteret, quod aliquis ordinaretur ſcientia debita carens, dummodo Ordinibus non vteretur donec illam adquireret. Suarez *num.* 11. Cornexo *ſupra*. Non tolli autem per Baptiſmum, aut Profeſſionem Religionis omnes cõmuniter ſupponunt. Quid verò ſentiendum de Regulari linguam Latinam non callenti, an poſſit ab Epiſcopo ordinari, dixi *tom.* 1. *cap.* 14. *num.* 24.

11 De defectu autem fidei id quoque conſtat, ſi animaduertamus, per eum non intelligi illum defectum fidei, quem habet non baptizatus, hic enim propriè Irregularitas non eſt, quia Irregularitas eſt priuatio capacitatis Ordinis, ac proinde ſupponit ſubiectum capax, quale non eſt homo ante Baptiſmum, iuxta dicta *ſupra num.* 4. Cornexo *ſupra diſp.* 4. *dub.* 1. Per fidei ergo defectum intelligitur eſſe Neophytum. Neophyti enim ſunt Irregulares *d.* 48. *ca.* 1. & 2. Sayrus *lib.* 6. *cap.* 13. Maiolus *lib.* 1. *cap.* 31. Neophyti autem vocantur illi, qui nouiter in adulta ætate cõuerſi ſunt ad fidem ex Iudaiſmo, Mahumetiſmo, vel Gentiliſmo. Nauarrus *ſupra num.* 205. Toletus *ſupra cap.* 64. *n.* 5. Poſtquam verò per aliquam temporis moram inſtructi bene fuerint in fide arbitrio Epiſcopi non ſunt Irregulares, *cap. eam te de Reſcript.* Nauarrus, & Toletus *ſupra*. Cum verò hæc Irregularitas iure Eccleſiaſtico introducta ſit, fundato in illo Pau. 1. Timoth. 3 de Epiſcopo: *Non Neophytum, ne in ſuperbiam elatus &c.* non ſolum tolletur per ceſſationem cauſæ, ſcilicet nouitatis in fidei ſuſceptione, vt dictum eſt, ſed etiã ex Papæ diſpenſatione. Bonacina *q.* 2. *puncto* 1. *n.* 6. ex alijs. Quod idem dico de priuilegijs pluriũ Religionũ, quorum aliqua adduxi *to.* 1. *c.* 18. *n.* 40 quibus Papa concedit quibuſdã Prælatis ipſarũ facultatem diſpẽſandi cum ſuis ſubditis in omnibus Irregularitatibus exceptis illis, quæ oriuntur ex homicidio voluntario, mutilatione mẽbrorum, & bigamia, nulla enim ratio eſt cur ab hac generali conceſſione excipiatur hæc Irregularitas. Non verò tolli per Baptiſmum, aut Profeſſionem Religioſam pro cõperto eſt. Vide 4. *to.* verb. *Neophytus.*

12 Secunda ſpecies Irregularitatis eſt, quæ oritur ex defectu corporis, qui vel impedit vſum, & exercitium congruum Ordinis, qualis eſt carentia viſus, & luminis oculi ſiniſtri, qui dicitur oculus canonicalis, ita vt non poſſit commodè per oculum dextrum legi Canon Miſſæ ſine indecora faciei conuerſione, nodus in lingua, itaut verba integra proferri non poſſint, cæcitas, aut ſurditas totalis, carentia brachij, vel manus, ſeu digiti pollicis, aut indicis, amentia, furia, phreneſis, morbus caducus, eſſe arreptitium, vel Dæmoniacum, aut ita abſtemium, vt vinum guſtare non poſſit ſine periculo vomitus &c. vel qui notabilem gignit deformitatem, aut horrorem, qualis eſt regulariter naſi amputatio, carentia alicuius oculi, vel inſignis macula in illo, lepra, aurium abſciſſio, quæ nullo modo celari poteſt, paruitas ſtaturæ, vel gibboſitas nimium deformis, morbus gallicus foris apparens &c. Ita enim colligitur, tum ex indecentia, quæ eſt, quòd tales defectus patientes aſſumantur ad Ordines, vel ſi aſſumpti ſunt, illos exerceant, tum ex varijs iuribus præſertim *d.* 55. per plures canones, & *tit. de corpor. vitiat.* & *de Cleric. ægrotant.* per plura capita. Nauarrus *ſupra num.* 198. 199. & 200. Sayrus *lib. 6. cap.* 7. Toletus *lib. 1. cap.* 63. Cornexo *ſup. diſp.* 12. & 13. & alij communiter Iudicare autem de huiuſmodi defectibus, quando res eſt dubia, an impediant vſum congruum Ordinum, vel notabilem generent deformitatem, licet communiter dicatur pertinere ad Epiſcopum *argum. cap.* 2. *de corp. vitiat.* hoc tamen intelligi debet de non exemptis, exempti enim, & Regulares quoad hoc ſubduntur Prælatis, à quibus Dimiſſorias ad Ordines accipere poſſunt. Siquidē illi habent ſupra ipſos iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem. Ita contra Silueſtrum, & Nauarrum tenent Suarez *ſupra diſp.* 51. *ſect.* 2. *n.* 16. Auila *ſupra diſp.* 3. *dub.* 2. Layman. *ſupra cap.* 7. *num.* 6. & probabile cenſet Cornexo *d. diſp.* 12. Aduertunt tamen nihilominus Suarez, & Layman, in poteſtate Epiſcopi Ordines conferentis eſſe admittere, & recipere tale arbitrium. Hæc porrò Irregularitas cum non tollatur per Baptiſmum, aut Profeſſionem, cum ex nullo iure id conſtet, neceſsè eſt, quod tollatur, vel per ceſſationem defectus in quo fundatur, quando conſtat certo ceſſaſſe, vel per Papæ diſpenſationem, prout communiter Doctores ſupponunt. Conſequenter etiam hæc diſpenſatio dari poteſt quoad Regulares, propter priuilegia Sumorū Pōtificū Prælatis aliquarū Religionū conceſſa ad diſpenſandū cū ſuis ſubditis, in omnibus irregularitatibus, tribus illis exceptis, homicidij voluarij, mutilationis membrorum, & bigamię, quorum priuilegiorum aliqua retuli *to.* 1. *c.* 18. *n.* 40. Vide Bordon. *Reſol.* 11. *à n.* 7 Aduertenda tamē circa hæc ſunt duo illa, quæ ſimiliter aduerti ſupra verbo *Infamia num.* 18. Scilicet, non obſtante vniuerſalitate horum priuilegiorum

non

non posse Prælatos dictarum Religionum dispensare cum suis subditis in huiusmodi Irregularitate, quæ ex defectu corporis procedit, quãdo ex eo sequatur aliquod scandalum, prout etiam tenet Layman. *sup. cap* 9. *num.* 7. Nec in casu quo Papa non soleat talem dispensationem concedere, propter ibi dicta. De quo etiam Rosella *in Summa verbo Vitiatus num.* 1. Maiolus *lib.* 1. *de Irregularitate cap.* 18. Auila *part.* 7. *disp.* 3. *dub.* 3. Layman. *sup.* Nota etiam quod Peirinis *to.* 1. *priuileg. Minor. in Constit.* 2. *Iulij* 2. *num.* 118. referens Crucem *lib.* 1. *de statu Relig. cap.* 6. *dub.* 17. *concl.* 2. asserit Prælatos Regulares (intellige habẽtes priuilegia relata) posse dispensare cum subditis habentibus membrum abscissum, etiã sua culpa, & manifestum, vt si careant oculo dextro, vel digito, qui non sit pollex, quia in his dispensat Episcopus Limitari tamen hæc debent, iuxta modo dicta, & dicenda infra *nu.* 76.

13 Ad hanc speciem irregularitatis reducitur illa qua afficti sunt hermaphroditi, idest, habentes vtrumque sexum masculi, & fœminæ. Hi enim sicut alij monstruosi Irregulares omnino sunt. Nam si æquè polleant vtroque sexu, vel fœmininus prævaleat, omnino incapaces Ordinum sunt, cum non sint viri, sed fœminæ, vel neutrum. Nauarrus *supra num.* 203. Sayrus *lib.* 6. *cap.* 8. Cornexo *supra disp.* 12. Si vero in ipsis prævaleat masculinus sexus, licet absolutè tales capaces Ordinum sint, quia sunt verè viri, quia tamen indecens omnino est, quod ad Altaris ministerium assumantur talia monstra, maximè si defectus publicus sit; ideo admitti nõ possunt ad Ordines Sacros, nisi ex Papæ dispẽsatione. Nauarr. Sayr. & Cornex. *sup.* ac Bonacina *sup. punct.* 2. *n.* 13. Quam vt credo, numquam concessit, ac per consequens nec comprehendi in generali priuilegio Prælatorum Religionum, de quibus sup. An verò tales hermaphroditi admitti possint ad Religiones, dixi *tom.* 1. *e.* 2. *n.* 20. & tractat Bonacina sup. ex Nauarr. Vgolin. Henriqu. & alijs.

14 Similiter de fœmina in virum conuersa (quem casum sæpius cõtigisse historiæ nattant) idem dicendum est, absolutè scilicet esse capacem Ordinum, cum re vera talis persona masculus sit. Cornexo, & Bonacina supra ex Suarez, Filiucio, & alijs. Non tamen vllatenus admitti debere ad illos, propter maximam indecentiam, quæ esset, quod in Altari ministret is qui aliquando fœmina fuit Victorellus in *additionibus ad Toletum lib.* 1. *cap.* 63. ex Maiolo. Quo ad dispensationem verò idem dicendum, ac de hermaphroditis.

15 Nota tandem, quod alius quicunque defectus corporis, qui neque vsum congruum Ordinum impediat, nec deformitatem notabilẽ generet, nullo modo Irregularitatem inducunt. Non enim est fundamentum aliquod ad id asserendum. Sotus *in* 4. *d.* 25. *q.* 3. *art* 3. Toletus *d. cap.* 63. *num.* 4. Auila *sup. disp.* 3. *dub.* 1. & alij communiter.

16 Tertia ſpecies Irregularitatis, quæ etiam ex defectu procedit, eſt illegitimitas, ſeu defectus natalium. Illegitimi enim ſunt Irregulares, iuxta dicta verbo *Illegitimi*, vbi etiam qualiter illa per Profeſſionem in Religione approbata tollatur quoad Ordines ſuſcipiendos, & non quoad officia Religionum, niſi per Papæ diſpenſationem, vel per priuilegia ipſius aliquibus Religionibus conceſſa, iuxta modum tamen ibi aſſignatum Supponitur autem huiuſmodi defectum non tolli curſu temporis, vel per Baptiſmum. Vide Sayrum *ſupra cap.* 21. & Bonacina *ſupra punct.* 3. *à num.* 14. Ac nota ex Riccio *in praxi aurea Reſolut.* 311 quod non reijcit Barboſa *de iure Eccleſiaſt lib.* 1. *cap.* 42. *num.* 191. Irregularitatem hanc illegitimitatis per Profeſſionem ablatam, Profeſſione illa annullata, reuiuiſcere.

17 Quarta ſpecies Irregularitatis eſt ex defectu ætatis, qui enim ætatem à iure requiſitam ad ſingulos Ordines non habet, irregularis eſt ad illos recipiendos *ca.* 1 *diſt.* 50. & *cap. vlt. de tempor. Ordinat.* Nauarrus *ſup. num.* 202. Toletus *ſupra cap.* 61. *num.* 1. Cornexo *ſupra diſp.* 16. Quæ vero ſit hæc ætas dixi *to.* 1. *c.* 14. *n.* 1. & ſupra verbo *Aetas n.* 6. Tollitur autẽ hæc Irregularitas dupliciter, ſcilicet primò adueniente ætate, ſecundò ex Papæ diſpenſatione. Nauarrus *ſupra.* Graſſius *prima par. deciſ. lib.* 4. *cap.* 27. *num.* 22. Supponitur autem hanc irregularitatem non tolli, neque per Baptiſmum, neque per Profeſſionem Religioſam, cum nullum fundamentum ſit ad id aſſerendum. Per priuilegia autem Prælatorum Religionum, de quibus ſupra, quamuis videatur tolli poſſe, cæterum, quia ea abrogata ſunt à Concilio Tridentino *ſeſſ.* 23. *cap.* 12. (Nauarrus ſupra) & eſto aliqua poſt idem Concilium cum eadem vniuerſalitate cõceſſa ſint, quale eſt illud Gregorij 14. pro Clericis Miniſtrantibus infirmis, quod retuli *to.* 1. *c.* 18. *num.* 35. Quia tamen Clemens Octauus in Bulla *Romanum Pontificem*, quam etiam retuli dicto *cap.* 14. *num.* 1. moderans Conſtitutionem quamdam Sixti 5. quam ibidem retuli, punctum hoc reduxit ad terminos Conc. Trid. & Conſtitut. Pij 2. ideo prædicta priuilegia quo ad hoc nihil ſuffragantur, niſi forſan aliquod illorũ poſtea cõceſſum ſit cum reuocatione Concilij Trid. quod mihi non conſtat. Bordon. *ſup. num.* 25 De quodam autem viuæ vocis oraculo Pij 5. quid ſentiendum ſit, dixi eo *cap.* 14. *num.* 1. Regulares ergo ante legitimam ætatem Ordines ſuſcipientes ſuſpenſionem incurrunt, iuxta dicta eo loco *num.* 2. & ſi in illis ante legitimam ætatem ſe exerceant, fiunt nouo titulo Irregulares, ob violationem ſuſpenſionis per exercitium Ordinis Sacri. Cornexo *ſup. diſput.* 16. Bonacina *ſup. punct.* 4. *num.* 1. Addit Cornexo tolli hanc Irregularitatem virtute Bullæ Cruciatæ. Sed tu conſule dicta verbo *Bulla Cruciata num.* 30.

Quinta

18 Quinta ſpecies Irregularitatis etiam ex defectu procedens oritur ex ſeruitute, ſerui enim Irregulares ſunt, prout habetur ex *diſt.*54. per totam,& in *tit. de ſeru. non ordinan.* Bacconius *in* 4.*diſt.*25. *quæſt.*5. Silueſter *in Summa verbo Ordo quarto q.*2. Nauarrus *ſupra nu.* 204. Sayrus *ſupra cap.*14. Inducta autem eſt hæc Irregularitas ab Eccleſia, tum quia per ſeruitutem, veluti obſcuraretur dignitas Sacerdotalis, tũ quia cum ſerui non ſint ſui iuris, ſed Dominorum, non poſſunt congruè addicti eſſe Eccleſiæ obſequijs. Cornexo *ſupra diſp.* 14. *dub.* 1. Bonacina *ſupra punct.*4. *num.*2. Si vero ſciente, aut conſentiente Domino ſeruus ordinaretur, liber remaneret. *ca. ſi ſeruus* 2. *d.*14. Nauarrus *ſupra.* Toletus *ſupra c.*59. Si autem abſque Domini conſenſu ordinaretur in minoribus, ſeruus remaneret, ſecus ſi Maioribus initiaretur. Tunc enim adquireret libertatem ſoluendo Domino pretium, vel trando alium ſeruum in ſui locum, alioquin adhuc compellitur inſeruire in ijs rebus quæ non dedecent ſtatum Clericalem. De quo Nauarrus, Toletus, Sayrus, Cornexo, & Bonacina relati. Epiſcopus præterea, qui ſeruum, Domino contradicente, ordinaret, non ſolum peccaret mortaliter propter damnum ipſi illatum, ſed etiam teneretur ad reſtitutionem duplicati pretij. *ca. ſi ſeruus abſente Domino.* Toletus *ſupra.* Layman. *ſupra cap.*8. *num.*1. Tollitur autem hæc Irregularitas, primò, ceſſante ſeruitute. *ca. nulli d.* 54. & *cap* 1. *de ſeru. non ordinand.* Toletus, & Cornexo *ſupra.* Secundò, ex ſolius Papæ diſpenſatione, non Epiſcopi, cum conſtet ex dictis puniri Epiſcopum ordinantem ſeruum. Toletus *ſupra.* Cornexo *ſupra dub.*4 Vnde nec per priuilegia Superiorum Religionum de quibus, ſupra dixi, tolli poſſe credo hanc Irregularitatem, etiam caſu dato, quod ſeruus validè profeſſionem emiſiſſet manente ſeruitute. Videtur enim ſpeciali nota digna cum nunquam, aut rariſſime in ea diſpenſetur, ac per conſequens non comprehendi in generali conceſſione diſpenſandi in omni Irregularitate, iuxta dicta etiam ſuperius. Quid vero dicendum de profeſſione Religionis, an ſcilicet per ipſam tollatur hæc Irregularitas, videtur conſequenter ad dicta *tom.*1. *cap.*2. *num.*21. & *cap.*24. *num.*20. dicendum, quod in caſu quo profeſſio ſerui valida ſit per eam tollatur huiuſmodi Irregularitas, cum per ipſam iam non ſit ſub iure ſui Domini, ſed Religionis. Supponitur autem per Baptiſmum non tolli, cum conſtet ſaltem multis regionibus ſeruum infidelem adhuc poſt Baptiſmum remanere ſeruum.

19 Ad hanc ſpeciem Irregularitatis, reducitur ea, quam contrahunt alij, qui etſi veri ſerui, aut mancipia non ſint, nihilominus quia alijs, vel certo alicui muneri addicti, ſeu obligati ſunt, itaut Eccleſiæ obſequijs inſiſtere commodè non valeant, ab Ordinibus arcentur, dum

tales

tales perſeuerant. Huiuſmodi ſunt, non ſolum coniugati, vt dicetur in Tractatu de Matrimonio, ſed etiam obligati ad ratiocinia, ex *cap. vnic. de obligat. ad ratiocinia.* & *ca. 3. diſt.* 54. Dicuntur autem obligati ad ratiocinia illi, qui habent adminiſtrationem publicam, vel priuatam cum obligatione reddendæ rationis illius, cuiuſmodi ſunt Tutores, Procuratores, Curiales, Iudices, Milites, & ſimiles. De quibus Siluester *ſupra verbo Ordo quarto quæſt. 2. & 3* Tolecus *cap. 60.* Sayr. *ſupra*. Cornexo *dub. 2. 3. & 4.* & alij. Hinc huiuſmodi ratiocinijs obligati à profeſſione regulari arcentur per Bullam Sixti 5. de qua, & moderatione ipſius per Clem. 8. facta, dixi *tom. 1. cap. 24. num.* 17.

20 Sexta ſpecies Irregularitatis, quæ ex defectu, Sacramenti ſcilicet, procedit, eſt bigamia, de qua latè ſupra verbo *Bigamia* dictum eſt.

21 Septima ſpecies Irregularitatis etiam ex defectu eſt illa, quæ incurritur propter homicidium, ſeu mutilationem iuſtè factam, vel cooperationem ad ipſa. Eccleſia enim videns occiſorem, ſeu mutilatorem alterius etiam iuſtè, aut ad illa cooperantem non præferre lenitatem, & ſimilitudinem Chriſti Domini, qui continetur in Euchariſtia, ad quem Ordines referuntur, illum irregularem eſſe voluit, ob defectum ſcilicet talis lenitatis, & manſuetudinis, prout ex multis iuribus paſſim referunt Doctores, ſpecialiter, ex antiquioribus Michael de Bononia *in 4. diſt. 25. quæſt. 2. art. 1.* & ex modernis Nauarrus *ſupra num.* 212. & Cornexo *ſupra diſput. 11. num. 1.*

22 Notandum tamen primò, ad incurrendam hanc irregularitatem requiri, vt occidens, vel mutilans, ſeu cooperans &c. ſit baptizatus, quia iura ſolum loquuntur de baptizatis. *can. ſi quis Viduam diſt.* 50. Nauarrus *ſupra num.* 209. Suarez *ſupra diſp. 47. ſect. 1. num. 1.* Secundò requiritur, vt eam incurrens ſit doli capax, tum ex Clementina *ſi furioſus de homicidio*; tum quia actus irregularitatem inducens debet eſſe humanus, ac per conſequens elicitus a doli capace. Bonacina *ſupra quæſt. 4. punct. 1. num. 2.* Tertiò requiritur ad incurrendam hanc irregularitatem, vt cooperatio ad mortem, ſeu mutilationem non ſit multum remota, aut per accidens. Ita ex Doctoribus *in cap. Tua nos de homicid.* Vnde qui ex officio vendit funem, aut gladium quo reus ſuſpenditur, aut iugulatur, non erit Irregularis. Cornexo *ſupra*. Layman. *lib. 3. de Iuſt. Tract. 3. par. 3. cap. 7. num. 2.* Secus vero ſi hæc, vel alia ſimilia inſtrumenta venderet determinatè ad talem effectum; ſic enim intelligo Nauarrum *ſupra num.* 217. Quartò requiritur, vt mors, ſeu mutilatio re ipſa ſequatur, quia propter intentionem præcisè id faciendi non incurritur Irregularitas. Suarez *ſupra num. 3.* Cornexo *ſupra*, ex Nauarro, & Sayro. Quintò requiritur, vt talis occiſio, ſeu mutilatio ſit alicuius hominis viui, nec ſufficeret quod ſit hominis

mortui

mortui, quia iura loquuntur de occisione, vel mutilatione veri hominis, qui solum est homo viuus. Bonacina *supra nu.* 1. ex Nauarro, Reginaldo, & alijs. Sufficit autem occisio, seu mutilatio cuiuscunque hominis etiam infidelis, prout ex Sayro *lib.6. cap.15. num.* 8. & alijs habetur.

23 Ex his infero primò, quemlibet Iudicem Summo Pontifice inferiorem ferentem sententiam mortis, vel mutilationis, esse irregularem. Ita enim ex multis iuribus probant Doctores, specialiter Nauarrus *supra num.* 212. Suarez *supra num.* 1. Non tamen est irregularis Princeps, vel dominus temporalis, qui dedit officium tali Iudici, ex *cap. vlt. ne Clerici, vel Monachi in 6.* Suarez *sup. num.* 5. Cornexo *sup.* Idem dico de Episcopis, Abbatibus, & alijs Prælatis Regularibus, qui ratione iurisdictionis temporalis, quam habent, creant tales Iudices, ex *dicto cap. vlt. ne Clerici, vel Monachi.* Molina *Tract.* 3. *disp.* 8. *n.* 2. Layman. *supra num.* 4. Etiam si tales Iudices creent pro casu particulari. Cornexo, & Layman. *supra* contra Henriquez. Etiam si illis dicant in genere quod iustitiam faciant. Bacconius *in* 4. *dist.* 25. *q.* 7. *art.* 1. Dummodo illis non præcipiant, vt reum aliquem in particulari occidant, aut mutilent. Cornexo, & Layman. *supra*, ex Nauarro *lib.* 5. *consil.* 16. *de homicid.* Addit idem Layman. posse prædictos Ecclesiasticos sententiam mortis latam à prædictis Iudicibus commutare in aliam. Quod admittendum si illa pœna in quam commutatur non sit pœna mortis, aut mutilationis. Illud certum, quod tradentes reum Curiæ sæculari, prout faciunt Domini Inquisitores intercedentes pro eo, vt misericorditer tractetur, non incurrunt Irregularitatem, etiam si Curia sæcularis reum morti condemnet. Tales enim mortis sententiam non pronunciant, nec exequuntur, sed sæculari Curiæ id munus relinquunt, vt ibi eius causa peragatur. Medina *in Summa lib.* 1. *c.* 11. §. 16. Henriquez *lib.* 14. *cap.* 12. *num.* 5. *in commentar. littera O*, & alij. Addit Cornexo *sup.* Dominos Inquisitores tradentes hæreticum brachio sæculari præcisè, & determinatè, vt comburatur, etiam si instent Iudici sæculari ne differat executionem, non manere Irregulares, ex priuilegijs Pauli 4. & Pij 5. quæ non vidi.

24 Infero secundò, idem proportionaliter dicendum esse de Assessore, propter eamdem rationem, & quia ille est quasi Iudex. Ita Authores relati.

25 Infero tertiò, idem esse dicendum de accelerante mortem, seu mutilationem dicto, vel facto. Verè enim talis est causa talis mortis, vel accelerationis, prout ex Nauarro, Auila, Sayro, Maiolo, Reginaldo, & alijs affert Bonacina *supra num.* 4. Quod tamen intelligi videtur, dummodo talis acceleratio notabilis sit. Si enim parua fuerit, ex-

cusa-

euſabilis eſt, prout eam excuſant Henriquez, Auila, & alij citati. Imo Layman *ſupra nu.* 2. ex Soto *lib.* 5. *de iuſtitia quæſtione prima art.* 9. §. *His præhabitis* ridet ſcrupulum cuiuſdam Confeſſarij, qui reum ad ſupplicium comitans, quod aſinum in quo vehebatur pupugiſſet, putaret ſe eſſe Irregularem. Vide Molinam *Tractatu tertio diſputat.* 74. *num.* 4.

26 Infero quartò, idem quoque dicendum de Conſultore in cauſa mortis, vel mutilationis, quando conſulit in caſu particulari imminẽti, vt ſi interrogetur aliquis à Iudice quid agendum cum tali malefactore, & ille reſpondeat eſſe ſuſpendendum. Siluester *in Summa verbo Homicidium* 1. *q.* 8. Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 85. *num.* 6. Quod intellige, ſi talis reſponſio influat in homicidium, prout continget, quando Iudex non erat firmiter paratus ad damnandum reum. Sayrus *lib.* 6. *cap.* 18. Bonacina *ſup. num.* 6. Si verò talis interrogetur in genere de delicto, vel malefactore, quamuis dicat tale delictum, vel talem malefactorem eſſe dignum morte ſecundum leges, non incurrit Irregularitatem, quia illa reſponſio eſt ſolum ſpeculatiua, & in genere, non practica, & in particulari. Toletus *ibidem*, ex S. Antonino, & alijs. Cornexo *ſupra*. Idem dico, quando interrogatur de malefactore in particulari, ſed ipſe reſpondet ſolum in genere malefactores illius generis eſſe morte afficiendos ſecundum leges. Propter eamdem rationem, & quia ſic dicens non ſuadet occiſionem, ſed ſolum oſtẽdit rei veritatem. Molina *Tract.* 3. *diſp.* 74. Cornexo *ſupra*. Laymanus *ſupra num.* 4. Quod ſi Iudex inſtet interrogando, quid de hoc particulari reo in tali caſu agendum ſit, reſpondere ſolum poteſt, vt conſulat alios, ius inſpiciat, faciat ius, vel ſimilia. Cornexo, & Bonacina *ſupra*. Quæ omnia maximè notanda ſunt, non ſolum pro Prælatis iuriſdictionem temporalem habentibus, ſed etiam pro Confeſſarijs.

27 Pro quibus addendum vltriùs, non ſolum ipſos, ſicut etiam & Concionatores, poſſe ſine periculo Irregularitatis conſulere Principibus, vt condant legem prohibentem certa delicta ſub pœna mortis, ſeruent leges, purgent Rempublicam &c. (Cornexo *ſup.*) ſed etiam poſſe dictos Confeſſarios non abſoluere Iudicem nolentem occidere reum, quem ſecundum legem occidere tenetur, & eum qui non vult denunciare delinquentem, prout tenetur, dummodo non moueant directè ad id faciendum. Item obligare pœnitentem reum ad confitendum delictum dignum morte, de quo iuridicè interrogatur. Hoc enim totum non eſt eſſe cauſam mortis, ſed facere ſuum officium, & intimare pœnitentibus id, quod tenentur facere. Molina, Sayrus, & Cornexo *ſupra*. Layman. *num.* 5. Diana *ſupra Reſolut.* 99.

Infero

28 Infero quintò, idem etiam esse dicendum de accusatore, seu denunciatore delinquentis in causa sanguinis, esse scilicet Irregularem secuta morte, vel mutilatione. Etenim etiam isti sunt cooperatores, prout communiter tradunt Doctores relati. Excipe eum, qui detulit ad Iudicem crimen, quod non erat dignum mutilatione, vel occisione, nec credebat inde secuturam, sed iudex ex malitia, ignorantia, vel alia causa, occisioni, vel mutilationi tradidit reum. Bonacina *sup. nu.* 10. ex Nauarro, & Auila. Qui tamen accusator, vel denunciator, maximè Ecclesiastica persona, seu Regularis, excusetur ab Irregularitate, latè dixi supra verbo *Accusare, & Accusator à num.* 18.

29 Infero sextò, idem dicendum similiter de Aduocato accusatoris, seu denunciatoris, esse scilicet Irregularem, secuta morte, seu mutilatione rei, non solum quia iura generaliter loquuntur de quibuscunque cooperantibus in causa sanguinis, sed etiam quia ille practicè docet, & adiuuat accusatorem. Suarez *supra sect.* 4. *num.* 3. ex D. Antonino, & alijs. Excipit Cornexo *supr.* Aduocatum accusatoris, quando ratione alicuius præcepti, vel propter metum grauem cogitur patrocinari ipsi, propter dicenda à simili de teste *num. sequenti*. Excipiunt etiam Coninchus, Præpositus, & Ioannes de Cruce infra referendi eumdem Aduocatum accusatoris, quando est illi necessarius, iuxta ibidem dicenda. An verò idem dici debeat de Aduocato accusatoris quando deficit in probatione, & propterea punitur pœna tallionis, quæ sit mors, vel mutilatio, agunt Suarez *supra à num.* 5. & Cornexo *supra*.

30 Infero septimò, idem pariter dicendum de teste testimonium proferente in causa sanguinis, propter iura, & fundamenta relata, & Authorum communem sententiam. Nota tamen, quod si aliquis leuia, seu valde remota dedit signa, v. g. alicuius, qui postea à Iudice suspensus est, non manet irregularis. Ita enim habetur ex *cap. tua nos de homicid.* Bonacina *supra num.* 5. ex Couarrubia, Sayro, & alijs. Nota etiam, quod quando testis cogitur ad testificandum, vel ex præcepto naturali, vel positiuo Superioris, aut metu graui aliquo illi incusso, satis probabile esse excusari ab Irregularitate, cum id non faciat sponte, sed inuitus ad euitandum peccatum, vel malum, quod ipsi tunc imminet. Coninch. *de Sacrament. disp.* 18. *dub.* 10. *num.* 56. Præpositus *in 3. par. quæst.* 5. *de Irregularit. dub.* 13. *num.* 105. Cornexo *supra*. Præmitti tamen debet protestatio, de qua supra verbo *Accusator, & Accusare num.* 18. 19. & 20. Saltem ad melius esse. Coninch. *sup.* Similiter in casu quo accusator, siue laicus, siue Ecclesiasticus accusare potest in causa sanguinis, iuxta dicta ibidem, satis probabile etiam est, posse testem testificari, facta eadem protestatione. Etsi enim interim, solum hoc concedatur accusatori, quia tamen esset inutile hoc priuile-

priuilegium, nisi ipse etiam testis posset id facere, quia timore irregularitatis retraheretur à testificando, ideo etiam illi censetur concessum idem priuilegium Coninch. *supra num.* 95. Præpositus *supra nu.* 104. Ioannes de la Cruce *in Director. par.* 2. *de Irregularitate dub.* 6. *concluſ.* 5.

31 Infero octauò, etiam tabellionem formantem processum, scribentem, vel legentem sententiam in causa sanguinis, ea secuta, effici Irregularem, prout etiam ex eisdem iuribus, fundamentis, & Auctoribus elicitur, licet famulus transcribens sententiam iam dictatam à tabellione, vel Iudice, excusetur ab aliquibus apud Bonacinam *d. num.* 5.

32 Infero tandem, satellites, & ministros iustitiæ capientes, detinentes, vel custodientes reum, secuta morte, vel mutilatione, irregulares manere, propter eadem fundamenta, & Authores relatos, specialiter Nauarrum *sup. num.* 217. Layman. *supra num.* 1. Bonacinam *supra num.* 8. Idem dic de comitantibus ex officio Iudice in deferentem reũ ad mortem, vel ipsum reum sic delatum. Nauarrus *ibidem*. Secus dic de assistentibus, si enim talis assistentia est sine vlla cooperatione, non inducit Irregularitatem, licet Clericis in Sacris (idem de Religiosis) id prohibitum sit, saltem sub veniali cessante scandalo. *cap. sententiam sanguinis, ne Cleric. vel Monach.* & *cap. ex litteris de excessib. Prælat.* Nauarrus *supra num.* 214. Suarez *d. sect.* 4. *num.* 10. post Angelum, Siluestrum, & Maiolum.

33 Notandum præterea circa hanc speciem irregularitatis, iuxta dicta supra dicto verbo *Accusator*, & *Accusare n.* 18. quod hæc est differentia in præsenti de Clericis, seu Religiosis, & laicis, quod laici aliqua ex prædictis facientes solum incurrunt Irregularitatem huius speciei, scilicet defectus lenitatis, cum non faciant contra vllam Ecclesiæ prohibitionem, Clerici autem, seu Religiosi è contra cum faciant contra Ecclesiæ præceptum illis prohibens, ne se immiscean in causa sanguinis. *cap. sententia sanguinis* relato incurrunt Irregularitatem ex delicto. Toletus *d. lib.* 1. *cap.* 85. *num* 6. Bonacina *supra num.* 35. ex Molina, & alijs. Licet inter eos controuersia sit, an Clerici in minoribus æquiparari debeant quo ad hoc laicis, an vero alijs Clericis.

34 Ad hanc speciem Irregularitatis, quæ est ex defectu lenitatis, reducitur ea, quam contrahunt milites in bello iusto, de qua specialiter, prout spectat ad Regulares, latè egi supra verbo *Bellum*.

35 Tollere hanc Irregularitatem ex defectu lenitatis, seu in illa dispensare, cum non tollatur per Baptismum, eo quod, iuxta dicta supra *num.* 22. ipsa potius supponat esse baptizatos eos, qui illam incurrunt, nec per Professionem in Religione, quia nullum est fundamentum

ad id

ad id asserendum, iure communi solum pertinet ad Papam, quia nulli id committitur in iure, nisi ipsi. Cornexo *supra dub.* 3. ex Sayro. Nec competit id Episcopo ex Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 6. *de Reformat.* quia ibi solum est sermo de Irregularitatibus ex delicto proueni entibus. Nauarrus *supra num.* 218. *in fine* Cornexo *supra*. Nisi respectu Clericorum propter dicta supra verbo *Bellum num.* 22. Quoad Regulares autem vide dicta eo *num.* 22. Ea enim huic intento deseruiunt.

36 Octaua species Irregularitatis ex ijs quæ oriuntur ex defectu inculpabili, prouenit ex paupertate, seu defectu bonorum temporalium: carentes enim titulo, vel patrimonio ordinari nō possunt, propter decretum Concilij Tridentini *sess.* 21. *cap.* 2. *de Reformat.* de qua pauca dicenda, cum parum spectet ad Regulares, siquidem ipsi, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 14. *num.* 10. sine tali titulo, vel patrimonio ordinari possunt, ad titulum videlicet paupertatis, quam profitentur. Quod attinet autem ad sæculares alibi dicetur, præsertim 4. *tomo verbo Ordo, & verbo suspensio*. Interim videatur Suarez *supra disp.* 51. *sect.* 3. *in fin.* & Cornexo *supra disp. vlt.*

37 Loquendo autem de Irregularitatibus, quæ proueniunt ex delicto, prima earum species est ea, quæ oritur ex infamia, de qua nihil in præsenti, cum de ea latè actum sit supra verbo *Infamia.*

38 Secunda, quæ assignari solet, veluti præcedenti annexa, est quæ oritur ex pœnitentia publica, & solemni, talis enim pœnitentia infamiam ingerit. Maiolus *lib.* 3. *de Irregularit. cap.* 2. *&* 3. Nota tamen triplicem esse posse pœnitentiam, scilicet secretam, seu priuatam, vel Sacramentalem; publicam, & Solemnem. Loquendo de prima, certum est nullam inducere Irregularitatem, sicut nec infamiam. Bonacina *d. disp.* 7. *quæst.* 3. *punct.* 2. *num.* 2. De publica dicendum, quod si talis est quòd per illam generetur infamia, quia propter ipsam habetur notitia de graui delicto pœnitentis, tunc inducet Irregularitatem, secus vero, quando talis notitia ex illa non habetur. Suarez *supra disp.* 42. *sect.* 2. *num.* 4. De Solemni verò, quæ olim erat in vsu *ca. ex pœnitentibus d.* 50. & alijs iuribus (Toletus *in Summa lib.* 1. *cap.* 64. *num.* 7.) similiter dicendum, quod si modo in vsu poneretur, & ex ea sequeretur infamia, prout ferè necessario videtur dicendum, procul dubio ex ea oriretur Irregularitas, ratione infamiæ. Genuensis *in prax. cap.* 45. Thesaurus *in praxi par.* 1. *verb. Infamia cap.* 33. §. *Tertio pœnitentia.* Si vero in casu raro talis infamia non sequeretur, nec etiam induceret Irregularitatem, cum talis Irregularitas non sit in iure expressa. Auila *disp.* 4. *dub.* 6. & ex eo Additionator Toleti ad *lib.* 1. *cap.* 62. Tollitur autem hæc Irregularitas casu quo incurratur, eisdem modis quibus in-

famia

famia in qua fundatur. De quo ſupra verbo *Infamia d num.* 16. vide Theſaurum *ſupra.*

39 Tertia ſpecies Irregularitatis ex delicto prouenit ex rebaptizatione, ſeu iteratione Baptiſmi, ſiue publica, ſiue occulta. Primò enim, qui ſcienter bis, aut pluries Baptiſmum ſuſcepit, eſt Irregularis. *ca. eos de conſecrat. d.4 ca. confirmandum d.50. ca. Afros d.98 ca qui in qualibet 1. quæſt.7.* Nauarr. *in Man. cap.27. num.246.* Toletus *in Summa lib.1. cap.70. num.1.* Dixi *ſcienter*, quia ſi quis in infantia, ebrietate, ſomno &c rebaptizetur, non fit Irregularis, ob defectum vſus rationis. Etiam ſi poſtea ratam habeat illam rebaptizationem, cum Irregularitas non ſit impoſita huic ratihabitioni, ſed rebaptizationi voluntariæ. Sayrus *lib.7. cap.8.* Cornexo *ſupra diſp 5. dub.1.* poſt alios plures. Dixi etiam *ſcienter*, quia ſi quis ex ignorantia iuris, vel facti permitteret ſe rebaptizari, non incurreret dictam irregularitatem. Huiuſmodi enim irregularitas prouenit ex delicto, à delicto autem excuſat ignorantia iuris, vel facti. Sotus *in 4. d.3 q. vnic. art.9.* Cornexo *ſup.* Bonacina *ſupra diſp.7 q.3. punct.3. num 3.* alijs relatis. Quomodo autem huic doctrinæ non opponatur *cap. Qui bis d. 4. de conſecrat.* quod contrarium videtur eſſe, lege Cornexo *ſupra*, & Layman. *lib. 1. Tract.5. par.5. cap.2. num.2.* Dixi etiam *ſiue publica, ſiue occulta*, quia plura ex iuribus relatis ſine vlla diſtinctione loquuntur. Sotus, & Cornexo ſupra ex alijs.

40 Secundò, qui aliquem bis, aut pluries baptizant, ſunt etiam irregulares, ſaltem quoad Ordines ſuperiores non ſuſcipiendos. *ca. 2. de Apoſtat.* Vbi eſt ſermo de Acolytho miniſtrante Sacerdoti rebaptizanti. Vnde idem à fortiori dicendum eſſe de ipſo Sacerdote rebaptizante habetur ex Eccleſiæ conſuetudine, & communi Doctorum. Auila *par.7. diſp.7. dub.1.* Cornexo *ſupra.* Intelligitur autem hæc concluſio ſatis probabiliter, quando crimen eſt publicum, quia in illo *cap.2. de Apoſtat.* ſolum eſt ſermo de caſu publico. Suarez *tom.3. in 3 par diſp.31 ſect.6.* Toletus *ſupra num.3.* Layman. *ſupra nu.1.* contra plures oppoſitum ſentientes. Extenditur hæc Irregularitas etiam ad Acolythum miniſtrantem tali rebaptizationi, ſi delictum eius ſit publicum, propter *d. cap.2. de Apoſtat.* Layman. *ſupra*, ex alijs. Quibus autem id extendant aliqui ad parentes, compatres, & alios cooperantes ad rebaptizationem, probabilius tamen eſt oppoſitum, cum *d. cap.2. de Apoſtat.* ſolum loquatur de Acolytho, & odia ſint reſtringenda. Bonacina *ſupra num.* 1.

41 Impoſita eſt hæc Irregularitas ab Eccleſia propter ſpecialem irreuerentiam, quæ fit Chriſto, & Sacramento Baptiſmi, cum per illud commoriamur, & ſepeliamur ipſi, & qui illud reiterant, eumdem Chriſtum,

stum, veluti iterum crucifigant *ad Hebr. 6. ver. 6.* Cornexo *supra*. Vnde sic facientes pœna etiam capitis puniuntur *l. 2. C. n. sanct. baptism.* Cornexo *ibidem*. Inter suspectos quoque de hæresi Anabaptistarum, & Nouatianorum illos recenset Thesaurus *in prax. par. 2. verbo Baptisma cap. 1. num. 1.* Item Clerici deponuntur, & laici debent excommunicari. Thesaurus *ibidem* ex alijs. Nota autem hanc Irregularitatem, & pœnas non effugere illum, qui rebaptizaret, aut rebaptizaretur per vim, aut metum, si haberetur intentio baptizandi, vel recipiendi baptismum, quia nulla vis, aut metus potest cogere aliquẽ ad talem intentionem habendam. Si autem deest talis intentio, rebaptizatio erit ficta, & quoad Deum non incurrentur propter ipsam tales pœnæ. Cornexo *supra* Bonacina *supra num. 7.*

42 Quamuis autem secundum sententiam Nauarri *supra num. 247.* & aliorum, etiam per iterationem aliorum Sacramentorum characterem imprimentium, scilicet Confirmationis, & Ordinis incurratur, Irregularitas, nihilominus probabilius est contrarium; cum iura solũ loquantur de Baptismo, & Irregularitas nunquam incurratur nisi in iure exprimatur. Sayrus *lib. 6. cap. 8.* Auila *par. 7. disp. 7. dub. 5.* Cornexo *supra*. Qui etiam addit idem esse de iterantibus alia Sacramenta, vt si quis Hostiam consecratam reconsecrare intentaret, talis enim, etsi grauiter peccaret, non tamen contraheret Irregularitatem.

43 Similiter quamuis plurium sententia sit eum, qui temere, & sine dubio probabili rebaptizat aliquem sub conditione si non est baptizatus, incurrere etiam dictam Irregularitatem, prout tenent Sayrus, & alij, quos ipse refert; probabilius tamen est oppositum, quia ille reuera non habet intentionem rebaptizandi, cum solum habeat illam pro casu, quo non sit baptizatus, ergo non incurrit Irregularitatem, quæ solum posita est pro verè rebaptizante ex intentione. Nauarrus *supra num. 246.* Bonacina *supra num. 4.* ex alijs.

44 Hæc porrò Irregularitas quam rebaptizans, & rebaptizatus incurrunt, non solum tollitur à Papa, quia ipse est supra totum ius commune, sed etiam ab Episcopo in casu occulto, iuxta Concil. Tridentin. *sess. 24. cap. 6.* cum illa sit ex delicto. Toletus *supra num. 1.* & alij relati. Non potest tamen tolli per Baptismum, quia si loquamur de ea quam incurrit, qui permittit se rebaptizari ea supponit Baptismum, similiter, quia neutra incurritur, nisi à baptizatis, vt supponũt Auila *supra dub. 2.* & Additionator Toleti *supra ad 5. Quarto*. Per professionem autem in Religionibus non tollitur, cùm non sit fundamentũ ad id asserendum. Credo tamen priuilegia quarumdam Religionum, de quibus dixi *tom. 1. cap. 18. num. 40.* ad id sufficere, dum hæc Irregularitas nõ sit ex illis, quæ in dictis priuilegijs excluduntur. Addit Cor-

nexo *supra*, tolli etiam ex vi Bullæ Cruciatæ; eo quod, vt ipse putat per illam dispensari possunt eæ Irregularitates, quæ sunt ex delicto, & veluti censuræ, qualis ista videtur. Pro quo vide dicta supra verbo *Bulla Cruciatæ num.* 30.

45 Huic speciei Irregularitatis annexa est illa quam incurrit, qui ab hæretico se baptizari sinit in adulta ætate. *ca. si in qualibet* 1. *quæst.* 7. Secus si in infantili ætate baptizetur *ca. placuit*, & *ca. qui apud* 1. *q.* 4. Toletus *supra* §. *Sexto qui*. Bonacina *supra num.* 13. ex Suarez, Filiucio & Reginaldo. Excusantur tamen illi adulti, qui vel ex ignorantia, vel necessitate id faciunt, vt colligi potest ex iuribus adductis. Cornexo *supra dub* 2. Layman. *supra num.* 3. Tollitur autem sicut præcedens, propter eadem fundamenta.

46 Similiter annexa est prædictę Irregularitati ea quam incurrit ille, qui in ægritudine propter mortis periculum baptizatur *d.* 57. *ca.* 1. eo quod non præsumitur in eo perfecta, & voluntaria fides. Toletus, & Cornexo *supra*. Ordinari tamen potest, si paucitas adsit ministrorũ, & si postea eius fides probabilis fuerit. Toletus *ibidem*. Layman. *supra num.* 4. Existimat autem Maiolus *lib.* 3. *cap.* 10. quem alii sequuntur, hanc Irregularitatem probabiliter extendi posse ad eos, qui vi, aut metu, aut alia necessitate compulsi baptizantur. Quoad dispensationem vero applicari potest respectiuè doctrina proximè adducta in præcedentibus, eo excepto, quod cum hæc Irregularitas non sit necessario ex delicto, sed ex præsumptione ipsius, ideo non videtur tunc spectare etiam in casu occulto ad Episcopum, cum ex Concilio loco relato solum cõcedatur similis facultas pro Irregularitatibus ortis ex delicto.

47 Pro quarta specie Irregularitatis ex delicto assignari solet ea, quæ incurritur propter indebitam susceptionem Ordinum, & quia varij modi eam incurrendi assignari solent, ideo expendendi. Et primò, licet probabilis valde sententia teneat ligatum maiori excommunicatione recipiẽdo Ordines Sacros effici irregularem (*ca.* 1. *de eo, qui furt. Ord. suscep.* & *cap. cum illorum de sentent. excommunicat.* Silue ster *supra verbo Irregularitas num.* 4. Nauarrus *supra num.* 241. Toletus *supra cap.* 71. *num.* 1.) Sed oppositum censetur probabilius, cum talis Irregularitas expressa non sit in iure, & textus in contrarium explicãtur de suspensione simili Irregularitati. Bonacina *supra punct.* 4. *n.* 1. Hurtadus *disp.* 2. *de censuris difficult.* 1. *num.* 3. Diana *supra Resol.* 55. Idem dicendum de excommunicato recipiente Ordines minores, aut primam tonsuram, propter eadem fundamenta. Nauarr. *de sentent. excommunicat. conf.* 28. Naldus *in Summa verbo Irregularis nu.* 18. Idem etiam dicendum de suspenso, aut interdicto, propter eadem fundamenta cum Suarez, Filiucio, & Sayro, quos refert, & sequitur Bonacina

Digitized by Google

cina *supra num.* 2. contra Siluestrum, Couarrubiam, Reginaldum, & alios probabiliter oppositum tenentes. Illud certius, excommunicatum excommunicatione minori, etsi peccet recipiendo Ordines quoscunque, non tamen propterea incurrere Irregularitatem, iuxta dicta supra verbo *Excommunicatio num.* 2. & notant Nauarrus *d. num.* 241. & Toletus *supra*.

48 Secundò, alij volunt suscipientem eodem die minores Ordines cum Subdiaconatu, vel duos Sacros Ordines, incurrere Irregularitatē ex *cap.* 2. & 3. *de eo, qui furtiu. Ordin. suscep.* & *cap. litteras de temp. Ordinat.* (Nauarrus *supra nu.* 241. Toletus *supra cap.* 71. Auila *par.* 7. *disp.* 9 *sect.* 1. Cornexo *supra dub.* 1. & alij) sed communius ex ijs textibus alij authores solum suspensionem inferunt, non Irregularitatem, cum ibi non exprimatur. Suarez *supra disp.* 31. *sect.* 1. *num.* 40. & 41. Layman. *lib.* 5. *Tract.* 9. *cap.* 10. *num.* 10. conformiter ad declarationem quamdam Sacræ Congregationis, quam referunt.

49 Tertiò, alij dicunt Irregularem suscipientem Ordines incurrere nouam irregularitatem. Sed non est verum, vt probat Suarez *dicta disp.* 42. *sect.* 3. *num.* 2. & 3. contra Archidiaconum, & Maiolum. De quo etiam dixi *supra num.* 5.

50 Quartò, alij etiam dicunt irregularitatem contrahere illum, qui recipit Ordines non suscepto Sacramento Confirmationis. Sed neque hoc est verum, cum nullo textu probetur. Sotus *in* 4. *dist.* 24. *q.* 1. *art.* 4. Auila *disp.* 9. *dub.* 3. *sect.* 1. Imo talem excusari à peccato mortali, si non ex contemptu id fecerit, post Nauarrum, & alios tenent Auila *supra*, & Naldus *verbo Ordo num.* 8.

51 Quintò, censetur ab aliquibus irregularis, qui existens in peccato mortali publico, & manifesto Ordines suscipit. Sed hic casus reducitur ad infamiam facti, de qua supra verbo *Infamia*, & textus qui adduci solēt in contrarium potius indicant depositionem, vel suspensionem. Suarez *d. sect.* 3. *num.* 7.

52 Sextò, similiter censetur ab aliquibus Irregularis, qui ordinatur ab Episcopo non ordinato, vel non Sacerdote, vel ab Episcopo diuersi idiomatis, Græcus videlicet à Latino, vel Latinus à Græco, vel ab Episcopo ab Ecclesia non tolerato, Hæretico videlicet, vel Schismatico, vel aliqua censura, aut Irregularitate affecto. Sed de his, sicut etiam an sit Irregularis, aut solum suspensus, qui Ordines suscepit ab Episcopo, qui Episcopatui renuntiauit, vel ante legitimam ætatem, vel ab Episcopo alieno sine licentia proprij, aut extra tempora, vel nō seruatis interstitijs, aut per saltum, præter dicta *tom.* 1. *cap.* 14. & supra verbo *Dimissoria*, & verbo *Interstitia*, vide dicenda 4. *tom.* verbo *Ordines Sacri*, & verbo *Suspensio*. Casus ergo in quibus certò, vel sal-

tem magis probabiliter incurritur Irregularitas propter indebitam ſuſceptionem Ordinum aſſerendi ſunt.

53 Primus eſt: cum quis ſuſcipit Ordines furtiue, hoc eſt non verè examinatus, neque admiſſus ab Epiſcopo, ſed examine, vel probatione alterius vtens. *cap.* 1. *& vlt. de eo qui furtiue Ordines ſuſcip.* Cornexo *ſupra diſp.*1 *dub.*1. Hurtadus *diſp.*2.*de Irregularit. diff.*1. *nu.*3. Diana *ſupra Reſolut.*55 Cum autem in *d. cap.* 1. ſolum ſit ſermo de Diacono qui furtiue ſuſcepit Ordines, & de illo dicatur nō poſſe aſcēdere ad Sacerdotium ſine diſpenſatione, quod indicat Irregularitatē, & in *cap. vlt.* vbi eſt ſermo generaliter de omnibus, dicatur ſic ordinatos in ſuſceptis Ordinibus miniſtrare non poſſe, ideo forſan ſolum ſuſcipiens Diaconatum furtiuè eſt Irregularis, alios verò Ordines hoc modo ſuſcipiens, ſolum ſuſpenſus, vt indicant Bonacina *ſupra nu.*6. Diana *ſupra*. & Naldus *verbo Irregularis num.* 21. Sed quidquid de hoc ſit, in hac Irregularitate, non ſolum diſpenſat Papa, vt de ſe patet, propter ſæpius dicta, ſed etiam Epiſcopus, niſi in caſu, quo interminata fuerit ab illo, vel aliquo ipſius miniſtro excommunicatio contra ſe ingerentes furtiuè ad Ordines ſuſcipiendos; tunc enim diſpenſari nō poteſt ab illo, niſi forſan talis Religionem ingrediatur, & condignam pœnitentiam agat, ibique laudabiliter aliquo tempore vixerit, prout ex prædictis iuribus habetur. Coninch *de Sacrament. diſp.*18. *dub.*5. *num.*43. Cornexo, & Hurtadus *ſupra*. Videtur etiam poſſe Epiſcopū in ea diſpenſare, quando caſus eſt occultus, propter decretum Concil. Trident. *ſeſſ.*24.*cap.* 6. ſæpius relatum. Layman *lib.*1 *Tract.*5.*p.*5. *cap.*3.*num.*1. Bonacina *ſup. num.* 7. Imo à Prælatis quarumdam Religionum habentium priuilegia, quæ retuli *tom.* 1. *cap.*18. *nu.*40. Quod maximè erit vtile his temporibus cum Epiſcopi talem excommunicationem imponant, prout in Pontificalibus deſignatur. Conſtat verò ex dictis quomodo, & quibus conditionibus, tolli etiam poſſit per Profeſſionem in Religione. Nam quod non tollatur per Baptiſmum pro compertō eſt. Diſpenſari etiam poſſe ex vi Bullæ Cruciatæ tenet Cornexo *ſupra*. Sed attende ad dicta ſupra verbo *Bulla Cruciatæ. num.*30. Pro caſu verò, quo Epiſcopus non ſolum dictam excommunicationem impoſuerit, ſed etiam declarauerit ſe non habere intētionem ordinandi ad Ordines furtiuè accedentes (quod raro continget), quid ſentiendum ſit, maximè iuxta praxim pœnitentiariæ Romanæ: vide Theſaur. *in prax. par.* 2. *verbo Ordin.* 1 *cap.*7.

54 Secundus caſus, in quo incurritur Irregularitas propter indebitam Ordinum ſuſceptionem eſt de coniugato, qui recipit illos conſtante matrimonio, etiam nondum conſummato, præterquam in caſibus à iure permiſſis. Extrauag. *antiq. concertat. de vot.* Sayrus *lib.* 4. *cap.* 14.

cap. 14. *num.* 28. Cornexo *supra*. Thesaur. *supra cap.* 3. Aduertens ex Sanchez ad incurrendam hanc Irregularitatē requiri dolum, seu scientiam, quia textus loquitur de præsumentibus, neque procedere, si Matrimonium fuit irritum. Tollitur autem hæc Irregularitas non solum à Papa, vt de se patet, sed etiam post solutum Matrimonium, ab Episcopo Diœcesano, si taliter promotus in aliqua Religione proficeatur, vt patet ex eadem Extrauag. Cornexo, & Thesaur. *supra*. Credo etiam tolli posse soluto Matrimonio ab Episcopo, si casus fuerit occultus, cū sit ex delicto, iuxta Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 6. & per priuilegia quarumdam Religionum de quibus *tomo* 1. *cap.* 18. *nu.* 40. egi. Non posse autem tolli per Baptismum certum est, cum Ordinatio supponat illum.

55 Quinta species Irregularitatis ex delicto contrahitur ob exercitiū Ordinum tempore censuræ. Excommunicatus enim maiori excommunicatione, suspensus, vel Interdictus, etiam toleratus, & occultus, solemniter, vel ex officio, nisi excusetur ratione necessitatis, vel scandali vitandi, ignorantiæ, inaduertentiæ, vel obliuionis, actus Ordinū exercens fit Irregularis. *ca. si quis Episcopus in Concilio* 11. *quæst.* 3. & toto titulo *de Clerico excommunicat. ministr.* & *cap.* 1. *de sentent. & re iudic. in* 6. & *cap. is cui de sentent. excommunicat. in* 6. Maiol. *lib.* 3. *cap.* 18. Suarez *d. disp.* 42. *sect.* 4. Sayrus *lib.* 4. *cap.* 16. Toletus *lib.* 1. *cap.* 72. & alij communiter. Prout etiam dixi de excommunicatione verbo *Excommunicatio num.* 7. & 13. & de Interdicto, verbo *Interdictum num.* 37. & dicam de suspensione 4. *tomo* verbo *Suspensio*. Dixi etiam toleratus, & occultus propter dicta eo verbo *Excommunicatio num.* 7. Dixi *Solemniter, & ex officio*, propter adducta eo verbo *Excommunicatio num.* 13. Similiter dixi, nisi excusetur ratione necessitatis, vel scandali vitandi, ignorantiæ &c. propter ea, quæ adduxi verbo *Censura Ecclesiastica num.* 11. & verbo *Excommunicatio num.* 7.

56 Circa quæ notandum primò, excommunicatum excommunicatione minori non effici irregularem per exercitium alicuius Ordinis, cum id nullo iure habeatur. Toletus *supra*. Bonacina *supra punct.* 5. *num.* 1. Secundò. quod in illa controuersia, quæ est inter Doctores, an scilicet censuris prædictis affectus sit irregularis, non solum exercendo actus maiorum Ordinum, sed etiam minorum, alijs in rigore iuris affirmantibus cum Suarez, Vgolino, Reginaldo, & Graffio, alijs verò stando in vsu Ecclesiæ negantibus cum Nauarro, Auila, & Toleto, placet dicere, saltem in casu raro, veram esse priorem sententiam, iuxta dicta eo verbo *Excommunicatio num.* 13. In vno tamen casu ob exercitium Ordinis minoris in censura contracta ob Simoniam

in Ordine incurri Irregularitatem ; propter Bullam Sixti, contra malè promotos, quæ incipit *Sanctum, & salutare* notat Sayrus *lib. 4. cap. 17. in fin. & cap. 16. num. 11.* & ex eo Thesaurus *in praxi par. 2, verbo Censura cap. 11.* Nota tertiò, Clericum suspensum, vel interdictum, non fieri irregularem exercendo alia, quæ sibi non sunt prohibita per suspensionem, vel interdictum, talis enim non dicitur violare censuram per exercitium Ordinis Sacri. Vgolinus *de Censur. Tab. 1. cap. 14.* Bonacina *supra num. 8.* Quæ vero prohibita sint excommunicato, & quæ permissa dixi supra verbo *Excommunicatio num. 13. & sequentibus.* Quæ etiam prohibita, seu permissa interdicto, dixi etiam verbo *Interdictum num. 10. & sequentibus.* Quæ verò suspenso, dixi *tomo 1. cap. 14. num. 7.* & per quam suspensionem dicam *tomo 4.* verbo *Suspensio.* Interim nota quartò, maximè pro Regularibus, quòd præceptum simplex Superioris, vel Confessarij præcipientium ne Religiosus, v. g. celebret, aut audiat confessiones, cum non includant censuram suspensionis, non infert Irregularitatem in transgrediente, cum talis non violet censuram Toletus *d. c. 72. n. 6.* Thesaurus *supra c. 15.* ex Rodriguez, & Sayro. Nota quintò, quod qui irretitus est multis censuris diuersæ rationis v. g. excommunicatione, & suspensione, plures etiam irregularitates incurrit ordines exercendo. Garzia *de benef. p. 8. cap. 3. num. 80. & 82.* Bonacina *supra num. 10.* Secus dico de irretito multis censuris eiusdem rationis, scilicet multis excommunicationibus. Thesaurus *supra num. 11.* Addit ex Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 24. num. 7.* sæpius celebrantem cum excõmunicatione, quamuis semper peccet mortaliter, solum tamen incurrere vnam Irregularitatem resultantem ex omnibus illis causis illius. Sed de hoc alibi.

57 Huic irregularitatis speciei ex vsu Ordinum tempore censuræ, similis est illa, quam incurrunt Clerici excommunicati suspensi, aut interdicti etiam occulti, qui authoritatiuè, seu præceptiuè faciunt coram se celebrari, iuxta *capitulum de Cleric. excommunicat.* vbi licet id non exprimatur, communi tamen consensu Doctorum, & consuetudine id habetur. Siluester verbo *Irregularitas num. 15. dicto 4.* Nauarrus *supra num. 244.* Sayrus *lib. 2. cap. 15 num. 5. & lib. 7. cap. 9. num. 18.* Layman *dicto cap. 1. num. 4. §. illud.* Thesaurus *supra cap. 11. & 15.*

58 Tolluntur hæ irregularitates primò ex Papæ dispensatione. *c. 1. de sentent. excommunicat. in 6.* Sayrus *lib. 7. cap. 9. num. 30.* Secundò, quãdo casus est occultus, idest quando etsi cõstet aliquẽ publicè exercuisse Ordines, non tamen constat id fecisse censura irretitum, ab Episcopo, propter decretum Concilij Tridentini *sess. 24. c. 6.* sæpius relatum.

Digitized by Google

An Account of Experiments to determine the Refractive and Dispersive Powers of various Bodies, particularly Water, Sulphuric Acid, Phosphorus, Sulphuret of Carbon, Glass, Oil of Cassia, Oil of Sassafras, Solution of Camphor in Alcohol, Solution of Phosphorus in Sulphuret of Carbon, Solution of Sulphur in Sulphuret of Carbon, Solution of Sulphur in Oil of Cassia, Solution of Sulphur in Oil of Sassafras, Solution of Phosphorus in Oil of Cassia, Solution of Phosphorus in Oil of Sassafras, Solution of Camphor in Oil of Cassia, Solution of Camphor in Oil of Sassafras, Solution of Camphor in Sulphuret of Carbon, Solution of Camphor in Phosphuret of Carbon, Solution of Phosphorus in Phosphuret of Carbon, Solution of Sulphur in Phosphuret of Carbon, Solution of Sulphur in Sulphuric Acid, Solution of Phosphorus in Sulphuric Acid, Solution of Camphor in Sulphuric Acid, Solution of Sulphur in Alcohol, Solution of Phosphorus in Alcohol, Solution of Camphor in Alcohol, Solution of Sulphur in Ether, Solution of Phosphorus in Ether, Solution of Camphor in Ether, Solution of Sulphur in Muriatic Acid, Solution of Phosphorus in Muriatic Acid, Solution of Camphor in Muriatic Acid, Solution of Sulphur in Nitric Acid, Solution of Phosphorus in Nitric Acid, Solution of Camphor in Nitric Acid, Solution of Sulphur in Acetic Acid, Solution of Phosphorus in Acetic Acid, Solution of Camphor in Acetic Acid, Solution of Sulphur in Fixed Alkali, Solution of Phosphorus in Fixed Alkali, Solution of Camphor in Fixed Alkali, Solution of Sulphur in Volatile Alkali, Solution of Phosphorus in Volatile Alkali, Solution of Camphor in Volatile Alkali, Solution of Sulphur in Oil of Turpentine, Solution of Phosphorus in Oil of Turpentine, Solution of Camphor in Oil of Turpentine, Solution of Sulphur in Olive Oil, Solution of Phosphorus in Olive Oil, Solution of Camphor in Olive Oil, Solution of Sulphur in Linseed Oil, Solution of Phosphorus in Linseed Oil, Solution of Camphor in Linseed Oil, Solution of Sulphur in Oil of Anise, Solution of Phosphorus in Oil of Anise, Solution of Camphor in Oil of Anise, Solution of Sulphur in Oil of Cloves, Solution of Phosphorus in Oil of Cloves, Solution of Camphor in Oil of Cloves, Solution of Sulphur in Oil of Rosemary, Solution of Phosphorus in Oil of Rosemary, Solution of Camphor in Oil of Rosemary, Solution of Sulphur in Oil of Lavender, Solution of Phosphorus in Oil of Lavender, Solution of Camphor in Oil of Lavender, Solution of Sulphur in Oil of Bergamot, Solution of Phosphorus in Oil of Bergamot, Solution of Camphor in Oil of Bergamot, Solution of Sulphur in Oil of Peppermint, Solution of Phosphorus in Oil of Peppermint, Solution of Camphor in Oil of Peppermint, Solution of Sulphur in Oil of Caraway, Solution of Phosphorus in Oil of Caraway, Solution of Camphor in Oil of Caraway, Solution of Sulphur in Oil of Juniper, Solution of Phosphorus in Oil of Juniper, Solution of Camphor in Oil of Juniper, Solution of Sulphur in Oil of Origanum, Solution of Phosphorus in Oil of Origanum, Solution of Camphor in Oil of Origanum, Solution of Sulphur in Oil of Thyme, Solution of Phosphorus in Oil of Thyme, Solution of Camphor in Oil of Thyme, Solution of Sulphur in Oil of Sage, Solution of Phosphorus in Oil of Sage, Solution of Camphor in Oil of Sage, Solution of Sulphur in Oil of Rue, Solution of Phosphorus in Oil of Rue, Solution of Camphor in Oil of Rue, Solution of Sulphur in Oil of Tansy, Solution of Phosphorus in Oil of Tansy, Solution of Camphor in Oil of Tansy, Solution of Sulphur in Oil of Wormwood, Solution of Phosphorus in Oil of Wormwood, Solution of Camphor in Oil of Wormwood, Solution of Sulphur in Oil of Fennel, Solution of Phosphorus in Oil of Fennel, Solution of Camphor in Oil of Fennel, Solution of Sulphur in Oil of Dill, Solution of Phosphorus in Oil of Dill, Solution of Camphor in Oil of Dill, Solution of Sulphur in Oil of Lemon, Solution of Phosphorus in Oil of Lemon, Solution of Camphor in Oil of Lemon, Solution of Sulphur in Oil of Orange, Solution of Phosphorus in Oil of Orange, Solution of Camphor in Oil of Orange, Solution of Sulphur in Oil of Bitter Almonds, Solution of Phosphorus in Oil of Bitter Almonds, Solution of Camphor in Oil of Bitter Almonds, Solution of Sulphur in Oil of Cinnamon, Solution of Phosphorus in Oil of Cinnamon, Solution of Camphor in Oil of Cinnamon, Solution of Sulphur in Oil of Mace, Solution of Phosphorus in Oil of Mace, Solution of Camphor in Oil of Mace, Solution of Sulphur in Oil of Nutmeg, Solution of Phosphorus in Oil of Nutmeg, Solution of Camphor in Oil of Nutmeg, Solution of Sulphur in Oil of Carbonate of Ammonia, Solution of Phosphorus in Oil of Carbonate of Ammonia, Solution of Camphor in Oil of Carbonate of Ammonia, Solution of Sulphur in Oil of Pimento, Solution of Phosphorus in Oil of Pimento, Solution of Camphor in Oil of Pimento, Solution of Sulphur in Oil of Cubebs, Solution of Phosphorus in Oil of Cubebs, Solution of Camphor in Oil of Cubebs, Solution of Sulphur in Oil of Black Pepper, Solution of Phosphorus in Oil of Black Pepper, Solution of Camphor in Oil of Black Pepper, Solution of Sulphur in Oil of Valerian, Solution of Phosphorus in Oil of Valerian, Solution of Camphor in Oil of Valerian, Solution of Sulphur in Oil of Amber, Solution of Phosphorus in Oil of Amber, Solution of Camphor in Oil of Amber, Solution of Sulphur in Oil of Carbonate of Potash, Solution of Phosphorus in Oil of Carbonate of Potash, Solution of Camphor in Oil of Carbonate of Potash, Solution of Sulphur in Oil of Tartar, Solution of Phosphorus in Oil of Tartar, Solution of Camphor in Oil of Tartar, Solution of Sulphur in Oil of Vitriol, Solution of Phosphorus in Oil of Vitriol, Solution of Camphor in Oil of Vitriol, Solution of Sulphur in Oil of Salt, Solution of Phosphorus in Oil of Salt, Solution of Camphor in Oil of Salt, Solution of Sulphur in Oil of Nitre, Solution of Phosphorus in Oil of Nitre, Solution of Camphor in Oil of Nitre, Solution of Sulphur in Oil of Vinegar, Solution of Phosphorus in Oil of Vinegar, Solution of Camphor in Oil of Vinegar, Solution of Sulphur in Oil of Carbonate of Soda, Solution of Phosphorus in Oil of Carbonate of Soda, Solution of Camphor in Oil of Carbonate of Soda, Solution of Sulphur in Oil of Sal Ammoniac, Solution of Phosphorus in Oil of Sal Ammoniac, Solution of Camphor in Oil of Sal Ammoniac

ex institutione Ecclesiæ, tanquam actus Ordinis, & non iurisdictionis, vt sunt multæ benedictiones,& consecrationes, quæ ab Episcopis, vel Sacerdotibus fiunt. Thesaurus *supra cap.* 32. ex alijs.

60 Tollitur hæc Irregularitas eisdem modis quibus *supra num.* 58. dixi tolli eam, quæ incurritur propter exercitium Ordinum tempore censuræ. Adde,posse Episcopum stando in iure communi, & secluso priuilegio Concilij eo loco relato dispensare cum Clerico committente hoc delictum, vt ministret in Ordinibus susceptis, nō vero,vt ascēdat ad alios, ex *d.cap.2.de Cleric. non ordin. ministr.* cum conditionibus tamen ibi assignatis. Toletus, Cornexo, & Thesaurus *supra*, apud quem de pœnis huius delicti, maximè de Missam celebrante,vel Confessiones audiente non constituto in Sacerdotio, de quo dixi *tomo* 1.*cap.*10.*num.*22. *& cap.*14. *num.*9.

61 Septima species Irregularit.ex delicto incurritur propter hæresim, hæretici enim sunt irregulares,*ca. Presbyt.d.*50.*ca.* 1.*ca.qui in qualibet*, *ca.Saluberrimum* 1.*quæst.*7. *& cap.*2.*de hæretic.in* 6. Siluester *sup. quæst.*5. Nauarrus *supra num.*205. Suarez *supra disp.* 43.*sect.*1. Circa quod primò notandum,intelligi de hæretico externo, nam mere internus, non subiacet pœnis Ecclesiasticis, iuxta dicta supra verbo *Hæresis,& Hæreticus num.*2.Suarez *supra num.*3.Bonacina *supra punct.* 7. *num.* 1. Intelligitur autem de hæretico externo quantumuis occulto. Ita enim supponitur in concessione quadam Clem. 7. quæ refertur in *Director. Inquisitor.*& in id inclinant aliqui ex textibus relatis, & maior pars Doctorum. Maiolus *lib.*5.*de Irregularit.cap.* 46. Suarez *supra num.*4. Sanchez *in Decalog. lib.*2. *cap.*25. *num.*2. Esto aliqui teneant solum id esse verum de hæretico non solum externo, sed etiam publico,aut notorio, propter infamiam quam incurrit. Sayrus *lib.*7. *cap.*12.*num.*16. Cornexo *supra disp.*8. *dub.vnic. in fine*. Layman. *supra cap.*4. *num.*12. & alij apud ipsos. Idem porrò, quod dixi de hæretico, scilicet,si est externus quantumuis occultus esse,irregularem, intelligitur etiam de Apostata à fide, quia iuxta dicta supra verbo *Apostata, & Apostasia num.*2. talis est verè hæreticus, & ita incurrit omnes pœnas hæreticorum. Suarez *sup. sect.*2. Toletus *lib.*1. *cap.*69.*num.*1. Sanchez *supra num.* 2. Idem quoque dico de fautoribus, receptatoribus eorum, & consilium,auxilium,fauorem ipsis prebentibus,quia illi æquiparantur cum prædictis *cap.* 2. *de hæretic. in* 6. Nauarrus *supra*. Maiolus *supra*. Sanchez etiam *supra num.*7. etsi Hurtadus *disp.*2.*de irregularit. diff.*3. *num.*9. contradicat. Illi autem qui de hæresi suspecti sunt, re vera tamen hæresim interius non habent,quales sunt Schismatici,qui hæresim non habent adiunctam, & illi, qui hæresim exterius profitentur, interius tamen rectè sentiunt,ac

illi,

illi, qui pactum ineunt cum Demone, aut ipsum colunt sine hæresi, & similes alij de hæresi suspecti, cum verè hæretici non sint, non sunt ex hoc capite irregulares. Suarez *supra*. Sanchez *supra num.* 10. & 11. Bonacina *supra num.* 2. 4. & 7. Dixi *ex hoc capite*, quia si crimen illorum est notorium, præsertim si abiurarunt de hæresi, tunc ratione infamiæ erunt irregulares. Henriquez *lib.* 14. *de Irregularit. cap.* 4. *n.* 6. Sanchez *supra num.* 10. 11. & 12. Bonacina *supra*, & *num.* 5. Vide dicta verbo *Hæresis nu.* 11. & Dianam *supra Resol.* 47. Fictè quoque apostatans à fide, vel fictè adorans idolum irregularis est, ex Concilio Ancyrano *cap.* 1. & 2. & refertur *ca. Presbyteros d.* 50. Maiolus *supra cap.* 34. Suarez *supra num.* 2. Sanchez *supra num.* 6. licet oppositum probabile putet Diana *supra Resolut.* 49. referens Azorium, & Filiucium. Similiter filij prædictorum hæreticorum, Apostatarum, fautorum, receptatorum &c. vsque ad secundam generationem per lineam paternam, & vsque ad primam per maternam sunt irregulares. *cap.* 2. *de hæret. in* 6. *cap statutum* 2. *eodem tit. in* 6. Nauarrus, & Maiolus *supra*. Sanchez *supra cap.* 28. *num.* 7. Intellige tamen si prædicti parentes mortui fuerint impœnitentes. *c. statutum*. Toletus *supra num.* 3. Thesaurus *in praxi par.* 2. *verbo hæresis cap.* 3. &, si delictum eorum fuit notorium, *cap. statutum* relato. Sayrus *de Censuris lib.* 6. *cap.* 10. *nu.* 40. Azor. *tom.* 1. *Instit. Moral. lib.* 8. *cap.* 13. *quæst.* 8. Hoc tamen non procedit in filijs istorum in Regionibus in quibus palam, & impune hæretici viuunt. Henriquez *lib.* 14. *cap.* 5. *num.* 4. Sa *in Summa verbo Hæresis num.* 4. Pro alijs istorum pœnis, vide Thesaurum *supra*. Vide & dicta supra verbo *Infamia num.* 11.

62 In Irregularitate autem ista, quam incurrunt Hæretici, & Apostatæ, fautores, receptatores, & defensores ipsorum, quando est publica, solus Papa iure communi dispensat, vt de se patet apud omnes. Quando verò est occulta plures asserunt probabiliter satis dispensari etiam ab Episcopis, propter priuilegium illis concessum in Trident. *sess.* 24. *cap.* 6. Henriquez *supra cap.* 5. *nu.* 2. Viualdus *in Candelabro in penult. edit.* 2. *par. de Irregularit. num.* 70. & 89. Sanchez *sup. cap.* 25. *nu.* 18. & Additionator Toleti *ad lib.* 1. *cap.* 69. referens Sa, Comitolum, Sayrum, & Maiolum. Oppositum tamē securius tenent Suarez *d. disp* 43. *sect.* 1. *in fine*. Bonacina *d. punct.* 7. *num.* 12. Eo quod cum priuilegium Episcopis concessum dicto loco ad absoluendum ab hæresi sit reuocatum per Bullam Cœnæ, iuxta dicta supra verbo *Bulla Cœnæ nu.* 55, consequenter etiam reuocatum censeri debet priuilegium dispensandi in Irregularitate, propter hæresim, quia *cap. cum illorum de sentent. excommunicat.* cui negatur potestas absoluendi, negatur etiam potestas dispensandi, quæ quid maius est. Sed quia responderi potest cum

Sanchez

Sanchez loco relato in hoc casu non esse maiorem facultatem dispensandi, quam absoluendi, eo quod excommunicatio pro hæresi externa occulta est certissima, non autem Irregularitas, vt dixi *num. præcedenti*, ideo dixi satis probabile esse posse Episcopum in hac Irregularitate in casu occulto dispensare, prout etiam probabile censet Bonacina *supra nu.* 14. Adde, posse Episcopum etiam in casu publico dispensare cum prædictis quoad vsum Ordinum susceptorum, quia textus allati *numero præcedenti* id permittunt. Azor. *supra cap.* 11. *q.* 13. Suarez *d. sect.* 1. *num* 6. Sanchez *sup. num.* 14. Qui duo id limitant, nisi quoad vsum Sacerdotij in Sacrificio Altaris, quia cum hoc sit res grauissima videtur Pontifici reseruata. Quod idem dicunt de Episcopo hæretico quoad vsum Pontificalium, maximè cum Episcoporum causæ in materia hæresis sint Papæ reseruatæ. *cap. Inquisitores de hæretic. in* 6. De Inquisitoribus autem, quod non possint in hac irregularitate propter hæresim, apostasiam &c. dispensare, probabilius esse censent Suarez *supra num.* 5. Sanchez *supra num.* 19. & Additionator Toleti *supra*, eo quod concessio Clem. 7. de qua supra *in præcedent. num.* in qua id ipsis concedebatur, vel reuocata est per Pium 5. vt Pegna *in Director. Inquisit. 3. par. quæst.* 126. *comment.* 175. putat, vel solum fuit personalis, & non perpetua, nec vsu recepta. Cæterum de Prælatis Regularibus habentibus priuilegia ad dispensandum cum subditis in omnibus Irregularitatibus exceptis illis tribus de homicidio voluntario, mutilatione, & bigamia, de quibus egi *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 40. probabile est id posse facere quando casus est occultus, cum hæc irregularitas non sit ex illis tribus, & ita supponere videtur Layman. *lib.* 1. *Tract.* 5. *par.* 5. *cap.* 4. *in fine.* Nec obstat, quod illi nequeat absoluere ab excommunicatione, propter hoc delictum incursa, iuxta dicta eo *cap.* 18. *num* 38. quia diuersa ratio est de excommunicatione hac, cum illa sit certissima, ac de Irregularitate, iuxta dicta supra de Episcopis loquendo hoc eodem numero. Dixi quando casus est occultus, quia quando est notorius semper censetur Papæ reseruatus, nec comprehensus in concessione generali, propter specialitatem illius, prout communiter supponunt Doctores. Supponitur autem hanc Irregularitatem, nec publicam, nec secretam tolli posse per Professionem Religionis, cum nullum sit fundamentum ad id assetendum. Multominus dici potest tolli per Baptismum, cum potius ipsa supponat Baptismum.

63 Irregularitas porrò, quæ contrahitur à filijs Hæreticorum, Apostatarum, fautorum, receptatorum &c. solum tollitur per Papæ dispensationem, non ab Episcopo, nec ab Inquisitoribus, vt putat Sanchez *supra cap.* 28. *num.* 8. & 9. eo quod Irregularitas hæc non est ex delicto,

sed ex

ſed ex indecentia. Toletus autem *ſupra num.* 2. vocat eam ex delicto, ac per conſequens dicit diſpenſari poſſe ab Epiſcopis, quando fuerit occultum præfatos eſſe filios Hæreticorum &c. propter decretum Cõcilij ſupra adductum. Quidquid de hoc ſit, probabile mihi eſt in caſu tali occulto tolli poſſe inter Regulares ab habentibus priuilegia, de quibus dixi numero præcedenti. Non verò, quando caſus fuerit publicus, propter ibidem dicta. Nota etiam prædictos filios Hæreticorum &c. poſſe miniſtrare in Ordinibus ſuſceptis ante parentum delictum, quia *cap.* 2. *de hæreticis in* 6. vbi eſt ſermo de illis, ſolum ſtatuit ne promoueantur in poſterum. Sanchez *ſup num.* 10. Theſaurus *ſup. cap.* 3. vbi etiam alia de ipſis.

64. Qualiter tollatur Irregularitas, quam contrahunt ſuſpecti de hæreſi dixi ſupra verbo *Hæreſis num.* 11.

65. Octaua Irregularitatis ſpecies, ipſaque ampliſſima eſt, quæ contrahitur propter homicidium, ſeu mutilationem membrorum iniuſtè facta. Poſitis autem diuiſionibus homicidij, de quibus egi ſupra verbo *Homicidium*, ac dictis *ſupra* verbo *Accuſare, & Accuſator*, verbo *Bannitus*, & verbo *Bellum*, quæ ad hoc intentum deſeruire poſſunt, dicendum primo. Occidens, vel mutilans aliquem, ob defenſionem ſui cum moderamine inculpatæ tutelæ, nullam incurrit irregularitatẽ. Ita enim habetur ex definitione Eccleſiæ in Clem. *ſi furioſus de homicidio.* & quia tunc non ſponte, ſed de neceſſitate iuſtæ defenſionis, id facit homo. Ita communiter Doctores, ſpecialiter ex antiquioribus Bacconius *in* 4. *diſt.* 25. *quæſt.* 7. *art.* 2. Michael de Bononia *ibid. queſt.* 2. *art.* 2. & ex recentioribus Toletus *ſupra cap.* 80. Cornexo *ſupra diſp.* 4. *dub.* 1. Quid autem ſit moderamen inculpatæ tutelæ, & quãdo ſeruetur, dixi ſupra verbo *Homicidium num.* 9. & conſtabit ex dicendis. Idem dicitur probabiliter ſatis de occiſione, ſeu mutilatione alterius in defenſionem ſuorum membrorum, ſeu honoris in graui materia ad fugiendam grauem infamiam, & in defenſionem proprior um bonorum, cum ea neceſſaria ſunt ad vitam, nec facilè poſſint recuperari. Ratio eſt, non ſolum, quia tale homicidium eſt inculpatum, vt conſtat ex dictis verb. *Homicidium num.* 9. ſed etiam, quia id videtur conforme menti dictæ Clementinæ *ſi furioſus*, cum prædicta bona neceſſaria ſint ad vitam, & tunc homo non operetur ſponte, ſed inuitus, & coactus ad defenſionem ſuæ innocentiæ. Suarez *ſup. diſp.* 46. *ſect.* 2. Sayrus *lib.* 6. *cap.* 17. Cornexo *ſupra.* Diana *ſupra Reſolut.* 4. & alij contra Nauarrum, Toletum, & alios probabiliſſimè oppoſitum tenentes. Nota tamen quoad Eccleſiaſticos, & Regulares, limitationes aliquas eo *num.* 9. relatas. Idem quoque ſatis probabiliter dicitur de occiſione, ſeu mutilatione alterius in defenſionem proximi, maximè

ſi ille

si ille sit Reipublicæ necessarius, non solù propter dicta verbo *Bellum num.* 15. sed etiam quia fundamenta adducta etiam procedunt in hoc casu. Suarez *supra sect.* 3. Cornexo *supra.* Bonacina *quæst.* 4. *punct.* 6. *num.* 11. Diana *Resolut.* 5. post Couarrubiam, & alios, contra Siluestrum, Nauarrum, Toletum, & alios oppositum etiam valde probabiliter tenentes. Refert etiam Peirinis *tom.* 1. *priuilegiorum Minim. in Constitut.* 2. *Iulij* 2. *num.* 113. declaratum esse à S. Congregatione homicidium factum ad defensionem patris (addit ipse ex D. Antonino, *seu Prælati*) cum moderamine &c. non inducere irregularitatem.

66 Sed notandum primò traditam doctrinam intelligi debere quãdo aliquis iniustè inuaditur ab alio, si enim inuasio est iusta, qualis cõtingit, cum satellites, seu ministri iustitiæ publica auctoritate aliquem capere volunt ad puniendum, tunc inuasus si aliquem ipsorum occidat irregularis efficitur. Cornexo *supra*. Bonacina *supra nu.* 1. Addũt aliqui procedere etiam eandem doctrinam, quando aliquis credit se inuadendum, etiam ante inuasionem, itaut etiam tunc possit occidi inuasor: Cornexo *supra*, ex Soto, Sayro, & Aulla. Hoc tamen non admitterem, nisi magna indicia inuasionis præcederent, non enim propter indicia leuia tam graue damnum inferri debet proximo.

67 Dicendum secundò. Occidens, vel mutilans aliquem, ob defensionem cuiuscunque non seruato moderamine inculpatæ tutelæ, idest, quando pensatis omnibus circumstantijs poterat alio modo euitare malum, quod imminebat, est irregularis. Habetur tum ex *d. Clementi. si furiosus* à contrario sensu, tum ex iuribus communiter loquentibus de occisione, & mutilatione, quorum plura infra afferentur, tum etiam ex Concil. Trident. *sess.* 14. *cap.* 7. vbi loquens de homicidio facto, vt quis se à morte defenderet, dicit committendam esse dispensationem ipsius Ordinario, quo supponitur loqui de homicidio facto sine tali moderamine, nam factum cum ipso certum est ex dicta Clementina non inducere Irregularitatem. Toletus *supra num.* 7. Cornexo *supra dub.* 2.

68 Circa quod notandum primò, quod quando excessus in modo defensionis solum fuit culpa venialis non incurritur Irregularitas; ea enim non incurritur, nisi propter culpam mortalem, iuxta dicta *sup. num.* 4. Cornexo *ibidem*. Peirinis *supra num.* 114. Secundò, quòd non ex eo, quod quis occidat suum inuasorem ex odio, ira, aut mala voluntate, dici debet non seruare moderamen inculpatæ tutelæ, si aliàs non potest alio modo euitare damnum imminens, nam etsi talis actio interna sit peccaminosa, actio tamen externa excusatur à culpa homicidij, tum iure naturæ, quod præscribit defensionem, tum ex *d. Clementin. si furiosus*. Molina *tom.* 4. *Tract.* 3. *disp.* 72. Cornexo *dicto dub.* 1.

dub. 1. Idem dico etiam ſi dederit cauſam inuaſori, quia adhuc non amiſit ius moderatæ defenſionis. Bonacina *ſupra num.* 3. ex alijs. Vnde probabiliter ſatis excuſatur ab Irregularitate adulter, qui maritum aggreſſorem, cauſa defenſionis cum moderamine &c. occidit. Clem. enim *Si furioſus* generaliter, & ſine vlla diſtinctione loquitur. Sotus *lib.* 5. *de Iuſtitia quæſt.* 1 *art.* 9. Hurtadus *diſp.* 2. *de irregularit. difficult.* 10. *num.* 36. & alij multi quos refert, & ſequitur, Diana *ſupra Reſol.* 2. vide tamen Naldum verbo *Irregularis num.* 2.

69 Hæc porrò Irregularitas non ſolum tollitur ex Papę diſpenſatione, vt de ſe patet, ſed etiam ab Epiſcopo in caſu occulto, ob decretũ Concilij Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap* 6. ſæpius relatum. Etſi enim ibi excludatur ea Irregularitas, quæ eſt ex homicidio voluntario, hoc tamen, quod ſit cauſa defenſionis etiam ſi ſit peccaminoſum quando excedit in modo defenſionis, non cenſetur voluntarium, ſed caſuale. Nauarrus *in Manual. cap.* 27. *num* 239. Toletus *d. cap.* 80 *num.* 9. Sayrus *lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 22. Quando etiam caſus fuerit publicus diſpenſatio dicitur committenda Epiſcopo in eodem Concilio loco adducto *ſupra* ex *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. Bonacina *ſupra punct. vlt. num.* 9. Cornexo *d. dub.* 2. Prælati etiam Regulares habentes priuilegia diſpentandi cum ſubditis in omni irregularitate exceptis illis tribus homicidij voluntarij, bigamiæ, & mutilationis, de quibus dixi *tomo* 1. *cap.* 18. *nu.* 40. etiam diſpentant in hac Irregularitate, cum iſtud homicidium non cenſeatur voluntarium, vt dixi. Peirinis *ſupra num.* 116. Non tamen tollitur per Baptiſmum ſi propriè loquendum eſt, quia omnis Irregularitas ex delicto conſurgens non afficit niſi Baptizatos. Suarez *diſp.* 41. *ſect.* 1. *num.* 2. Bonacina *quæſt.* 5. *punct.* 2 *nu.* 1. Nec per Profeſſionem Religionis, cum non ſit fundamentum ad id aſſerendum.

70 Dicendum tertiò. Occidens aliquem iniuſtè, & voluntariè, vel aliquo modo ad id cooperans, mandato, conſilio, vel fauore, efficitur irregularis. Ita enim habetur ex multis iuribus ſpecialiter *diſt.* 50. & *cap.* 1. & *ſequent. de homicidio, ac c. fin. de temp. ordinat* ac in Conc. Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. & *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. Couarrub. *in Clement. Si furioſus.* Maiolus *lib.* 5. *cap.* 28. & alij Doctores infra referendi.

71 Pro quo nota primò, ſermonem eſſe in præſenti tam de homicidio voluntario ſimpliciter, quod eſt illud, quod eſt volitum in ſeipſo, quam de homicidio voluntario ſecundum quid, quod eſt illud quod eſt volitum in cauſa ex qua infalibiliter ſequitur, vt ſi quis det venenum mortiferum alij. De quo *ſupra* verbo *Homicidium num.* 2. Suarez *ſupra diſp.* 44 *ſect.* 1. *num.* 4. Cornexo *Tract.* 5. *de Irregularitate diſp.* 1. *dub.* 1. Nota ſecundò, requiri ad hanc Irregularitatem, quod effectus ipſe mortis ſit ſecutus, alias non incurretur, cum ſolum ſit impoſita

ſita pro homicidio, quod non contingit niſi ſecuta morte. Nauarrus *ſup. num.* 223. Suarez *ſupra ſect.* 2. contra Maiolum *ſupra*. Nota tertiò, id eſſe verum, ſiue occiſus ſit fidelis, vel infidelis adultus, vel infans &c. quia iura indiſtinctè loquuntur. Cornexo *ſupra*. Quoad cooperantem per mandatum, nota quartò, quod ſi ille expreſsè, vel tacitè reuocauit mandatum, & talis reuocatio peruenit ad aures mandatarij, etiam ſi iſte occidat, non erit mandans irregularis; ſecus verò ſi non peruenit ad aures ipſius. Quia in primo caſu cenſetur cauſa homicidij ſolus mandatarius, non in ſecundo. Nauarrus *ſup. num.* 233. Cornexo *ſupra dub.* 2. Quoad cooperantē per conſilium. Nota quintò, quod licet aliqui putent idem eſſe dicendum de conſiliante ſicut modo dixi de mandante (Petrus Nauarra *lib.* 3. *de reſtitutione cap* 4. Præpoſitus *in tertiam partem quæſt.* 5. *de Irregularit. dub.* 8. & alij) nihilominus oppoſitum eſt probabilius, & ratio eſt, quia in mandato agitur res ipſius mandantis, & ideo pendet ſolum ab ipſo, ac propterea ſi reuocetur, ſufficienter reuocatur influxus in rem mandatam. In conſilio autem, cum agatur de re ipſius conſulti, etiam ſi conſilians reuocet illud, adhuc cēſetur permanere in conſiliato, ac per conſequens influere in rem de qua fuit conſilium. Auila *par.* 7. *diſp.* 6 *ſect.* 2. *dub.* 4. Cornexo *ſupra dub.* 2. Bonacina *ſupra quæſt.* 4. *punct.* 8 *num.* 20. Si tamen reuocato conſilio bona fide credat conſulens id ſufficere, non erit irregularis etiam ſecuto homicidio, ſecus verò, ſi id non credat, tunc enim debet etiā monere occidendum, vt ſibi caueat. Cornexo *ſup.* Diana *ſupra Reſolut.* 14. ex alijs quos referūt. Hinc ſimiliter, qui fœminæ ſuaſit abortum, & poſtea quantum potuit fecit, vt illam dimoueret à conſilio dato, probabiliter excuſatur ab Irregularitate. Henriquez *lib.* 14. *cap.* 16. Diana *Reſolutione* 15. Quoad cooperantem per auxilium, ſeu fauorem, nota ſextò talem eſſe illum, qui vel inſtrumenta præſtando occiſionis, vel occiſorem aſſociando, vel vulnus aliquod infligendo, vel alio ſimili modo influit in occiſionem. De quo, & varijs caſibus circa illud Bonacina *ſupra punct.* 8. *à num.* 28. ex Vgolino, Molina, Filiucio, Azorio, Reginaldo, & alijs. Nota tamen, quod non impediens homicidium, ſi ad id non tenetur ex officio, aut iuſtitia, ſed ſolum ex charitate, non incurrit Irregularitatem, ſecus vero ſi ex iuſtitia, aut ex officio ad id tenetur, prout eſt Princeps reſpectu ſubditorum, Prælatus Regularis reſpectu Regularium &c. Ratio eſt, quia in priori caſu non cenſetur cauſa moralis homicidij, aut influere in illud, ſecus vero in poſteriori. Nauarrus *ſupra num.* 4 Etſi Hurtadus *diſp.* 2. *de irregularit diff.* 9. *num.* 34. ex Vaſquez in manuſcripto dicat, quòd etiam is qui tenetur ex iuſtitia impedire mortem excuſetur ab irregularitate.

Idem

Idem quod dixi de Prælato intellige etiã reſpectu cuſtodis infirmorũ, ita vtique, ſi dimiſit infirmũ v.g. ſutioſum,& freneticũ ſine debita cuſtodia, & infirmus ſe occidit, Irregularitatem contrahat. Ioan.Beetz *in 5 præcept.Decalog. expoſit.3. cap.4.* Nota etiam, quod per ratihabitionem homicidij ſuo nomine factum, non cenſetur aliquis irregularis, cum enim illa ratihabitio ſit poſterior homicidio, non poteſt in illud influere, ac per conſequens nec inducere Irregularitatem. Toletus *ſupra num.1.* Sayrus *lib.7.cap.4.* Cornexo *ſup.dub.2.* Naldus *ſup. nu.4.* contra Nauarrum, & alios. Idem dicendum de conſentiente in homicidium præſens, quod nullo modo fit in gratiam conſentientis; ſecus verò, ſi in gratiã ipſius fiat, quia in priori caſu non cenſetur ad illud cooperari, bene tamen in poſteriori, ſi exteriùs non repugnet. Suarez *ſupra ſect.3.num.21. & 22.* Cornexo *ſupra*, etſi oppoſitum teneat Hurtadus *ſupra*.

72 In hac potrò Irregularitate, licet quidam dixerint, nec Papam poſſe diſpenſare, eo quod introducta ſit iure diuino *Exod. 21. & 1. Paralip. 22. & 28.* veritas tamen eſt Papam poſſe in ea diſpenſare, quia ſolum eſt introducta iure humano, & ita patet ex vſu Eccleſiæ. Suarez *ſupra ſect.4.* Toletus *ſupra cap.88. num.1.* Solus tamen Papa in ea diſpenſat, imo & difficilè, propter criminis enormitatem, prout colligitur ex Concil. Trident. *ſeſſ.24. cap. 6. & ſeſſ. 14. cap.7.* Suarez *ſupra*. Cornexo *ſupra dub.4.* Deinde non tollitur per Baptiſmum, cum ſolum à iam baptizatis incurratur, prout ex iuribus relatis colligitur, præſertim ex *ca. ſi quis viduam d. 50.* Toletus *ſupra num.2.* Cornexo *ſupra*. Nec etiam per Profeſſionem Religionis, cum nullo fundamento id aſſeratur. Nec ab Epiſcopis propter decretum Conc. Tridentin. *ſeſſ.24.cap.6.* quia ibi expreſsè excipitur diſpenſatio in homicidio voluntario. Ita ſupponunt authores relati, & Bonacina *ſupra punct. vlt. num.2.* Nec propter priuilegia Regularibus conceſſa, quæ excludunt hunc caſum. An verò per alia priuilegia id fieri poſſit, vide dicta *tom.1.cap.18. num.44.* & hoc 3.*tom.* verbo *Abortus num.14.* Maximè tamen notandum circa hoc, Priuilegium quoddam per Bullam Pauli 3. conceſſum Generali, Abbatibus, Prioribus, & Præſidentibus Ordinis, & Congregationis Sancti Benedicti Vallisoleti, de quo ſæpius in ſuperioribus dixi, & quod refert Rodriguez in Bullario inter Bullas eiuſdem Pauli 3. *num.12.* vbi ſic habetur. *Nos igitur, qui ſingulorum ſalutem paterno zelamus affectu huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, vobis, quod ſtante immemorabili conſuetudine huiuſmodi, etiam de cætero perpetuis futuris temporibus ſingulis annis prima die Lunæ Quadrageſimæ huiuſmodi, omnes, & ſingulas vtriuſque ſexus perſonas Ordinis, & Congregationis prædictorum Religioſas, ac*

eidem

eidem Ordini, & Congregationi oblatas, seu donatas, necnon Eremitas subcura vestra existentes intra septa vestrorum, seu ipsorum pro tempore absoluendorum Monasteriorum, seu aliorum Regularium locorum, ab omnibus, & singulis eorum peccatis, sententijs, censuris, & pœnis per eos pro tempore quòmodolibet incursis, etiam in casibus dictæ Sedi quomodolibet reseruatis, exceptis contentis in Bulla, quæ in die Cœnæ Domini solita est legi, absoluere, & cum eis super quibusuis Irregularitatibus per eos pro tẽpore quauis occasione, vel causa contractis, dispensare, prout hactenus, vt præfertur, consueuistis, dicta Authoritate valeatis, plenam, & liberam, eadem Authoritate tenore præsentium concedimus facultatem. Circa quod priuilegium notandum, quod quamuis iuxta ea, quæ supra verbo *Bigamus, & Bigamia num.* 5. dixi, in generali concessione facultatis dispensandi in omni Irregularitate non veniat ea, quæ est ex homicidio voluntario, aut mutilatione, sicut neque ea, quæ est ex bigamia, eo quod cum istę Irregularitates sint speciali nota dignæ non comprehenduntur in cõcessione generali, nisi exprimantur, nihilominus circumstantiæ huius concessionis, scilicet quod sit pro personis Religiosis, & solum pro vna die anni, scilicet pro prima die Lunæ Quadragesimæ, & quod in ea dicatur *super quibusuis irregularitatibus per eos pro tempore quauis occasione, vel causa contractis*, quæ sunt verba vniuersalissima, probabiliter suadent ea vti posse prædictos Prælatos, & alios aliarum Religionum, quæ communicationem priuilegiorum cum ipsis habẽt, prout etiam tenet Portelus *in dubijs Regularium verbo Dispensare in additione*. Apud quem alia ad intentum.

73 Dico quartò. Mutilans iniustè, & voluntariè incurrit hanc eandem irregularitatem. Ratio est, quia homicidium, vel mutilatio in iure æquiparantur. *cap.* 1. *de Cleric. pugnant. in duello cap. vlt. de homicidio in sexto, & Clem. eod. tit.* adiuncta Glosia *ibidem*. Cornexo *sup. disp.* 2. *dub. vnic.* Layman. *lib.* 3. *Tract.* 3 *par.* 3. *cap.* 11.

74 Nomine autem mutilationis intelligitur omnimoda truncatio membri, non sola debilitatio, qua membrum inutile reddatur, itaut qui claudum aliquem reddit, aut cæcum, non eruendo oculum, non incurrit hanc irregularitatem. Molina *to.* 4 *de iustit. Tract.* 3. *disp.* 68. Sayrus *lib.* 6. *de censuris cap.* 15. Cornexo *supra*, ex Panormitano, Soto, Nauarro, & alijs. Multo minus illam incurrit, qui alterum vulnerat, etiam cum multo sanguine. Caietan. 2. 2. *quæst.* 65. *art.* 1. Nauarrus *supra num.* 223. Nec qui alterum deformat, nullo enim iure habetur, quod talis sit irregularis. Suarez *d. disp.* 44. *sect.* 2. *num.* 12. Cornexo *supra*. Naldus *supra num.* 5. Qui verò membrum aliquod aridũ, & mortuum facit, etiam illud non abscindat, irregularitatem istam contrahit.

contrahit. Ratio est, quia quamuis in eo casu abscissio exterius facta non appareat, tamen re vera facta est, cum iuxta doctrinam Philosophorum membrum mortuum non sit continuum, sed contiguum alijs membris. Suarez *num.* 11. Cornexo *supra.* Qui etiam propterea addunt, quod qui postea hoc membrum aridum abscinderet Irregularitatem nõ incurreret, sicut nec incurreret eam, qui mutilaret cadauer. Nomine autem membri intelligunt plures compartem corporis, quæ habet distinctum officium ab alijs, vt est oculus ad videndum, nasus ad odorandum, auris ad audiendum, lingua ad loquendum, manus ad palpandum &c. Couarrub. *in Clement. si furiosus par.* 3. Auila *par.* 7. *disp.* 5 *sect.* 1. Molina *sup. disp.* 69. & alij plures. Sed quamuis hæc opinio probabilis sit, vel propter authoritatem Doctorum, qui illam tenent, mihi probabilior apparet affirmans nomine membri in præsenti, quoad incurrendam Irregularitatem (quidquid sit de consideratione physica illius) intelligi eam partem organicam corporis, quæ siue per se, siue cum alia coniuncta, specialem cooperationem habet, itaut digiti, auricula, testes, mammilla fœminarum &c. membra sint. Ratio est, quia hoc est conformius iuribus, quæ de hoc loquuntur, vel enim solum mutilationis meminerunt, vel si membri faciunt mentionem, nomine membri partem notabilem corporis humani intelligunt. Caietanus *supra.* Sotus *lib.* 5. *de iust. quæst.* 2. *art.* 1. Suarez *d. sect.* 2. *n.* 8. Qui rectè addit hęc intelligenda dummodo pars illa corporis sit notabilis, idest, talis, vt carentia illius reddat corpus humanum mutilum, seu imperfectum. Layman. *supra d. cap.* 11. *num.* 2.

75 Maximè notandum etiam mutilantem sibi aliquod membrum, vel ad id cooperãtem modo dicto, excepta causa necessitatis ob ægritudinem, esse irregularem. Iura enim absolutè de mutilante loquuntur, vt constat ex *can. qui partem dist.* 55. *& cap. significauit de corpore vitiat.* Molina *Tract.* 3. *disp.* 69. Suarez *dicta disp.* 44. *sect* 2 *n.* 10. Cornexo *d. disp.* 2. *dub. vnic.* Layman. *dicto cap.* 11. *num.* 3. Quod intellige, etiam si tale membrum sit occultum, nec impediat vsum Ordinis, nec notabilem afferat deformitatem. Nauarr. *supra num.* 198. Bonacina *supra quæst.* 2. *punct.* 2. *num.* 29. Diana *supra Resolut.* 60. ex alijs communiter. Intellige similiter, etiam si casus sit occultus. Sayrus *lib.* 7. *cap.* 7. *num.* 12. Bonacina *supra num.* 35. etsi oppositum tueantur Vgolinus, Nauarrus, Reginaldus, & alij. Requiritur tamen, quod propria culpa id fiat, vt ex indignatione, impatientia &c. Nauarrus *supra num.* 198. Toletus *supra cap.* 63. *num.* 7. Idem dico de illo, qui sibi virilia, aut testiculos amputauit, vel amputari permisit, etiam zelo castitatis, quia etiam sic faciens peccauit. *can. si quis abscidit dist.* 55. *& cap. significauit*, relato. Tolet. *supra.* Bonacina *supra nu.* 34. Qui etiam

idem asserit de illis, qui se castrant, vt vtiliores sint cantui; quia peccant sic faciendo, iuxta ea, quæ dixi supra verbo *Homicidium num.* 4. Sayrus *lib.* 7. *cap.* 9. *num.* 28. Thesaurus *in prax. verb. Membrorum mutilatio cap.* 1. Sed excusantur ab Irregularitate, qui in infantili ætate parentum iussu id permittunt, cum eo tempore capaces nõ sint peccati. An verò idem dicendum de eo, qui in culpa fuit vt membrum aliquod ipsi abscinderetur, vel quia deprehensus in adulterio à marito, vel quia à Iudice sic fuit damnatus, quamuis communior sententia id affirmet cum Molina supra *disp.* 70. *nu.* 18. Sayro *lib.* 6. *cap.* 7. *num.* 15. & alijs, probabilis tamen est contraria, eo quod iura imponentia hanc irregularitatem solum loqui videntur de eo qui propria culpa seipsum mutilat. Hurtadus *supra difficult.* 14 *num.* 52. Turrianus *de Censuris lib.* 9. *disp.* 62. *dub.* 4 quibus fauet Suarez *disp.* 51. *sect.* 2 *num.* 8.

76 Hæc porrò Irregularitas non solum tollitur dispensatione Pontificis, vt de se patet, sed etiam quando casus fuerit occultus ab Episcopis, propter priuilegium illis concessum in Concilio Trident. *sess.* 24. *cap.* 6. eo quod ibi concedatur ipsis priuilegium dispensandi in omnibus Irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus, ea solum excepta, quæ oritur ex homicidio volũtario. Mutilatio autem proprie loquendo non est homicidium, maximè in materia fauorabili, qualis est dictum Priuilegium. Accedente etiam declaratione S. Congregationis quam refert Suarez *disp.* 44. *sect.* 4. quæ habetur apud Garz. *de benefic. par.* 7. *cap.* 11. *num.* 32. & Barbosam *in Collectan. Bullar. verbo homicida, & homicidium*. De hoc Cornexo *d. disp.* 2. *dub. vnico*. Diana *supra Resolut.* 71. post plures alios contra Sanchez *in Decalog. tomo* 1. *lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 49. qui citat Henriquez, & Medinam. Consequenter etiam possunt illi Prælati Regulares, qui communicant in priuilegijs cum Dominicanis ex priuilegio Pij 5. quod retuli *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 31. dispensare per seipsos cum suis subditis in foro conscientiæ tantum, quando casus fuerit occultus, Peirinis *supra nu.* 117. ex Rodriguez, & Miranda. Adde Portellum *in Dub. Regular. verbo Dispensare num.* 7. Suppono autem non posse Prælatos Regulares cõcedere talem dispẽsationem ex vi Priuilegiorum, quæ retuli eo *cap.* 18. *num.* 40. quia ibi expressè excluditur hæc Irregularitas. Certum etiam est non tolli per Baptismum, quia à non Baptizatis non contrahitur, propter sæpiùs dicta, neque per Professionem Religionis, cum nullum sit fundamentum ad id asserendum.

77 Dicendum quintò. Ex homicidio, seu mutilatione casuali culpabili, & cooperatione ad ipsa modo superius dicto incurritur etiam Irregularitas. Ita enim colligitur ex *cap. significasti* 1. *& cap. dilectus de homicidio, & ex ca. Clericus* cum alijs *d.* 50. & Concil. Trid. *sess.* 14. *cap.* 7.

cap.7. & alijs iuribus. S. Tho. 2.2. *q.64. art.8.* & Expoſitores *ibidem*, ac omnes Summiſtæ verbo *Homicidium*, & verbo *Irregularitas.*

78 Pro quo, ſuppoſita diuiſione homicidij caſualis, de qua dixi verbo *Homicidium num.2.* notandum, tantum eſſe hic ſermonem de homicidio (intellige etiam pro ſemper idē de mutilatione) caſuali, quod aliquo modo eſt volitum in ſua cauſa, quia fuit præuiſum, & quia non fuit adhibita diligentia ſufficiens ne ſequeretur, non vero eſſe ſermonem de homicidio mere caſuali, & fortuito, quod vel nullo modo fuit præuiſum, vel ſi fuit præuiſum adhibita tamen fuit diligentia ſufficiens ne ſequeretur. Hoc enim poſtremum homicidium certum eſt nullam inducere Irregularitatem. Sumitur ex *cap. later. cap. ex litteris 1. & 2. cap ſignificaſti 1. cap. exhibita de homicid.* & etiam ex declaratione S. Congregationis apud Barboſam *in collectan. Bullar. verbo Homicidium*, ac ex ratione, quia eſt omnino inuoluntarium; ac per conſequēs inculpabile; homicidium autem caſuale, quod hanc Irregularitatem inducit debet eſſe peccatum, vt habet S. Thomas *ſupra.* Panormitan. *cap. ad aures, de ætat & qualit.* Toletus *ſup. cap.82. nu.1.* Imo, & mortale, iuxta dicta *ſup. num.68.* prout & tenent Sotus *lib.5. de Iuſt. q.1. art.9.* Nauarrus *ſup num 252.* Henriquez *lib.14. cap.15. num.7.* Cornexo *ſupra diſp 3. dub.4.* & alij. Vnde communiter Doctores ſupponunt hanc Irregularitatem ex homicidio caſuali (ſicut & illam, quæ eſt ex homicidio volnntario) non incurri propter homicidium commiſſum ab amente, furioſo, vel puero ante vſum rationis, eo quod tale homicidium peccatum non eſt. Bonacina *ſupra punct.7. num.3.4. & 5.* ex alijs multis. Adde, quod neque per huiuſmodi homicidium omnino caſuale, & fortuitum incurretur Irregularitas, etiā in caſu quo homo illud committens daret operam rei illicitæ, & ex illa ſequeretur; quia ſiue tale opus ex quo ſequitur homicidium ſit licitum, ſiue illicitum, ſi tamen illud non eſt præuiſum, vel ſi præuiſum, facta eſt ſufficiens diligentia, ne ſequatur, proculdubio voluntarium non erit, nec peccatum homicidij, ac per conſequens non inducet hanc Irregularitatem. Sotus *ſupra.* Auila *par 7. diſp 6. ſect. 1. dub.1* Sayrus *lib.7. cap.5. num.13.* Layman *d. lib.3. Tract.3 par.3. cap.10. num.1.* Cornexo *ſup dub.2. in prima concluſ.* Excipe tamen caſum, quo illud opus nō ſolum eſſet illicitum, ſed etiam prohibitum quia periculoſum homicidij quod ex illa ſequi ſæpius ſoleat; tūc enim exercens tale opus cēſetur etiam velle indirectè tale homicidium, etiamſi faciat diligentiā ad illud euitandum, diligentia enim, quæ adhibetur non immutat naturam illius operis, nec facit, quod illud non ſit periculoſum homicidij, ac per conſequens conſenſus in illud eſt etiam conſenſus indirectus in homicidium. Ita etiam colligitur ex *cap. vlt. de homicid. in 6.*

& ex *cap. Tua nos, & cap. ſicut de homicid.* Sotus *ſupra*. Nauarrus *ſupra num.* 237. Suarez *ſupra diſp.* 45. *ſect.* 6. *n.* 9. Cornexo *ſupra in* 2. *concluſ.*

79 Ex his autem, & Authoribus relatis colligi poſſunt tres regulæ valde neceſſariæ pro intelligentia huiuſmodi Irregularitatis, ex quibus etiã colligi poteſt deciſio plurium caſuum conſcientiæ, quorum multi ſpecialiter ad Regulares ſpectare poſſunt. Prima eſt, dans operam rei licitæ ex qua caſu, & fortuito, ſecutum eſt homicidium, ſi non præuidit tale homicidium, vel ſi præuidit, adhibuit tamen diligentiam, ne ſequeretur, non eſt irregularis. Exempla porrò ſunt in Prælato, vel Magiſtro Nouitiorum moderatè verberante ſubditum, ex quo contigit, quod incideret in morbum, & moreretur. In Religioſo pulſante campanam pro Miſſa, vel Choro, ex qua pulſatione contigit, vt tintinnabulum caderet in via, & occideret prætereuntem *cap. litter.* 2. *de homicid. cap. Ioannes eodem titulo*. In Religioſo infirmario, ſeu habente curam infirmi moribundi, qui bona fide, nec contra præceptum medici ipſi dat aliquid cibi, vel potus, vel ipſum in aliud latus cautè euoluit, ex quo ſequitur acceleratio mortis. Idem dico de medico, ſeu chirurgo ſæculari, qui iuxta regulas artis medetur infirmo, qui caſu moritur.

80 Secunda regula eſt. Dans operam etiam rei illicitæ, ſeu prohibitæ, dummodo non ſit prohibita propter periculum homicidij, quod ex illa ſequi ſoleat, etiam ſi ſequatur homicidium, ſi vel illud non fuit præuiſum, vel ſi præuiſum, adhibita fuit diligentia, ne ſequeretur, non incurrit Irregularitatem. Exempla ſunt in Religioſo ſonante campanã etiam contra præceptum ſui Superioris, ſi inde contingat, quod cadat tintinnabulum in via, & occidat aliquem. Et in Religioſo equitante cõtra Regulam ſui Ordinis, vel præceptum ſui Superioris, ſi inde contingat, quod equus rupto freno, vel alio modo occidat puerum. Item in Religioſo vacante venationi ſibi, & alijs Eccleſiaſticis prohibitæ, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 20. quando venatio eſt illis prohibita, non propter periculum homicidij, ſed propter decentiam ſtatus. Item in Religioſo perito medicinæ, qui contra prohibitionem Eccleſiæ medetur alicui infirmo citra inciſionem, & aduſtionem, iuxta dicta eo *cap.* 9. *num.* 15

81 Tertia regula eſt. Dans operam rei illicitæ periculoſæ homicidij, ex qua videlicet illud ſequi ſolet, etiam ſi diligentiam adhibeat ne illud ſequatur, ipſo tamen ſecuto Irregularitatem incurrit. Exempla ſunt in exercente torneamenta, vel mittente bombardam, ſagittam, aut lanceam ad arcem, vel exercente Chirurgiam inciſione, vel aduſtione, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 15. aut incumbente venationi

Apro-

Aprorum, Vrſorum, Leonum, ſeu ferarum, quæ dentibus, aut vnguibus vitæ periculum afferre ſolent, vel adeo grauiter verberante ſubditum, vt inde ſecuta ſit mors illius. *cap. Presbyterum de homicid.* ac in ludente, vel in ſaltante incautè, & immoderatè cum fœmina prægnante, ſi inde ſequatur abortus. *cap ſicut ex litterarum de homicid.* Item in dante potionem purgatiuam infirmo ſine conſilio medici (quod idem cenſeo de habente curam infirmi, ſeu infirmario, ſi notabiliter, & grauiter negligens fuerit circa medicamenta, & alia illi neceſſaria, ex Reginaldo *tomo* 2. *lib.* 30. *Tract.* 2.) Idem dico de parentibus, ſeu nutricibus tempore ſomni infantes ſecum in lecto habentibus, ſi eos ſuffocari contingat. *cap. quæſitam de pœnitentijs, & remiſſionibus.* Idem quoque aſſerendum in caſu, quo aliquis præcepit alicui, vt percuteret alium, expreſsè etiam præcipiens, ne illum lethaliter vulneraret, ipſe tamen ipſum interfecit. *cap. vlt. de homicid.* Nec contra hoc obſtat Declaratio quædam S. Congregat. quam refert Barboſa *in Collectan. Bullar. verbo Irregularitas*, in qua dicitur, Irregularitatem non incurrit mandans aliquem baculo verberari, eo expreſſo ne occideret, ſi mãdatarius armis percuſſerit, & occiderit. Ibi enim mandans non dabat operam rei illicitæ periculoſæ homicidij, ſaltem proximè, ſicut nos loquimur in præſenti. Similiter idem aſſerendum in caſu, quo aliquis mandaret alicui, vt occideret Petrum, ipſe vero occidit Ioannem. Etſi in tali caſu non incurreret Irregularitatem ex homicidio voluntario, vt habetur ex declaratione quadam Sacræ Congregationis apud eundem Barboſam *ſup. verbo Homicidium*. Pariter idem dicendum de illo, qui conſilium dedit alicui, vt intraret duellum, ſeu iret ad bellum iniuſtum, vel tranſiret per flumen periculoſum, aut per locum in quo nouerat adeſſe inimicos ipſius inſidias illi tendentes.

82 Diligentia porrò, quę iuxta primam, & ſecundam regulam adductam adhibenda neceſſariò eſt, ne ex homicidio caſuali incurratur Irregularitas, non eſt illa, quam adhibent prudentiſſimi, & accuratiſſimi, cuius omiſſio leuiſſima culpa appellari ſolet, nec eſt ea, quam prudentiores, & diligentiores etiam adhibere ſolent, & cuius omiſſio leuis culpa appellatur, ſed eſt ea, quam vir prudens, & diligens, ac circumſpectus, conſiderata rei qualitate, ac circunſtantijs adhibere ſolet. Cornexo *ſupra dub.* 1. & alij.

83 Hæc autem Irregularitas non ſolum tollitur diſpenſatione Pontificis, vt per ſe patet, ſed etiam diſpenſatione Epiſcopi, quando caſus eſt occultus, iuxta decretum Concilij Tridentini *ſeſſ.* 24. *cap.* 6. Imo etiam à Prælatis Regularibus habentibus ea priuilegia, quæ retuli *tomo* 1. *cap.* 18. *num.* 40. De quo Sayrus *lib.* 7. *cap.* 7. Portellus *in Dub. Regular. verbo Diſpenſare num.* 9. Reitinis *tom.* 1. *Priuilegior. Mi-*

nim.in Conſilt.2.Iulij 2.num. 112. referens Llamas, Chapeauilam, & alios. Quod verò hæc Irregularitas non tollatur propriè loquendo per Baptiſmum, nec per Profeſſionem Religionis conſtat ex dictis à ſimili de Irregularitate ex homicidio voluntario *ſupra num.* 72.

84 Præter dictas autem Irregularitates, aſſignantur quoque aliæ etiã ex delicto prouenientes à quibuſdam. Prima, propter Apoſtaſiam a Religione. Secunda propter Apoſtaſiam a Clericatu. Tertia, propter excommunicatum, qui præcipit coram ſe celebrare. Quarta, propter egreſſum Religioſi extra clauſtrum ad audiendas leges, vel medicinã. Quinta, propter crimen Sodomiæ. Sexta, propter crimen Simoniæ. Septima, propter celebrationem in Altari propria authoritate erecto. Octaua, propter Sacerdotem, qui Miſſam pro aliquo homine viuo celebrat, vt monem illi Deus interat. Nona, propter eum, qui corpus, & ſanguinem Chriſti conficit, prætermiſſo ritu, quem Eccleſia celebrare præcipit. Decima, propter eum, qui Altaria denudat, aut lugubri ornatu veſtit ſolum ob animi ſui triſtitiam. Vndecima, propter Epiſcopũ, qui abutitur poteſtate ordinandi conferendo Ordines per ſaltum, quãdo vult. Duodecima, propter Cardinalem in Papam indebitè electũ à paucioribus, quam à duabus partibus. Decimatertia, propter Clericum, qui in vita, vel morte fauet raptoribus. Decimaquarta, propter Sacerdotem, qui excommunicatum nominatim ſcienter ad Eccleſiaſticam ſepulturam admittit. Decimaquinta, propter ſacrilegum. Decimaſexta, propter concumbentem cum Monali. Decimaſeptima, propter Clericum periurum. Decimaoctaua, propter habentem conſuetudinem patrandi aliquod mortale peccatum. Decimanona, propter blaſphemum.

85 Sed quod attinet ad primam, ex dictis *tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 12. conſtat quid ſentiendum. De ſecunda cum nullus textus id conuincat, & nulla Irregularitas ſit, quæ in iure non exprimatur, non eſt fundamẽtum ad eam introducendam. De tertia aliquid dixi ſupra verbo *Excommunicatio num.* 19. Pro quarta, vide dicta *tomo* 1. *cap.* 9. *num.* 3. Pro quinta, vide etiam dicta *tom.* 1. *cap.* 5. *n.* 11. 12. 13. & *cap.* 10. *n.* 8. nec credas Irregularitatem propterea incurri, niſi textus id exprimens afferatur. Idem dico de ſexta, & omnibus alijs adductis, quia vel nullus textus pro illis caſibus adducitur, vel ſi adducitur, ſolum is loquitur de aliqua cenſura, vel depoſitione, non de Irregularitate, vel tãdem ſi aliqua Irregularitas in his caſibus incurritur, ea eſt nõ præcisè ratione delictorum, ſed ratione infamiæ, quando ipſa fuerint notoria, iuxta dicta ſupra verbo *Infamia n.* 3. & 9. Vide Suarez *ſupra diſp.* 43. *ſect.* 4. & 5. Filiucium *Tract.* 20. *c.* 8. & 9. Reginaldum *lib.* 30. *Tract.* 2. Bonacina *ſupra diſp.* 7. *q.* 3. *punct.* 7.

Cum

86 Cum Irregularitas non tollatur per abſolutionem, ſed per diſpenſationem, ideo pro ipſa obſeruanda ſunt, quæ dixi *tom.* 1. *cap.* 18. *a num.* 42. & ſupra verbo *Diſpenſatio*. Diſpenſans etiam in illis debet ſemper imponere pœnitentiam condignam, vt patet ex praxi Eccleſiæ, Bullis Pontificijs, Breuibus S. Pœnitentiariæ, ac decretis Rotæ. Portellus *in Dub. Regular. verbo Irregularitas num.* 37. *in Addit.* Quia ergo illæ ſolent diſpenſari à Prælatis Regularibus in viſitationibus, vel alijs Solemnitatibus, iuxta dicta eo *c.* 18. *nu.* 93. adeo vt iuxta ſententiam Nauarri *in Man. cap.* 26. *num.* 13. & Vincentij Candidi *tom.* 1. *Diſquiſit. Moral. Diſquiſit.* 3. *art.* 40. *num.* 3. Religioſi ſic diſpenſari non teneantur quærere aliam diſpenſationem, ſed ſolum confiteri peccata, ob quæ illas incurrerunt, ideo tunc imponere debent aliquã pœnitentiam ipſis diſpenſatis, licet Portellus *ſupra num.* 38. dicat ſufficere eam, quæ ibi interuenit in genuflexione, & recognitione culparum &c. Sed id quod dixi ad minus eſt ſecurius, propter praxim Eccleſiæ adductam. Quod autem ad diſpenſandum non requirantur in iure determinata verba, ſed ſufficiant ea, quibus voluntas diſpenſantis ſignificetur, habet idem Portellus ex communi aliorum ſententia *ſupra num.* 34.

IVBILAEVM.

SVMMARIVM.

Iubilæum quid, & quotuplex ſit. num. 1.
In quo conueniant, & in quo differat. num. 2.
Iubilæi anni Sancti circunſtantiæ. num. 3.
An anno Iubilæi Religioſi Romam venire poſſint ſine licentia. num. 4.
Quid de alijs circunſtantijs Iubilæi. ibidem.
De ſuſpenſione Indulgentiarum. num. 5.
De ſuſpenſione priuilegiorum ad abſoluendum &c. num. 6.
Quid in illo intelligatur pro veré pœnitentibus, & confeſſis. num. 7.
De facultate eligendi Confeſſarium. num. 8.
De Iubilæis communibus extra annum Sanctum. num. 9.
De Indulgentia plenaria in illis conceſſa. num. 10.
De viſitatione Eccleſiarum. num. 11.
De Ieiunio. num. 12.
De Oratione. num. 13.
De Eleemoſyna. num. 14.
De illa clauſula Confeſſis, & Communicatis *num.* 15.

De Confeſſario approbato ab Ordinario. num. 16.
De Caſibus reſeruatis. num. 17.
De commutatione Votorum. num. 18.
De duabus hebdomadibus pro Iubilæo lucrando. num. 19.
Per quæ opera conſequi poſſit Iubilæum. num. 20.
An bis, ſeu pluries. ibidem.
De clauſula De pœnitentijs iniunctis. *num. 21.*

1 IVbilæi nomen deſumptum eſt ab *Iobel* hebraica voce ſignificante *remiſſionem*, ſeu *initium*, iuxta S. Hieronymum. S. Iſidorũ, & Gloſſam interlinealem, vel *plenariam requiem*, iuxta S. Gregorium, de quo noſter Hieronymus Gratianus *in Tract. de Iubilæo anni Sancti par. 1. cap. 1.* Deſumptum etiam eſt ab vſu antiquo hebræorum, quo anno quinquageſimo iubebantur ab agricultura vacare, debita remittere, poſſeſſiones antiquis Dominis reſtituere, & ſeruos liberare. *Leuit. 25. & 27.* Quia ergo annus ille remiſſionis *Iubileus* vocabatur, ideo Eccleſia cum remiſſionem peccatorum ſolemniter indulget, eo nomine Iubilæi vtitur. Rutilius Benzonius *de anno Iubilæi lib. 1. cap. 4. & 5.* Hieronymus Gratianus *ſup. cap. 3.* Omiſſis autem varijs Iubilæi acceptionibus, de quibus idem Gratianus *ſupra cap. 2. & 3.* in præſenti ſumitur ex vſu Eccleſiæ primò, pro ſolemniſſimo illo; quo ſpecialibus cæremonijs Bonifacius 8. ante annos 300. ſtatuit centeſimo quoque anno Romæ celebrari *Extrauag. 1. de pœnit. & remiſſ.* (illo prius eſſet in vſu Eccleſiæ) & poſtea Clem. 6. ad annum quinquageſimum in Extrauag. *Vnigenitus &c.* Gregor. 11. ad 33. prout colligitur ex Bulla Alexand. 6. & Paulus 2. ac poſteriores Pontifices ad annum vigeſimumquintum reduxerunt. Secundò, pro alia pleniſſima Indulgẽtia, quæ cum alijs gratijs, & facultatibus Apoſtolica benignitate concedi ſolet. Benzon. *ſup. lib. 4. cap. 2.* Henriq. *lib. 7. cap. 10.* Gratianus *ſup. cap. 5. & 6.* Definiri autem poteſt Iubilæũ communiter ſumptum, & ab vtroque abſtrahens hoc modo. *Eſt Indulgentia plenaria à Summo Pontifice conceſſa viſitantibus certas Eccleſias, ac certa pia opera facientibus, cum facultatibus circa abſolutionem à caſibus reſeruatis, & commutationem in votis.* Ita colligo ex Gratiano *ſupra*, & alijs communiter. Vnde Iubilæum, & Indulgentia plenaria ſe habent ſicut includens, & incluſum. Omne enim Iubilæũ plenariam Indulgentiam includit, etſi addat prædictas facultates. Indulgentia autem plenaria poteſt dari ſine Iubilæo, & ſine prædictis facultatibus, vt patet in ea, quæ conceditur medalijs, imaginibus &c. Sotus *in 4. d. 21 quæſt. 2. art. 1.* Corduba *lib. 5. de Indulgent. quæſt. 9.* Bonacina *diſp. 6. de Indulgent. quæſt. 1. punct. 2. num. 5.*

Conue-

2 Conueniunt autem hæc duo Iubilæa. Primò, in eo, quod vtrumque à Papa ſolum conceditur. Secundò, quod per vtrumque Indulgentiam plenariam conſequuntur fideles. Tertiò, quod vtroque concedit etiam Pontifex gratias, & facultates aliquas ad abſoluendum a reſeruatis, commutandum vota &c. Differunt autē primò in eo, quod licet per vtrumque plenaria Indulgentia concedatur, certius tamen eſt eam conſequi fideles per Iubilæum anni Sancti, quam per alia, tum quia illud maiora opera, & magis proportionata requirit, tum quia propter vniuerſaliſſimam cauſam, videlicet, fidelium, & totius populi Chriſtiani ſalutem, prout patet ex Bulla Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani, de qua infra, conceditur. Secundò, nam Iubilæum anni Sancti per totum integrum annum durat, alia verò non niſi per vnam, aut duas hebdomadas. Tertiò, quia illud tempore determinato, ſcilicet anno centeſimo, quinquageſimo, vel vigeſimoquinto, ſolum conceditur. Alia verò, iuxta occurrentes neceſſitates, ſæpius ad Papæ beneplacitum. Quartò, in Iubilæo anni Sancti aliæ Indulgentiæ plenariæ ſuſpenduntur, non verò in communibus, & ordinarijs Iubilæis. Quintò, in illo anni Sancti Iubilæo, populi concurſus ad almam Vrbem maximus eſt, aperit Papa portam Sanctam, fiuntque aliæ cæremoniæ, quæ in communibus Iubilæis non contingunt. Gratian *ſup. cap.* 5. De vtroque ergo Iubilæo aliqua dicenda.

3 Primò ergo, circumſtantiæ Iubilæi anni Sancti, ſpecialiter ſequendo Bullas indictionis eiuſdem à Sanctiſſimo Domino N. Vrbano Octauo editas, quæ habentur in 4. tom. Bullarij inter Bullas ipſius num. 16. pro Iubilæo anni 1625. quibus ſimiles reperiuntur in Bullis Gregorij 13. & Clementis 8. quas referunt Nauarrus, Benzonius, Gratianus, & alij, qui de Iubilæo ſcripſerunt, ſunt iſtæ. Prima, conuocatio, & inuitatio omnium fidelium pro celebratione dicti Iubilęi ad Almam Vrbem. Secunda, conceſſio Indulgentiæ pleniſſimæ omnium peccatorum Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, & confeſſis, viſitantibus quatuor præcipuas Vrbis Eccleſias, ſcilicet, Lateranenſem, Sancti Petri, Sancti Pauli, necnon Sanctæ Mariæ Maioris, ſemel ſaltem in die per triginta continuos, aut interpollatos dies, ſi incolæ Vrbis fuerint, ſi verò peregrini, aut exteri per quindecim ſaltem, & orātibus pro ipſorum fidelium, ac totius populi Chriſtiani ſalute. Ita tamen, vt ij, qui hac de cauſa Romam venire aggreſſi fuerint, vel eo ſe contulerint, ſi in via, aut in Vrbe, morbo, vel legitima cauſa impediti, aut morte præuenti præmiſſa exequi non poſſent, verè tamen pœnitentes, & confeſſi prædictæ Indulgentiæ participes eſſent. Tertia eſt, Prælatis præcipere vt omnes moneant, & inſtituant ad pia opera peragenda pro huiuſmodi Iubilæi conſecutione, ac Principes hortari, vt ad dicta pia opera, &

opera, & præcipuè ad peregrinis ſubueniendum ardentius ſegerant. Quarta eſt, ſuſpenſio pro eo anno omnium aliarum Indulgentiarum, ac facultatum abſoluendi a caſibus reſeruatis quibuſcunque conceſſarum. Quinta eſt, conceſſio eiuſdem Iubilæi pro Sanctimonialibus, Anachoretis, Eremitis, aliſque Chriſtifidelibus carceratis, & infirmis Romam venire impeditis, verè pœnitentibus, & confeſſis, pia opera ab Ordinarijs locorum deſignanda facientibus. Sexta pro eiſdem facultas eligendi Confeſſarium, qui eos abſoluat ab omnibus peccatis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, aut contentis in Bulla Cœnę Domini, de quibus omnibus aliquid dicendum.

4 Circa primam quidem, prout ſpecialiter ad Regulares ſpectat, illud aduertendum, non obſtante tali conuocatione, & inuitatione à Pontifice facta omnium fidelium, vt Romam veniant pro lucrando Iubilæo, nihilominus ipſos venire non poſſe ſine licentia ſuorũ Prælatorum, non enim credi debet Pontificem illam concedere independenter ab ipſis, cum id eſſet in magnum detrimentum diſciplinæ Regularis. Circa ſecundam, qualiter per Indulgentiam pleniſſimam intelligatur idem quod plenaria, ſeu plenior dixi ſupra verbo *Indulgentia num.* 3. Qualiter aut viſitatio Eccleſiarum facienda ſit, dicam infra cum de Iubilæis, quæ communiter concedi ſolent, ſermo erit. Circa tertiam verò de præcepto Prælatorum, vt moneant, & inſtituant fideles ad pia opera præſtanda pro lucrando Iubilæo poteſt dici illud nõ obligare ad culpam ſaltem mortalem, quia nec verba, quibus vtitur Pontifex, nec materia de qua eſt ſermo, aliud exigere videtur. Multo magis id dici debet de exhortatione illa ad Principes, propter eandem, imo & maiorem rationem.

5 Circa quartam verò circunſtantiam Iubilæi anni Sancti, ſuſpenſionem videlicet Indulgentiarum, primò dicendum eſt, per eam non ſuſpendi Indulgentias conceſſas pro defunctis, ſiue Regularibus, ſiue ſæcularibus, iuxta dicta *tomo* 1. *cap.* 3. *num.* 19. & ſupra verbo *Indulgentia quoad Regulares num.* 11. prout & tenent Nauarrus *in Comment de Indulgent notab.* 25. *num* 3. Alphonſus Leo *de Iubilæo p.* 1. *quæſt.* 6. *num.* 246. Nec Altaria priuilegiata, iuxta dicta probabiliter ſupra verbo *Altare num.* 19. Nec conceſſas pro conſtitutis in articulo mortis, iuxta dicta etiam probabiliter dicto loco ex primo tomo Sũmæ, & ſupra verbo *Indulgentia quoad Regulares num.* 10. etſi oppoſitum tueantur Layman. *lib.* 5. *Tract.* 7. *cap.* 8. *num.* 3. Angelus Boſſius *in diſceptat. de ſuſpenſ. Indulgent. tempore Iubilæi num.* 20. ex Nauarro, & Benzono. Nec Bullam Cruciatæ pro locis in quibus publicatur, aut Indulgentias per illam conceſſas, eo quod illa concedantur per modum contractus, ſcilicet dantibus eleemoſynam in Bulla deſignatam.

gnatam. Pontifex autem in dicta ſuſpenſione non facit mentionem concеſſorum per modum contractus. Diana *p.*1. *Tract.*11. *Reſol* 97. referens declarationes Clem. 8. ac Vrbani 8. & afferens pro hac ſententia Portellum, Bonacinam, Salas, Leonem, Zerolam, Villalobos, Henriquez, Rodriguez, & alios, maximè Sanchez *lib.*8. *de Matrimon. diſp.*33. *num.*8. & 10. Qui benè addit, quod priuilegia per modum contractus conceſſa non reuocantur per ſolam generalem reuocationem, & quando ex iuſta cauſa reuocantur, expreſsè debet fieri compēſatio æqualis. Nec etiam ſuſpenduntur Indulgentiæ plenariæ conceſſæ Eccleſijs Vrbis Romæ, etiam illis, quæ ſunt extra muros. Nam cauſa ſuſpendendi Indulgentias pro anno Iubilæi, ſcilicet, vt fideles omnes Romam conueniant, non militat in Eccleſijs Vrbis. Nauarr *ſupra notab.*33. *num.*4 Filiucius *tom.*2. *Tract.*16. *cap.*10. *nu.*252. Gratianus *ſup. cap.*13. Angelus Boſſius *ſupra num.* 30. & 31. Nec etiam ſuſpendi Indulgentias non plenarias, ſed ſolum plenarias, eo quod per id ſufficienter ſaluatur finis ſuſpenſionis factæ in Iubilæo, vt ſcilicet Romam conueniant fideles, probabiliter ſatis tenent Filiucius *tom.*1. *Tract.*8. *cap.*10. *num.*251. Alphonſus Leo *de Iubilæo par.*1. *quæſt.* 6. *num.*226. Gratianus *ſupra*, & indicat Layman *ſupra num.*2. Solum ergo ſuſpenduntur omnes Indulgentiæ plenariæ conceſſæ extra Vrbis Eccleſias, & Bullā Cruciatæ, viuis non exiſtentibus in articulo mortis, etiam ſi tales ſint Moniales, carceri perpetuo, vel triremibus addicti. Layman. *ſupra nu.* 3. Boſſius *ſupra nu.*18. Et contra eas publicantes, vel nunciantes publicè, vel ſecretè imponit Pontifex excommunicationem ipſo facto incurrendam, præter alias pœna arbitrio Ordinariorum infligendas, vt patet ex verbis Bullæ. Nauarrus *ſup. notab.*33. Benzon. *lib.*4. *cap.*8. *dub.*6.

6 De ſuſpenſione vero priuilegiorum, ſeu Indultorum abſoluendi à caſibus reſeruatis dicendum primò, intelligi debere ſolum de prædictis facultatibus à Sede Apoſtolica conceſſis occaſione Indulgentiarū, ſeu cauſa illas conſequendi. Non vero de illis, quæ conceſſa ſunt ob alios fines, prout ſunt, quæ concеduntur Epiſcopis in Concil. Tridentin. *ſeſſ.*24. *cap.*6. & Regularibus in eorum priuilegijs. Layman. *ſup. num.* 4. Angelus Boſſius *ſupra num.*42. & ſequentibus. Lugo *de Sacrament. Pœnitent. diſp.*20. *ſect.*8. *num.*145. Quibus fauent, iuxta anteriores Bullas Gregorij 13. & Clementis 8. Nauarr. *ſupra notab.*33. Benzon. *d. c.*8. *dub.*3. & 5. Dicendum ſecundo, nec etiam ſuſpendi facultates conceſſas aliquibus ad abſoluendum à caſibus Epiſcopalibus, quia ſolum in Bulla eſt ſermo de facultatibus abſoluendi à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis. Gratianus *ſup.* Quod autem nec ſuſpendātur facultates conceſſæ in Bulla Cruciatæ, cōſtat etiā ex dictis nu. præced.

Quo-

7 Quomodo autem quinta circumſtantia Iubilæi anni Sancti, ſcilicet pro *verè pœnitentibus, & confeſſis*, intelligenda ſit, conſtabit ex dicendis infra circa ſimilem clauſulam, quæ in Iubilæis communibus apponi ſolet.

8 Circa ſextam vero de facultate eligendi Confeſſarium, cum ſit etiam clauſula communis pro alijs Iubilęis, inferius dicetur. Solũ animaduertendum, quodquamuis in illa conceſſa prædictis Sãctimonialibus, Anachoretis, Eremitis, & carceratis, vt abſolui poſſint à Cõfeſſarijs ab ipſis electis ab omnibus, & quibuſuis peccatis, & criminibus, etiam in Bulla Cœnæ comprehenſis non exprimantur cenſuræ pro talibus criminibus impoſitæ, nihilominus cenſeri etiam debent comprehenſę, quia conceſſa facultate abſoluendi à culpa Papę reſeruata habente cenſuram, cenſetur etiam conceſſa facultas abſoluendi ab ipſa cenſura, vt habet Suarez 4. *tom.* 3. *p. diſp.* 29. *ſect.* 2. *num.* 11.

9 Loquendo tamen de alijs Iubilæis communibus extra annum Sanctum à Sede Apoſtolica concedi ſolitis, plura in illis animaduertenda ſunt diſcuſſione digna. Scilicet, quod per illa conceditur Indulgentia plenaria viſitantibus vnam, vel aliquas Eccleſias, vel aſſiſtentibus alicui proceſſioni, ieiunantibus certis diebus vnius, vel alterius hebdomadæ, dantibus aliquam eleemoſynam, & orantibus pro Eccleſiæ exaltatione, hæreſum extirpatione, pace inter Principes Chriſtianos, vel alijs ſimilibus Eccleſiæ neceſſitatibus, confeſſis tamen, & communicatis; illis etiam conceditur, quod poſſint eligere Confeſſarium approbatum ab Ordinario, qui eos abſoluat à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, & quod talis Confeſſarius poſſit eorum vota aliquibus exceptis in alia pia opera commutare. De quibus omnibus ſigillatim agendum.

10 Et primò, quod attinet ad Indulgentiam illam plenariam prædicta facientibus conceſſa, nota primò, ex communi doctrina tradita ſupra verbo *Indulgentia num.* 2. & 5. ad eam conſequendam requiri ſtatum gratiæ, pro eo ſcilicet tempore quo Indulgentia applicatur. Homo enim in peccato mortali exiſtens non eſt capax remiſſionis pœnæ temporalis, quæ per Indulgentiam confertur. Suarez 4. *to. in* 3. *par. diſp.* 52. *ſect.* 2. *num.* 7. Bonacina *de Indulgent. diſp.* 6. *quæſt.* 1. *punct.* 5. *num.* 10. Nota tamen ſecundò, ex ijs, quæ cæpi dicere eodem *num.* 5. ſufficere quod homo exiſtat in gratia, dum facit vltimum opus præſcriptum, etiam ſi præcedentia in ſtatu peccati mortalis præſtiterit, tum quia incredibile videtur, quod qui in tempore Iubilæi anni Sancti per triginta dies Vrbis Eccleſias viſitat, non lucretur Iubilæum, propterea quod vna die in peccato mortali ipſas viſitauerit, tum etiam quia ſtatus gratiæ non requiritur præcisè propter opus præſcriptum

à Pon-

à Pontifice, sed propter consecutionem ipsius Iubilæi, aut Indulgentiæ. Opus enim illud solum est conditio quædam pro applicatione Indulgentiæ, non vero necessariò satisfactorium in actu secundo. Suarez, & Bonacina *supra*. Naldus *in Summa verbo Indulgentia nu.* 8. ex Henriquez. Imo cum ipsum opus vltimum successiuè fit, quamuis contingat sine gratia inchoari, si tamen in gratia consumetur per cõtritionem &c. sufficiens erit pro Indulgentia. Suarez *d. num.* 7. Toletus *in Summa lib.* 6 *cap.* 27. *num.* 2. ex D. Antonino, Siluestro, & Soto. Nota etiam tertiò, nec esse necessarium, quod ea opera, quæ fiunt pro cõsequendo Iubilæo, vel Indulgentia sint in indiuiduo bona moraliter. Sed sufficere, quod materialiter, vt sic dicam, seu ex suo genere bona sint, ita vt qui visitando Ecclesiam, ieiunando, orando &c. propter appositionem alicuius malæ circunstantiæ, finis videlicet &c. peccat, non propterea perdit Indulgentiam, vel Iubilæum. Ratio est, non solum, quia ad implenda præcepta Dei, & Ecclesiæ sufficiunt opera bona ex genere suo, etiam si in indiuiduo sint peccata, vt patet in eo, qui dat eleemosynam, aut audit Missam ex prauo fine, sed etiam, quia Pontifex concedens Indulgentiam solum designat opera ex se bona ex natura sua conducentia ad finem Indulgentiæ consequendæ. Corduba *sup. lib.* 5. *quæst.* 21. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 9. Suarez *sup. sect.* 6. Ludouicus à Cruce *de expos. Bullæ Cruciat. disp.* 1. *cap.* 8. *dub.* 5. Semper tamen debent fieri illa opera ex intentione saltem virtuali lucrandi Indulgentiam, & faciendi id, quod Pontifex per illam intendit. Suarez *ibidem*. Ludouicus à Cruce *ibid. num.* 14.

11 Circa visitationem Ecclesiæ, vel Ecclesiarum nota primò, quòd si in ea, vel eis sint aliæ Indulgentię poterunt simul, & semel obtineri, si pro eisdem operibus sint concessæ, iuxta dicta supra verbo *Indulgentia num.* 19. de lucrantibus eodem actu plures Indulgentias diuersis medallijs concessas. Gratianus *supra in Dialogo*. Nota secundò, nomine Ecclesiæ visitandæ, etiam venire Cœmeterium, iuxta dicta *ibid. num.* 8. Quomodo autem visitari possint Ecclesiæ, aut quinque Altaria in illis, si hoc præscribatur in Iubilæis, dixi supra verbo *Bullæ Cruciatæ num.* 18.

12 Circa ieiunium notãdum, illud esse necessarium, etiam pro adolescẽtibus ante vigesimumprimum annum, etsi enim ante id tempus ad Ecclesiasticum ieiunij præceptum non teneantur, tenentur tamen ad ieiunandum si volunt consequi Iubilæum, quia illud non conceditur nisi sub hoc onere. Naldus *in Summa verba Ieiunium nu.* 6. Layman. *sup. num.* 12. ex alijs. Nota secundò, hoc ieiunium pro Iubilæo debere esse illud, quod iuxta Patriæ consuetudinem eo tempore obseruatur, itaut si eo tempore, & loco in diebus ieiunij lacticinia edun-

tur,

tur, etiam edi possint pro Iubilæi ieiunio, secus si non edantur, prout contingit in Quadragesima. Ita enim prudenter interpretanda videtur mens Pontificis. Bonacina *sup. nu.* 16. ex Henriquez, Medina, & alijs, ac Lugo *de Sacram. Pœnit. disp.* 27 *sect.* 7. *num.* 108.

13 Circa orationem nota, quod licet consulendi sint fideles, vt longam, & deuotam orationem faciant, sufficiet tamen quæcunque, etiam breuis, iuxta intentionem tamen Pontificis. Filiucius *tom.* 1. *Tract.* 8. *cap.* 6. *num.* 164. & 165. Bossius *in Tract. de Iubilæo sect.* 4. *cap.* 17. Nō sufficere autem orationem mentalem, sed requiri externā, tenent Rodriguez *in Bulla Cruciatæ* §. 7. *num.* 2. & Ludouicus à Cruce *supra dicto cap.* 8. *dub.* 13 *nu.* 6. Sed oppositum probabile censet Diana 5. *p. Tract.* 12. *Resolut.* 44. ex Aegidio Trullenc. & fauet Lugo *supra sect.* 6. *num.* 86. & *sect.* 7. *num.* 111. Mihi tamen ad verba Bullæ attendendum videtur, & in dubio priorem sententiam sequendam.

14 Circa eleemosynam nota, quod si in Iubilæo dicitur eam debere dari iuxta cuiusque facultatem, tunc maiorem dandam esse à diuite, quam à paupere. Si verò id non dicatur, sed simpliciter dandam esse eleemosynam, vel dandam iuxta cuiusque deuotionem, tunc sufficeret etiam modicam eleemosynam. Suarez *supra disp.* 52 *sect.* 8 *num.* 5. Sa *in Summa verbo Indulgentia num.* 4. Lugo *supra num.* 114. Sufficit etiam, quod hæc eleemosyna per famulum detur. Suarez *supra sect.* 7. *num.* 2. Imo casu, quo famulus talem eleemosynam ab hero sibi tradita non det pauperi, credo non perdere herum fructum Iubilæi, quia quantum est de se iam ipse dedit eleemosynam. Sa *in Summa supra.* Licet oppositum tueantur plures quos sequi videtur Diana *p.* 5. *Tract.* 12. *Resolut.* 31. Vbi pro Religiosis notat, quod si illorum Prælati non vellent dare hanc eleemosynam, possent illi surripere aliquid de bonis Monasterij pro illa facienda. Securius tamen est petere commutationem in aliud pium opus. Diana *ibidem*. Vel quod Cōuentus det pro ipsis. Lugo *sup. à num.* 116.

15 Circa illam clausulam *Confessis, & Communicatis*, quæ in Iubilęis apponi solet notandum, quod licet ex natura rei ad consecutionē Iubilæi, vel Indulgentiæ sufficiat, quod homo sit in statu gratiæ, siue id sit per contritionem, siue per confessionem, seu alio modo, cū quomodocūque homo sit in gratia, sit amicus Dei, & capax fructus Indulgentiæ, scilicet remissionis pœnæ temporalis propter peccata remissa debitæ, ac proinde quoties in forma Indulgentiæ nihil de confessione, vel contritione exprimitur, sed simpliciter conceditur *ieiunantibus, orantibus* &c. tunc status gratię quomodocunque obtentus sit ad id sufficiet. (Suarez *dicta disp.* 52. *sect.* 3. *num.* 1. Bonacina *sup. punct.* 5. *num.* 5. noster Reuerendiss. Theodorus Stratius *in Instruct. pro Fratribus*

tribus Carmelit.cap.4.num.6.) Nihilominus Summi Pontifices Iubilæa, vel Indulgentias concedentes ad ſecuriùs, & certiùs tollendum obicem peccati adhibere ſolent clauſulas iſtas *verè pœnitentibus, & confeſſis*, ſeu *confeſsis, & contritis*, vel *confeſsis, & communicatis*. Et quidem ſi illæ apponantur à Pontificibus, vt conditiones, ſeu vt partes operis iniuncti ad lucrandam Indulgentiam, tunc ſine dubio neceſſaria ſunt, ſicuti ieiunium, eleemoſyna, & oratio, quæ ſimiliter apponi ſolent. Bellarmin. *lib.1.de Indulgent.cap.13.quæſt.3.* Ludouic.à Cruce *de expoſit.Bullæ Cruciatæ diſp.1.cap.8.dub.7.num.2.* Quando vero non ponuntur prædicto modo, ſed ſimpliciter dicitur concedi Indulgentiam *verè pœnitentibus.contritis. & confeſsis. communicatis &c.* (quod ex verbis Bullæ deſumendum eſt) tunc, etſi plures probabiliter teneant ſufficere, quod homo ſit in gratia Dei, vel quia poſt confeſſionem prius factam non peccauit mortaliter, vel quia ſi peccauit, contritus eſt, & habet propoſitum confitendi ſuo tempore, prout tenent Toletus *lib.6.cap.27.num.2.* ex Siluestro, Armilla, & Panormitano, & ſequuntur Suarez *ſupra num.13.* Ludouicus à Cruce *ſupra num.5.* Lugo *de Sacrament.Pœnitent.diſp.27.ſect.6.num.94.* ex alijs quos referunt, eo quod illa verba ſolum adhibita eſſe à Pontifice credant ad tollendum obicem Indulgentiæ, ſcilicet peccatum mortale, quod tamen per ſolam contritionem ſine confeſſione actuali, aut cõmunione tollitur; nihilominus non ſolum ſecurior, ſed etiam probabilior eſt oppoſita ſententia, ſcilicet requiri actualem confeſſionem, vel communionem illis verbis. Ratio eſt, quia Indulgentiæ tantum valent quantum ſonant, & explicandæ ſunt, prout in Bullis exprimuntur, præſertim quia dictio *&* in prædictis clauſulis poſita regulariter eſt copulatiua, & ſolum raro diſiunctiua, iuxta dicta ſupra verbo *Dictio num 19.* Addo, credendum eſſe Pontifices ſollicitos de vtilitate ſpirituali fidelium, apponere ſolitos eſſe illas clauſulas, vt ſecurius obtineatur Indulgentia. Nauarrus *d. Indulgent.notab.18.* Graſſius *de Indulgent. cap.5.num.5.* Acoſt. *in Bull.Cruciat.quæſt.14.* & noſter Stratius *ſup. num.2.* Illud tamen certius eſt, quod etiam poſita illa clauſula *Confeſſis &c.* ſi Pontifices aliud non exprimant, non teneri ad confeſſionem illum, qui ſola peccata venialia poſt vltimam confeſsionem commiſit. Confeſsio enim ſimpliciter dicta ex vſu, & ſenſu Eccleſiæ ſolum ſupponit pro confeſsione mortalium, ac proinde quando imponitur ab Eccleſia non intelligitur niſi de illis ſolum. Henriquez *lib.7.cap.12.* Suarez *ſupra num.5.* Lugo *d.diſp.27.ſect.7.num.100.* & alij communiter. Etſi oppoſitum teneat Stratius *ſupra num.4.* & inclinet Ioannes Sanctius *in ſelect.diſp.13.num.2.* Similiter certum eſt, quod quando requiritur communio, ad illam non ſufficit poſt peccatum mortale

hominem.

hominem esse contritum, sed requiritur actualis confessio, propter doctrinam Concilij Tridentini *sess.* 13 *ca.* 11. Idem Stratius *supra nu.* 3. Casu verò, quo duo Iubilæa requirentia confessionem, & communionem occurrerent duobus diebus immediatis vno post alium, sufficeret vna confessio, & communio, si homo esset in gratia. Diana *p.* 4. *Tractat.* 4. *Resolut.* 166.

16 Loquendo de Confessario approbato ab Ordinario eligendo virtute Iubilæi, præter dicta *tom.* 1. *cap.* 19. *nu.* 19 & supra verbo *Bulla Cruciatæ num.* 20. & verbo *Clausula num.* 23. quæ huic intento deseruiunt, nota ex declaratione S. Congregationis, quam refert Barbosa *in Collectan. Bullar. verbo Iubilæum*, nomine Ordinarij intelligi debere Ordinarium loci, ideſt, vt puto, loci illius, pro quo promulgatur Iubilæum, seu Indulgentia; licet oppositum eliciatur ex alia declaratione S. Congregat. quam referunt Suarez 4. *tom. de Pœnit. disp.* 28. *sect.* 6. & Portellus *in Dub. Regular. verbo Confessoris approbatio in addit. num.* 4. Quid vero dicendum de Confessario Regulari approbato ab Ordinario, sed non à Prælato Regulari, vel ab illo suspenso, cõsule dicta supra verbo *Confessarius num.* 2. & Dianam 5. *p. Tract.* 12. *Resolut.* 49. Nota etiam facultatem istam eligendi Confessarium, qui absoluere possit à casibus reseruatis non suffragari Regularibus, iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 19. *num.* 29. & supra verbo *Bulla Cruciatæ num.* 29. quod & nouissime tenet multis alijs relatis Ioannes Maria Nouarius *in Lucerna Regularium verbo Iubilæum.*

17 Loquendo autem de casibus reseruatis absoluendis à Confessario virtute Iubilæi eligendo, præter dicta supra verbo *Casus reseruati*, præsertim *num.* 28. vbi dixi in generali concessione casuum reseruatorum non comprehendi casus Bullæ Cœnæ, si non exprimantur, nec in generali concessione casuum Bullæ cœnæ, casum hæresis, nisi etiã exprimatur, vlterius notandum, hoc priuilegium etiam suffragari ijs, qui incidunt in casus reseruatos ob spẽ ipsius Iubilæi. Sanch. *lib.* 4. *in Decalog. cap.* 54 *num.* 18. Sanctarellus *de Iubil. c.* 8. *dub.* 10. Gratian. *sup. in Dialogo.* Diana *par.* 1. *Tract.* 11. *Resol.* 16. Similiter notandum, quod si quis habens casus reseruatos, & cõfitens Cõfessario à se electo virtute Iubilæi oblitus est alicuius reseruati, cẽsetur absolutus ab illo, itaut postea cum ipsius recordatur absolui possit à quolibet Confessario, ac si tale peccatum reseruatum non fuisset. Censetur enim absolutus à Confessario in quantũ potuit, si quidem ille etiam in quantum potuit omnia reseruata confessus est. Nauarrus *in cap. Cum consideret, §. cautus de pœnit. dist.* 5. & *in Man. cap.* 26. *num.* 13. Toletus *in Summa lib.* 6. *cap.* 27. *in fine.* Lugo *de Sacrament. Pœnitent. disp.* 20. *sect.* 7. *num.* 99. Addit etiam hoc quoque verificari etiam si tale peccatum habuerit cẽ-

surã.

ſuram. Addunt alij id etiam eſſe verum, etiam ſi talis confeſsio inualida fuerit, prout indicant Siluester verbo *Confeſsio primo quæſt.* 19. Caietan. *verbo Caſuum reſeruatio*, & ſauent Suarez *tom.* 4. *de pœnit. diſput.* 31. *num.* 9. ac Diana *ſupra Reſolut.* 18. Nihilominus oppoſitũ eſt tenendum quando Confeſsio non ſolum fuit informis (ſi talis dari poteſt) ſed etiam inualida, tunc enim abſolutio data eſt omnino nulla, & nullius valoris, vt habet idem Suarez *ſupra num.* 22. Ledeſma *in Summa tom.* 1. *Tract. de Pœnitent. cap.* 13. *concluſ.* 2. Villalob. *in Summa tom.* 1. *Tract.* 27. *clauſula* 9. §. 2. *num.* 16. Nota etiam, quod ſi quis bona fide, & intentione lucrandi Iubilæum confeſſus eſt, & abſolutus à reſeruatis, & poſtea mutet voluntatem, & Iubilæum non conſequatur, quia non adimplet alia requiſita, non tenetur iterum quærere abſolutionem à reſeruatis, talis enim abſolutio rata, & valida fuit, nec data ſub conditione tali. Nauarrus *lib.* 5. *conſil.* 19. *de pœnitent. edit.* 2. Sanchez *dicto cap.* 54. *num.* 44. Candidus *tom.* 2. *Diſquiſit. Moral. diſquiſit.* 24. *art.* 69. *dubit.* 45. Lugo *ſupra num.* 100. Imo ſi in tali confeſsione oblitus eſt pœnitens alicuius caſus reſeruati, non manet amplius reſeruatus, ſed poteſt à quocunque Confeſſario ab illo poſtea abſolui, propter rationem ſuperius adductam. Sanchez *ibid. num.* 45. Portellus *in Additionibus ad dub. Regular. verbo Iubilæum num.* 19. Diana *par.* 3. *Tract.* 4. *Reſolut.* 145. Candidus *ſupra dubit.* 48 Idẽ dic de abſolutione à cenſuris, propter eamdem rationem. Diana *ibidem*. Candidus *ſupra*, ex multis aliis. Vbi etiam an talis pœnitens peccet non lucrando Iubilæum.

18 Pro commutatione verò votorum qualiter intelligenda, vide dicta ſupra verbo *Bulla Cruciatæ num.* 34. 35. *&* 36. ea enim huic intento deſeruire poſſunt, ac dicenda 4. tom. verbo *Votum*. Nota tamen primò, quòd ſi pœnitens tempore Iubilæi habens intentionem illud lucrandi petijt commutationem alicuius voti, & poſtea illud nõ lucretur, non propterea reuiuiſcet illud votum, propter rationem ſupra adductam, quia ſcilicet talis commutatio rata, & valida fuit, nec data ſub conditione aliqua. Henriquez *lib.* 7. *de Indulgentijs cap.* 11. *num.* 4. *& lib.* 6. *de pœnitent. cap.* 16. *num.* 6. Rodriguez *tom.* 1. *Summæ cap.* 184. *num.* 15. & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez *ſupra n.* 49. Qui propterea *num.* 53. addit poſſe Confeſſarium tempore Iubilæi commutare vota ſub conditione adimplendi requiſita pro Iubilæo. Si tamen pœnitens oblitus eſt petere commutationem alicuius voti, vel Confeſſarius oblitus eſt illud commutare, non propterea tranſacto Iubilæo verè non comparato, cenſetur commutatum, cum neque in principio commutatum fuerit, nec poſtea ſubſiſtat priuilegium. Sanchez *ſupra num.* 51. Portellus *ſupra*. Si vero illud lucratus fuit, probabile ſatis eſt

posse virtute priuilegij Iubilæi eo transacto tale votum commutari, nã priuilegium illud non videtur alligatum tempori quo durat Iubilæum. Portellus *ibidem num.* 18. Diana *par.* 5. *Tract.* 12. *Resolut.* 40. Addit *Candidus supra dubit.* 51. eum qui lucratus est Iubilæum posse illo trãsacto voti commutationem obtinere, quam tempore Iubilæi obtinere noluit. An verò priuilegium commutandi vota extendatur etiam ad commutanda iuramenta promissoria Deo facta circa eamdem materiam, vel etiã ad vota iurata, colligе ex ijs, quæ dixi supra verbo *Bulla Cruciatæ num.* 35. Non posse autem per illud commutari vota peregrinationis in Hierosolymam, ad limina Apostolorum, & S. Iacobũ in Compostella, eo quod ista cum sint specialiter reseruata, sunt speciali nota digna, & non continentur in generali concessione, meritò tenent Suarez *de Relig. tom.* 2. *lib.* 6. *de voto cap.* 25. *num.* 4. Sanchez *tomo* 1. *in Decalog. lib.* 4. *cap.* 40. *num.* 16. & alij communiter. Licet contrarium non carere probabilitate, dicat Diana 5. *par. Tract.* 12. *Resolut.* 58. quod non admitto, propter Curiæ praxim, & stylum.

19 Circa duas illas hebdomadas, quæ regulariter designari solent pro consecutione Iubilæi, notandum, quod licet verba Bullæ requirere videantur, quod omnia opera per illam præscripta adimpleantur in vna, vel altera ex illis, non partem in vna, & partem in altera, nihilominus, rationabili, aut necessaria subsistente causa, valde probabile est fieri posse, ita vt pars illorum fiant in vna hebdomada, v. g. ieiunare, orare, & alia pars in altera, scilicet confiteri, communicari &c. Ita enim piè interpretanda videtur mens Pontificis. Rodriguez *tom.* 1. *Summæ cap.* 184. *num.* 3. Layman. *supra nu.* 10. Diana *par.* 3. *Tract.* 4. *Resolut.* 153. *& par.* 5. *Tract.* 12. *Resolut.* 24. Imo ex sola pœnitentis voluntate id fieri posse declaratum refert a Patribus S. Pœnitentiariæ Romanæ Naldus *supra verbo Indulgentia num.* 14. Qui etiam in aliquo die, Sabbato videlicet ante Dominicam in qua incipit prima hebdomada pro lucrando Iubilæo designata, confessus est intentione lucrandi illud, satisfacit ipsi. Ita enim praxis Ecclesiæ obseruat, & rationabiliter satis propter multitudinem confitentium. Laymanus *supra num.* 6. & sauet Diana in simili post plures alios, quos refert *parte* 2. *Tract.* 15. *&* 1. *Miscellan. Resolut.* 28. Similiter, qui tempore Iubilei habuit ignorãtiam ipsius inuincibilem poterit illo transacto illud lucrari inter duas hebdomadas à die notitiæ illius. Diana *par.* 3. *Tractat.* 4. *Resolut.* 151. Habes etiam apud ipsum ibidem *Resolut.* 147. quid faciendum quando, die, quo finiebatur Iubilæum, accessit pœnitens cum casibus reseruatis ad Confessarium, qui propter angustiam temporis cogitur differre Confessionem post transactu m Iubilæum. Pro quo vide etiam Henriquez *lib.* 7. *de Indulgent. cap.* 11. §. *si quis*, & Portel-

Digitized by the Internet Archive in 2010 with funding from Lyrasis Members and Sloan Foundation

ératus est Indulgentiam aliquam, habétem præcipuè prædictam clausulam, liberum manere ab onere adimplendi pœnitentias a Confessario illi impositas. Cæterũ hæc doctrina solum videtur intelligenda de pœnitẽtijs satisfactorijs, quæ ad purgationẽ & castigationẽ præteritorũ criminũ solẽt iniungi, non de illis, quæ simul sunt præseruatiuæ, & à recidiuo coercitiuæ, vtrœque nouæ remedium, qualis esset confessio menstrua, lectio spiritualis per aliquod tempus, ieiunium, & disciplina pro homine luxurioso ad abolendum veterem peccandi consuetudinem, & continendum pœnitentem in proposito emendationis vitæ. Gratianus *supra in Dialogo*. Naldus *in Summa verbo Indulgentia num.* 15. Noster Stratius *sup. num.* 7. Apud quos alia ad intentum. Consulit tamen Toletus *supra cap.* 23. *in fine*. implendas nihilominus esse pœnitentias ad augmentum gratiæ, quod non adquiritur præcisè per Indulgentiam. Addo ego, etiam ad integritatem Sacramenti Pœnitentiæ, cuius pars saltem integralis est satisfactio à Confessario imposita. De quo Bonacina *de Sacramẽt. disp.* 5. *quæst.* 5. *sect.* 3. *punct.* 4. *num.* 10. ex alijs quos refert. Vnde patet qualiter moderanda sit doctrina Dianæ 5. *par. Tract.* 12. *Resolut.* 39. dum ex Fausto, & Hieronymo Rodriguez tenet, quod si alicui esset imposita pœnitentia ieiunandi, aut sumendi disciplinam 40. dies, vel per vnum annum, si iste lucratur indulgentiam 40. dierum, vel vnius anni, liber maneat à tali pœnitentia.

IVDEX, ET IVDICIVM Regularium.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num. 1.
Iudex quid & quotuplex sit. num. 2.
Iudicium quid, & quotuplex. num. 3.
Regulares quibus modis procedere possint. num. 4.
De modo procedendi per inquisitionem generalem. num. 5.
Per inquisitionem specialem. num. 6.
Via denunciationis. num. 7.
Via accusationis. num. 8.
De reo. num. 9.
De sententia. num. 10.
De appellatione. num. 11.
De recusatione. num. 12.

Praxis

Praxis recuſationis. num. 13.
De tortura. num. 14.
De Iuramento. num. 15.
An Iudex Regularis munera accipere poſsit. num. 16.
An procedere poſsit contra reum non citatum. num. 17.
An ſine appellatione. num. 18.
An iudicare contra veritatem quam nouit. num. 19.
Quam opinionem ſequi debeat. num. 20.
An Regularis poſsit eſſe Iudex in cauſa ſæculari. num. 21. *&* 22.
De conditionibus Iudicis Regularis. num. 23.
De Apicibus Iuris. ibidem.

1 DE hac materia ex profeſſo egi *tom.* 1. *cap.* 27. per totum, plura etiam ad illam ſpectantia dixi ſupra verbo *Accuſatio*, verbo *Appellatio*, verbo *Cauſa iudicialis Regularium*, verbo *Commiſsio*, & *Commiſsarius*, & verbo *Denunciatio*, alia tamen addenda ſunt pro rei ſatis communis inter Regulares plenioti notitia, ſuppoſitis prius generalibus principijs ad Iudicis, vel Iudicij naturam ſpectantibus.

2 Iudex ergo *eſt perſona publica ius dicens populo ſecundum legis præſcriptum, vel loci conſuetudinem. cap. forus de verborum ſignific.* Siluest. *in Summa verbo Iudex num.* 1. Eſt autem triplex, ſcilicet ordinarius, delegatus, & arbiter. Ordinarius eſt, qui ex officio vniuerſitati cauſarum præeſt. Delegatus cui vices ſuas Ordinarius commiſit. Arbiter verò, qui ex litigantium conſenſu eligitur. S. Thom. 2. 2. *q.* 67. *art.* 10. Siluester *ſupra, & verbo Arbiter num.* 1. Differunt autem *Arbiter, & Arbitrator* in hoc, quod *Arbiter* ſit quaſi Iudex, & eligatur à partibus, vt procedat iuris ordine ſeruato, & ſecundum ius, *Arbitrator* vero eligitur vt amicabilis compoſitor, vt procedat extra iudicium, & partes componat. Siluester *dicto verbo Arbiter quæſt.* 2. *&* 3. Sanchez *in Decalog. lib.* 6. *cap.* 13. *à num.* 52. apud quos, & alios Summiſtas plura ad intentum. Vt aliquis pubes in Iudicem ordinarium, vel delegatum à Principe eligatur non requiritur ætas determinata, cæterum ab inferiori eligi non poteſt, niſi vigeſimum annum compleuerit, præterquam ſi partes ſcienter cõſentiant in eum, qui annum ſaltem decimũoctauũ tranſcenderit. *cap. cum vigeſimum de offic. Iudicis delegat. l. quidam conſulebat, ff. de ſentent. & re iudicat.* Arbiter verò ne quidem ex partium conſenſu conſtitui poteſt, niſi annum vigeſimum exegerit. *l. eum lege, ff. de arbitris.* Layman. *lib.* 3. *de iuſtit. Tract.* 6. *cap.* 2. *num.* 1. In cauſis ciuilibus non procedit Iudex, niſi poſtulatus, imo, & tunc debet procurare, vt partes ad concordiam reuo-

centur. *cap. 1. de mutu. petitionib. l. quidam, ff. de reb. credit.* In criminalibus autem procedit, vel ad instantiam partis, accusatoris scilicet, vel denunciatoris, vel ex officio per viam inquisitionis, iuxta dicta eo *cap. 27. num. 1.* Clarus *lib. 5. sentent. § fin. quæst. 3.* Lessius *de iust. lib. 2. cap. 29. dub. 2.* Qualiter infamis possit, vel non possit iudicis munus exercere, dixi supra verbo *Infamia num. 13.* Similiter an Irregularis à Iudicis munere excludatur, constat ex dictis verbo *Irregularitas num. 5. & 6.*

3 Iudicium deinde est *actus Iudicis in quantum est Iudex*, seu est *determinatio recta secundum ius cap. forus de verborum significat. l. nemo, C. de sentent. & interlocut. omn. iudic.* Siluester *verbo Iudicium. 1.* ex S. Thom. Diuiditur primò in Ecclesiasticum, & sæculare, Ecclesiasticum est, quod spectat ad res, & personas Ecclesiasticas, v.g. de Beneficijs, Matrimonio, Decimis &c. Sæculare verò, quod ad sæculares, quale est de re non Ecclesiastica, sed prophana. Secundò, ex parte materiæ, aliud enim est iudicium petitorium, illud scilicet, in quo de rei proprietate agitur, aliud verò possessorium, in quo de sola possessione. Tertiò, ex parte formæ, aliud enim est iudicium ordinarium, & solemne, in quo iuris ordo, & forma seruatur, aliud verò extraordinarium, seu summarium, in quo simpliciter, de plano, & sine strepitu, ac figura iudicij agitur. Quartò, ex parte finis. Aliud enim est ciuile, in quo agitur de commodo, siue vtili alicuius, aliud verò criminale, in quo de crimine ad vindictam, punitionem &c. De ijs Siluester *locis relatis.* Layman *supra cap. 1.* & alij.

4 His positis, prout specialiter spectat ad Regulares, cum ipsi possint, iuxta dicta eo *cap. 27. num. 1.* procedere contra suos subditos via accusationis, denunciationis, & inquisitionis, rursus via inquisitionis generalis, & specialis, de singulis dicendum.

5 Et primò, quòd attinet ad modum procedendi Prælatorum Regularium cum sibi subditis via inquisitionis generalis, præter dicta eo *cap. 27. num. 2. & 3.* notandum, quod licet iuxta dicta etiam eo *tomo 1. cap. 18. num. 15.* teneantur subditos corrigere, & punire, & sæpius id non facientes peccent mortaliter; nihilominus sæpius quoque excusantur, quando videlicet prudenter timent ex eo rumores, scandala, seditiones, recursus ad tribunalia extranea, & similia. Tunc enim propter euitandum hæc damna, quæ toti Communitati præiudicium afferunt excusari possunt à punitione subditorum. Caietanus *2. 2. q. 62. artic. 3. ad 3.* Sanchez *tomo 1. consil. Morat. lib. 3. cap. vnic. dub. 19.* In alijs autem casibus omnino tenentur eos corrigere, punire &c. adeo vt aliqui putent etiam cum periculo vitæ id teneri facere. Saltem loquendo de correctione fraterna, vt habet idem Sanchez *tomo 2. Consiliorum Mora-*

Moralium lib.6.cap.2.dub.4.nu.3. & Peirinis *tom.2. de Prælato q.1. cap.7.num.19.* plures alios referens. Prius tamen quam contra ſubditum procedat tenetur Prælatus omnia media tentare, vt ſine iudiciali ſtrepitu corrigatur, admonendo videlicet illum leniter, & ſi hoc non profuerit, minari ipſi, quod eius vitam explorabit, vel coram aliquibus ipſum corrigere. Sotus *de detegendo ſecreto membro 2. quæſt. 4. concluſ.7.* Notandum ſecundò, quòd delicta Religioſorum, quæ inquirenda ſunt à Prælatis, regulariter ſunt omnia, & quæcunque peccata mortalia. *ca.illi 6.q.1.* Silueſter *in Summa verbo Inquiſitio 2. dicto 9.* Armilla *verbo Inquiſitio nu.12. & 13.* Naldus *in Summa verbo Iudex num.19.* Imo peccata publica publicè corripienda ſunt, iuxta illud primæ ad Thimot.1. *Peccantem coram omnibus argue.* Sotus *ſup. concluſ.1.* Nauarrus *cap.inter verba Coroll.56.* Peccata autem ſolum per Confeſsionem ſacramentalem cognita, aut diuulgata ſolum propter notitiam habitam in Confeſsione, aut forſan, quia inuenta ſunt in ſchedula quam faceret religioſus pro Cõfeſsione facienda nullo mòdo inquiri poſſunt, aut puniri à Prælato Regulari, illa enim pertinent ad confeſsionem Sacramentalem, ac per conſequens affecta cenſentur onere venerandi ſigilli Confeſsionis. Fagundez *in præcept. 2. Eccleſ. lib.6.cap.4.num.28. & cap.5.nu.16.* Diana *3 par.Tract.4.Reſol.112. & 5. par.Tract.11. Reſolut.27.* ex alijs multis.

6 Deinde, loquendo de modo procedendi Iudicis Regularis via inquiſitionis ſpecialis, præter dicta eo *cap.27. à num.4. vſque ad 18.* vlterius notandum id, quod eo loco dixi, ſcilicet Iudicem Regulare non poſſe procedere cõtra aliquem per ſpecialem inquiſitionem, niſi infamia, ſiue clamoroſa inſinuatio, vel indicia manifeſta, aut ſemiplena probatio præcedant, adeo eſſe verum, vt aliqui putent eſſe de iure naturali, & diuino, vt tenet Nauarra *lib.1.de reſtitut.cap.4.num.159.* Licet autem ſolum ſit de iure humano. *cap qualiter ſecundo, & cap. Inquiſitionis, & cap.cum oporteat de accuſat. & cap.licet Heli de Simon.* etſi conſonum ſatis iuri naturali, & diuino, vt habent Sotus *de Secreto membro 2 q.6. dub.2.* & Nauarr. *cap. inter verba Coroll.50.* nihilominus id ſemper obſeruari debet inter Regulares, vbi agitur de graui pœna ipſis infligenda. Quia ius cõmune id requirit, nec eſt textus, qui Religioſos excipiat. Silueſter *verbo Inquiſitio 1. quæſt.3. dicto 2.* Nauarr. *ſupra Corollar.62.* Etenim licet *cap.qualiter 2.* relatum excipere videatur Regulares, hoc ſolum debet intelligi, quatenus cum illis non debent obſeruari accidentalia, & ſubtilitates iudicij. Panormitan. *ibi num.10.* Felinus *ibi num.21.* Vnde Caietanus *2.2.q.33. artic.7. ad 5.* & Portellus *in dub. Regular. verbo Correctio Fratrum num.13.* aiunt, quòd etiam ſi duo, aut tres iurent aliquem Religioſum

commisisse aliquod delictum, si tamen nulla est infamia, non esse procedendum contra illum iudicialiter. Imo oppositum facientes exponunt se periculo incurrendi excommunicationem latam contra inijcientes manus in Monachos. Sanchez 2. *tom. Consiliorum Moralium lib. 6 cap. 3. dub. 25.* ex D. Antonino, Siluestro, & Armilla. Amplia, iuxta dicta eo *cap. 27. num.* 12. quòd etiam si Religiosus sit diffamatus, vel conuictus de vno crimine, non potest inquiri de alijs, de quibus non est diffamatus. Sotus *supra dub. 5. & lib. 5. de Iustitia q. 6. artic. 2.* Nauarr. *cap. inter verba Corollar.* 51. Nec conuictus de vno crimine potest de socijs occultis, quorum nulla est infamia inquiri, saltem regulariter loquendo, iuxta dicta *eo num.* 12. *cap. cum Monasterium de confess. cap veniens de testibus, ca. nemini* 15. *q. 3. l. fin. C. de accusat. l. repetit. ff. de quæstor.* Nauarr. *in Man. cap.* 18. *num.* 39. *& cap.* 25. *n.* 26. Nec statim quod denuncians, vel accusans dicit esse infamiam de delicto debet Prælatus procedere via inquisitionis specialis, sed debet inquirere apud quos sit hæc infamia, & vnde ortum habuerit, vt si videat esse apud paucos, & leues, & ex leui fundamento, præcipue de persona, quæ fuerit claræ, & bonæ famæ, non sic procedat. Sanchez 2. *to. consil. Moral. lib. 6. cap* 8. *dub.* 1. *num.* 5. Notandum tamen, quod si Iudex infamiæ, aut probatione infamiæ prætermissa ad inquisitionem specialem processerit, nihilominus valebit processus, & ex eo reus poterit condemnari, dummodo Iudicem non recusauerit. Bouerius *in direct. fori iudicialis p.* 2. *c.* 5. *in fine*, ex Nauarro, & Lessio. Nihilominus saltem videtur necessarium, etiam ad substantiam iudicij, quod præcedant aliqua indicia, saltem leuia, delicti, propter dicta ex doctrina S. Thom. *d. c.* 27. *num.* 6.

7 Similiter etiam loquendo de modo procedendi Iudicis Regularis via denunciationis, præter dicta eo *c.* 27. *d. num.* 19. & verbo *Accusator, & Accusare*, & verbo *Denunciator, & Denunciare*, nota, quod quando subdito constat certo, & euidenter Prælatum nullum remedium adhibiturum, vel quia negligens est in puniendo, vel amicus delinquentis, non obligatur ad denunciandum delicta, quia tunc cessat finis obligationis, & ad opus inutile nullus tenetur. Sanchez 2. *to. Consil. Moral. lib. 6. cap.* 2. *dub.* 17. ex D. Antonino, & Siluestro. Portellus *in dub. Regular. verbo Correctio Fratrum num.* 9. Secus verò, quando est dubium de hoc, quia in dubio præsumendum est pro Prælato, & illi obediendum. Sanchez *ibid.* Portellus *ibid.*

8 Pariter etiam loquendo de modo procedendi Iudicis Regularis via accusationis, præter dicta etiam eo *cap.* 27. *d num.* 22. vlterius notandum, quod licet Iudex non possit aliquem condemnare, si accusator non adsit, quando proceditur hac via accusationis, *cap. si legitimus*

mus de accusat. & l. illicitas, ff. de offic. præsid. D. Thom. 2. 2. *quæst.* 67. *art.* 3. Cajetanus *ibidem.* Sotus *lib.* 5. *de iust. quæst.* 4. *art.* 3. Non tamẽ hoc est necessarium pro Prælatis Regularibus in delictis minoris momenti, quæ tanquam Patres castigant, vt habet idem Sotus *supra*. & Sanchez *lib.* 2. *Consiliorum Moralium lib.* 6. *cap.* 1. *dub.* 20. *n.* 4. Nota secundò, quòd licet in causa priuata, vel propria non teneatur quis accusare, vel denunciare delinquentem, verumtamen vbi crimẽ in commune damnũ corporale, vel spirituale redũdat, & aliter perfectè remedium adhiberi non potest, quia necesse est, vt non tantum damno obuietur, sed etiam vt reus puniatur ad arcendum alios, tunc tenetur is, qui crimen tale probare potest, accusare, vel denunciare. D. Thomas 2. 2. *quæst.* 68. *artic.* 1. Caietan. *ibidem.* Sotus *supra quæst.* 5. *artic.* 1. & *lib. de secreto membro* 2. *quæst.* 5. *conclus.* 1. In criminibus autem non perniciosis in futurum nemo accusare obligatus est ex *l. vnica*, C. *vt nemo inuitus.* Layman. *lib.* 3. *Tract.* 6. *cap.* 3. *num.* 6.

9 Circa reum nota, quod iuxta dicta eo *cap.* 27. *num.* 12. quotiescunque Iudex iuridicè interrogat reum de aliquo delicto tenetur reus fateri veritatem. Tum quia tenetur obedire in re iusta qualis est ista. Tum quia alias daretur bellum iustum ex vtraque parte, quod implicat. D. Thom. 2. 2. *quæst.* 69. *art.* 1. & ibi eius Expositores. Sotus *de secreto membro* 2. *quæst.* 7. *conclus.* 1. Nauarrus *in Manual. cap.* 25. *num.* 36. Imo etiam in casu, quo reus, vel testis ignoret, vel dubitet an Iudex iuridicè interroget, tenetur veritatem fateri. Quia iuxta dicta *tomo* 1. *cap.* 4. *num.* 24. non solum Religiosus tenetur obedire suo Prælato quãdo certò scit illum iusta præcipere, sed etiam quando de eo dubitat. Paludan. in 4. *d.* 19. *quæst.* 4. Siluester verbo *Inquisitio* 1. *q.* 3. *dicto* 3. Licet oppositum probabiliter tueatur Sanchez, cum aliquibus limitationibus 2. *tom. Consil. Moral. lib.* 6. *cap.* 3. *dub.* 31. cui fauent Cornexo, & Layman. quorum similem doctrinam retuli supra verbo *Dubia Regularitatis num.* 7. Nota etiam, quod licet regulariter loquendo mentiti in iudicio circa materiam principalem, de qua reus interrogatur, sit peccatum mortale, vt colligitur ex S. Thom. 2. 2. *quæst.* 69. *art.* 1. Caiet. & alijs Expositoribus *ibidem*. mentiri tamen absque iuramento in re accidentali ad substantiam iudicij, ratione leuitatis materiæ potest esse solum veniale; sicut de mẽdacio in Confessione sacramentali communiter dicitur. Sotus *lib. de secreto membro* 2. *quæst.* 7. & *lib.* 5. *de Iustitia quæst.* 6. *art.* 2. Medina *lib.* 1. *Summæ cap.* 14. § 35. Nota similiter, non posse incarcerari reum, nisi saltem per summariam informationem constet ipsum commisisse delictum, alias ipsi fieret iniuria. Sanchez *supra cap.* 4. *dub.* 5. ex alijs. Limita tamen, nisi eius fuga timeatur, iuxta dicta eo *cap.* 27. *num.* 12. An verò possit licitè à carcere

fugere

fugere Religioſus, habes *tom.* 1. *cap.* 16. *num.* 9. & 10. ex quo etiam colligi poteſt quid dicendum de conſulentibus Religioſo fugere è carcere. De quo Silueſter, & Angelus *in Summa verbo Fugere num.* 1. Corduba *in Summa q.* 195.

10 Circa ſententiam à Iudice Regulari proferendam, præter dicta eo *cap.* 27. *num.* 13. 15. 16. & 18. nota, quod ſententia eſt *diffinitio iudicialis controuerſijs finem imponens a competenti Iudice pronunciata l.* 1. *ff. de ſentent. & re iudicat. & cap.* 2. *eodem tit.* Eſt autem duplex, alia interlocutoria, alia diffinitiua. Prior eſt, quæ datur non ſuper cauſa principali, ſed ſuper alijs quæſtionibus intermedijs. Poſterior verò, qua principalis quæſtio, & cauſa definitur. Deinde ſententia, alia iuſta, alia iniuſta, ſententia iuſta, quæ datur à cõpetenti Iudice ob cauſam ſufficientem ſeruato ordine iuris ad bonum, & iuſtum finem. Iniuſta verò, quæ aliquem defectum patitur. Rurſus hæc multiplex eſt, iuxta qualitatem talis defectus, alia enim eſt ſolum in iuſta ob defectũ intentionis, & tunc in vtroque foro eſt valida, alia vero iniuſta ob aliquem defectum ſubſtantialem, & hæc ſi de iniuſtitia hac conſtat, inualida eſt. Alia vero eſt iniuſta ſolum ob defectum accidentalem, & non neceſſarium, quæ valida erit. De hijs Summiſtæ communiter verbo *Sententia*, & verbo *Iuditium*, ac Thomas de Ieſu *de viſitat. Regular. Tract.* 3. *cap.* 15.

11 Loquendo de appellatione à ſententia Iudicis Regularis, præter dicta *tomo* 1. *cap.* 9. *a num.* 4. & ſupra verbo *Appellatio*, & *Appellare*, verbo *Denunciator*, & *Denunciare*, nota primo, ab arbitris compromiſſarijs appellari non poſſe ſi partium conſenſu delecti fuerint, ſicut habetur *in l.* 1. *C. de arbitris.* S. Thom. 2. 2. *q.* 69. *art.* 3. *ad* 2 Alderete *de Relig. diſciplin. lib.* 2. *cap.* 28 *nu.* 22. & 23. Layman. *lib.* 3. *Tract.* 6. *cap.* 6. *num.* 2. Quid vero dicendum de arbitris iuris, qui à iure dantur pro caſu recuſationis Iudicis infra habetur *nu.* 13. Nota ſecundò, probabile eſſe, quod quando de ſententia Iudicis inferioris dubitatur an ſit iuſta, vel lata ſecundum probabiliorem ſententiam, licita ſit appellatio ſpe obtinendæ æquioris ſententiæ. Ratio eſt, quia finis tunc eſt licitus, & ſententia non eſt clara, nec certum, quod ſit iuſta. Sotus 5. *de iuſt. q.* 9. *art.* 3. Sanchez *tom.* 2. *Conſiliorum Moral. lib.* 6. *cap.* 4. *dub.* 2. Limita tamen, dummodo talis appellatio non ſit à correctione Regulari, iuxta dicta locis relatis. Nota etiam, quod conuictus reſtibus ſimul & confeſſus appellare non poteſt *l.* 2. *C. quorum appellat. non recipiend.* Couarrubias *lib. practicar. cap.* 23. *num.* 5. Thomas de Ieſu *de viſitat. Regular. Tract.* 3. *cap.* 17. *num.* 9. & alij communiter. Idem dico de confeſſo tantum. *cap. cum ſpeciali de appellat. & cap. Romana de appellat. in* 6. Couarrub. *ibidem*. Sanchez *ſupra dub.* 4. Thomas

mas de Ieſu *ſupra num.* 10 Vide alia infra *num.* 18.

12 Similiter quia iuxta dicta *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 8. licitum eſt in aliquo caſu ſaltem raro recuſare Prælatum Regularium, videlicet quando conſtat certo, & euidenter inique ſe gerere, aut velle gerere contra bonam famam, & opinionem alicuius Religioſi. Ideo notandum hoc procedere in quocunque Iudice Regulari, ſiue Prouinciali, ſiue Generali &c. quia *cap. ſi quis contra Clericum de foro competenti, & c.* 2. *requiris. & cap. cum ſpeciali de appellat.* generaliter conceditur de omnibus Graſſus *ſecunda par. deciſ. aurear. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. Peirinis *tomo* 1. *de ſubdito cap.* 19. Notandum ſecundò, quòd recuſationis cauſa eſt ſuſpicio, quod Iudex Regularis ſe gerat, aut velit gerere iniquè contra ſubditum. Peirinis *ſupra* §. 1. Thomas de Ieſu *ſup. nu.* 13. Cauſæ verò ſuſpicionis ſunt multæ, præſertim inimicitia grauis inter Iudicem, & iudicandum, vel magna coniunctio Iudicis cum parte contraria, vel inimico iudicandi, vt ſi eſt eius conſanguineus, commenſalis, compatriota &c. De quibus & alijs agunt Doctores in dicta capita ſcribentes, & Siluester *in Summa verbo Recuſare*. Peirinis *ſup.* §. 2. Naldus verbo *Iudex num.* 17. Bouerius *ſupra par.* 3. *cap.* 1.

13 Praxis tamen recuſationis inter Regulares talis eſt. Primò enim cauſa ſuſpicionis debet aſſignari in ſcriptis coram Iudice recuſato. Quod ſi euidenter fruſtratoria, & ſolum ad fugiendum iudicium inducta appareat, non tenetur eam Iudex acceptare, ſed poteſt illam ſpernere. Quando verò rationabilis apparet, debet ſe à Iudicis munere ſubtrahere. Si tamen cauſa dubia fuerit, debent eligi arbitri à partibus, vel ſi Iudex procedat ex officio ab ipſo, & reo, ita ut ambo duos arbitros eligant, vel vterque ſuum arbitrum, qui de cauſa ſuſpicionis cognoſcant. Arbitri porrò electi debent aſſignare illis, qui ipſos elegerũt, terminum ad probandum legitimitatem cauſæ ſuſpicionis, teſtes examinare, & alia facere, quæ ad hunc articulum pertinent. Quibus peractis, ſi non poſſunt concordare circa cauſam ſuſpicionis, debent aduocare tertium arbitrum, vt quod duo ex ipſis decreuerint robur obtineat firmitatis. Cauſa verò ſuſpicionis intra competentem terminum non probata, Iudex debet ſua iuriſdictione vti. Si verò fuerit legitima probata debet recuſatus ſi eſt delegatus omnino abſtinere à cauſæ cognitione, ſi verò eſt ordinarius, vel illam alteri perſonæ idoneæ committere, vel ad Superiorem tranſmittere. Habetur hæc praxis recuſationis ex relatis iuribus, & ex *cap. legitima de appellat. in* 6. Vbi Doctores communiter, ſpecialiter Panormitan. *ibidem*. Quibus iunge Sanchez *dicto tomo* 2. *Conſiliorum Moralium lib.* 6. *cap.* 8. *dub.* 3. Portellum *in Dub. Regular. ſub verbo Appellare in verbo Exceptio contra Iudicem à num.* 13. Peirinis *ſupra* §. 1. Bouerium etiam *ſupra cap.* 1.

de quo

de quo etiam latius 4. tomo verbo *Recusatio*. Nota tamen, quod ab huiusmodi arbitris, qui arbitri iuris vocantur, appellari potest ad Sedē Apostolicam, vt expressè habetur. *cap. ab arbitris de offic. & potestat. Iudic. delegat. in 6.* Portellus *supra d. verbo Appellare num.* 12. Peirinis *supra*. Notandum præterea, quod in casibus in quibus appellatio denegatur, etiam denegari debet recusatio; vtraque enim est quædam defensio reis concessa propter eamdem vtilitatem, scilicet innocentiæ defensionem. *c. super eo de appell.* Alderete *de discipl. Religios. lib. 2. c. 28, num.* 33. ex alijs.

14 Pro tortura, quæ in aliquibus grauibus casibus applicari potest Religiosis, præter dicta eo *cap.* 27. *num.* 18. *& cap.* 18. *num.* 17. Notandum, Religiosum esse mitius torquendum, quam laicum, tum propter metum excōmunicationis, si excedatur in torturę modo; tum propter reuerentiam status Religiosi. Silvester verbo *Inquisitio* 2. *dicto* 9. Armilla verbo *Inquisitio num.* 12. Bouerius *supra par.* 2. *cap.* 36. Circa modum torturæ, præter dicta dictis locis, nota, quod stando in iure nequit Prælatus torquere Religiosū per ministros laicos, sed per alium Religiosum, aliàs tam Prælatus, quam minister laicus essent excommunicati, nisi in casu quo non inueniretur Religiosus peritus in arte torquendi. *c. vniuersit. de sent. excommunicat.* Silvester verbo *Excommunicatio 6. §. 6. d.* 11. Nauart. *in Man. cap.* 27. *num.* 86. Consuetudine tamen oppositum habetur, vt habet ipse Nauarr. *ibid.* & Sanchez 2. *to. Consil. Moral. lib. 6 c.* 8. *dub.* 2. *num.* 15. Vbi nota, etiam iuxta dicta supra verbo *Appellare, & Appellatio num.* 17. appellationem à sententia torturæ tenere, & suspendere effectum. Sanchez *sup. dub.* 2. *num.* 16. Notandum præterea, maximè pro Regularibus, qui, vt dixi mitius torqueri debent, quòd licet tanto grauiora tormēta inferri possint quanto maiora contra reum indicia habentur, nihilominus regulariter ab illis tormentis abstinendum est, quibus moraliter loquendo reus resistere non possit, talis enim confessio omnino inuoluntaria, & nulla censeri debet, nec propter ipsam condemnari. Layman. *lib.* 3. *Tract.* 6. *c.* 5. *num.* 11. Vide Thom. de Iesu *sup. c.* 13.

15 Pro iuramento autem quod petitur à Regularibus, quando ipsorum Prælati procedunt modis assignatis ad cognoscendum de ipsorū delictis, vide verb. *Iuramentum*, vbi etiā qualiter iuramētum falsum, seu periuriū in iudicijs Regularib. sit casus reseruabilis inter illos. Dicetur etiam 4. tomo verbo *Testis*, vbi multa tam de testibus, quam de iuramento, quo astringi possunt ad dicendam veritatem.

16 Præterea circa Iudicem Regularem animaduertendum primò, in ipso maximè procedere id quod dixi *tom.* 1. *cap.* 18. *num.* 68. scilicet, cauere debere à munerum receptione etiam liberaliter concessorum,

non

non ſolum propter dicta ſupra verbo *Dare, ſeu Donare nu* 5. ex Conſtitutione Clem. 8. nouiſſimè approbata, & explicata iuſſu Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani, ſed etiam propter *cap. Romana*, & Concilium Tridentinum eo *num.* 68. relata. De quo Thomas de Ieſu *de Viſitat. Regular. Tract.* 1. *cap* 21. *per totum.* Quibus adde, Iudicem Eccleſiaſticum (ac per conſequens Regularem) aliquid recipientem, etiam gratis oblatum teneri ad reſtitutionem, etiam ſi pars quę donauit illud remittat. *cap. Statutum de reſcriptit in* 6. Siluester *in Summa verbo Iud x* 1. *queſt.* 8. Caietan *verbo Iudicis peccata in fin.* Sanchez *dicto tom.* 1. *conſil. Moral. lib.* 3. *cap. vnic. dub.* 2. Poteſt tamen aliquid donari Iudici cauſa redimendæ vexationis, ſi eſt periculum iniuſtitiæ. Tunc enim licet ipſe Iudex iniuſtè recipiat, pars tamen iniuſtè vexata licitè donat, quia iure naturæ id permittitur titulo defenſionis, & iura humana non loquuntur pro hoc caſu. Corduba *lib.* 1. *quæſt. q.* 32. Bannez 2. 2. *quæſt.* 62. *artic.* 5. *dub.* 4. Sanchez *ſupra dub.* 2. Excipienda etiam videntur parua eſculenta, & poculenta, & etiam xeniæ, ſeu eulogiæ, ideſt, munuſcula parua data humanitatis, vel urbanitatis gratia. Gloſſa *in cap.* 1. *de decimis in* 6. *in princip.* Siluester *ſupra*. Peirinisto. 1 *priuil. Mimm. Conſtit.* 14. *Leon.* 10. *n.* 7. Quod intellige ceſſante ambitione, & cum licentia requiſita de quibus eo *num.* 5. dixi.

17 Secundo nota, quod licet ſecundum plurium ſententiam poſſit Iudex præſertim ſupremus, ſeu Princeps quando crimen eſt notorium, & liquidò, ac certò conſtat reum nullam habere defenſionem, contra eum procedere non citatum, neque auditum, prout tenent Panormitanus *cap. cauſam de reſcript. & cap. cum olim de ſentent. & re iudicat.* Siluester *in Summa verbo Citatio quæſt.* 7. Sanchez *d. cap. vnic. dub.* 4. poſt alios quos refert, qui etiam hoc admittit ex Nauarro, quando ex citatione partis timeretur graue ſcandalum. Nihilominus Prælatus Religioſorum nullo modo poteſt, ſaltem regulariter loquendo, procedere contra reum Regularem non citatum, vel non auditum, ex *l. illicitas, ff. de offic. Prætor. & ca. iudicet* 3 *queſt.* 7. non ſolum quia regulariter loquendo reus Regularis, vel non eſt credendus de facili commiſiſſe delictum, vel ſaltem habere pro ſe magnam excuſationem, ſed etiam quia cum Eccleſiaſticis mitius, & benignius debent Iudices procedere propter dignitatem ſtatus ipſorum. Dixi *Regulariter*, quia in aliquo raro caſu, quando & delicti notorietas, & inconuenientia, quæ poſſunt naſci id ſuadeant, non video cur Prælati Religionum, præſertim ſupremi, quales ſunt Generales, qui ſunt veluti Principes in Religionibus, non poſſint prædictam ſententiam ſequi. Rodriguez *tom.* 2. *q. Regular. q.* 18. *art.* 1.

18 Tertiò, quòd licet ſecundum ſententiam Couarrubiæ *in q. pratic. cap.* 23.

Article 2 (1) of Directive 2003/54/EC of the European Parliament and of the Council of 26 June 2003 concerning common rules for the internal market in electricity and repealing Directive 96/92/EC (OJ L 176, 15.7.2003, p. 37) defines 'transmission' as the transport of electricity on the extra high-voltage and high-voltage interconnected system with a view to its delivery to final customers or to distributors, but does not include supply. Article 2 (2) defines 'transmission system operator' as a natural or legal person responsible for operating, ensuring the maintenance of and, if necessary, developing the transmission system in a given area and, where applicable, its interconnections with other systems, and for ensuring the long-term ability of the system to meet reasonable demands for the transmission of electricity. Article 2 (3) defines 'distribution' as the transport of electricity on high-voltage, medium-voltage and low-voltage distribution systems with a view to its delivery to customers, but does not include supply. Article 2 (4) defines 'distribution system operator' as a natural or legal person responsible for operating, ensuring the maintenance of and, if necessary, developing the distribution system in a given area and, where applicable, its interconnections with other systems, and for ensuring the long-term ability of the system to meet reasonable demands for the distribution of electricity. Article 2 (5) defines 'supply' as the sale, including resale, of electricity to customers. Article 2 (6) defines 'customers' as wholesale and final customers of electricity. Article 2 (7) defines 'wholesale customer' as a natural or legal person purchasing electricity for the purpose of resale inside or outside the network in which it is established. Article 2 (8) defines 'final customer' as a customer purchasing electricity for its own use. Article 2 (9) defines 'household customer' as a customer purchasing electricity for the customer's own household consumption. Article 2 (10) defines 'non-household customer' as a customer purchasing electricity which is not for the customer's own household consumption. Article 2 (11) defines 'eligible customer' as a customer who is free to purchase electricity from the supplier of the customer's choice within the meaning of Article 21 of Directive 2003/54/EC. Article 2 (12) defines 'interconnected system' as a system consisting of several transmission and distribution systems linked by means of a number of interconnections. Article 2 (13) defines 'interconnection' as equipment used to link electrical systems. Article 2 (14) defines 'integrated electricity undertaking' as a vertically or horizontally integrated undertaking. Article 2 (15) defines 'vertically integrated undertaking' as an electricity undertaking or a group of electricity undertakings where the same person or the same persons are entitled, directly or indirectly, to exercise control, and where the undertaking or group of undertakings performs at least one of the functions of transmission or distribution, and at least one of the functions of generation or supply of electricity. Article 2 (16) defines 'horizontally integrated undertaking' as an undertaking which performs at least one of the functions of generation for the purpose of sale, transmission, distribution or supply of electricity and a non-electricity activity. Article 2 (17) defines 'related undertaking' as an affiliated undertaking within the meaning of Article 41 of the Seventh Council Directive 83/349/EEC of 13 June 1983 based on the Article 54 (3) (g) of the Treaty on consolidated accounts (OJ L 193, 18.7.1983, p. 1), and/or an undertaking which belongs to those shareholders of the undertaking who are entitled, directly or indirectly, to exercise control within the meaning of Article 1 (1) (b) and (2) of Directive 83/349/EEC, and/or an undertaking which belongs to the shareholders who are entitled, directly or indirectly, to exercise control within the meaning of Article 1 (1) (b) and (2) of Directive 83/349/EEC in the undertaking in which the undertaking has a participating interest or over which it exercises control. Article 2 (18) defines 'control' as any rights, contracts or any other means which, either separately or in combination and having regard to the considerations of fact or law involved, confer the possibility of exercising decisive influence on an undertaking, in particular by: (a) ownership or the right to use all or part of the assets of an undertaking; (b) rights or contracts which confer decisive influence on the composition, voting or decisions of the organs of an undertaking. Article 2 (19) defines 'authorisation' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (20) defines 'authorisation holder' as a natural or legal person who has been granted an authorisation. Article 2 (21) defines 'permit' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (22) defines 'permit holder' as a natural or legal person who has been granted a permit. Article 2 (23) defines 'tender' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (24) defines 'tenderer' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (25) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (26) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (27) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (28) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (29) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (30) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (31) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (32) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (33) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (34) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (35) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (36) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (37) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (38) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (39) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (40) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (41) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (42) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (43) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (44) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (45) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (46) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (47) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (48) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (49) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (50) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (51) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (52) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (53) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (54) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (55) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (56) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (57) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (58) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (59) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (60) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (61) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (62) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (63) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (64) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (65) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (66) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (67) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (68) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (69) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (70) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (71) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (72) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (73) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (74) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (75) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (76) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (77) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (78) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (79) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (80) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (81) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (82) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (83) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (84) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (85) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (86) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (87) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (88) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (89) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (90) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (91) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (92) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (93) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (94) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (95) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (96) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (97) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (98) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (99) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (100) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (101) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (102) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (103) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (104) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (105) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (106) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (107) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (108) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (109) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (110) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (111) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (112) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (113) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (114) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (115) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (116) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (117) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (118) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (119) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (120) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (121) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (122) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (123) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (124) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (125) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (126) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (127) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (128) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (129) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (130) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (131) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (132) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (133) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (134) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (135) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (136) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (137) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (138) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (139) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (140) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (141) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (142) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (143) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (144) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (145) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (146) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (147) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (148) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (149) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (150) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (151) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (152) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (153) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (154) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (155) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (156) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (157) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (158) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (159) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (160) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (161) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (162) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (163) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (164) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (165) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (166) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (167) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (168) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (169) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (170) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (171) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (172) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (173) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (174) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (175) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (176) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (177) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (178) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (179) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (180) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (181) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (182) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (183) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (184) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (185) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (186) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (187) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (188) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (189) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (190) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (191) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (192) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (193) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (194) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (195) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (196) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (197) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (198) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (199) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (200) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (201) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (202) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (203) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (204) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (205) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (206) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (207) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (208) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (209) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (210) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (211) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (212) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (213) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (214) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (215) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (216) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (217) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (218) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (219) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (220) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (221) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (222) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (223) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (224) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (225) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (226) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (227) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (228) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (229) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (230) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (231) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (232) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (233) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (234) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (235) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (236) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (237) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (238) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (239) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (240) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (241) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (242) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (243) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (244) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (245) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (246) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (247) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (248) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (249) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (250) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (251) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (252) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (253) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (254) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (255) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (256) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (257) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (258) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (259) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (260) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (261) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (262) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (263) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (264) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (265) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (266) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (267) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (268) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (269) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (270) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (271) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (272) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (273) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (274) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (275) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (276) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (277) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (278) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (279) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (280) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (281) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (282) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (283) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (284) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (285) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (286) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (287) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (288) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (289) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the generation, transmission, distribution or supply of electricity are granted by the competent authority. Article 2 (290) defines 'tender holder' as a natural or legal person who has been granted a tender. Article 2 (291) defines 'tender procedure' as a procedure in which the rights of an undertaking to construct or operate facilities for the gener

20 Quintò nota, quod licet in illa etiam difficultate an ſcilicet Iudex poſſit ſecundum opinionem probabilem probabiliori relicta iudicare, variæ ſint Doctorum ſententiæ, quibuſdam aſſerentibus teneri ſequi opinionem probabiliorem, prout tenent Sotus, Valentia, Bannez, & Rodriguez, quos refert; & ſequitur Sanchez *tom.* 1. *in Decalog. lib.* 1. *cap.* 9. *nu.* 47. alijs dicentibus poſſe ſequi opinionem minus probabilem, prout tenent Medina, Aragon, Salon, Ledeſma, Sayrus, & Salas, & alij apud eumdem Sanchez, quod & probabile eſſe, tenet Diana *p.* 2. *Tract.* 13. *Reſolut.* 3 poſt plures alios, & abſolutè probabilius iudicat Cornexo *ſupra.* Nihilominus quoad praxim Regularium, cum vtraq; opinio ex prædictis ſatis probabilis ſit, aliquæ regulæ cæteris paribus præ oculis habendæ à Iudice Regulari hic ſtatuendæ ſunt. Prima, præferēda eſt ab illo opinio, quæ fuerit benignior, & magis pia, & cōformior religioſæ perfectioni. *l. ſemper in dub. ff. de regul. iuris, l. ſunt perſonæ ff. de relig.* Nauarrus *in Man. cap.* 27. *num.* 287. Cornexo *ſup.* Secunda, eligenda eſt ea opinio, quæ fauet Religioſo priuato contra Fiſcum, cum Fiſcus fundatur in delicto priuati. Nauarr. & Cornexo *ſup.* Tertia, eligenda eſt illa, quæ ſoluit potius, quam ea, quæ ligat, cum iuxta regulam iuris *odia reſtringi, fauores conuenit ampliari.* Siluester *in Summa verbo Opinio q.* 2. Cornexo *ſupra.* Quarta, præferri debet ea, quæ eſt humanior, & ſecundum æquitatem, illi, quæ eſt ſecundum rigorem iuris. Siluester, & Cornexo *ſup.* Quinta, inclinare debet in fauorem rei, potius quam actoris, quia iura omnia potius reo, quam actori fauent. Cornexo *ſup.* Pro quo, & alijs caſibus ad hæc ſpectantibus, vide Ioan. Sanciunr *in pract. diſp.* 44. *præſertim nu.* 50.

21 Sextò notandum, pro cauſis, ſeu iudicijs ſæcularibus Regulares non poſſe ad illas aſſumi, vt Iudices, etiam arbitros, iuxta dicta *tom.* 1. *c.* 9. *nu.* 14. niſi concurrente duplici illa conditione ibi aſſignata, ſcilicet licētia Superioris, & vtilitate Monaſterij, de quo latè Sanchez *li.* 6. *in Decalog. c.* 13. *à num.* 55. Notandum tamen, non propterea prohibitum eſſe Religioſis eſſe arbitratores, etiam non concurrente vtilitate Monaſterij. Cum enim arbitratoris munus abſq; iudicij ſtrepitu exerceatur, ac opus pietatis ſit, Religioſoſque deceat lites componere, & diſſenſiones euitare, non videtur exigi ad illud Monaſterij vtilitas. Etſi licentia requiratur, cum Religioſi non habeant velle, aut nolle. Siluester *in Summa verbo Arbiter q.* 16. *nu.* 14. Tabiena *q.* 7. *n.* 10. Atmilla *nu.* 12. Sanch. *ſup. nu.* 61. & 62.

22 Multo minus aſſumi poſſūt Religioſi ad munus Iudicis laici exercendum ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ impoſitæ in *cap. Clericis ne Cler. vel Monach.* contra aliter facere præſumentes, niſi moniti ſe emendent. Ea verò excommunicatio nulli eſt reſeruata, neque

neque incurritur si in causa ciuili sibi semel, aut iterum delegata a seculari potestate iudicent, sed solum quando sunt Iudices, seu Officiales Principum sæcularium cum auctoritate ordinaria. De quo ex plurib⁹ alijs Doctoribus Thesaurus *in praxi par. 2. verbo Iudex cap. 2.* 23 Demum de conditionibus Iudicis Regularis rectè Bouerius *supra p. 1. cap. 2. & 3.* ex Patribus, & Doctoribus. Inter eas autem maximè necessariæ istæ videntur. Prima, quod sit in legibus saltem canonicis peritus. Secunda, veri, recti, & æqui amator. Tertia, quòd cum timore Dei, & charitate, virtutibus quoque prudentiæ humilitatis, & beneuolentiæ erga proximos polleat. Quæ verò sint apices iuris, seu ea ad quæ non tenentur Iudices Regulares, iuxta dicta *tom. 1. cap. 27. num. 26.* habet Pottellus *supra verbo Correctio Fratrum num. 50.* post alios.

IVRAMENTVM QVOAD Regulares.

SVMMARIVM.

De hac materia remissiuè. num. 1.
Iuramentum quid sit. num. 2.
Quando Iuramentum per creaturas sit verum Iuramentum. num. 3.
Formæ iurandi inter Regulares. num. 4.
Quotuplex sit Iuramentum. num. 5.
Iuramenti conditiones. num. 6.
Qualiter prohibitum, vel permissum Iuramentum Regularibus. n. 7.
Quando cogi possint ad iurandum. num. 8.
An possint fictè iurare. num. 9.
A Iudicibus sæcularibus cogi non possunt. num. 10.
An aliquando iurare possint amphibologicè. num. 10. & 11.
De malitia iuramenti assertorij falsi. num. 12.
Qualiter sit casus reseruabilis inter Regulares. num. 13.
De pœnis periurij. num. 14.
Iuramentum promissorium quando obliget. num. 15.
Etiam factum in vtilitatem tertij. num. 16.
Tacitæ conditiones in iuramento promissorio imbibitæ. num. 17.
Quando iuramentum promissorium Regularium illos obliget. n. 18.
An iuramentum de re contraria Regulæ, vel Constitutionibus. n. 19.
An de dando aliquid alicui extraneo. num. 20.
De iuramento comminatorio. num. 21.

De

De execratorio . num.22.
An possint Prælati subditos obligare ad iurandum coram se. nu.23.
Quot modus tollatur obligatio iuramenti. num.24.
Abbatissæ. seu Priorissæ, quid possint circa iuramenta Monialium . num. 25.
Iuramenta Regularium in vtilitatem tertij emissa quomodo possint tolli. num. 26.
An possint commutari ab ipsis, qui illa emiserunt. num. 27.
De iuramentis quibus ius tertio adquisitum est, an ab alio, quam a Papa tolli possint. num. 28.
De iuramentis factis à Regularibus ante Professionem. num. 29.
Alia remissiuè . num. 30.

1 DE hac materia aliqua sparsim in præcedentibus dixi, nihilominus pro ipsius complemento plura alia dicēda, præmissis tamen aliquibus principijs generalibus Iuramēti.

2 Iuramentum ergo est *inuocatio diuini Numinis in testimonium.* S. Thom. 2.2. *q.* 89. *art.* 1. & Expositores *ibidem* . Dicitur *inuocatio diuini Numinis*, quia iurans quantum est in se vult, & cupit Deum, vt testem manifestare id, quod ipse Iuramento confirmat. Valentia 2. 2. *disp.* 6. *quæst.* 7. *punct.* 1. Sanchez *lib.* 3. *in Decalog. c.* 1. *num.* 1. Vnde differt ab oratione, quia etsi per illam Deus inuocetur, sed non vt testis. Sanchez *ibidem.* Bonacina *de Iuramento disp.* 4. *quæst.* 1. *punct.* 1. *num.* 2. Similiter concionatores, & alij afferentes S. Scripturæ loca in testimonium eorum, quæ dicunt, non iurant, quia etsi afferant Dei testimonia, non tamen fit hoc inuocando ipsum, sed ea referentes. Sanchez, & Bonacina *supra.* Dicitur etiam *Inuocatio* abstrahendo ab externa, vel interna: ad verum namque Iuramentum quoad Deum sufficit inuocatio interna, sicut ad votum etiam sufficit promissio interna. Azor. 1. *p. Institut. Moral. lib.* 11. *cap.* 2. *quæst.* 4. Suarez *tom.* 2. *de Relig. Tract. de iuramento lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 4. Ledesma 2. *tom. Summæ Tract.* 11. *cap.* 1. *dub.* 2. Similiter dicitur *Inuocatio* abstrahendo ab expressa, qualis contingit cum quis dicit *Iuro per Deum, per Christum* &c. & à tacita, quæ contingit, vel quando quis animo iurandi tangit crucem, Euangelia pectus &c. (Sotus *lib.* 8. *de iust. quæst.* 1. *art.* 1. Rodriguez *tom.* 1. *Summa in* 2. *edit. cap.* 191. *num.* 2. Bonacina *supra num.* 3.) vel etiam quando quis iurat per creaturam, prout modò dicā. Sayrus *in clau. Reg. lib.* 5. *cap.* 1. Layman. *lib.* 4. *Tract.* 3. *cap.* 1. *nu.* 5. Dicitur quoque Iuramentum *inuocatio diuini Numinis*, quia si quis iuraret per Iouem, Bachum, Diabolum &c. vel aliquem falsum Deum, quamuis si ioco id faceret, Iuramentum non esset, nec peccatum, si ta-

men serio, & ex intentione, grauissimum esset peccatum blasphemiæ, vel Idolatriæ, cum Deitas falso Deo ascriberetur. Bonacina *sup. nu.* 2. Layman. *supra num.* 2. Dicitur etiam *inuocatio diuini Numinis*, quia etsi aliquando contingat iurare per creaturas, tale tamen Iuramentum prout præcisè illas respicit Iuramentum non est. Pro quo notandum tripliciter posse iurari per creaturas. Primò, constituendo in illis finẽ iuramenti, seu asserendo illas tanquam infallibiles testes veritatis. Secundò, non constituendo in illis finem Iuramenti, sed referendo eas in Deum, cuius numen in ipsis relucet, seu quod idem est, prout sunt creaturæ Dei. Tertiò, adducendo illas in testes nõ prout sunt aliquid Dei, aut prout in eum referuntur, sed secundum dignitatem, quam habent. Iurare primo modo est blasphemia, & species idololatriæ, vt dixi. Iurare secundo modo, est verum Iuramentum, quia est iurare implicite, & virtualiter per Deum; & est actus licitus, si conditiones pro Iuramento requisitas habeat. Iurare autem tertio modo non est propriè iuramentum. Nauarrus *in Man. cap.* 12. *num.* 5. Sanchez *supra cap.* 2 *num.* 9 Bonacina *supra num.* 4. Animaduertunt autem communiter Doctores, eò grauius esse Iuramentum per creaturas, quo ipsæ perfectiores sunt. Vnde maius est iurare per Beatissimam Virginem, quam per alios Sanctos, magis per istos, quam per Cœlum, & magis per Cœlum, quam per terram &c. Toletus *in Summa lib.* 4 *cap.* 20. Layman. *supra num.* 6.

3 Vt autem sciatur quando Iuramentum per creaturas sit verum Iuramentum, vel quando non, maximè notandum, plura considerãda esse in tali Iuramento per creaturas. Primum quidem quoad Deum, & conscientiam, intentionem, & voluntatem iurandi; ipsa enim taliter est necessaria ad Iuramentum, vt ab ipsa præcipuè, imo essentialiter ratio Iuramenti petenda sit, itaut quomodocunque per creaturas iuretur, si intentio iurandi adsit, verum sit Iuramentum, è contra tamen, si hæc intentio desit, quomodocunque creaturæ in testimonium adducantur, verum Iuramentum ibi non sit. Nauarrus, & Bonacina *supra*. Quoad homines tamen, seu forum externum, attendenda est primò Patriæ consuetudo. Si enim talis modus iurandi pro vero Iuramento in Patria habeatur, tunc verum Iuramentum censeri debet. Valentia *sup. punct.* 2. Sanchez *supra num.* 1. Secundò, attendi debet, si illud Iuramentum fiat per creaturas, in quibus specialiori modo reluceat bonitas Dei. Tunc enim per illas iurans verum Iuramentum censetur iurare, quia censetur iurare per Deum, qui in illis specialiter relucet, accipiendo videlicet continens pro cõtento, creaturas pro Creatore, signum pro signato. Silvester verbo *Iuramentum primo q.* 4. Nauarr. *supra*. Sanchez *supra nu.* 10. Tertiò, attendi etiam

debet

6 Quamuis autem Iuramentũ,seu iurare sit licitum,prout colligitur ex Deuteronom.6.illis verbis *Per nomẽ eius iurabis* Et Deuteron.10. *Iurabisq. in nomine illius*,alijsq; S.Scripturæ locis, & SS.testimonijs (de quibus Guido noster Carmelita *contra hæres in error. Vald.insitũ c.*2.& Valentia *sup.punct.*3.)& quia est actus bonus à virtute Religionis elicitus,cum pertineat ad cultũ Dei,eo quod homo iurando agnoscat,& protestetur infallibilem veritatem,& auctoritatẽ ipsius (S.Tho. 2.2.*q.*89 *art.*4.& Expositores *ibid.*)nihilominus quia nõ est sicut bonum quoddam per se appetendum,sed instar medicinæ,tanquã quoddam imbecillitatis humanæ remedium, ad confirmandum aliquã veritatem(S.Aug *de serm.in monte,& lib.*1.*c.*30.S.Tho *sup.ar.*5 Guido *sup.*)Ideo tres conditiones requisitæ sunt ad Iuramentum,vt licitè fiat. Hæ sunt *veritas,iustitia,& iudicium*, quæ habentur. Hierem 4.ibi *Iurabis,Viuit Dominus in iustitia, in iudicio,in veritate.* Guido *supra.* Veritas in eo consistit,quod iurans prudenter arbitretur esse verum id quod iureiurando dicit.S.Tho.*sup.art.*7.*ad primum.*Caiet.& alij *ibid.* Iustitia in eo consistit, vt Iuramentum non fiat de re illicita. Materia enim illius debet esse licita,& honesta.S.Tho.*sup.art.*3.*ad* 2.Caietan. & alij Expositores *ibid.*Iudicium vero consistit in hoc,quod fiat cum necessitate, & reuerentia.Ita vt si illud desit,saltem sit peccatũ veniale, propter irreuerẽtiam,quæ Deo fit. Lessius *de Iuram.dub.*3.Bonac *sup. punct.*3.*n.*8.Requiruntur etiam aliæ circunstantiæ ad Iuramentum ex iure positiuo Prima est,vt iuraturus in iudiciali causarũ foro sit ieiunus. *ca.honestum* 22.*q.*5. *& c.*1.*de testib.*licet hæc de solo cõsilio sit.Azor. *to.*1.*instit.Moral.lib.*11.*c.*11 *q.*9.Valentia *sup.punct.*3. Secunda est, vt non fiat prædictum Iuramentum iudiciale in diebus festis, nisi pro bono pacis, aut piæ causæ. *cap.*1.*de ferijs.* S.Tho. *sup. art.*10. Sotus *lib.*8.*de iust.q.*1.*art.*10. Tertia,vt tale Iuramentum iudiciale non fiat à personis quibus id prohibetur,quales sunt periuri. *ca. paruuli* 22.*q.*5. & pueri ante pubertatem.*eod.can.paruuli,*& *ca.pueri ibid.* S.Tho.*sup. art.*10.Sotus *sup.* Siluest.verb.*Iuramentum secundo q.*3. Valẽtia *sup.*

7 Quod attinet vero ad Ecclesiasticos, & Regulares nostros prohibitum etiã est Sacerdotibus iurare in iudicio ex leui causa. *ca. si quis Presbyter* 2.*q.*5.*ca.*4. Bacco *in* 4.*dist.*25.*q.*13. *art.*3.Cuius rationem reddit S. Tho. *sup. art.* 10. quod dictum hominis tunc confirmatione Iuramenti indiget quando de eius veracitate dubitatur, dedecet autem dubitare de veritate Sacerdotis,in leui causa maximè. Cœterũ in graui causa possunt iurare quãdo defectu probationis aliquis læditur, vel rem suam perdidit,vel pro fide, vel pro pace,obedientia, indemnitate Ecclesiæ, vel quando ab infamiæ nota se purgare coguntur, vel dũ ab excommunicatione absoluuntur. *cap.significasti de elect. can.de Siracusana*

cuſane diſt.28.c. Ad reprimendã de offic.ordinar. Baccon.*ſup.* Silueſt. *verbo Iuramentum 2.quæſt.3.* Azor.*ſupra cap.11.q.6.* Sanchez *ſupra cap.3. num.* 7. Et generaliter loquendo poſſunt iurare pro aliqua neceſſitate, vel magna vtilitate, præcipuè pro ſpiritualibus negotijs. Silueſter *ſup.* ex S. Tho. Similiter ſi in cauſa propria litigant poſſunt iurare de calumnia. Silueſt.*ſup.* Azor. *d.c.11.* In ijs autem caſibus poſſe Sacerdotes iurare in manu laici, etiam ſine licentia Superiorum, tenẽt idem Silueſt. *ſup.* & Sanchez *ſup.n* 8. ex Panorm. & alijs. Afferuntque *cap. ex reſcripto, & c. peruenit de iureiur.* Sed præterquam hi textus parum, aut nihil probant ad intentum, vt intuenti patebit, quod attinet ad Regulares, illi nequeunt hoc facere ſine licentia ſuorum Superiorũ. Etenim iuxta dicta *to.1.c.9.n.16.* nõ poſſunt licitè Religioſi eſſe teſtes coram laicis ſine licentia ſuorum Prælatorum, propter dicta eo loco, & quia ipſi ſunt mortui mundo, nec habent velle, aut nolle. Idq; tenẽt idem Silueſt. *ſup. verbo Teſtis q.1.* & idem Sanch. *lib.6 in Decal.c.13. n.103.* Prælati autem, qui hanc licentiam concedere poſſunt, non ſolum ſunt Supremi, videlicet, Generales, & Prouinciales, ſed etiã Conuentuales, & immediati, Priores videlicet, Guardiani &c. Rodriguez *tom.2.q.10.art.4 & 5.* Portellus *in dub. Regular. verbo Abbas n.10.* Generaliter etiam loquẽdo de Eccleſiaſticis, quòd quando examinãtur, vel denunciant in foro ſæculari debeãt iuramentum prius præſtare in tribunali Epiſcopi, habetur ex declaratione quadam S. Congreg. apud Dianam *5.p. in Collect. ipſar.n.45.* In tribus etiam caſibus communiter accipitur non poſſe Eccleſiaſticos iurare abſq; ſuorum Prælatorum licentia. Primus, quando iurant coram laico tanquam ſuo Superiori. *ca. nullus 2.2. q.6.* Secundus, quando iurant de calumnia. *ca. nos 22. q. 7.* Tertius, in actu teſtificandi. Silueſter *d. verbo Iuramentum 2.q.3.* Sanchez *d.n.8.* Bonacina *ſup. punct.10.n.1.*

8 Cogi etiam poſſunt à ſuis Superioribus Eccleſiaſtici, & Regulares ad iurandum etiam coram Iudice laico. Primò, quãdo veritas aliter haberi nõ poteſt, iuxta dicta *to.1.c.11.n.24.* Secundò, generaliter in cauſis grauibus. *c. ego N. de iureiur. c. Quoties de purgat. canon. c venerab. de sẽt. excõm.* Laym *ſup.c.2.n.2.* Tertiò, in caſu, quo iurare cadat ſub præcepto, videlicet, quãdo eſt neceſſariũ ad ſubuenieñ proximo.

9 Caſu autem, quo Regulares à ſuis Superioribus iubeantur, ſeu cogantur iurare, animaduertant ſcrupuloſi, teneri ad iurandum, non fictè, ſed cum intentione iurandi, aliàs peccare poterunt, tum mortaliter, ſi id ſit in damnum graue tertij (Portellus *ſup.n.19.*) tum ſaltem venialiter, propter fictionem, & quia alios decipiunt.

10 A Iudicibus autem, vel Principibus ſæcularibus cogi nõ poſſunt Regulares ad iurandum, ſiue in ciuilibus, ſiue in criminalibus, non ſo-

lum propter exemptionem,& Immunitatem Eccleſiaſticam ipſorum, ſed etiam propter priuilegia plura illis conceſſa,de quibus Rodriguez *tom.2.quæſtion.Regular.q.*10.*art.*2.Specialiter Eugenij 4. pro Caſſinenſibus *in Bulla* 7.*n.*17.*&* *Bulla* 9.*n.*13. apud eumdem Rodriguez *in Bullar.*inter Bullas eiuſdem Eugenij.Peirinis *to.*1. *Priuileg. Min. in Conſti.*2.*Iul.*2.*n.*149.Quo nō obſtante,iuxta dicta *to.*1.*c.*11.*n.*25. poſſunt emptores gabellarum exigere à Regularibus iuramenta , quod res,v.g triticū &c.quas per duanā tranſeunt nomine dictorum Regularium,ſint ipſorum,& ad ipſorum vſus deputatę,& tenentur dicti Regulares ad mentem dictorū exigentium iuramenta iurare ſine aliqua æquiuocatione. Ratio eſt,quia licet abſolutè non poſſint Iudices,maximè ſæculares,compellere ad iurandum Regulares,ſuppoſito tamen, quod velint iſti res illas, quas dicunt eſſe ad vſum proprium ſine ſolutione gabellæ relaxari, æquitas iuſtitiæ poſtulatę, vt poſſint ad iurandū compelli. Ita Silueſt.Sanch.eo loco relati,& Peirin. *ſup.nu.*150.Idem dicendum in caſu,quo Religioſi coguntur ab vrbis cuſtodibus iurare an veniant ex loco peſte infecto.Tenentur enim iurare,& ad mentem cuſtodum,propter eamdem rationē.Silueſt. verb.*Iuramentum* 3. *q.*2. Sanch.*d.lib.*3.*c.*6.*n.*35.Cādidus *to.*2.*Diſquiſit.Moral. Diſq.*26.*ar.*3. *dubit.*8.Quando tamen adeo celeriter tranſierunt locum peſte infectū, vt certi ſint,quòd nihil eos,vel res ipſorum peſtis attigerit,aut potuerit attingere,poſſunt iurare ſe illhac non tranſiuiſſe , intelligendo mente , itaut aliquid mali ex loci peſtilentia contraxerint,quia hæc debet eſſe recta ipſorum cuſtodum intentio.Silueſt.*ſup.*Nauarr.*d.c.*12.*n.*19.Toletus *lib.*4.*c.*21.*n.*6.Idem dicendum quando veniunt ex aliqua Ciuitate,quæ putatur infecta peſte, verè tamen non eſt infecta,propter idē fundamentem.Silueſt.Nauarr.& Tolet.*ſup.* Item, quando portant aliquid, ex quo iure non debeant gabellam ſoluere , vel quia ea eſt iniuſta,vel quia ab ea ſunt ipſi immunes, & interrogantur à cuſtodibus eo fine,vt gabellam ſoluant, an portent aliquid . Poſſunt enim iurare ſe nihil portare,intelligendo mente , ex quo gabellam debeant. Silueſter verbo *Mendacium q.vlt.* Sanchez *ſup.nu.*32. Fagundez *in* 2. Eccleſ. *præcept.lib.*8.*cap.*7. *num.*8. Candidus *ſupra dubit.*9.

11 Qualiter autem non poſſint cogi ad iurandum in cauſa ſanguinis ad condemnandum aliquem,conſtat ex dictis *d.c.*11.*n.*24. Caſu vero dato, quòd Princeps , vel Iudex ſęcularis per vim.aut metum cogeret Regulares ad teſtificandum,ſeu iurandum cōtra aliquem in cauſa ſanguinis,poſſunt amphibologia , vel æquiuocatione vti,iurando ſe neſcire tale delictum , mente tamen intelligendo, itaut dicere debeant, etiam ſi illud ſciant. Cum enim talis Iudex, vel Princeps non poſſint iuridicè Regulares in tali caſu ad iurandum,vel teſtificandum cogere,

procul

procul dubio poterunt simili modo respondendi vti, iuxta communẽ sententiam de reo, seu teste nõ iuridicè interrogato de aliquo delicto. Siluester verbo *Mendacium q. vlt.* Sotus *lib. 5. de iust. q. 6. art. 2.* Nauarr. *can. humanæ aures 22. q. 5. in q. 1. n. 9.* Sayr. *in Clau. Regia lib. 4. c. 5. n. 24. & lib. 12. c. 17. n. 29.* Vnde similiter Religiosus interrogatus à ministris iustitiæ an latro transierit per illum locum vbi est, potest amphibologicè respondere etiam sub iuramento, dicendo; non transiuit hãc, intendens per locum proprium, & indiuiduum, quem pede, aut manu tangit. Siluest. *in Summ. verbo Mendacium q. 6.* Candid. *supra.* An verò possint Regulares in eo casu testificari, seu iurare, etiam ad condemnandum aliquem in causa sanguinis, vtendo tamen protestatione, saltem secundum opinionem probabilem aliquorum, vide dicta supra verbo *Irregularitas num.* 30.

12 Circa iuramentum assertorium, quando est falsum, idest, quando per ipsum affirmatur, vel negatur res aliter, quam homo in corde credit, notandum illud semper esse peccatum mortale, etiam si sit in materia leuissima. Ratio est, quia afferre Deũ in testem mendacij in quacunque materia quantũuis leuissima est grauissima iniuria ipsius, quia denotatur ipsum ignarum esse, vel improbum. Caiet. *in Summ. verbo periurium c 1.* Sotus *octauo de iust. q. 2. art. 3. concl. 2.* Sanctarell. *Tract. de blasphemia c. 4. dub. 2. n, 8.* Diana *5. p. Tract. 5. Resolut. 4.* post plures alios, quos refert. Nec excusat à mortali quicunque finis quantumuis sanctus, ac necessarius, quia mentiri, & Deum vt falsum testem afferre ita est intrinsecè malum, vt nunquam honestari valeat. Caiet. & Sotus *ibid.* Toletus *lib. 4. c. 21. n. 3.* Idem dico, si quis rem sibi dubiam, ac incertam iuret vt certam, vel indubiam, quia etiam tunc mentitur, & Deum, vt falsum testem affert. Sanchez *sup. dub. 8.* Bonacina *supra punct. 3. n. 6.* Portell. *sup. n. 6.* Vno tamen casu excusatur homo, scilicet cum inaduertenter iurat falsum non animaduertens id falsum esse. Tũc enim, vel nullum est peccatum, si nulla adsit aduertentia falsitatis, vel solum erit veniale, si tantum fuerit imperfecta aduertentia. Toletus *sup.* Sanch. *d. tib. 3. c. 4. n. 6.* Vide dicenda *num. sequenti.*

13 Specialiter quoad Regulares spectat, notandum ex Decreto Clementis 8. approbato a S. Congreg. sub Sanctiss. D. N. Vrbano, quod retuli *to. 1. c. 18. n. 20.* inter casus, quos ipsis permittit reseruari posse pro suis subditis recenseri *Iuramentum falsum in iudicio Regulari, seu legitimo.* Circa quem casum notandum, nomine iudicij Regularis intelligi illud quod fit apud personas Regulares. Peirinis *to. 2. de Prælat. q. 3. c. 2. num.* 42. Et quamuis ipse hoc extendat ad udicium factum apud personas, quæ quomodolibet habent iurisdictionem in Regulares, vt sunt Protectores, Nuntij, & Inquisitores, nihilominus credo, quod

cum hæc materia reſeruationis caſuum ſit odioſa, & reſtringibilis, reſtringi debeat ad Iudicium factum ſolum apud Prælatos Regulares, vt ſunt Priores, Generales &c. aliorum enim iudicia non ſunt Regularia ſimpliciter, cum Iudices ipſi ſæculares ſint. Illud certius, quod ſi Regularis iuraret falſum coram Iudice ſæculari, etiam eo caſu, quo eſſet cõpetens, tale iuramentum non comprehenderetur ſub hoc caſu. Peirin. *ſup.* Requiritur etiam ad hoc, quod comprehendatur, quod iudicium illud ſit legitimum. Quod tunc contingit, quando Iudex eſt competẽs, iuridicè interrogans, & iuris ordine ſeruato. Fagundez *ſup. d.c.7.n.3.* Longus *de caſib. reſeru. caſu* 8.*n.*3. & 4. Deinde vt iuramentum falsũ Religioſi in dicto iudicio comprehendi cenſeatur ſub caſu reſeruato, requiritur, quòd ipſe ſciat ſe falſum iurare, itaut ſi bona fide putet ſe iurare verum, quod tamen à parte rei eſt falſum, ſicut nullo modo peccat, ita nec incidit in caſum reſeruatum. Tolet. *ſup. d.c.*21.*n.*2. Fagundez *ſup.n.*1. Addit idem Fagundez, quòd è contra ſi Religioſus putat ſe iurare falſum, & à parte rei verum iuret, lætaliter peccat, & caſum incurrat reſeruatum. Sed licet tunc mortaliter peccet contra conſcientiam erroneam, credo tamen non incurrere caſum reſeruatum, quia cum reſeruatio ſit odioſa, reſtringenda eſt, & ita in præſenti ſolum accipienda, quando à parte rei id quod iuratur eſt falſum. Suarez *tom.*4. *de Relig. Tract.*1. *lib.*2.*c.*18.*n.*7. Peirin. *ſup.* Addunt idem Fagundez *num.*4. & Peirin. *nu.*44. ex alijs quos referunt, poſſe reum etiam in iudicio legitimo interrogatum de delicto proprio negare veritatem vtẽdo amphibologia modo dicto *ſup. n.* 10. & 11. quando grauis pœna mortis, perpetui carceris, triremium, exilij, vel infamiæ timeretur, abſq; eo quòd propterea incurreret in caſum reſeruatũ de iuramento falſo in iudicio Regulari, eo quod nemo aduerſus ſeipſum teneatur arma miniſtrare, idque conforme ſit iuri naturæ, quod præſcribit conſeruationem propriam. Sed oppoſita ſententia omnino tenenda eſt cum S. Tho. 2.2. *q.*69. *art.*1. vbi Caiet. Aragon. & alij. De quo etiam Sotus *lib. de ſecr. memb.*2. *q.*7. *concl.*1. Nauarr. *in Man. c.*25.*n.*36. Sanchez 2 *to. Conſil. Moral. lib.*6.*c.*3. *dub.*29. & alij communiter. Ratio eſt nõ ſolum, quia ratione obedientiæ tenetur ſubditus parere Superioribus iuſta præcipientibus, ſed etiam quia aliàs daretur bellum ex vtraque parte iuſtum, cum conſtet Iudicem iuridicè tunc interrogare. Vide quæ dixi *to.*1.*c.*27.*n.*12. Nota tamen, iuxta dicta à ſimili ſupra verbo *Accuſator, & Accuſare n.*16. probabile eſſe, quod caſu, quo Superior ex ignorantia veritatis, quam ſi ſciret non peteret iuramentum à ſubdito, ſi illud petit, poſſe ſubditum tuta conſcientia iurare æquiuocè, & amphibologicè, nõ incurrendo in caſum iſtum reſeruabilem. V.g. Superior vult ſcire, an aliquis Religioſus allocutus fuerit cum aliqua fœmina

mina credens, quod cum ipsa de illicitis locutus fuerit, si re vera non illicitos sermones cum illa habuit. potest dicto modo iurare, quia tunc non iurat contra intentionem Superioris. Toletus *d. cap.* 21. *n.* 6. Peirin. *d. nu.* 44. Similiter probabile est, quod subditus eadem amphibologia iurare potest non esse patratum crimẽ, quod re vera patratum est, sed absque peccato mortali illud perpetrantis, propter eamdem rationem. Fagundez *supra num.* 9. Peirinis *supra*.

14 Pro pœnis, quas periuri incurrunt, præter eas, quæ in peculiaribus Constitutionibus Religionum designantur, & dicta *tom.* 1. *cap.* 9. *num.* 42. vide Thesaurum *in praxi par.* 2. *verbo Periurium cap.* 1.

15 Loquendo autem de iuramento promissorio, illud obligat ad sui impletionem, ex genere suo sub mortali, quia res grauissima est reddere verum testimonium diuinum. Sanchez *d. lib.* 3. *de Iuram. c.* 9. *n.* 3. Excipe quãdo materia promissa est illicita, seu peccaminosa, tũc enim nullam obligationem inducit. *c. quanto de iureiur. reg.* 58. *in* 6. *cap. si vero, cap. cum contingat de iureiur. cap. quamuis de pactis in* 6. Implicat enim contradictionem, vt aliquis obligetur ad patrandum rem illicitam. Suarez *de Iuram. lib.* 2. *c.* 15. Layman *sup. c.* 6. *n.* 1. Imo tale iuramẽtum de re illicita, si ea sit peccatum mortale, sine dubio erit etiam mortale, si vero sit solũ veniale, licet aliqui dicant tunc etiã esse mortale, probabile tamen valde est solum esse veniale, vt tenent Dian. 4. *p. Tract.* 4. *Resolut.* 160. ex pluribus quos refert. Excipe etiam quando materia promissa est indifferens, v. g. leuare festucã, vel aliquid simile. Talis enim materia potius est aliquid vanum, & otiosum, quam cedẽs in laudem Dei. Caiet. 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. cũ S. Tho *ibid.* Nauarr. *in Man. c.* 12. *n.* 17. Quod tamen intellige nisi illa res sic indifferens ad finem bonum referatur, vt si Religiosus iuret non accedere ad talem domum propter periculum peccati. Tunc enim esset bona, & materia iuramenti. Nauarr *sup.* Lessius *lib.* 2. *c.* 42. Excipe tertiò, quando res promissa est impossibilis, tunc enim obligare non potest tale iuramentum, cum nulla lex ad impossibile obliget. Iuramentum autem est quædam lex priuata, quam sibi homo imponit. Imo iurans rem impossibilem, mortaliter videtur peccare, cum non possit voluntatem illam adimplendi habere. Siluest. verbo *Iuramentum quarto q.* 18. Fagundez *in* 2. *præcept. Decalogi lib.* 2. *c.* 6. *n.* 24. Excipe etiam, quando res promissa per iuramentũ est contraria diuinis consilijs, aut impeditiua maioris boni, tunc enim obligare non potest, quia non pertinet ad diuini numinis reuerentiam, vt fiat opus minus bonum impeditiuum maioris, aut contrarium diuinis consilijs. S. Tho. 2. 2. *q.* 89. *art.* 7. Nauarr. *sup. n.* 16. Layman. *sup. n.* 5. Imo tunc peccare saltem venialiter sic iurantem, eo quod faciat aliquam irreuerentiam Deo, ipsum adducendo in testem

contra

contra ſua conſilia, communis eſt ſententia, prout ex Suarez, Valentia, Sayr, Reginaldo, & alijs tenet Bonacina *ſup. punct. 3. n. 9.* Dixi autem iuramentum promiſſorium ex genere ſuo obligare ad ſui impletionem ex mortali, quia ratione paruitatis materiæ, quæ promiſſa eſt, poteſt excuſari à mortali illam non implens, prout probabiliter tenent Azor *to. 1. inſtit. Moral. lib. 5. c. 7. q. 2. & lib. 11. c. 5. q. 1.* Suar. *de iuram. lib. 3. c. 16.* & alij plures, quos refert, & ſequitur Diana *ſup. Reſol. 70.* Licet Valentia, Leſſius, Reginald. & alij, quos etiam refert, & ſequitur Bonac. *ſup. punct. 14. n. 2.* ſatis etiam probabiliter oppoſitum ſentiant.

16 Nec ſolum iuramentum promiſſorium in honorem Dei factum obligat ad ſui adimpletionem, ſed etiam factum in vtilitatem aliorum hominum, eſt enim recepta iuris canonici regula, ex *cap. Quamuis de pactis in 6. & cap. cum contingat de iureiur.* quod *iuramentum homini præſtitum ſeruandum eſt quotieſcunque ſine peccato, ſiue ſalutis diſpendio ſeruari poteſt.* Ad id enim obligatione tum fidelitatis ratione promiſſionis, tum Religionis ratione iuramenti, obligatur homo. Silueſt. verb. *Iuramentum* 4. *q.* 20. Molina *to. 1. Tract. 2. diſp.* 149. Laym. *ſup. n. 6.* Cum autem in Regula iuris adducta ſolum excipiatur ab obligatione adimplendi iuramentum factũ homini de re illicita, ſeu peccaminoſa, ideo iuramẽtum illi factum de re indifferenti, vel etiam minus bona, aut impeditiua maioris boni, etiam obligabit, quando ſcilicet cedit in vtilitatem ipſius. Ratio ſumitur ex differentia, quæ eſt inter iuramentum Deo præſtitum, & homini factum. Quia Deus indifferentia, & maius bonum impedientia non vult in ſuum obſequium impleri, & ideo iuramentum de illis Deo factum non obligat; homo autem indifferentia, & maius bonum impedientia vult, ſi in ipſius vtilitatem cedere poſſint. Hinc autem prouenit, quòd iuramentum de his homini præſtitum obliget, non autem Deo. Suar. *ſup. lib. 2. c. 12.* Leſſius *lib. 2. de iuſt. c. 42.* In iuramento ergo promiſſorio facto homini, id tantum ſpectandum eſt, an res illa iuramento promiſſa, poſſit abſque peccato mortali, aut veniali adimpleri. *cap. quamuis de pact. in 6. & cap. cum contingat de iureiur.* Molina *to. 1. de iuſt. diſp.* 149. Sanch. *d. l. 3. c. 9. n.* 19. An verò ad iuramentũ requiratur volũtas, ſiue intẽtio adimplendi illud, an autẽ ſufficiat ſola intentio promittendi, etiã ſi deſit voluntas ſe obligandi, collige à ſimili ex his, quæ dixi de profeſſione ficta *tom. 1. cap. 2. nu.* 27. De quo latè Sanchez *ſupra cap.* 10. Suarez *lib. 2. cap. 7.* Bonacina *ſupra punct. 7.*

17 In omni autem iuramento promiſſorio quædam tacitæ conditiones includuntur, itaut ipſis non ſubſiſtentibus obligatio ipſius ruat. Prima eſt, *ſi potuero*, quià ad impoſſibile nemo obligatur. *cap. querelam, cap. Quinta vallis de iureiur.* Secunda, *Saluo iure, & auctorita-*

te

te Superioris, ſi videlicet ille iuramentum ſibi præiudicans irritare, cõmutare, aut in eo diſpenſare non velit. *cap. venientes, cap. ad noſtrã 3. de iureiur. & c. non eſt de voto.* Qui autem ſint Superiores, qui id facere poſſunt infra dicetur. Tertia, *niſi is in cuius gratiam, & vtilitatem iuratum eſt obligationem remittat*. Quilibet enim cedere poteſt iuri ſuo, & ita ſi is in cuius fauorem factum eſt iuramentum iuri ſuo cedat, ceſſat obligatio etiam quoad Deum. Quarta *ſi res in eodem ſtatu permanſerint*, ſiue quod idem eſt, *ſi notabiliter mutatæ non fuerint. ex c. veniens. & c. breui, & c. quemadmodum de iureiur.* De his Abbas *in c. quemadmodum de iureiur.* Silueſt. verb. *Iuramentum* 3 *q.* 1. Tolet. *ſup. c.* 22. Suarez *lib.* 2. *de iuram. c.* 34. Portellus *ſup. à num.* 33. Layman *ſupra num.* 4. Bonacina *ſupra punct.* 16. & 17,

18 Ex his iam ad intentum Regularium elici poſſunt multa ad ipſos ſpectantia in hac materia. Primò, iuramentum promiſſorium ab ipſis factum de re aliqua prohibita iure naturali, diuino, vel Eccleſiaſtico illos non obligare. Tale enim iuramentum eſt de re illicita. Bonacina *ſup punct.* 4 *in fine.* Portellus *ſup. n.* 26. Idem dicendum de iuramento ab ipſis facto faciendi aliquid prohibitum lege ciuili, quando eos obligat, & iuxta modum quo eos obligat, iuxta dicta *to.* 1. *c.* 11. *à n.* 16. Tũc enim erit de re illicita. Silueſt. verbo *Iuramentum.* 4. *q.* 16. Layman. *ſup. c.* 6. *n.* 7. Si tamen Prælatus præciperet ſubdito ne ipſo inconſulto aliquid promitteret, vel iuraret, & ipſe iuraret aliquid, vel promitteret, ſi res, quam promitteret, vel iuraret, licita eſſet, obligaretur eo iuramento. Ratio eſt, quia etſi ea promiſſio, vel iuramentum illicita ſint, res tamen promiſſa, vel iurata bona eſt, ac per conſequens obligatur iurans ad illam. Molina *to.* 1. *de iuſt. diſp.* 149. *& diſp.* 153. *& to.* 2. *diſp.* 271. Suarez *d. lib.* 2. *c.* 24. *à n.* 4. Iuramenta porrò de obſeruãdis iniquis ſtatutis contrarijs iuribus Eccleſiaſticis obligatoria non ſunt. ex *cap.* 1. *de iureiur. in* 6. & ex Greg. 13. in Conſtit. *Inter Apoſtolicas.* Theſaur. *in prax. p.* 2. *verbo Iuramentum c.* 1. Vnde declaratum eſt à S. Congreg. apud Barboſam *in Collect. Bullar. verb. Iuramentum*, nõ teneri Epiſcopum in ingreſſu ſui Epiſcopatus iurare ſtatuta Sacris Canonibus, & S. Concilij decretis, Apoſtolicis ſue Conſtitutionib. contraria, niſi a Sede Apoſtolica fuerint confirmata. Idem dico de iuramento, quo Regulares, vel alij Eccleſiaſtici iurarent fidelitatem Principi tẽporali, ſeu laico, recognoſcendo eum in caput Eccleſiæ. Tale enim iuramentum iniquiſſimum eſt, vtpotè hæreticale, & ſchiſmaticum. Suarez *de defenſ. fidei Cathol. tit. de forma iuram.* Theſaur. *ſupra.* Iuramentum autem, quo voluntariè iurarent Principi laico fidelitatem, non vt Superiori ſuo, ſed veluti comparti Reipublicæ per modum contractus, ſi in aliquo territorio morari vellint, propter ſecuritatem videlicet Status, ſeu

Reipu-

Reipublicæ, non videtur illicitũ; cum nihil contrarium contineat immunitati Eccleſiaſticæ. Suarez *ſup. lib. 6. cap.* 1. Salas *de legib. diſp.* 96. *Tract.* 14. *n.* 96. *in fine.* Theſaur. *ſup.* Principi autem infideli, ſeu tyrãno nullatenus ſe obligare poſſunt in ijs, quæ ſunt contraria fidei Catholicæ, aut legitimo Principi. De quo Ioãn. Molanus *in lib. de fide, & iuram.* Layman. *lib.* 2 *Tract.* 3. *c.* 13. *n.* 5. §. *Secundo reſpondes.* Iuramentum autem, quod emittunt Profeſſionem Fidei facientes, de qua, quatenus ad Regulares ſpectat, dixi ſupra verbo *Fidei Profeſſio*, abſque dubio obligat Regulares, quando talem Fidei Profeſſionem emittunt. Eſt enim de re iuſtiſſima, & maximè ſpectanti ad Religionem. De quo Tamburinus *de iure Abbatum to.* 1. *diſp.* 8. *quæſito* 3. vbi *n.* 14. habet ex Reciulio *in Tract. de Iure Perſonarum extra gremium Eccl. exiſtentium lib.* 1. *c.* 13. *n.* 29. quòd quando pro præſtando iuramento fidelitatis perſonæ Religioſæ arctantur, etiam ſi Moniales ſint, teneri ad perſonaliter comparendum.

19 Specialiter etiam loquendo de iuramento promiſſorio facto a Regularibus de re aliqua contraria ſuæ Regulæ, vel Conſtitutionibus ſuarum Religionũ, ſi talis Regula, vel Conſtitutio illos obliget ad culpam (pro quo vide dicta *to.* 1. *c.* 7. & 8.) tunc proculdubio non obligantur tali iuramento, quia eſt de re illicita. Fagundez *in* 2. *præcep. Decalog. lib.* 2. *c.* 34. *n.* 14. Si tamen talis Regula, vel Conſtitutio, ſaltem pro illa re per iuramentum promiſſa non obligat ad culpam, erit res indifferens ad bonam, vel malam, ac per conſequens, iuxta dicta ſuperius, ſi iuramentum fuit factum homini, obligare poterit, ſecus verò ſi fuit factum Deo. Notandum autem, quòd vt cognoſcatur an talis Regula, vel Conſtitutio obliget ad culpam, vel non, attendendum etiam eſt, an ea ſint in vſu, vel an in deſuetudinẽ abierint, aut non ſint communiter inter timoratos recepta, vt habent Portellus *ſup. n.* 32. & Diana *p.* 3. *Tract.* 6. *Miſcellan. Reſolut.* 39. ex pluribus alijs. Hinc collige iuramentum factũ à Religioſo de non denunciando crimine alterius non obligare illum, quoties præcepto Superioris obligatur ad illud denunciandum. Tunc enim materia illius iuramenti reddita eſt illicita, ac per conſequens non poteſt ad illam obligari. Bonacina *ſup. punct.* 4. *n.* 3. ex Sanchez, & Suarez. Idem dico de iuramento facto contra votũ, aut contra prius iuramentum, aut contra aliquam promiſſionem validam. Propter eamdem rationem. Bonacina *ſup. punct.* 6. *num.* 1.

28 Similiter etiam loquendo de iuramentis promiſſorijs Regulariũ, quibus promitterent ſe aliquid daturos alicui extraneo, cum ipſi non habeant velle, aut nolle, nec poſſint aliquid dare contra voluntatem ſuorum Superiorum, ideo talia iuramenta non obligant, neque adimpleri debent, niſi prius habita tali licentia. Obligantur tamen quantũ

in ipſis

in ipsis est procurare, vt Prælatus illam concedat. *l. Inter stipulantes, ff. de verborum obligat. & instituta de inutili stipulat. §. versauice, & ex l. quoties quis.* Fagundez *in 2 præcept. Decalogi lib. 2. c 15. n. 4.* ex alijs, quos refert Ex quo collige, Religiosum, qui promisit vsurario soluere vsuras, aut latroni, qui illum volebat occidere dare aliquam quantitatem pecuniæ, cum teneatur ad ea soluenda; eo quod talis solutio ex parte Religiosi peccatum non sit (Portell. *n. 26.*) consequenter etiam teneri ad procurandū, quòd Prælatus det illi facultatē ad id faciendū, vel procurare talis Iuramenti dispēsationē, iuxta dicēda inferius *n. 28.*

21 Loquendo autem de Iuramento comminatorio cum illud coincidat cum promissorio (Toletus *sup. c. 22. n. 5.*) dicendum eodem modo obligare, vel nō obligare, sicut de Iuramento promissorio est dictū. Solum est animaduertendum Iuramenta Prælatorum, seu Superiorum Regulariū, quibus iurant suos subditos punituros, regulariter non obligare, quia vt in plurimum fiunt non ex motiuo virtutis, sed ex impulsu iræ, vel vindictæ. Similiter non obligabunt quoties subditi, vel emendati fuerint, vel misericordiam petierint. Propter dicta de Iuramento promissorio, quod scilicet non obliget quando res notabiliter mutantur. Obligare tamen poterunt, si talis punitio conueniens fuerit bono Relig. Tolet. *sup.* Sayr. *in Clau. reg. l. 5. c. 5. n. 13.* Portell. *sup. n. 25.* & alij.

22 Præterea de Iuramento execratorio loquendo, cum illud coincidat cum assertorio, quando fuerit de re præsenti, aut præterita, & cum promissorio, seu comminatorio quando fuerit de re futura, ideo-quę de ipsis dicta sunt eidem applicari debent.

23 Notandum tamen Prælatos Regulares posse cogere suos subditos ad iurandum coram se de re aliqua facienda, vel omittenda, quādo causa rationabilis subsiterit. Si enim cogere possūt illos ad eadem medijs censuris, & præceptis obedientiæ, non est ratio cur non possint etiam id facere medio Iuramēto, vtrumque enim pertinet ad iurisdictionem spiritualem, quam super illos habent. Rodriguez *to. 2. q. Regular. q. 4. ar. 5.* Tamburinus *de Iure Abbat. to. 2. disp. 20. quæsito 3. n. 1.* Sic etiam a simili declaratum video a S. Cōgreg. apud Barbos. *in Collectan. Bullar. verbo Iuramentum* posse Episcopum cogere Canonicos ad iurandum de fideliter punctando in Choro. Imo in aliquibus Religionibus præceptum obedientię habet vim Iuramenti, prout in nostra Carmelitarum tempore visitationis, prout colligitur *ex parte 2. Constitution. c. 6. n. 2.* vbi præceptum obedientiæ est pro Iuramento, ita quod si quis scienter veritatem celat, incurrit pœnam periurij. Sic etiam in multis Religionibus tēpore Capituli, vel alia occasione, obligantur Religiosi ex vi Iuramenti ad seruandum secretum. Hoc autem Iuramentum non obligat sub mortali, nisi quando res, quæ detegitur

est

eſt materia grauis. Si enim leuis fuerit ſolum ſub veniali obligabit, iuxta dicta ſuperius *num.* 15. Portellus *ſupra num.* 30.

24 Tollitur obligatio Iuramenti promiſſorij inter Regulares, quãdo illud factum fuit Deo, a ſuis Superioribus tribus modis, ſcilicet irritatione, diſpenſatione, ſeu relaxatione (hę enim duæ voces idem in propoſito ſignificant) & commutatione, iuxta dicta *to.* 1 *c.* 18. *n.* 53. Talia enim Iuramenta ſunt quaſi vota. De quo præter Authores ibi relatos vide Portell *ſup. n.* 42. *& ſeqq.* & Laym. *d. Tract.* 3. *de iuram. c.* 11. An poſſint etiã Iuramẽta à Regularib. facta Sãctis irritari, diſpẽſari, ſeu cõmutari à ſuis Superioribus, cõſtat ex dictis eo *n* 53 Quæ vero ſint hęc Iuramenta, quæ irritari, diſpenſari, & commutari poſſunt à Superioribus Regularium, & de circunſtantijs ſeruandis in vſu talis facultatis, vide dicta eo *c.* 18. *à n.* 47. *& ſeqq.* dum ſermo eſt de irritatione, diſpenſatione, & commutatione votorum. Cum enim hæc Iuramenta facta Deo, vt dixi, ſint veluti vota, ideo, quæ de votis eo loco dicta ſunt, talibus Iuramentis applicari debent.

25 Conſequenter etiam, cum iuxta dicta eodem *to.* 1 *c.* 26. *n.* 15. Abbatiſſæ, ſeu Prioriſſæ Monialium non poſſint earum vota diſpenſare, aut commutare ob defectum iuriſdictionis ſpiritualis, bene tamen irritare, propter poteſtatem dominatiuam, quam ſuper illas habent, idem ſimiliter videtur dicendum de huiuſmodi Iuramentis ipſarum Deo factis, ita ſcilicet, vt ea nec diſpenſari, nec commutari poſſint à ſuis Superioriſſis, bene tamen irritari, propter eamdem rationem.

26 Cæterum loquendo de irritatione, diſpenſatione, ſeu commutatione Iuramentorum Regularium, quæ ab ipſis emiſſa ſunt in vtilitatẽ tertiæ perſonæ, conſequenter ad dicta eo *c.* 18. *n.* 53. Cicendum eſt, quod ea quæ emiſſa ſunt à Religioſis in vtilitatem tertij in ijs, quæ ſunt ſui iuris, & in quibus non ſubijciuntur Superioribus Religionis, prout cõtinget in caſu quo de licentia Papæ haberent liberam adminiſtrationem aliquorum bonorum, vel aliquod Beneficium extra Religionem, aut viuerent omnino extra illam, non cadit irritatio, diſpenſatio, aut commutatio à ſuis Superioribus facta, tum propter ibi dicta, tum quia quoad prædicta non ſunt ſubditi dictis Prælatis. Loquendo autem de Iuramentis in vtilitatem tertij emiſſis in alijs rebus, in quibus Religioſi ſubduntur Prælatis Religionis, dixi eo loco cadere poſſe in illa irritationem, diſpenſationem, & commutationem ab ipſis facta, propter ibi dicta. De quo etiam Candidus *ſup. diſquiſ.* 26. *art.* 15. Nunc addendũ id eſſe intelligendum, quando prædicta Iuramenta emiſſa ſunt ſine licentia explicita, vel ſaltem implicita dictorũ Superiorum. Tunc enim, vel non obligant cum Religioſus omni voluntate careat, & nihil firmũ efficere poſſit abſque ſui Superioris conſenſu, vel eſto obligent, ſaltem

ſubdi

ſubdi debent poteſtati ipſorum Superiorum, ſicut & ipſi Iuramenta emittentes ſubduntur. Sic colligo ex Soto *lib* 8. *de iuſtit.q.*1.*art.*9. *ad finem corporis*, Ledeſma 2.*to.Summæ Tract.*11. *c.*4. *dub.*1. Sanchez *d.lib.*3.*in Decalog.c.*20.*n.*3. Layman. *d.Tract.*3. *c.*11. *n.*2. Quando autem emiſſa ſunt cum conſenſu, licentia, ſiue voluntate Superiorum, tunc vtique in eis non cadit irritatio, diſpenſatio, ſeu commutatio ab ipſis facta. Firmitas enim contractuum inter homines requiſita petit, vt Superiore legitimo conſentiente non poſſit illos retractare, alias nullus auderet cum Religioſis contrahere, quod in graue ipſorum dānum reſultaret. Sic etiam colligo ex Suarez *to.*2.*de Relig. Tract.d voto lib.*6. *c.*8. *n.*3. & eod. Sanchez *lib.*4.*in Decalog.c.*22.*n.*23. Limita tamen vt *eod.n.*53.*d.c.*18. dixi, quando talia Iuramenta ab illo tertio in cuius vtilitatem emiſſa ſunt fuerunt acceptata Ratio eſt, quia ante acceptationem nullam inducunt obligationem iuſtitiæ, nec cōferunt parti ius, ſiue actionem, licet Iudex Eccleſiaſticus poſſit cogere ad ipſorum impletionem. Layman. *d.c.*11.*n.*6. ex alijs. Limita ſecundò, quando talia Iuramenta promiſſoria non ſunt emiſſa principaliter in hominis vtilitatem, ſed in honorem Dei, vt ſi quis iuramento promiſerit Deo ſe daturum aliquid Petro pauperi, tūc enim iudicanda ſunt, ac ſi ſoli Deo præſtita eſſent, quia quod principaliter intenditur ſemper eſt ſpectandum. *l.rogaſti in princ. l.ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert.petat.* ac per conſequens quoad irritationem, diſpenſationem, & commutationem ſubijci debent poteſtati Prælatorum, ſicut alia Iuramenta Deo facta. Sanchez *d.l.*3. *c.*20.*n.*9. & *l.*4. *c.*41. *n.*7. loquens de voto ſimili.

27 Specialiter quoque circa commutationem eorumdem Iuramentorum in vtilitatem tertij emiſſorum, quando ab ipſo acceptata ſunt, & in vtilitatem ipſius principaliter à iurante fuerunt emiſſa, aduertēdū eſt, non poſſe ab ipſo iurante propria authoritate in melius commutari. Etſi enim in votis Deo factis id fieri poſſit, vt dixi *d.to.*1. *c.*18. *n.*48. & de Iuramentis Deo ſolum factis id etiam affirmari debeat, prout colligitur ex *c.peruenit* 2.*de iureiur.* & tenent Tolet. *ſup.c.*23.*n.*2. Sa *in Summ.verb.Iuramentum n.*34. Sanch. *d l.*3.*c.*19.*n.*9. & alij. Secus tamen dicēdum eſt de prædictis Iuramentis in vtilitatem tertij emiſſis. Eo quod homini non ſemper eſt gratius id quod melius, Deo autem è contra Tolet. *ſup.* Bonacina *ſup punct.*17.*num.*10.

28 Ex ijs collige Iuramenta à Religioſis in vtilitatem tertij principaliter emiſſa, ab eo acceptata; & de licentia Prælatorum facta ſolum à Papa ob cōmune bonum regulariter relaxari, diſpenſari, aut commutari poſſe. Cum per talia Iuramenta ius ſit tertio adquiſitum, quod ſolus Papa propter bonum cōmune auferre poteſt. Sotus 8.*de iuſt.q.*1.*ar.*9. Portell. *ſup.n.*48. Dixi *Regulariter*, quia quando eſt turpitudo ex parte illius.

illius tertij, vt contingit in casu, quo quis iurando promisit latroni volenti eum occidere aliquam quãtitatem pecuniæ ne id faceret, aut vsurario soluere vsuras; vel quando Iuramentum est vi, metu, aut fraude extortum, & generaliter quando iurans passus est iniuriam ab eo in cuius vtilitatem emissum est Iuramentum, tũc Episcopus potest in eo dispensare, cum solum tunc agatur de reuerentia diuino nomini seruanda, in quo possunt Prælati Ecclesiæ vti sua potestate nomine Dei. Toletus *sup.* Sanchez *sup. c.* 21. *à n6.* Portell. *sup. n.* 50. Quamuis autem idem Portell. eo loco dicat hanc potestatem non competere Prælatis Regularibus respectu suorum subditorum, oppositum tamen colligo ex eodem Sanchez *n.* 29. & 30. & ex eo, quòd dicti Prælati habent iurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos. Id verò, quod addũt Tolet. *sup.* Bonacina *n.* 8. & alij etiam id posse facere Episcopos in pœnam illius cui factum est Iuramentum, sicut & possunt alia pœna ipsum mulctare propter ipsius culpas, non procedit in Prælatis Regularibus, nisi illi habeant iurisdictionem non solum in Regulares, sed etiam in extraneos, quibus factum est Iuramentum.

29 Qualiter Iuramenta facta à Regularibus ante Professionem in Religione commutẽtur in illam, dixi *to.* 1. *c.* 3. *n.* 7. Quod & tenet Diana 3. *p. Tract.* 6. *Miscellan. Resolut.* 65. loquens de Iuramentis tam realibus, quam personalibus Deo, & non homini præstitis. Commutari etiam posse à Confessarijs aliqua Iuramenta, seu etiam vota iurata ex vi Bullæ Cruciatæ, vel Iubilæi concedentis authoritatem ad commutanda vota, constat ex dictis supra verbo *Bulla Cruciatæ n.* 35. An verò secluſa Bulla Crucialæ, aut Iubilæo id fieri possit ex aliquibus priuilegijs eorumdem Regularium, consule dicta supra verbo *Confessarius* &c. *num.* 15.

30 Alia verò, quæ in materia hac desiderari possunt habebis Deo dante *in* 4. *tom.* verbo *Votum*.

IVS PATRONATVS.

DE hac re sufficienter dixi 2. *tom. cap.* 11. & ideo pro nunc supersedendum.

Hæc de hoc Tertio Tomo ad Laudem Dei Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Dei Genitricis Mariæ, Patriarchæ Eliæ, & aliorum Sanctorum.

FINIS.

Digitized by Google

INDEX

RERVM MAGIS NOTABILIVM,

Quæ in hoc tertio Tomo continentur.

A

A, & Ab *dictiones ſignificãtes terminum, quomodo accipiendæ verbo* Dictio *nu.2. Abbatis nomen, quid importet, verbo* Abbas *num. 1. Abbates in multiplici differentia. ibidem. nu.2. Abbatis nomen dignitatem importat n.3. Abbates Regulares ſunt verè Prælati. num.4. An nomine Ordinarij Abbates comprehendantur. n.5. An in Iubilæis, ſeu Bullis nomine Ordinarij Abbates veniant. ibid. Nomine Monachi in fauorabilibus venit Abbas, ſecus in odioſis. n.6. An etiam nomine Monialis veniat Abbatiſſa. ibid. De Abbatũ prouiſione n.7. & 8. Quinam dicantur Abbates benedicti, & qui non benedicti. n.9. De reſidentia in Eccleſijs. n.10. & 11. An vtantur Pontificalibus inſignijs. nu.12. & 14. An aliqui vti poſſint habitu Prælatorum ſæcularium. num.13. Altare, & menſa quomodo paranda pro Abbate celebraturo. n.15. An poſſint deponi ab officijs, aut ipſis renunciare, & quomodo. n.18. An & quomodo poſſint fieri permutationes Prælatiarũ. num.19. An fieri poſſint renunciationes in alterius gratiam. ibid. Abbatum cadauera quibus cœremonijs ſepelienda. n.20.*

Abbatia quid ſit, verbo Abbatia *n.1. Quibus concedi poſſit in titulum, vel in commendam. ibid. A quo id fieri poteſt. ibid. Prouideri debet per electionem. n.2. Nõ poſſunt eidem Abbatiæ præfici duo Prælati. n.3. Nec è contra vnus Prælatus duabus Abbatijs. nu.4. De Abbatia nullius Diœceſis. n.5.*

Abbatiſſarum electio pertinet ad Moniales, verbo Abbatiſſa. *n.1. Quas conditiones habere debent. ibid. In ætate Abbatiſſarum, quis diſpenſet. n.2. De ipſarum electione. nu.3. De Præſide electionis Abbatiſſarum. num 4. Scrutatores an habeant vocem in tali electione. nu.5. Quot partes Monialium concurrere debent ad illam. n.6. Qui vocãtur ad earum electiones, à quibus abſtinere debeant. nu.7. Poſſunt Moniales iure communi compromittere electionem. nu.8. An Moniales deſcendentes ex maculato genere eligi poſſint in Abbatiſſas. n.9. Electæ in Abbatiſſas qualiter, aut à quibus confirmandæ. n.10. A quibus benedicendæ.*

dicendæ. num. 11. *De Abbatiſſis ſolum per triennium duraturis. num.* 12. & 13. *An Abbatiſſæ poſſint diſpenſare cum Monialibus. num.* 14. *An poſſint benedicere illas. num.* 15. *An Beneficia, vel Cappellas conferre. num* 16. *Quomodo dicantur ſuſpendere Clericos. ibidem. An, & quomodo habeant adminiſtrationem bonorum ſui Monaſterij. num.* 17. *Vbi, aut quomodo ſepeliendæ. num.* 18.

Abortus, ſ. u aborſus, quid ſit, verbo Abortus. *num.* 1. *Quid ſtatuerint Sixtus V. & Greg. xiv. num.* 2. & 3. *De procurante, vel conſulente abortum. num.* 4 5. & 6. *A quo abſolui poſſit. nu.* 7. & 8. *An hæc excommunicatio non incurratur, niſi effectu ſequuto. num.* 9. *Animatio fœtus, qua die contingat. nu.* 10. *Quas pœnas incurrat mulier ipſa prægnans abortum proprium procurans. num.* 11. *An aliquando liceat ipſi abortum procurare. num.* 12. *Quando viri abortum procurantes incurrant irregularitatem. num.* 13. *An Prælati Regulares ſuper hac irregularitate diſpenſent. num.* 14. *Quas pœnas incurrunt Clerici, vel Regulares, qui ſunt cauſa abortus. n.* 15. 16. 17. 18. 19. 20. & 21.

Abſolutio non peteſt dari ſola mente, aut animo, verbo Abſolutio. *n.* 1. *Quæ ſit forma abſolutionis à peccatis. ibidem. Quæ ſit forma abſolutionis à Cenſuris. ibid. An ſolis illis verbis* Abſoluo te *abſoluantur peccata, & cenſura, n.* 2 *An requiratur expreſſio nominis Cenſuræ, à qua quis abſoluitur. n.* 3. *An requiratur expreſſio cauſæ propter quam incurſa fuit cenſura. n.* 4. *Vna cẽſura auferri poteſt ſine alia. n.* 5. *Secus de peccatis mortalibus. ibidem. Quando poſſit dari abſolutio cenſuræ extra Confeſſionem. n.* 6. *Quid importet verbum illud* In foro Conſcientiæ. *ibid. Quid illud* In foro Pœnitentiæ. *ibid. Quid illud* Iniuncta, ſeu peracta Pœnitentia. *ibid. Abſolutus a cenſura ſolum in foro conſcientiæ qualiter ſe gerere debeat. n.* 7 *Qualiter abſolutio publica impẽdenda. n.* 8. *An ſatisfactio partis læſæ præcedere debeat nu.* 9. *An ea ſit de ſubſtantia abſolutionis. ibid. Quid de abſolutione* In foro Conſcientiæ. *ibid. An abſolutionem ab excommunicatione præcedere debeat iuramentum. n.* 10. *Quale ſit hoc iuramentum, & à quibus petendum. ibid. An abſolutio à peccatis, vel cenſuris dari poſſit ſub conditione. nu.* 11. *Abſolutio cenſuræ debet eſſe voluntaria, nõ coacta. n.* 12. *Quid requiratur ex parte abſoluentis ad valorem abſolutionis. num.* 13. & 14. *Inuitus, & abſens an poſſit abſolui à peccatis, vel à cenſuris. nu.* 15. & 16. *Clauſula* Abſoluentes ab Excommunicatione *&c. quæ ſolet poni in Reſcriptis Papæ quantum valeat, verbo* Clauſula. *n.* 7.

Abſque *dictio an ſemper importet excluſionem, verbo* Dictio. *n.* 3.

Accumulatiuè *dictio quid ſignificet,*

cet, verbo Dictio. num. 4.

Accuſare an poſſit Religioſus, verbo Accuſare, & Accuſator. num. 1. Quando accuſat ſine licentia Prælati an iudicium illud ſit validum. num. 2. Quid ſi Religioſus velit agere cõtra ſuum Prælatum. num. 3. An tunc concedi debeant illi expenſæ. num. 4. An etiam Prælato accuſato. ibidem. Religioſus obedire debet ſuo Superiori durante lite. num. 5. An cum poteſt eſſe actor poſſit conſtituere procuratorem. nu. 6. In caſu Hæreſis, vel ſuſpicionis Hæreſis tenentur Religioſi denunciare quaſcumque perſonas. n. 7. Quid in caſu quo Monialis, ſeu Religioſus iuuenis ad inhoneſta ſolicitaretur in confeſſione. n. 8. Quæ, & quorum crimina teneãtur denunciare tempore viſitationis. num. 9. & ſequentibus uſque ad 17. Eccleſiaſtici prohibentur accuſare in cauſa ſanguinis. num. 18. Quando, & quomodo id liceat. ibidem. Proteſtatio quando, quomodo, & coram quibus ſit facienda. nu. 19. An illa profit alijs. num. 19. An ſine illa excuſentur aliquando Eccleſiaſtici ab Irregularitate. num. 20. Quid quando accuſant aliquem ex obligatione Charitatis, vel Iuſtitiæ. num. 21.

Actum, & ratum &c. clauſula quid importet, verbo Clauſula. num. 8.

Ad dictio ſignificans terminum quomodo accipienda, verbo Dictio. num. 2.

Adminiſtratio bonorum Monaſterij ad quos ſpectat, verbo Adminiſtratio, & Adminiſtrator. num. 1. & 2. Quæ Adminiſtratio bonorum Monaſterij competat Abbatiſſis. num. 3. An aliqui Adminiſtratores deſignari pro illis poſſint. ibid. An Fratres Minores poſſint hoc munus exercere. num. 4. Quid ſi Adminiſtratores in ſuo munere deliquerint. num. 5. Quæ conditiones pro illis requirantur. nu. 6. & 7. Alia ad Adminiſtratores ſpectantia. num. 8. & 9. Quæ Adminiſtratio prohibita Regularibus. num. 10. & 11.

Aetas Generalium, vel Prouincialium qualis, verbo Aetas. nu. 1. Aliorum Prælatorum inferiorum. num. 2. Abbatiſſarum, ſeu Prioriſſarum. num. 3. Diffinitorum. num 4. Pro Profeſſione emittenda. num. 5. Pro recepturis Sacros Ordines. num. 6. Quæ ætas ſufficiat ad peccatum mortale, & incurrendas cenſuras. num. 7. Quando Regulares obligentur ad ieiunia ſuæ Regulæ. num. 8. Quæ ætas requiritur ad Beneficia, vel ſimilia. nu. 9.

Affinitas quid ſit, verbo Affinitas. num. 1. & 2. Solus Pontifex diſpenſat in illa ante contractum Matrimonium. num. 3. Poſt contractum etiam Epiſcopus, & cui ipſe commiſerit. ibidem. Quid de Confeſſarijs Regularium propter eorum priuilegia. num. 4. 5. 6. & 7.

Agnus Dei cerei, quomodo non miniandi ex Conſtitutione Gregorij xiij. verbo Agnus Dei cerei. num. 1.

num. 1. *Quæ actiones prohibitæ ſint circa illos. num.* 2. 3. 4. & 5. *Excõmunicatio à Gregorio impoſita an ſit, & quibus reſeruata. n* 6. *Tangere, ſeu contrectare* Agnus Dei, *quibus licet, vel quibus non. nu.* 7. *Pro reuerentia, & vtilitate illorum. n.* 8. & 9.

Alienatio propriè quid importet, verbo Alienare, ſeu Alienatio. *num.* 2. *Alienatio omnis bonorũ Eccleſiaſticorum prohibita a Paulo* 2. & *à S. Congregatione. num.* 3. & 4. *Pœnæ impoſitæ cõtra alienantes. num.* 18. *vſque ad* 22. *Quis poſſit in illis diſpenſare. num.* 22. & 23. *Quid de pœnis aliarum Conſtitutionum Apoſtolicarum. num.* 24. & 25.

Alius dictio quid importet, verbo Dictio. num. 5.

Altare quid importet, verbo Altare. *nu.* 1. *Quotuplex ſit* Altare. *ibid. Quale, & à quo conſecrari debeat. n.* 2. 3. & 4 *Quid quando non adeſt copia Epiſcoporũ. n.* 4. *An per Concilium reuocata ſint priuilegia aliqua Regularium quoad hoc, ſi Ordinary requiſiti Altaria conſecrare nolint. nu.* 4. & 5. *De modo conſecrandi Altaria. nu.* 6. & 7. *Quomodo fieri debeat. nu.* 8. & 9. *In Altari non cõſecrato nullus celebrare poteſt. n.* 10. *An in Altari in quo Epiſcopus Miſſã celebrauit aliquis eo die celebrare poſſit n.* 11. *Erigere Altaria in Eccl. conſecratis, vel non conſecratis, ſeu ipſa deſtruere, quibus liceat. n.* 12. *An priuilegia quorumdam Regularium celebrandi cum ſolo Altari portatili ſubſiſtãt modo poſt Cõcil. Trid. n.* 13. *Quid importent illa verba* Sine præiudicio Eccleſiæ Parrochialis. *ibid. An in grangijs, ſeu prædijs Monaſteriorum celebrari poſſit. nn.* 14. *An in cameris particularium Religioſorum. n.* 15. *Nullatenus verò in Cameris ſæcularium. n.* 16. *Quæ declarata ſint à S. Cõgregatione circa reuerentiam Altaribus debitam. n.* 17. *An Altaria in Eccl. Regularũ ſita ab Epiſc. viſitari poſſint. n.* 18. *Altaria priuilegiata, quæ dicantur. n.* 19. *An Miſſa in illis celebranda pro defunctis debeat eſſe de* Requiem. *ibid. An hæc priuilegia alijs cõmunicentur. ibid. Quando ſuſpẽdantur. ibid. Altaria quãdo execrentur. n.* 20. 21. 22. & 23. *Quo modo ornandum pro Abbate, vel Priore habente vsũ Miſſæ. n.* 25.

Ambitionis peruerſitas, verbo Ambitio. *nu.* 1. & 2.

Annus quomodo accipiendus in ſacris Canonibus Bullis, Decretis, Statutis, verbo Annus. *nu.* 1. *Si aſſignatur annus cum præpoſitione* in *per ablatiuũ, vel in genitiuo, ſeu per accuſatiuũ, & præpoſitionẽ* ad, *vel in accuſatiuo cũ præpoſitione* per, *ſeu* ante, *ſeu* poſt. *n.* 2. & *ſeqq. Quãdo res ſit dubia, quæ regula ſit tenẽda. n.* 8. *Quomodo accipiendus annus cõpletus. n.* 9. *An idẽ dicẽdũ de anno requiſito pro Profeſſione Regulari, & obligatione ieiunij Eccleſiaſtici. ibid. Annus biſſextilis quomodo accipiẽ. n.* 11. *Quid de anno pro nouitiatu requiſito. ibi.*

Quid

INDEX.

Quid quando aliquis ſuſpenderetur per annum. ibidem. Annus 1582. quomodo integer debuit reputari. nu. 12. Qui annus requiritur ad dignitates. n. 13.

Ante *dictio quid importet verbo* Dictio. *num. 6.*

Apoſtaſia quid, & quotuplex ſit verbo Apoſtata, & Apoſtaſia. *n. 1. & 2. Apoſtaſia ab obedientia quid ſit. n. 3. Apoſtaſia, ſeu Apoſtata a Religione. n. 4. Apoſtaſia à Religione eſt caſus reſeruabilis. n. 9. Ab ea quis abſoluat. num. 11.*

Apoſtata à Religione verbo Apoſtata, & Apoſtaſia, *num. 4. An Moniales de Monaſterio exeuntes Apoſtatæ ſint cenſendæ. n. 5. Quid de Pinzocheris collegialiter viuentibus. ibidem. Quando Religioſus fugiens ad Prælatum ratione grauaminis pretenſi excuſetur. n. 6. De bonis Apoſtatarum, & ad quos pertineant. n. 8. De cenſuris, & pœnis Apoſtatarum à Religione. n. 10. & ſequentibus. Apoſtata à Clericatu quis cenſendus. num. 13. Quando peccet mortaliter. ibid. De Religioſo Clerico Apoſtata. num. 14.*

Appellatio quid, & quomodo permiſſa, verbo Appellatio. *num. 2. Quomodo permiſſa Regularibus. num. 3. & 4. Non ad tribunalia extranea. num. 5. & 6. Caſus in quibus non licet. num. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. Forma faciendi ipſam. num. 15. Effectus ipſius. n. 16. A qua ſententia appellari poſſit. n. 17. 19. 20. 21. & 22.*

Appellatione remota *Clauſulæ quomodo intelligẽda, verbo* Clauſula. *n. 10.*

Approbatio Confeſſarij qualis debeat eſſe, verbo Bulla Cruciatæ. *n. 20. verbo* Confeſſarius Regularis. *nu. 2. & verbo* Iubilæum. *num. 16.*

Aqua benedicta eſt duplex, verbo Benedictio, & Benedicere. *n. 20. & 21. Eam benedicere eſt actus Ordinis. ibid. An ſi illi addatur alia aqua reddatur benedicta. num. 20. Qualiter aſpergenda. num. 22.*

Arbiter quis dicatur, verbo Iudex Regularis *num. 2. Differunt arbiter & arbitrator. ibid. In qua ætate conſtitui poſſit. ibid. Quando ab arbitro appellari poſſit. ibid. n. 11. Iuris arbiter quando eligendus. num. 13. Quod munus illius. ibid.*

Arbitrio tuo *clauſula quid ſignificet, verbo* Clauſula. *num. 11.*

Arma tenentes Monachi, ſunt excommunicati, verbo Arma. *n. 1. Quid de alijs Regularibus. n. 1. 2. 3. & 4. Quid de geſtantibus arma prohibita à Principibus. n. 5. 6. & 7. Arma deferre ad infideles caſus Bullæ Cœnæ. nu. 8. & ſequentibus.*

Auctoritate noſtra *clauſula quid importet, verbo* Clauſula *n. 12.*

B

Baccalaureatus gradus qualis ſit, verbo Gradus, & Graduati Regulares. *num. 2.*

Baculus duplex, alius communis, alius Paſtoralis, verbo Baculus. *num. 1. Qui, & quando vti poſſ.*

Digitized by Google

Abolition of Slavery, 1833, 1834, 1838, 1840, 1841, 1842, 1843, 1844, 1845, 1846, 1847, 1848, 1849, 1850, 1851, 1852, 1853, 1854, 1855, 1856, 1857, 1858, 1859, 1860, 1861, 1862, 1863, 1864, 1865, 1866, 1867, 1868, 1869, 1870, 1871, 1872, 1873, 1874, 1875, 1876, 1877, 1878, 1879,

Bishops, their duty, 1 Tim. iii. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7. Tit. i. 5, 6, 7, 8, 9.

Blessing, the, 1 Cor. x. 16.

Blood, 1 Cor. x. 16.

Body, the, 1 Cor. x. 16.

Bread, 1 Cor. x. 16.

Brethren, 1 Tim. v. 1, 2.

Bridegroom, Matt. xxv. 1.

Bridle, Jam. iii. 2.

Brotherly love, 1 Thess. iv. 9.

Burden, Gal. vi. 2.

Calling, 2 Tim. i. 9.

Carnal, 1 Cor. iii. 1.

Charity, 1 Tim. i. 5.

Children, 1 Tim. iii. 4.

Christ, 1 Cor. x. 4.

Christian, 1 Pet. iv. 16.

Church, 1 Tim. iii. 15.

Circumcision, Tit. i. 10.

Clean, Tit. i. 15.

Commandment, 1 Tim. i. 5.

Communion, 1 Cor. x. 16.

Conscience, 1 Tim. i. 5.

Contentious, 1 Cor. xi. 16.

Corinthians, 1 Cor. i. 2.

Corruption, 1 Cor. xv. 42.

Covenant, 1 Cor. xi. 25.

Creature, 1 Tim. iv. 4.

Cup, 1 Cor. x. 16.

Custom, 1 Cor. xi. 16.

Damnation, 1 Tim. v. 12.

Deacons, their duty, 1 Tim. iii. 8, 9, 10, 11, 12, 13.

Dead, 1 Cor. xv. 12.

Death, 1 Cor. xv. 26.

Deceivers, Tit. i. 10.

Devil, 1 Tim. iii. 6.

Devotion, 1 Tim. iv. 7.

Discipline, 1 Tim. i. 20.

Doctrine, 1 Tim. iv. 16.

Dominion, 1 Cor. xv. 24.

Drunkenness, 1 Cor. xi. 21.

Elders, their duty, 1 Tim. v. 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25. Tit. i. 5, 6, 7, 8, 9.

Elect, 2 Tim. ii. 10.

Enemies, 1 Cor. xv. 25.

Envy, 1 Tim. vi. 4.

Epiphany, 2 Tim. i. 10.

Error, 1 Tim. vi. 20.

Eternal life, 1 Tim. i. 16.

Evangelist, 2 Tim. iv. 5.

Evil, 1 Tim. vi. 10.

Faith, 1 Tim. i. 2.

Faithful, 1 Tim. i. 15.

Fathers, 1 Tim. v. 1.

Fellowship, 1 Cor. x. 16.

Flesh, 1 Cor. xv. 39.

Fornicators, 1 Cor. v. 9.

Fruit, 1 Tim. iv. 15.

Gain, 1 Tim. vi. 5.

Gentiles, 1 Tim. ii. 7.

Gift, 1 Tim. iv. 14.

Glorious, 1 Tim. i. 11.

Godliness, 1 Tim. ii. 2.

Gospel, 1 Cor. xv. 1.

Grace, 1 Tim. i. 2.

Grave, 1 Cor. xv. 55.

Guile, 1 Pet. ii. 1.

Heaven, 1 Cor. xv. 47.

Heavenly, 1 Cor. xv. 48.

Heresy, Tit. iii. 10.

Holy, 1 Tim. iv. 5.

Hope, 1 Tim. i. 1.

Husbands, their duty, 1 Tim. iii. 2, 12. Tit. i. 6.

Idolatry, 1 Cor. x. 14.

Image, 1 Cor. xv. 49.

Immortality, 1 Tim. vi. 16.

Incorruption, 1 Cor. xv. 42.

Infirmity, 1 Tim. v. 23.

Iniquity, 1 Tim. iii. 6.

Jesus, 1 Tim. i. 1.

Judgment, 1 Tim. v. 24.

Kingdom, 1 Cor. xv. 24.

Knowledge, falsely so called, 1 Tim. vi. 20.

Law, 1 Tim. i. 8.

Liberty, 1 Cor. x. 29.

Life, 1 Tim. iv. 8.

Lord, 1 Cor. x. 21.

Love, 1 Tim. i. 5.

Lucre, 1 Tim. iii. 3.

Lusts, 1 Tim. vi. 9.

Manifold, 1 Tim. v. 25.

Marriage, 1 Tim. iii. 2, 12. Tit. i. 6.

Meat, 1 Cor. x. 3.

Mediator, 1 Tim. ii. 5.

Meekness, 1 Tim. vi. 11.

Mercy, 1 Tim. i. 2.

Minister, 1 Tim. iv. 6.

Mortality, 1 Cor. xv. 53.

Mystery, 1 Tim. iii. 9.

Nature, 1 Cor. xi. 14.

Novice, 1 Tim. iii. 6.

Obedience, 1 Tim. iii. 4.

Offence, 1 Cor. x. 32.

Old men, 1 Tim. v. 1.

Old women, 1 Tim. v. 2.

Ordination, 1 Tim. iv. 14.

Overseer, 1 Tim. iii. 1.

Partaker, 1 Cor. x. 17.

Partakers, 1 Cor. x. 18.

Partaking, 1 Cor. x. 16.

Passover, 1 Cor. v. 7.

Patience, 1 Tim. i. 16.

Peace, 1 Tim. i. 2.

Perfect, 1 Cor. xiii. 10.

Perfection, 1 Cor. xiii. 10.

Persecutions, 2 Tim. iii. 11.

Pleasure, 1 Tim. v. 6.

Power, 1 Cor. xv. 24.

Prayer, 1 Tim. ii. 1.

Preacher, 1 Tim. ii. 7.

Preaching, 2 Tim. iv. 2.

Priest, 1 Tim. v. 17.

Profane, 1 Tim. iv. 7.

Profession, 1 Tim. vi. 12.

Promise, 1 Tim. iv. 8.

Prophecy, 1 Tim. iv. 14.

Propitiation, 1 Tim. ii. 6.

Propitiatory, 1 Tim. ii. 6.

Prudence, 1 Tim. iii. 4.

Purchase, 1 Tim. iii. 13.

Purity, 1 Tim. v. 2.

Quarrelsome, 1 Tim. iii. 3.

Quick, 1 Cor. xv. 36.

Ransom, 1 Tim. ii. 6.

Reading, 1 Tim. iv. 13.

Reconciliation, 1 Cor. v. 19.

Redemption, 1 Cor. i. 30.

Reproach, 1 Tim. iii. 7.

Resurrection, 1 Cor. xv. 12.

Revelation, 1 Cor. xiv. 6.

Reverence, 1 Tim. iii. 4.

Rich, 1 Tim. vi. 17.

Righteousness, 1 Tim. vi. 11.

Sacrament, 1 Tim. iii. 16.

Saints, 1 Cor. i. 2.

Salvation, 1 Tim. i. 15.

Sanctification, 1 Cor. i. 30.

Sanctify, 1 Tim. iv. 5.

Saviour, 1 Tim. i. 1.

Scandal, 1 Cor. x. 32.

Scripture, 1 Tim. v. 18.

Seed, 1 Cor. xv. 38.

Self-willed, Tit. i. 7.

Sensual, 1 Cor. xv. 44.

Shame, 1 Tim. ii. 9.

Sharers, 1 Cor. x. 18.

Shepherd, 1 Tim. iii. 1.

Sick, 1 Tim. v. 10.

Sin, 1 Tim. v. 22.

Sinners, 1 Tim. i. 15.

Sobriety, 1 Tim. ii. 9.

Soul, 1 Cor. xv. 44.

Spirit, 1 Cor. xv. 44.

Spiritual, 1 Cor. xv. 44.

Stewardship, 1 Cor. iv. 1.

Stewards, 1 Cor. iv. 1.

Strife, 1 Tim. vi. 4.

Subjection, 1 Tim. iii. 4.

Subtlety, 1 Tim. iii. 6.

Superfluity, 1 Tim. v. 13.

Supper, 1 Cor. xi. 20.

Table, 1 Cor. x. 21.

Temperance, 1 Tim. ii. 9.

Temperate, 1 Tim. iii. 2.

Testament, 1 Cor. xi. 25.

Testimony, 1 Tim. ii. 6.

Thanksgiving, 1 Tim. iv. 4.

Tongue, 1 Tim. iii. 8.

Tradition, 1 Cor. xi. 2.

Transgression, 1 Tim. ii. 14.

Trouble, 1 Tim. v. 10.

Truth, 1 Tim. ii. 4.

Unbelief, 1 Tim. i. 13.

Unbelievers, 1 Tim. v. 8.

Unclean, 1 Tim. iv. 3.

Unity, 1 Cor. x. 17.

Unlearned, 1 Cor. xiv. 16.

Unmarried, 1 Cor. vii. 8.

Unprofitable, 1 Tim. i. 6.

Unspeakable, 1 Tim. iii. 16.

Vain, 1 Tim. i. 6.

Vanity, 1 Tim. vi. 20.

Vessel, 1 Tim. iii. 11.

Vessels, 1 Tim. iii. 8.

Vice, 1 Tim. iii. 8.

Vigilant, 1 Tim. iii. 2.

Virgin, 1 Cor. vii. 25.

Virtue, 1 Tim. v. 10.

Visitation, 1 Tim. v. 4.

Widows, their duty, 1 Tim. v. 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16.

Wife, 1 Tim. iii. 2, 12. Tit. i. 6.

Will, 1 Tim. v. 14.

Wine, 1 Tim. iii. 8.

Wisdom, 1 Cor. xiv. 6.

Witness, 1 Tim. v. 19.

Women, 1 Tim. ii. 9.

Word, 1 Tim. iv. 5.

Work, 1 Tim. v. 10.

Worship, 1 Tim. iv. 8.

appellantes ab executione litterarum Apoſtolicarum, recurrẽtes ad ſæculares Poteſtates &c. num. 36. Decimusquartus, contra auocantes cauſas ſpirituales &c. num. 38. Quintusdecimus, eſt contra trahẽtes perſonas Eccleſiaſticas ad tribunalia ſæcularia. num. 40. Decimusſextus, contra moleſtantes, aut impediẽtes Iudices Eccleſiaſticos. nu. 42. Decimusſeptimus, contra vſurpantes prouentus Eccleſiaſticos. num. 44. Decimusoctauus, contra imponentes onera Eccleſiaſticis. num. 46. Decimusnonus, contra interponentes ſe in cauſis Eccleſiaſticorum. num. 48. Vigeſimus, contra occupantes, vel detinentes terras Dominij Papæ. num. 50. Caſuum prædictorum abſolutio Papæ reſeruatur. n. 52. An mortis articulus, etiam periculum mortis importet. nu. 53. An priuilegia Regularium per hanc Bullam reuocentur. n. 54. An priuilegium Epiſcopis conceſſum à Concilio Trident. n. 55. Quid de priuilegio Bullæ Cruciatæ. num. 56. Excommunicatio contra abſoluentes à prædictis caſibus. num. 57.

Bulla Cruciatæ quid ſit verbo Bulla Cruciatæ. *nu. 1. Quibus conceſſa. num. 2. Qui poſſint illam accipere. num. 3. An Regulares. ibidem. Priuilegia illius valent tantum per vnũ annum. num. 5.*

C

CAlicis materia qualis, verbo Calix. *num. 1. Quid de conſecratione Calicis. nu. 2. Ad quos conſecratio ſupradicta ſpectet. num. 3. & 4. Quando, & quomodo Calix amittat conſecrationem. num. 5. 6. & 7. An Calix non conſecratus conſecratus maneat poſt contactum Corporis, & Sanguinis Chriſti. nu. 8.*

Canonica monitione præmiſſa, clauſula quid importet, verbo Clauſula. *num. 14.*

Canonica portio quid ſit, verbo Canonica portio. *num. 1. Ad quem ſpectet. num. 2. De quantitate illius. num. 3. Ex quibus præberi debeat. num. 4. An Monaſteria, & loca exempta ſoluere debeant hanc portionem. n. 6. Quid de priuilegijs Regularium circa hanc portionem. num. 7. 8. & 9.*

Capitulum quid ſit verbo Capitulum, *num. 2. An Capitulum aliquod poſſit alterare, immutare, vel ſupplere electionem per modum ſcrutinij. num. 4. An quodlibet Capitulum exercere poſſit actus iuriſdictionis, quos Prælati. num. 5. Alia de facultatibus ipſius. num. 6. Quomodo Capitula interdicantur, vel ſuſpendantur. num. 7. 8. 9. & 13. An licitum ſit Capitulis, & Cõuentibus, aut ſingularibus perſonis ipſorum aliquid exigere ob receptionem alicuius in Religionem. num. 10.*

Cardinalis nomen vnde veniat, verbo Cardinalis. *num. 1. De eorum dignitate. num. 2. Quid poſſint facere in Eccleſijs ſuorũ Titulorum. num. 5. De eorum priuilegijs. num. 7. 8. & 9.*

Caſus reſeruati nomen vnde veniat, verbo Caſus reſeruati Regularium. *num.* 1. *In quibus poteſtas eos reſeruandi reſideat. ibidem. De caſibus Epiſcopis reſeruatis. num.* 2. *&* 3. *De caſu abortus. num.* 4. *An Confeſſarij virtute priuilegiorum abſoluere poſſint pœnitentes intra, vel extra Italiam à caſibus Ordinario loci reſeruatis. ibid. Quid quando aliquos tantũ reſeruant. n.* 5. *De caſibus Prælatorum Regularium ipſismet reſeruatis. n.* 6. *An faciliter concedenda ſit licẽtia abſoluendi ab ipſis. num.* 7. *An Superiores Regulares determinare poſſint pœnitentias graues à Confeſſarijs imponendas quibusdam peccatis, etiam non reſeruatis. num.* 8. *Regulæ generales pro caſuum reſeruatione. num.* 9. 10. *&* 11. *Quando peccata intelligantur reſeruata. num.* 12. *Caſuum reſeruatio debet reſtringi. nu.* 13. *Quid ſentiendum de percuſſione dubia Clerici, an ſit leuis, vel grauis. num.* 14. *Ad quos caſuum reſeruatio ſpectet. num.* 15. *An qui poſſunt ſibi reſeruare caſus, poſſint etiam reſeruare peccata, & cenſuras. ibidem. An valida ſit caſuum reſeruatio abſque legitima cauſa. nu.* 16. *Quando contingat caſus reſeruatos ceſſare à reſeruatione. num.* 17. *An abſolutio à reſeruatis extra articulum mortis ſit valida. num.* 25. *Aduertentiæ circa illos, qui facultatem habent abſoluendi a caſibus reſeruatis. num.* 26. 27. *&* 28. *Cui conceditur facultas abſoluendi à caſibus Popalibus non conceditur à caſibus Bullæ Cœnæ. num.* 28. *Nec cui conceditur facultas à caſibus Bullæ Cœnæ conceditur ab hæreſi. ibid. An habens caſum reſeruatum, & illius obliuiſcens in Confeſſione cenſeatur abſolutus. ibid. Facultas abſoluendi à reſeruatis an extendatur ad futura. ibidem. Qui habet facultatem delegatam abſoluendi ab omnibus reſeruatis, an poſſit illam ſubdelegare. num.* 29. *Quid declaratum eſt à Sacra Congregatione pro caſibus ab Epiſcopis reſeruandis. num.* 30. *&* 31. *De caſibus, qui inter Regulares reſeruari poſſunt remiſſiuè. n.* 32.

Cauſa iudicialis quid, & quotuplex ſit, verbo Cauſa Iudicialis Regularium. *num.* 1. *Cauſæ ciuiles Regularium cum ipſi ſint actores à quibus cognoſcuntur. num.* 2. *An poſſint tunc agere coram Iudice ſæculari. num.* 3. *Quid quando ipſi Regulares ſũt rei. num.* 4. *Quid de Regularibus extra Monaſterium degentibus. nu.* 5. *Qua ratione caput* Volentes de priuilegijs, *& Concilium Tridentinum intelligenda. nu.* 6. *Nec in prima inſtantia coram Ordinarijs conueniri poſſunt. num.* 7. *Quomodo Bulla Pauli* 5. *intelligenda. num.* 8. *Cauſæ de nullitate Profeſſionis apud quos tractandæ. num.* 9. *Quid de cauſis criminalibus Regularium. num.* 10. *An poſſint trahere ſuos reos coram alijs Iudicibus.*

dictibus. num. 11. *Quid quando ipsi sint rei. num.* 12. *Coram Ordinarys quãdo trahi possunt: num.* 13. *Quid de causis spectantibus ad Sanctum Officium. num.* 14. *Quid si Ordinarij procedant contra ipsos in casibus nõ permissis. num.* 15. *An propter Prælatorum negligentiam id liceat. num.* 16.

Censura *quid, & quotuplex sit, verbo* Censura Ecclesiastica. *num.* 1. *Qui possunt ponere censuras. num.* 2. *Quæ conditiones pro eis requirantur. ibid. Qualis iurisdictio. num.* 3. *Qui ligari possunt censura. nu.* 4. *Religiosi hospites an ligẽtur censuris Cõuentuum, in quibus morantur. ibidem. Censura qualiter ferri debeat. num.* 5. *&* 6. *Monitio ad eam requisita. num.* 7. *Praxis Regularium Prælatorum in ea ferenda. num.* 8 *An eam ferre possint extra proprium territorium. num.* 9. *Ferri non potest, nisi propter peccatum proportionatum. num.* 10. *Qui excusentur à censura incurrenda. n.* 11. *Quibus modis tollitur censura. num.* 12. *Censuræ non reseruatæ à quibus tollantur. num.* 13.

Cessatio à Diuinis quid sit, verbo Cessatio à Diuinis. *num.* 1. *Qui possint illam imponere. num.* 2. *Effectus illius. num.* 3. *De quodam priuilegio Leonis X. ibid. Priuat Sacramentis, & Sepultura Sacra. num.* 4. *&* 5. *Culpa, & pœnæ violantis cessationem. num.* 6. *Quid de Religiosis Mẽdicantibus. num.* 7.

Chrisma quid sit, verbo Consecratio. *num.* 3. *Qui possint uti illo in benedictionibus, & consecrationibus, verbo* Altare. *n.* 3. *&* 4. *verbo* Benedictio. *num.* 8. *&* 11. *& verbo* Consecratio. *num.* 2.

Circa *dictiu quomodo accipienda, verbo* Dictio. *num.* 8.

Clausularum notitia ad uis Regularibus, verbo Clausula. *num.* 1. *Clausula in fine posita refertur ad præcedentia. num.* 3. *Quid de clausula posita in una parte dispositionis. nu.* 4. *Quid de clausula posita in uno versiculo. n.* 5. *Clausula generalis ad quos casus extendatur. nu.* 6. *Clausula* Absoluentes a quibuslibet Excommunicationis, suspensionis *&c. quid importet. num.* 7. *Clausula* Actum *&c. quid importet. nu.* 8. *Clausula* Ad beneplacitum nostrum, *vel similes quid denotent. num.* 9. *Clausula* Appellatione remota, *quomodo intelligenda. num.* 10. *Clausula* Arbitrio tuo, *quid significet. num.* 11. *Clausula* Auctoritate nostra, *vel similes, quam vim habeant. n.* 12. *Clausula* Beneplacito tuo, *quid importet. num.* 13. *Clausula* Canonica monitione præmissa, *quid significet. num.* 14. *Clausula* Citra pœnam sãguinis. *n.* 15. *Clausula* Confirmamus, & innouamus, *quod ius tribuat. num.* 16. *Clausula* Conscientiã tuam oneramus, *quid operetur. num.* 17. *Clausula* Contradictores quoscunque compescendo. *quam facultatem tribuat. n.* 18.

Clau-

Digitized by Google

Clauſula Decernentes irritum, & inane &c. *num.* 19. *Clauſula* de plano, *vel ſimiles quid importent. num.* 20. *Clauſula* de plenitudine poteſtatis, *quos effectus operetur. num.* 21. *Clauſula* Diſcreto viro ex approbatis ab Ordinario. *num.* 23. *Clauſula* Diſtrictè iniungimus, præcipimus &c. *num.* 24. *Clauſula* Dummodo aliam in eadem Eccleſia non conceſſerimus. *n.* 25. *Clauſula* Et Decretis Concilij Tridentini non aduerſentur. *num.* 26. *Clauſula* Et Sacris Canonibus &c. *num.* 27. *De clauſula* Et pro potiori cautela. *num.* 28. *De clauſula* Ex certa ſcientia. *num.* 29. *De clauſula* Ex tunc prout ex nunc. *nu.* 30. *De clauſula* Facies quod tibi videbitur. *num.* 31. *De clauſula* Gratiam, & Communionem Sedis Apoſtolicæ. *num.* 32. *De clauſula* Habeas libetum arbitrium iudicandi. *num.* 33. *De clauſula* Indignationem Omnipotentis Dei. *num.* 34. *De clauſula* Indignationem Apoſtolorum Petri, & Pauli. *nu.* 35. *De clauſula* In foro Conſcientiæ. *num.* 36. *De clauſula* In omnibus, & per omnia. *num.* 37. *De clauſula* In quo conſcientiam tuam oneramus. *num.* 38. *De clauſula* Innocato auxilio brachij ſæcularis. *num.* 39. *De clauſula* Iudicio tuo. *num.* 40. *De clauſula* Motuproprio. *n.* 41. *De clauſula* Non obſtantibus. *num.* 42. 43. 44. 45. 46. *Pro praxi priuilegiorum Regularium ibidem. De clauſula* Non poteſt. *nu.* 47. *De clauſula* Omni meliori modo. *num.* 48. *De clauſula* Parte ſatisfacta. *num.* 49. *De clauſula* Pœnitentia ſalutari iniuncta. *num.* 50. *De clauſula* Pro expreſſis &c. *num.* 51. *De clauſula* Pro potiori cautela. *nu.* 52. *De clauſula* Prout conſcientiæ tuæ. *num.* 53. *De clauſula* Prout de iure. *num.* 54. *De clauſula* Prorſus eximimus. *num.* 55. *De clauſula* Quatenus ſunt in vſu. *num.* 56. *De clauſula* Quorum tenores. *num.* 57. *De clauſula* Quoties expediens fuerit. *num.* 58. *De clauſula* Ratum, & firmum. *num.* 59. *De clauſula* Recuſatione remota, *num.* 60. *De clauſula* Relinquo conſcientiæ tuæ. *num.* 61. *De clauſula* Saluo aſſenſu Apoſtolico. *num.* 62. *De clauſula* Saluo iure Parochiali. *num.* 63. *De clauſula* Si & in quantum. *n.* 64. *De clauſula* Si & prout de iure. *num.* 65. *De clauſula* Sicut accepimus. *num.* 66. *De clauſula* Sola rei veritate cõſpecta. *n.* 67. *De clauſula* Sublata facultate. *num.* 68. *De clauſula* Super omnes, & ſingulos. *nu.* 69. *De clauſula* Supplentes defectus. *n.* 70. *De clauſula* Tuo iudicio, *vel* prudentiæ. *num.* 71. *De clauſula* Vocatis vocandis. *num.* 72.

Clauſura Regularitũ, verbo Clauſura. *num.* 1. *&* 2. *Terminus huius clauſuræ qualis ſit: num.* 3. *Egreſſio nocturna, aut furtiua à Monaſterio caſus reſeruabilis. num.* 4.

Clauſura Monialium circa egreſſum è ſuis Monaſteriis, & ingreſſum perſonarum extranearum in ipſa. vide Moniales.

Clerici nomine, qui veniant, verbo Clericus. *num.* 1. *Clericorum priuilegia infra verbo* Priuilegium.

Cœmeterium quid ſit, verbo Cœmeterium. *num.* 1. & 2. *Quæ in illo prohibita. ibidem. A quo benedicitur. num.* 4. *Quando violatur. num.* 5.

Commiſſariorũ Regularitũ duplex genus, verbo Commiſſio, & Cõmiſſarius Regularis. *num.* 1. *An ſint Iudices Ordinarij, vel delegati. ibidem. An ſubdelegare poſſint. ibidem. Quanto tempore durent. num.* 2. *Commiſſiones, ſeu priuilegia Prælatis Regularibus conceſſa, an perſonalia, vel realia. num.* 3. *An poſſint ab ipſis delegari. ibidem. Quando ceſſent. ibidem. Quando commiſsio cenſeatur perſonalis, aut realis. num.* 4. *Quando ceſſet ex parte delegantium. nu.* 5. *Quando ex parte ipſarum commiſſionum. num.* 6. *Quando, & qui Prælati poſſint Cõmiſſarios deſignare. nu.* 7. *An Commiſſarij dicantur Prælati. num.* 8.

Concilijs interſunt Abbates, verbo Abbas. *num.* 16. *Item Generales Mendicantium. ibidem. Quid de Synodis Diœceſanis. nu.* 17.

Concio quid ſit verbo Concionari, & Concionator Regularis. *n.* 2. *Ad quos ſpectet ex officio. nu.* 3. *Quibus committi poteſt. num.* 4. & 5.

Concionatores Regulares, quas cõditiones habere debent, verbo Concionari *&c. num.* 6. *An ſuſpendi poſſint ab Epiſcopis. num.* 7. *An examinari. ibidem. An etiam extra Quadrageſimã, & Aduentum habere debeant licentiam, vel benedictionem ab Epiſcopis. ibidem. An obligentur ad faciendam Profeſsionem Fidei. num.* 8. *De Prælatis Regularium. num.* 9. *Regulares prædicantes ſine licentia ſuorum Superiorum qualiter peccent. num.* 10. *De mercede aſsignanda Concionatoribus. num.* 12. *Quibus diebus prohiberi poſſint prædicare. num.* 13. *De Indulgentijs conceſsis audientibus Cõciones quorumdam Religioſorum. num.* 14.

Confeſſarij Regulares an peccent audientes Confeſsiones ſine licẽtia ſuorum Superiorum, verbo Confeſsarius Regularis. *num.* 2. *An tales Cõfeſsiones validæ ſint ibidem. & num.* 3. *De facultate quam habent ad abſoluendũ à peccatis, & cenſuris. num.* 4. *Circa caſus reſeruatos. num.* 5. *In caſibus tranſgreſsionis clauſuræ Monialium. num.* 6. *De alijs caſibus. ibidem. An priuilegia Regularium, & quando cenſeantur derogata per Conſtitutiones poſteriorum Pontificũ. num.* 7. *An abſoluere poſſint à pœnis Eccleſiaſticis num.* 8. *An à caſibus Papalibus occultis. nu.* 9. *An diſpenſare in irregularitatibus. num.* 10. *Quid de Confeſsarijs Regularibus ſolum pro Religioſis*

*ligioſis deſignatis.num.*11. *Quomodo intelligenda priuilegia Pauli iij. pro Ieſuitis. num.* 12. & 13. *Quid de facultate commutandi vota, ſeu iuramenta. num.* 14. 15. & 16. *Quid de priuilegio alio Eugenij iv. pro Carmelitis. nu.* 17. *An diſpenſent in irregularitatibus nu.*18. *Quid de Confeſſarijs Regularium circa caſus reſeruatos. num.*19. *An validè abſoluant contra voluntatem Prælatorum. nu.* 20. *Abſoluunt ſuos Religioſos vbiq; nu.* 21. *Niſi mutauerint domicilium. ibidem. Item ſuos Prælatos. num.* 22.

Cõfeſſio *quot modis poteſt eſſe nulla, verbo* Confeſſio. *num,*2. *vſq; ad* 6. *In quibus caſibus dimidiari poſſit. num.* 7. *Quomodo fieri poſſit in caſibus periculi, vel articuli mortis. num.*8. *Quid in caſu quo morti proximus loqui non poſſit, & confeſſionem prius petierit. num.* 9. *Quid quando illam non petierit.num.*10. *Quid quando illam non petierit.n.*10. *Quid quando nec ſigna contritionis dederit. nu.*11. *Quæ conditio, & quomodo adhibenda in aliquibus caſibus.nu.*12. *Quis poſſit in talibus caſibus abſoluere. num.* 13. *An id etiam ſit verum pro caſibus periculi mortis. num.* 14. *Quæ cautio petenda à moribundo habente caſus reſeruatos. num.*16.

Confirmamus, & innouamus &c. *clauſula quid importet, verbo* Clauſula. *num.* 16.

S. *Congregationes Eminentiſſimorum Cardinalium, verbo* Sac. Congregatio. *num.*1. *De Sacra Congregatione Rituum. num.*2. *Ipſa inconſulta Ritus ſuos immutare non poſſunt Regulares. num.*3. *Quibus declarationibus ipſius fides adhibenda. num.*5. *De Sacra Congregatione Concilij. num.*6. *De ipſius declarationibus. num.*7. 8. & 9. *Quæ habeantur, vt authenticæ. nu.*10. & *ſequentibus. Semper veneradæ. num.*14. *De Sacra Congregatione Regularium. num.* 15.

Conſcientiam tuam onceramus *clauſula quid ſignificet, verbo* Clauſula. *num.* 17.

Conſecratio quid ſit, verbo Conſecratio. *num.* 1. *Quomodo deferat à benedictione. ibidem. An pertineat ad Prælatos Regulares. num.*2.

Contradictores quoslibet compeſcendo *clauſula, quam authoritatem tribuat, verbo* Clauſula. *num.* 18.

Crux quomodo non inferenda in Parochias pro defunctorum corporibus deferendis, verbo Crux *quoad Regulares. num.*1. *An deferenda in proceſſionibus cooperta ibidem. An cruces, vel noua inſignia ferenda in proceſſionibus. num.*2. *Quomodo ponenda in Altari. num.*3. *Cruce pectorali qui poſſunt vti. num.* 4.

Cum *dictio aliquando ſtat principaliter, verbo* Dictio. *num.* 12.

D

DAre, ſeu donare prohibitum eſt Regularibus à Clem. viij. adhibita declaratione ſub Sanctiſ-

Ctiſſimo Domino Noſtro Vrbane, verbo Dare, ſeu Donare. *num.* 1. 2. & 3. *Bona ex quibus probibita eſt donatio. num.* 4. *Probibita eſt etiam donatio inter ipſos Regulares. num.* 5. *Erogare etiam, ſeu expendere in alicuius honorem ipſis probibitum. num.* 6. *Caſus in quibus licet Regularibus munera largiri. num.* 7. 8. & 9. *Quid de declaratione ſub SS. D. N. Vrbano. num.* 10. 11. & 12. *Qualiter recipientes aliquid à Regularibus teneantur ad reſtitutionem. num.* 13. *Pœnæ impoſitæ contra Regulares aliquid donantes. num.* 14. & 15. *Quid ſi Religioſus ſucceſsiuè plura modica donauerit. num* 16. *De abſolutione à prædictis pœnis. num.* 17. *Quomodo publicanda Conſtitutio Clementis, & declaratio ipſius ſub Sanctiſſimo D. Noſtro Vrbano. num.* 18.

Dare, ſeu donare aliquid in Curia pro gratia, ſeu iuſtitia obtinenda, probibitum Conſtitutionibus Bonifacij viij. & Gregorij xiij. verbo Dare, ſeu Donare. *n.* 19. 20. & 21. *Quas perſonas comprehendant. num.* 22. *Quid intelligatur nomine* Gratiæ, *vel* Iuſtitiæ. *num.* 23. *Quid per illud apud Sedem Apoſtolicam. n.* 24. & 25. *Quid Curia, & domus Papæ. num.* 26. *Quæ actiones ſint probibitæ. num.* 27. *vſque ad* 38. *Pœnæ contra tranſgreſſores. num* 39. *Quis abſoluat ab illis. ibidem. Qua conditione. num.* 40. *Gratia, ſeu Iuſtitia accepta irrita ſunt. num.* 41. *Denunciari debent tranſgreſſores. num.* 42. *Actiones probibitæ a Gregorio* 13. *num.* 43. *Pœnæ contra tranſgreſſores. num.* 44. & 45.

De *dictio naturalitatem importat, verbo* Dictio. *num.* 13.

Decernẽtes irritum, & inane *clauſula quid denotet, verbo* Clauſula. *num.* 19.

Decima quid importet, verbo Decima quoad Regulares. *num.* 1. *Quotuplex ſit. ibidem. Regulares ex multis priuilegijs ab ea ſoluenda exempti ſunt. n.* 2. 3. 4. & 5. *An debeant ampliari, vel reſtringi. num.* 6. *An ſint perſonalia, vel realia. num.* 7. *An in illis valeat cõmunicatio priuilegiorum Regularium. nu.* 8. *Quando perdantur per non vſum. num.* 9. *Notabilis Rotæ Deciſio in cauſa Carmelitarum. num.* 10. *An Regulares eximantur à Decimis ex agris illis acquiſitis, vel ſolum ex noualibus. num.* 11. *Qualiter probibitum ſit illis à Decimarum ſolutione retrahere alios. num.* 12. *Quid præcipiatur ipſis in Concil. Lateranenſi. ibidem.*

Defunctorum ſepultura libera in Eccleſijs Regularium, verbo Defunctus. *nu.* 1. *Quomodo eorum corpora leuanda à Regularibus ex Decreto S. Congregat. num.* 2. *Quid quãdo aliquis moritur extra ſuam Parochiam, & vult ſepeliri in Eccleſia Regularium. nu.* 3. *De munere Parochorum circa ſepulturam Defunctorum. num.* 4.

num. 4. *Cadauer non debet manere inſepultum, occaſione controuerſiæ ſepulturæ. num.* 5. *Officia Defunctorum à quibus faciẽda tempore ſepulturæ. num.* 6. *De alijs ad illam ſpectantibus. ibidem. Decretum Auditoris Camera. num.* 7.

Degradatio quid, & quotuplex ſit verbo Degradatio. *num.* 1. *&* 2. *Cui competat degradare. nu.* 3. *Cui degradatos reſtituere. nu.* 4. *Degradati quibus priuentur. num.* 5.

Deinde *dictio quid importet, verbo* Dictio. *num.* 14.

Delinquens Regularis intra clauſtra degens, ſed extra ea, verbo Delinquens Regularis. *num.* 1. *An incarcerari poſsit ab Epiſcopo. num.* 2. *Quid facere debeat Prælatus ab Epiſcopo monitus, num.* 3. *An ſufficiat mittere ſententiam contra illum datam. num.* 4. *Intra quod tempus debeat ipſum punire. num.* 5. *Quid ſi Religioſus delinquat intra Eccleſiam. num.* 6.

Denunciatio quid ſit, verbo Denunciatio, & denũciare pro Regularibus. *num* 2. *&* 3. *Tenentur Regulares denunciare hæreticos, vel de hæreſi ſuſpectos. num.* 4. *An præmittere debeant correctionem fraternam ibidẽ. An hæreticos iam emendatos. ibidem. An idem ſe ipſum. ibidẽ. De obligatione denunciandi Cõfeſſarios ſolicitantes ad inhoneſta. num.* 5. *Quomodo intelligenda quæ dixi tom* 1. *Summæ in prima editione. ibidem. Denunciari debent tales Confeſſarij, etiam non diffamati. Sub peccato mortali. ibidem. Quid de Confeſſario ſolicitato à fœmina. num.* 6. *De quibus ſolicitatoribus intelligenda Conſtitutio Gregorij* xv. *ibidem. Qui tenẽatur ad illam. num.* 7. *An denũciantes fiant irregulares ſecuta morte denunciati. ibidem. Denunciatio facienda eſt intra terminum præfixum in Edictis. num.* 8.

De plano, *& ſimiles clauſulæ quid importent, verbo* Clauſula. *num.* 20.

De plenitudine poteſtatis *Clauſula qua ſ effectus operetur, verbo* Clauſula. *num.* 21.

Depoſitio quid ſit, verbo Depoſitio. *nu.* 1. *Quibus priuetur Clericus, vel Religioſus depoſitus. num.* 2. *&* 3. *Propter quæ delicta imponenda hæc pœna. nu.* 4. *Ad quos pertinet in illa diſpenſare. num.* 5.

Dictionum cognitio vtilis pro Regularibus, verbo Dictio *num,* 1. *Dictiones* A, Ab. Ad, *ſignificantes terminum, quomodo accipiẽdæ. num.* 2. *Dictio* Abſque, *non ſemper extat excluſiuè. num.* 3. *Dictiones* accumulatiuè, *&* priuatiuè, *quid denotant. num.* 4. *Dictio* Alius, *quid importat. nu.* 5. *Dictio* Ante *denotat principium. num.* 6. *Dictio* Aut *eſt alternatiua. num.* 7. *Dictio* Circa, *quomodo accipienda. num.* 8. *Dictio* Commodè, *quid importat. num.* 9. *Dictio* Competenter, *& ſimiles, quid ſignificent.*

Digitized by Google

num. 10. *Dictio* Continuo *iuxta ſubiectam materiam accipiẽda. num.* 11. *Dictio* Cum *aliquando ſtat principaliter. n.* 12. *Dictio* De *naturalitatem, ſeu originem importat. num.* 13. *Dictio* Deinde *continuat præcedentia. num.* 14. *Dictio* Nec *eſt reſtrictiua temporis. num.* 15. *Dictio* Dummodo, *quid importet. num.* 16. *Dictio* Dumtaxat, *& ſimiles non excludunt caſus in quibus eadem ratio militat. num.* 17. *Dictio* Eo caſu, *quomodo accipienda. num.* 18. *Dictio* &, *aliquando ponitur pro* ſeu, *vt diſiunctiua. num.* 19. *Dictio* etiam *eſt implicatiua & amplificatiua num.* 20. *Dictio* ex, *quomodo verificanda. num.* 21. *Dictio* in *intrinſicitatem importat. num.* 22. *Dictio* inſuper *diuerſitatem ſignificat. num.* 23. *Dictio* legitimè *idem eſt, ac ordine iuris ſeruato. num.* 24. *Dictio* multum *ſeu* multa, *aliquando contenta eſt duobus. num.* 25. *Dictio* nullatenus *ſeu* nullo modo, *quemcumque caſum excludit. nu.* 26. *Dictio* omnimodè *vniuerſalitatem denotat. nu.* 27. *Dictio* omnino *omnia comprehendit. num.* 28. *Dictio* omnis, *eſt vniuerſalis. num.* 29. *Dictio* per, *ſignificat perfectionem. num.* 30. *Dictio* priuatiuè *quid importet. num.* 31. *Dictio* prope finem *diuerſimode ſumitur. num.* 32. *Dictio* prorius *excludit omnia, & ſingula. num.* 33. *Dictio* qualitercunque *comprehendit maiora expreſsis. nu.* 34. *Dictio* quo modolibet *comprehendit omnia. num.* 35. *Dictio* ſemper, *vel ſimiles ſumuntur ciuiliter, & humaniter. num.* 36. *Dictio* ſæpiſſimè *ad minus debet verificari in tribus. nu* 37. *Dictio* ſolus *alios omnes excludit. num.* 38. *Dictio* ſtatim. *vel ſimiles verificari ſolent cum aliquo temporis interuallo. nu* 39. *Dictio* tamquam, *quos effectus habet. num.* 40. *Dictio* tantum, *quid importet. num.* 41. *Dictio* temere, *vel ſimiles excludunt ignorantiam. nu.* 42. *Dictio* vel, *ponitur inter diuerſa. num.* 43. *Dictio* verè, *quid importet. num.* 44. *Dictionis repetitio magnum indicat myſterium. nu.* 45.

Dicitur plenius continere *Clauſula quid ſignificet, verbo* Clauſula. *num.* 22.

Dimiſſoriæ quid ſint, verbo Dimiſſoriæ. *num.* 1. *&* 2. *Concedũtur à Prælatis Regularibus pro ſubditis. num.* 3. 4. 5. *&* 6. *Qui Prælati illas cõcedant. n.* 7. *Concedere illas eſt actus iuriſdictionis. num.* 8. *An expirent morte concedentis. num.* 9. *De pœnis vtentium fictis Dimiſſorijs. num.* 10.

Diſcreto viro ex approbatis ab Ordinario *Clauſula quid importet, verbo* Clauſula. *num.* 23.

Diſpenſatio quid ſit, verbo Diſpẽſare, & diſpenſatio. *num.* 1. *&* 2. *De poteſtate Prælatorum ad diſpenſandum. num.* 3. *&* 4. *De facultate Confeſſariorum ad diſpenſandum cum inceſtuoſis. num.* 5. *&* 6. *Quid in votis Epiſcopis*

. ſcopis reſeruatis . num. 7.
Diſtrictè præcipimus *clauſula quã vim habeat*, *verbo* Clauſula. num. 24.
Dos Monialium, *verbo* Dos. *n.* 1. *Qualiter dari poſſit pro Monialium ſuſtentatione. num.* 2. 3. 4. & 5. *Quid quando Monialis tranſit de vna Religione ad aliã num.* 6. *Dos Monialis durat apud Monaſterium poſt ipſius mortem. num.* 7. *De dote pro Monialibus ſupernumerarijs. num.* 8.
Dubia Regularium, *verbo* Dubia Regularium. *num.* 1. *Quando agere, vel omittere aliquid eum dubio ſit peccatum. n.* 2. 3. & 4. *Regula illa* In dubijs melior eſt conditio poſſidentis, *quomodo intelligenda. num.* 5. *Quomodo illa* In dubijs tutior pars eſt eligenda. *num.* 6. *Quid de Religioſo dubitante de lege, aut præcepto ſuæ Religionis, aut Superiorıs. num.* 7. *Quid de dubitante an ſit irregularis. num.* 8. *Quid quando dubitat an emiſerit, vel adimpleuerit aliquod votum, vel iuramentum. num.* 10. *De dubitante an teneatur ieiunare, vel dicere Officium. nu.* 11. *An compleuerit ætatem ad ieiunandum, vel recipiendum Ordines. num.* 12. *An poſt mediam noctẽ aliquid cibi, vel potus ſumpſerit. num.* 13. *De dubitante die Iouis an ſit tranſacta media nox. num.* 14. *De dubitante de alterius excommunicatione. nu.* 15. *De valore Profeſſionis. nu.* 16. *An omiſerit aliquam partem horæ Canonicæ. nu.* 17.
Duellum quid ſit, *verbo* Duellum. *num.* 1. 2. & 3. *Quomodo*, & *à quibus ſit prohibitum. nu.* 4. 5. 6. & 7. *An pœnæ duelli incurrantur non ſecuto effectu pugnæ. num.* 11. *De excommunicatione quæ incurritur. num.* 12. & 13. *De alijs pœnis. num.* 14. & 15. *Caſus in quibus non incurruntur. num.* 16. & 17. *Quid de Religioſis, vel Clericis duellantibus. num.* 18.
Dummodo aliam ſimilem non conceſſerimus, *clauſula apponi ſolita in conceſſionibus indulgẽtiarum, quomodo intelligenda*, *verbo* Clauſula. *num.* 25.

E

Eccleſia, ſeu Templum.

Eccleſia materialis, quæ, & quotuplex ſit, *verbo* Eccleſia, ſeu Templum. *num.* 1. *Ad quem ſpectat illam conſecrare. num.* 2. 3. 4. & 5. *Benedicere ſolemniter Eccleſias Regularium ad quos pertineat. num.* 7. *Conſtrui ne aut ædificari poſſint ſine dote competenti. num.* 8. *An Epiſcopus primarium lapidem, & Crucem ponat. num.* 9. *Celebrare non licet niſi in Eccleſia conſecrata, aut benedicta. n.* 10. *Celebrare in Eccleſia violata, quale peccatum ſit. nu.* 11. *Polluitur Eccleſia multis caſibus. num.* 12. *An tunc polluantur*

etiam cœmeteria, & aliæ partes Eccleſiæ. num. 13. An reconcilietur Eccleſia, ſi, vel ſemel in ipſa poſtea celebretur. ibidem. Eccleſia conſecrata quomodo reconcilietur. num. 14. Quid de priuilegijs Regularium. nu. 15. An Prælati Regulares habeant circa hoc aliquod priuilegium. num. 16. Declarationes S. Congreg. num. 17. & 18.

Edicta denunciationem quorundã delictorum præcipientia licita ſunt, verbo Denunciatio. & denunciare. *num 7. Qui, & quomodo obligentur ad illa. num 7. & 8 Vide* Denunciatio, & denunciare.

Eiecti Regulares, verbo Eiecti Regulares ab Ordine. *nu. 1. Qualiter viuentes in ſæculo debeant eſſe. num. 2. An ſint ſuſpenſi, vel irregulares, num. 3. & 4. An caſu quo diſpẽſentur à quo Epiſcopo ordinari poſſint. num. 5. Quo titulo. num. 6. An ſint capaces Beneficiorum. num. 7. In quo habitu debeant incedere. num. 8. An audiantur circa bona relicta Religioni. nu. 9. Quid ſi eiecti ſunt propter crimina ſibi falſo impoſita. num. 10. Quid de Monialibus. num. 11.*

Eleemoſyna pro Iubilæo conſequẽdo qualis debet eſſe, verbo Iubilæum. *num. 14.*

Electio inter Regulares, quomodo faciẽda, verbo Electio inter Regulares. *num. 1. 2. & 3. Quid quando duo, vel tres ſolum ſunt in aliqua Communitate. num. 4. Qui, & quomodo vocandi ad electionem. num. 5. & 6. De deſignatione Procuratoris ad eligendum. num. 7. De conditionibus eligentium. num. 8. Electio Prælati non facienda ante Prædeceſſoris ſepulturam. num. 9. Qualiter Spiritus ſancti adiutorium inuocandum ſit. nu. 10. De ſecreto ſeruando in electionibus. num. 11. De libertate ad ipſas requiſita. num. 12. Quo tempore petenda eſt confirmatio. num. 13. Hymnus Te Deum laudamus, in fine electionis an ſit de eſſentia. num. 14. De qualitatibus eligendorum. num. 15.*

Electio Abbatiſſarum, vide verbo Abbatiſſa.

Eo caſu *dictio quid importet, verbo* Dictio. *num. 18.*

Epiſcopus quoad Regulares, verbo Epiſcopus quoad Regulares. *num. 1. & 2. Quam auctoritatem habeat circa Monaſteriorum conſtructionem. num. 3. Quid caſu quo erigantur aliqua Monaſteria, in quibus duodecim Religioſi ſuſtentari non valeant. num. 6. De auctoritate, quam habet Epiſcopus ſupra diſpoſitionem honorum Nouitiorum. num. 7. Circa numerum Monialium. num. 9. Ad explorandam voluntatem virginis habitum ſuſceptura. nu. 10. Ad declarandum profeſſionem inualidam. nums. 11. Pro caſibus nullitatis. num. 12. Quid circa clauſuram Monialium. num. 14. De approbatione licentiæ*

licentiæ exeundi extra Monaſterium. num. 14. *De authoritate quam habet ſupra* Regulares *in ijs, quæ ſunt Ordinis Epiſcopalis. num.* 15. *Quoad Monachos Canonicos Eccleſiæ Cathedralis* Regularis. *num.* 16. *Quoad editionem librorum. num.* 17. *Circa Imagines, miracula, & reliquias. num.* 18. *Circa obſeruantiam Feſtorum. num.* 21. *Circa Oratoria in priuatis domibus. num.* 19. *Circa Sacerdotes exteros non admittendos ad celebrandum. num.* 20. *Circa ſolemnes benedictiones. num.* 22. *Quoad controuerſias circa præcedentiam in proceſſionibus. num.* 23. *Circa* Regulares *extra Monaſteria degentes, & delinquentes. num.* 24. *De alijs facultatibus ipſius. nu.* 26. *An in alijs caſibus præter aſſignatos. num.* 27. *De caſibus in quibus poſſunt contra* Regulares *per cenſuras procedere. num.* 28.

Et *dictio aliquãdo ponitur pro* ſeu, *verbo* Dictio. *num.* 19.

Et decretis Sacri Concilij Tridentini non aduerſentur, *clauſula quid importet, verbo* Clauſula. *num.* 26.

Et Sacris Canonibus *&c. clauſula quid ſignificet, verbo* Clauſula. *num.* 27.

Et pro potiori cautela *clauſulæ, quam vim habeat, uerbo* Clauſula. *num.* 28.

Etiam *dictio eſt implicatiua, & ampliatiua, uerbo* Dictio.

num. 20.

Euchariſtia, uerbo Euchariſtia, quoad Regulares. *num.* 1. *Qualiter non liceat* Regularibus *adminiſtrare hoc Sacramentum ſine licentia Parochi. num.* 2. *An idem dicendum de Clericis ſæcularibus. num.* 3. *Quid pro articulo mortis. num.* 4. *Quid pro caſu quo Parochus negaret Euchariſtiam ſæcularibus. num.* 5. *Quid pro aduenis, & peregrinis. num.* 6. *Quid pro extraneis* Religioſis. *num.* 7. *Quid pro familiaribus ipſorum. num.* 8. *An per modum Viatici adminiſtrari illis poſſit Euchariſtia. num.* 9. *An ſit aliquod priuilegium circa hoc. num.* 10. *De adminiſtratione Euchariſtiæ in priuatis Oratorijs. num.* 11. *Ad quos ſpectat adminiſtrare* Euchariſtiam Religioſis. *num.* 12. *Quomodo accipienda à Sacerdotibus tempore Paſchatis. num.* 13. *An ſolus Sacerdos poſſit miniſtrare Euchariſtiam. num.* 14. *An ſolus ipſe ſe poſſit communicare in articulo mortis. num.* 15. *De ieiunio obſeruando à Communionem ſumpturo. num.* 16. *In quibus caſibus liceat Communio non ieiunis. num.* 17. *An Sacerdos non ieiunus poſſit quandoque celebrare. num.* 18. *Quid quando dubitat an ſit ieiunus. num.* 19. *Quando concedenda Euchariſtia incidentibus in amentiam, ſeu phreneſim. num.* 20. *Ener-*

gumenis an concedenda. nu.21. Ab Sacerdos possit dare partem suæ Hostiæ uolenti communicare. num.22. Quando publico peccatori deneganda Eucharistia. num.23. Quando, uel non exponenda. num.24.

Examinatores Synodales, quales debeant esse, uerbo Examen, Examinatores. *num.1, & 2. Regulares idmunus exercere possint. ibidem.*

Ex certa scientia, clausula, quid denotet, uerbo Clausula. *num.29.*

Excommunicatio maior quid sit, uerbo Excommunicatio quoad Regulares. *num.1. Excommunicatio minor quid sit. ibidem.*

Excommunicato maiori excommunicatione, quorum Sacramentorum administratio sit prohibita, uerbo Excommunicatio qnoad Regulares. *num.7. Quorum Sacramentalium usus. num.8. Quomodo peccet Sacramenta recipiendo. num.9. Quid de illo, qui ipsi Sacramenta ministrauerit. num.10. De priuatione suffragiorum Ecclesiæ. num.11. An Missa pro hæreticis celebrari possit. num.12. Excommunicatus non celebrat, nec actum Ordinis exercet. num.13. Nec diuina Officia ex officio celebrat. num.14. Priuatim diuinum Officium recitat. num.15. Prohibitæ non sunt illi priuatæ orationes. num.18. An probibeatur concionare. nu.17. An exercere officium Lectoris. num.18. An assistere Missæ, aut officijs diuinis. num.19. An alij eum admittere possint ad diuina. num.20. Quid faciendum si excommunicatus uelit diuinis assistere. num.21. Prohibitum est alijs cum excommunicato diuinis assistere. num.22. An teneatur diebus festiuis audire Missam. nu.23. An possit intrare hæreticorum templa. ibidem. Incapax est beneficiorum Ecclesiasticorum. num.24. An sit capax pensionis. num.25. An fructus beneficij, uel pensionis recipere possit. num.26. Regulares excommunicati, quorum Officiorum Ordinis sint incapaces. num.27. Quid sit in excommunicatione ea obtinuerunt. num.28. Grauiter peccat, qui excommunicato confert aliquod officium, uel beneficium. num.29. Quid faciendum pro noua collatione. num.30. Iure eligendi, quomodo priuetur excommunicatus. num.31. Suspenditur ab Officijs. nu.32. Priuatur usu iurisdictionis. num.33. Actus iurisdictionis ab ipso facti, an ualeant. num.34. Quomodo se gerere debeat subditus cum Prælato excommunicato. num.35. An Prælatus excommunicatus absoluat. ibidem. Priuatur excommunicatus omni communicatione forensi. num.36.*

An

An ſaltem actoris, aduocati, teſtis, & tabellionis munus exercere poſſit. nu. 36. 37. 38. & 39. An vt reus conueniri poſſit. num. 40. Irritat excommunicatio litteras, & Reſcripta Apoſtolica obtenta. num. 41. Priuat omni ciuili, & politica communicatione. num. 42. Cum moderatione tamē Extrauagātis Ad euitanda. num. 43. An aly fideles cum excommunicatis communicare poſſint. num. 44. Caſus in quibus poſſunt. nu. 45. vſque ad 49. An etiam in diuinis. num. 50. Debita num ſolui debeant excommunicato. nu. 51. De excommunicato in excommunicatione per annum perſiſtente. num. 52. Priuatur excōmunicatus Eccleſiaſtica ſepultura. num. 53.

Excommunicatus excommunicatione minori quibus priuetur, uerbo Excommunicatio quoad Regulares. n. 2. An eligi poſſit. num. 3. Num priuetur iure eligendi. num. 4. Excommunicatio minor à quo, & in quibus caſibus feratur. num. 5. Ab illa quis abſoluat. num. 6.

Exemptio quid, & quotuplex ſit, verbo Exemptio Regularium. num. 2. Quomodo exemptio ab Ordinarijs competat Regularibus. num. 3. 4. & 5. Per quæ verba denotetur huiuſmodi exēptio. num 6. & 7. Quid quando Ordinarij procedunt contra Regulares in caſibus, in quibus exempti ſunt. num. 8. An poſſint declarare excommunicatos Regulares exemptos. num. 9. Declaratio Sacræ Congregationis, quoad hoc. ibidem. Quid habeatur ex Clementina 1. de priuilegijs. ibidem. An Legati habeant prædictam facultatem. num. 10. Quid de caſibus in quibus, vel ex decreto Concilij Tridentini, vel ex Conſtitutionibus Apoſtolicis Regulares ſubduntur Ordinarijs. num. 11. Regulares non obedientes Ordinarijs in caſibus quibus illis ſubduntur à quibus puniendi. num. 12. Declarationes Sacræ Congregationis quoad hoc. num. 13. Citati Regulares ab Epiſcopo an teneantur comparere. num. 14. Regulares ad tribunalia ſæcularia, an aliquo prætextu trahi poſſint. num. 15. & 16. De recurſu, appellatione, ſeu auocatione cauſarum Regularium ad tribunalia ſæcularia. num. 17. 18. & 19.

Extrema Vnctio, an poſsit à Regularibus miniſtrari, verbo Extrema vnctio, quoad Regulares. num. 1. De excommunicatione poſita in Clementina Religioſi de priuilegijs. num. 2. Priuilegia ipſorum. num. 3. Qualiter adminiſtrandum hoc Sacramentum tempore peſtis. num. 5. & 7. Adminiſtratur ſemper in periculo vitæ, propter infirmitatem. num. 6. Quæ partes corporis infirmi vnguntur. num. 7. & 8. Miniſter huius Sacramenti, vnus tantum an ſit. num. 9. Vnctiones an ſucceſsiue fieri debeant.

beant. num. 10. *Quæ quantitas olei ſufficiat pro vnctione. num.* 12. *An renouari debeat oleum ſingulis annis. num.* 13. *De forma huius Sacramenti, quæ. num.* 14. *Excommunicatus an poſsit adminiſtrare hoc Sacramentum. num.* 16. *Adminiſtrandum eſt illis, qui in amentiam inciderunt. n.* 17. *Sacerdos moribundus non poteſt ſe inungere. num.* 18. *Praxis adminiſtrandi hoc Sacramentum inter Regulares. num.* 19.

Extunc prout ex nunc *clauſula quid denotet*, *verbo* Clauſula *num.* 30.

F

FAcias quod tibi videbitur *clauſula, quid ſignificet, verbo* Clauſula. *num.* 31.

Falſarius quis ſit, *verbo* Falſarius. *num.* 1. *De falſificante litteras Apoſtolicas. num.* 2. *Falſarij, quas pœnas incurrant. ibidem. De Religioſo falſificante litteras ſuorum Superiorum. num.* 3. *Eſt caſus reſeruabilis inter Regulares. ibidem. Quando, & quomodo. ibidem. De falſificante per artem* Alchimiæ. *num.* 4. *De cudente falſam monetam. num.* 5. *Maximè propter Conſtitutionem Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani. ibidem. Cognitio huius delicti pro Regularibus, ad quos pertineat. num.* 6.

Familiares, ſeu famuli, qui intelligantur, *verbo* Bulla Cruciatæ. *num.* 14. *An accipiant Euchariſtiam à Religioſis, quibus inſeruiunt, præſertim per modum viatici*, *verbo* Euchariſtia *quoad Regulares. num.* 8. & 10. *An ſint immunes à Gabellis*, *verbo* Gabella *quoad Regulares. num.* 11. *Quomodo legitimari poſſint*, *verbo* Illegitimi. *num.* 19.

Feſti dies per Epiſcopos indicti obſeruari debent à Regularibus. verbo Feſti dies quoad Regulares *num.* 1. *Num obligari poſſint ad id per cenſuras. num.* 2. *An ad Octauas feſtorum. num.* 3. *An ad feſta votiua populorum. num.* 4. *Regulares an poſſint annunciare dies feſtos, & ieiunia. num.* 5. *An eleuare feſta ad nobiliorem ritum. num.* 6. *An indulgentia diei feſti transferatur in alium. num.* 13.

Fidei profeſſio an neceſſaria Regularibus Concionatoribus, verbo Concionator. *num.* 8. *An ſuſcipientibus gradus*, *verbo* Gradus, & Graduati Regulares. *num.* 7.

Filij illegitimi, qui dicantur, *verbo* Illegitimi. *num.* 2. & *ſequentibus.*

Fœminarum ingreſſus in Monaſteria, *verbo* Clauſura. *num.* 34.

Funeralia officia defunctorum, quomodo facienda à Regularibus, *verbo* Defunctus. *num.* 6. & 7.

Furtum quid ſit, *verbo* Furtum. *num.* 1.

Digitized by Google

num. 1. *Quid de furto quo Religioſus aliquid ſurripit ſæculari. num.* 2. *Quid quando ſurripitali quid Conuentui. nu.* 3. *Quando ſit caſus reſeruabilis. ibidem. De furto rerum Eccleſiæ, Reliquiarum &c. num.* 4. *&* 5. *Quid de furto rei alteri Religioſo applicatæ. num.* 6.

G

Gabella quid ſit, verbo Gabella *quoad Regulares. num.* 1. *Quando ſolui debet. num.* 2. 3. *&* 4. *Eccleſiaſtici, & Regulares ad illam non tenentur. nu.* 5. *Quid de Nouitijs Religionum. num.* 7. *Quid de Religioſis militaribus. num.* 8. *Quid quando aliquis habitum Clericalem, vel Regularem aſſumit animo non perſeuerandi in illo. nu.* 9. *De Eremitis, & Tertiarijs remiſsiuè. num.* 10. *De famulis, & familia Clericorum, & Regularium. num.* 11. *An hoc priuilegium tranſeat ad Colonos. num.* 14. *Quæ bona Clericorum eo potiantur. num.* 15. 16. 17. *&* 18. *In quibus caſibus non ſunt exempti à gabellis, & tributis. num.* 19. *&* 20. *An quando Gabella, vel tributum imponitur æque principaliter, propter ipſos. num.* 21. *Non poſſunt cogi à ſæcularibus ad illa ſoluenda. num.* 22. *&* ſequentibus.

Generalium Regularium authoritas remiſsiuè, verbo Generales Regularium.

Gradus Regularium, verbo Gradus, & Graduati Regulares. *num.* 1. *Tres huiuſmodi gradus. num.* 2. *Quibus conditionibus recipiendi. num.* 3. *Priuilegium Innocentij viij. pro Ordine Prædicatorum. num.* 4. *Bonifacij ix pro eiſdem. nu.* 5. *Sanctiſſimi Domini Noſtri Vrbani pro Carmelitis. num.* 6. *An illegitimi ſint capaces graduum, verbo* Illegitimi *&c. num.* 8.

Gratiam, & communionem Sedis Apoſtolicæ *&c. clauſula, quæ ponitur in aliquibus priuilegijs, qnomodo intelligenda, verbo* Clauſula. *nam.* 32.

Gratiæ conceſſio, ſeu gratia quotuplex ſit, verbo Gratia pro Regularibus. *num.* 1. *Aliqua ad ipſas ſpectantia. num.* 2. 3. *&* 4. *Gratia quando trahitur ad ſocium. num.* 5. *Quando expiret morte concedentis. num.* 6. 7. *&* 8. *Quid de gratia cum limitationibus facta. num.* 9. *Quoad praxim Regularium de gratijs factis à Superioribus. num.* 10. *Quid de pœnis ab ipſis impoſitis. num.* 11. *De gratia concedi ſolita. num.* 12.

H

Habeas liberum arbitrium iudicandi clauſula apponi ſolita, non tollit ſolemnitatem requiſitam, verbo Clauſula. *n.* 33.

Habitus Religioſus, verbo Habitus Regularis. *nu.* 1. *Habitum Religioſi dimittentes excommu-*

nicantur. nu. 2. *Hábitus vnius Religionis non portãdus ab alia. num.* 3. *Ludibriosè tractantes habitum Religiosũ qualiter peccant. num.* 4. *Pro ſæcularibus in habitu Religioſo ſepeliri volentibus Priuilegia Summorum Pontificum. num.* 5. 6. *&* 7. *An tales indulgentiæ ſint reuocatæ. num.* 13. *De priuilegio habitus, ſeu Scapularis Carmelitarum. num.* 14.

Hebdomadæ duæ pro Iubilæo lucrando quomodo accipiendæ, verbo Iubilæum. *num.* 19.

Hæreticus quis dicatur, verbo Hæreſis, & Hæreticus. *Suſpecti de hæreſi qui dicantur. num.* 3. 4. *&* 5. *Omnes illi denunciari debent ibid. De pœnis hæreticorum, Credentium, receptatorũ, fautorum, & defenſorum ipſorum. num.* 6. 7. 8 9. *&* 10. *De pœnis ſuſpectorum. num.* 11. *De abſolutione ab excommunicatione. num.* 12. *De abſolutione Credentium, fautorum, receptatorum, defenſorum &c. num.* 13. *De irregularitate, quam illi incurrunt remiſſiuè. num.* 14.

Hermaphroditus irregularis, verbo Irregularitas. *num.* 13.

Homicidium quid, & quotuplex ſit, verbo Homicidium. *nu.* 2. *Homicidij caſus reſeruabilis eſt inter Regulares. num.* 3.

Horæ Canonicæ de illis remiſſiuè, verbo Horæ Canonicæ.

Hoſpitalarij de illis remiſſiuè, verbo Hoſpitalarij *&c.*

I

Ieiunium quid ſit, verbo Ieiunium. *num.* 2. *Ritus ab Eccleſia pro ieiunio requiſitus qualis. num.* 3. 4. *&* 5. *Quando obligat præceptum ieiunij. num.* 6. *Quid de ieiunio Regulæ, vel Conſtitutionum Regularium. ibidem. An Regulares teneantur ad ieiunia indicta per Synodos, vota, ſeu promiſſiones populorum. num.* 7. *Qui excuſentur à ieiunio Eccleſiaſtico. num.* 8. *Diſpenſatio excuſat. num.* 10. *Qui diſpenſant. ibidem. An diſpenſatus ad eſum carnium, vel lacticiniorum diſpenſetur in ieiunio. num.* 11. *De ieiunijs ex voto, iuramento, vel pœnitentia. n.* 12. *De ieiunio pro Euchariſtia ſumenda, verbo* Euchariſtia *&c. à num.* 16.

Illegitimorum quot ſunt genera, verbo Illegitimi *&c. n.* 1. 2. 3. 4. 5. *&* 6. *Illegitimi ſunt irregulares. num.* 7. *Inhabiles ad dignitates, & Prælatias Religionũ. num.* 8. *An ad gradus. ibidem. Item ad quæcunque beneficia. num.* 9. *An ad habitum, & profeſſionem. num.* 10. *Quid de incapacitate ad bona ſuorum parentum. num.* 11. *Quando illegitimi legitimentur. nu.* 13. *&* 14. *De filijs expoſitis an ſint illegitimi num.* 15. *An in dubio aliquis habendus ſit vt legitimus. n.* 16. *Illegitimus factus profeſſus, an indigeat diſpẽſatione. n.* 17. *Quid ex priuilegijs Religionũ. ibi. De diſpẽſatione Regularium*

tatem. num. 22. & ſequentibus. Quid de Regularibus concionatoribus, & Confeſſarijs. nu. 27. Quæ differentia ſit inter Eccleſiaſticos, & Laicos. nu. 33. Quomodo tollatur hæc irregularitas num. 35. De irregularitate quæ prouenit ex paupertate. nu. 36. Ea quæ prouenit ex infamia. num. 37. Ex pœnitentia publica. nu. 38 Ex reiteratione Baptiſmi. num. 39. & ſequentibus. De irregularitate propter indebitam ſuſceptionem Ordinum. nom. 47. & ſequentibus. De ea, quæ incurritur ab exercitium Ordinis tempore cenſuræ. nu. 55. 56. & 57. A quibus tollatur hæc irregularitas. num. 58. De ea, quæ incurritur ab exercitium Ordinis, quem quis non habet. num. 59. Quomodo tollatur hæc irregularitas. num. 60. De ea, quæ incurritur propter hæreſim vel ſimilia crimina. n. 61. Quis diſpenſat in hac irregularitate. num. 62. & 63. De irregularitate, quam contrahunt ſuſpecti de hæreſi. nu. 64. De ea, quæ incurritur propter homicidium. nu 65. An propter homicidium factum cauſa defenſionis. ibid. & num. 66. 67. & 68. A quibus tollatur hæc irregularitas. num. 69. De ea, quæ incurritur propter homicidium voluntariũ. num. 70. & 71. Quid diſpenſat in hac irregularitate. num. 72. De ea, quæ incurritur propter mutilationem. nu. 73. 74. & 75. Quomodo tollatur hæc irregularitas. num. 76. De irregularitate propter homicidium caſuale. num. 77. & ſequentibus. Quomodo tollatur. num. 83. De alijs irregularitatibus. nu. 84. & 85. Quæ obſeruanda in diſpenſatione in irregularitate. num. 86.

Iubilæum quid, & quotuplex, verbo Iubilæum. num. 1. & 2. Iubilæi anni Sancti circumſtantiæ num. 3 & ſequentibus. De Iubilæis communibus extra annum Sanctum. nu. 9 & ſequentibus. An bis, vel pluries lucrari poſſit idem Iubilæum. n. 20.

Iudex quid, & quotuplex, verbo Iudex &c. num. 2. Iudex Regularis quot modis procedat cõtra ſubditos. num. 5. Quando id facere debent. ibidem. Quomodo via inquiſitionis ſpecialis. nu. 6. Quomodo via denunciationis. num. 7. Quomodo via accuſationis. num. 8. Abſtinere debet à munerum receptione. num. 16. An procedere poſſit contra reum non citatum. num. 17. An ſine Appellatione. num. 18. An iudicare contra veritatem. nu. 19. Quam opinionem ſequi debeat. num. 20.

Iudicium quid, & quotuplex, verbo Iudex. num. 3.

Iuramentum quid, verbo Iuramẽtum. num. 2. Quando per creaturas ſit verum iuramentum. num. 3. Quæ forma loquendi iuramentum arguat. num. 4. Quotuplex eſt iuramentum. num. 5. Licitum eſt iurare cum certis conditionibus. num. 6. Quomodo probibitum Eccleſiaſticis, ſeu Regularibus. num. 7. An cogi poſſint

ſint ad iurandum.nu.8.& ſeqq. De iuramento aſſertorio . n.12 Eſt periurium caſus reſeruabilis à Regularibus . num. 13. De promiſſorio.num.15. Quando eſt ob ligatorium.num.16.& ſequentibus. De iuramento comminatorio . num.21. De execratorio. num. 22. Quot modis, & à quibus tollatur obligatio iuramenti.nu.24.& ſeqq.

L

LAica poteſtas iudicare non poteſt Regulares, aut Eccleſiaſticos, verbo Clericus *à n.24.*

Laici an tangere poſſint calicem, & alia quæ immediate tangunt corpus, & ſanguinem Chriſti, verbo Calix . *num.9. An quando illis venditur,exhiberi debeat aliqua diligentia.ibid.nu.10.*

Lapis altaris prophanati an vendi poſsit, verbo Altare. *n.24.*

Lectoris officium an prohibitum excommunicato, verbo Excommunicatio *&c. n.18.*

Legatorũ authoritas in Regulares, verbo Exemptio.*&c. nu.10.*

Legitimare illegitimos qui poſsint, verbo Illegitimi . *nu.* 13. *&* 14.

Legitimè *dictio idem eſt, ac ordine iuris ſeruato, verbo* Dictio . *num.* 24.

Libertas pro electionibus requiſita, verbo Electio *&c.n.12.*

Litteras Apoſtolicas irritat excommunicatio, verbo Excommunicatio *&c. n.41.*

Loca Sacra, quæ gaudent immunitate Eccleſiarum, verbo Immunitas Eccleſiarum. *num.* 12. *& ſequentibus.*

M

MAgiſterium, ſeu Doctoratus gradus Religioſorum,verb. Gradus *&c. num.* 2. *Conferri poteſt, à quibuſdam Prælatis Regularibus. ibidem . num.* 4. 5. *&* 6.

Malefactores quomodo recipiendi, vel non à Regularibus, verbo Bannitus. *num.*2. *& ſequentib. An recipi poſsint in Monialium Monaſteriis. verbo* Clauſura . *num.* 32. *Qui malefactores gaudeant immunitate Eccleſiarum, verbo* Immunitas Eccleſiarum. *num.* 5. *& ſeqq.*

Martyrij occaſionem acceptare an licitum, verbo Homicidium . *num.6.*

Membrorum mutilatio illicita, verbo Homicidium . *num.* 4. *Irregularitatem inducit, verbo* Irregularitas . *n.*73. *&* 74.

Merces aſsignanda Concionatoribus, verbo Concionari,& concionator *&c. num.* 12. *Quis illam tribuere debet . ibid.*

Miniſter Baptiſmi quis ſit, verbo Baptiſmus . *num.* 1. *&* 2. *Pœnitentiæ, verbo* Confeſſio . *n.*3. *Euchariſtiæ, verbo* Euchariſtia *&c. num.* 2. 11. *&* 14. *Extremæ Vnctionis, verbo* Extrema Vnctio. *num.*1. 4. 9. *&* 18.

Miniſtri Curiæ ſæcularis damnũ aliquod Eccleſijs Regularium inferentes quas pœnas incurrant, verbo Immunitas Eccleſiarum . *num.* 29.

Miſſa

Digitized by Google

*tarium illegitimorum ad beneficia. num.*18.

Immunitas Eccleſiarũ in quo conſiſtat, verbo Immunitas Eccleſiarum. *num.* 1. *Quæ Eccleſiæ gaudeant hoc priuilegio. num.*2. *De ſacerdote portante Sanctiſſimum Sacramentum. ibidem. Monaſteria, & domus Regularium gaudent eodem priuilegio. num.* 3. *Quid de priuatis Oratoriis. nu.* 4. *Quæ perſonæ gaudere poſſunt hac immunitate. num.* 5. *Quid de Religioſis, & Clericis. num.*6. *In quibus caſibus ſuffragetur hæc immunitas Eccleſiaſtica. num.* 7. *& ſeqq. Effectus huius immunitatis. num.*18. *De culpa, & pœnis extrahentium reos. num.*20. *&* 21. *Iudices ſæculares in quibus caſibus poſſũt extrahere reos. n.*28. *Quo pacto id faciendum. ibidem. Contra Miniſtros Curiæ violentiam aliquam exercentes. n.*29.

Immunitas Eccleſiaſtica Regularitũ in quo conſiſtat verbo eodem. num. 1. *Immunes ſunt Regulares à quibuſcunque oneribus, ſeu contributionibus. n.* 2. 3. 4. *&* 5. *Quid in caſu magnæ neceſſitatis laicorum. num* 6. *An poſſint cogi ad hoſpitandum milites. num.*7.

Inceſtuoſi an diſpenſentur à Regularibus, verbo Affinitas. *à nu.*4.

Indignationẽ Omnipotentis Dei, *ſeu* Beatorum Apoſtolorum &c. *clauſulæ apponi ſolitæ quid importent, verbo* Clauſula. *nu.*34. *&* 35.

Indulgentia quid, & quotuplex ſit verbo Indulgentia *&c. num.* 2. *&* 3. *Ad quos ſpectat illam concedere. num.*4. *Indulgentiæ non ſolum pro viuis, ſed etiam pro mortuis. n.*5. *Indulgentiæ Regularib. cõceſſæ in multiplici differentia ſunt. nu.*6. *De indulgentijs conceſſis pro Eccleſijs Regularium. num.* 7. *&* 8. *An in illis detur communicatio priuilegiorum Regularium. ibidem. Indulgentiæ perſonis Regularibus viuentibus conceſſæ reuocatæ ſunt à Paulo* 5. *nouis alijs cõceſſis. nu.* 9. *De indulgentijs pro Regularibus in articulo mortis, ſeu defunctis. num.* 10. *&* 11. *De conceſſis pro ſæcularibus defunctis num.* 12. *Viuentibus. num.* 13. *De indulgentijs conceſſis exhibentibus manus adiutrices. nu.*14. *De priuilegio Vrbani* 5 *nu.* 15. *De indulgentijs pro Tertiarijs. nu.*16. *Pro Confratribus. n.*17. *De indulgentijs communibus ſæcularibus, & Regularibus. num.*18. *De conceſſis Medallijs. n.*19. *An ſimul, & ſemel eodẽ actu poſſint plures indulgentiæ obtineri. ibid. An ſæpius eadem indulgentiæ. ibidem. De indulgentijs pro pulſatione ſalutationis Angelicæ. n.*20. *Pro pulſatione orationis pro defunctis. ibid. De indulgentijs Stationum. nu.*21. *&* 22. *Religioſi publicãtes indulgẽtias pro quæſtu, vel prohibitas, quas pœnas incurrant. n.*23. 24. *&* 25.

Infamia quid, & quotuplex ſit, verbo Infamia. *nu.* 1. *Infamia iuris propter quæ crimina ſit impoſita. num.* 2. *& ſequentibus.*

De infamia facti. n. 9. De diuisionibus infamiæ. num. 10. & 11. Infamiæ effectus qui sint, maximè quoad Regulares quoad repulsam ab officijs Religionum. num. 12. 13. & 14. Infamia irregularitatẽ inducit. n. 15. Quibus modis tollatur. n. 16. An per priuilegia Regularium. nu. 17. 18. & 19.

In foro conscientiæ clausula, quid importet, verbo Clausula. *n. 36.*

In omnibus, & per omnia clausula, quid significet, verbo Clausula. *num. 37.*

In quo conscientiam tuam oneramus clausula, quam vim habeat verbo Clausula. *num. 38.*

Interdictum quid, & quotuplex sit, verbo Interdictum *&c. n. 2. & 3. Qui comprehendantur interdicto. num. 4 & 5. Causa finalis interdicti. num. 6. Causa efficiens, seu qui potest interdicere. num. 7. Causa materialis, seù qui possint interdici. n. 8. Regulares à quibus interdici possint. num. 9. Effectus interdicti qui sint. num. 10. Qualiter liceat Missa, & Officia celebrare tempore interdicti ex cap. Alma Mater. num. 22. & sequentibus. De festiuitatibus quibus conceditur solemnis celebratio tempore interdicti. num. 27. Quid ex priuilegijs quarundam Religionum. num. 28. & sequentibus. Obseruanda à Regularibus tempore interdicti. num. 32. De priuatione sepulturæ Ecclesiasticæ. num. 33. & 34. Speciales alij effectus interdicti quoad Regulares. num. 35. De interdicto ab ingressu Ecclesiæ. num. 36. De culpa, & pœnis violantium interdictum. num. 37. Quæ prohibeãtur Regularibus tempore interdicti. num. 38. De relaxatione, vel absolutione interdicti. n. 40. De auctoritate Prælatorum Regularium, quoad hoc num. 41.*

Interstitia, quæ dicantur, verbo Interstitia. *nu. 1. Ad quem pertinet dispensatio in illis. num. 1. & 2. Ordinans, seu Ordinatus sine dispensatione in interstitijs, quam pœnam incurrant. nu. 3. & 4. Quantum debet esse interstitium pro singulis Ordinibus. num. 5.*

Inuocato si opus fuerit auxilio brachij sæcularis, clausula quid importet, verbo Clausula. *nu. 39.*

Irregularitatis definitio, verbo Irregularitas. *num 2. Quotuplex sit. num. 3. De causis irregularitatis. num. 4. De effectibus Irregularitatis. nu. 5. Quoad praxim Regularium quæ sint prohibita illis per irregularitatem. num. 6. Quæ non sunt prohibita. num. 7. De irregularitate ex defectu animæ. num. 9. Ex defectu scientiæ. num. 10. Ex defectu fidei. num. 11. Ex defectu corporis. num. 12. & sequentibus. De irregularitate ex defectu legitimitatis. num. 16. Ex defectu ætatis. num. 17. Ex seruitute. n. 18. Ex eo quod alicui muneri aliquis sit obligatus. num. 19. Ex bigamia. num. 20. Propter homicidium iustè factum. nu. 21. Qui incurrant hanc irregularitatem.*

Miſſa non dicenda niſi ad Altari conſecrato, verbo Altare. *n.* 10. *In Altari priuilegiato debet eſſe de* Requiem. *ibidem. nu.* 19. *Reliqui poteſt inchoata pro audienda confeſſione moribundi, verbo* Confeſſio *num.* 15. *An celebrari poſſit pro hæreticis, verbo* Excommunicatio *&c. num.* 12. *An teneatur excommunicatus illam audire diebus feſtis. ibid. num.* 23.

Monialis obligãtur ad clauſuram quoad egreſſum è Monaſterijs, verbo Clauſura. *num.* 5. *Quæ Monialis. num.* 6. *An degentes in domibus Monaſterijs contiguis. num.* 8. *An in vitæ periculo. num.* 10. *An propter famam conſeruandam. num.* 11. *An propter habendam curam conſanguineorum. num.* 12. *De caſibus concedendi licentiam egrediendi. nu.* 13. *Item quoad ingreſſum aliorum in ipſarum Monaſteria. num.* 22. *Quæ perſonæ ingredi prohibeantur. n.* 23. *De Superiori qui poteſt concedere licentiam. num.* 24. *Qualis ſit hæc licentia. num.* 25. *&* 26. *De illis qui poſſunt intrare. num.* 27. 29. 30. *&* 31. *Quando poſſunt Epiſcopi, & alij Superiores ingredi. num.* 32. *&* 33. *De fœminis, quibus eſt prohibitum ingredi. num.* 34.

Notu proprio *clauſula ſolita, quid denotat verbo* Clauſula. *nu.* 41.

Multum, *ſeu* multa *dictio aliquando contenta duobus, verbo* Dictio. *num.* 25.

N

Nafragantium bona occupãtes excommunicantur, verbo Bulla Cœnæ. *num.* 14. *&* 15.

Negotiationem exercentes Regulares quomodo non liberi à Gabellis, verbo Gabella *&c. num.* 19.

Neophyti qui dicantur, verbo Irregularitas. *num.* 11. *Irregulares. ibidem. A quo diſpenſentur. ibidem.*

Non obſtantibus *&c. clauſula ſolita, quid importet, verbo* Clauſula. *num.* 42. *& ſequentibus.*

Non poteſt *clauſula, quantum valeat, verbo* Clauſula. *num.* 47.

Noualia quæ dicantur, verbo Decima *&c. num.* 11.

Nouitij gaudent priuilegio immunitatis à Gabellis, verbo Gabella quoad Regulares. *num.* 7.

Nullatenus, *ſeu* nullo modo *quãcumque caſum excludit, verbo* Dictio. *num.* 26.

O

Oblatio, & decima, quomodo differant, verbo Decima quoad Regulares. *num.* 1.

Occidere, aut mutilare ſeipſum an ſemper illicitum, verbo Homicidium. *num.* 4. *Quid de mortificationibus, & pœnitentijs. n.* 5. *Occidere aliquem an, & quando liceat, præſertim Regularibus. ibid. num.* 7. *& ſeq.*

Officia diuina quæ per interdictum prohibentur quæ ſint, verbo Interdictum *&c. num.* 20.

Digitized by Google

Officium diuinum recitant depoſiti, *verbo* Depoſitio. *num.* 3. *Excommunicati*, *verbo* Excõmunicatio. *num.* 15. *Interdicti*, *verbo* Interdictum *&c.* *num.* 21.

Officia Religionum, *quibus incapax eſt excommunicatus*, *verbo* Excommunicatio *&c. num.* 27. *Quibus infamis*, *verbo* Infamia. *num.* 12. *& ſequentibus. Quibus irregularis*, *verbo* Irregularitas *num.* 6. *&* 7.

Oleum extremæ vnctionis quale, *verbo* Extrema Vnctio. *nu.* 13.

Omni meliori modo *&c. clauſula ſolita*, *quid ſignificet*, *verbo* Clauſula. *num.* 48.

Onera à quibus ſunt immunes Regulares, *verbo* Immunitas Regularium *à num.* 2.

Opera prohibita, *ſeu permiſſa in diebus feſtis*, *verbo* Feſti dies quoad Regulares. *num.* 8. *&* 9. *Quid facere poſſint Prælati Regulares ſaltẽ ex Priuilegijs quoad hoc. num.* 10. 11. *&* 12. *Opera quibus lucrari poteſt Iubilæum qualia ſint*, *verbo* Iubilæum. *num.* 20.

Oratio pro obtinẽdis Iubilæis, *verbo* Iubilæum. *num.* 13.

Ordines ſacros exercere non poteſt excommunicatus, *verbo* Excommunicatio *&c. num.* 13. *Nec interdictus*, *verbo* Interdictum *&c.*, *num.* 11. *Nec irregularis*, *verbo* Irregularitas. *nu.* 5. *&* 6. *Vide verbo* Dimiſſoriæ, *& verbo* Interſtitia.

P

PArte ſatisfacta *clauſula ſolita*, *quid ſignificet*, *verbo* Clauſula. *num.* 49.

Patenæ conſecratio, *verbo* Calix. *num.* 2. *Quando amittitur. nu.* 5. *& ſeqq.*

Peccatori publico quando neganda Euchariſtia, *verbo* Euchariſtia *&c. num.* 23.

Percuſſio Clerici triplex, *verbo* Clericus. *num.* 11. *Ab ea qui abſoluant. ibid. à num.* 12.

Pœnitentia ſalutari iniuncta *clauſula ſolita*, *quid ſignificet*, *verbo* Clauſula. *num.* 50.

Pœnitẽtijs iniunctis *clauſula*, *quid importet*, *verbo* Iubilæum. *num.* 21.

Politica communicatione priuatur excommunicatus, *verbo* Excõmunicatio *&c. num.* 42. *In quo id conſiſtat. ibidem*, *& in ſequentibus.*

Pontificalium vſus quibus Prælatis permiſſus, *verbo* Abbas. *num.* 14

Præſes pro electionibus qualis, *verbo* Abbatiſſa. *num.* 4.

Prælati Regulares, *an diſpenſent ſuper irregularitate orta ex procurato abortu*, *verbo* Abortus. *nu.* 14. *&* 19. *An in pœnis contra alienantes bona Eccleſiaſtica*, *verbo* Alienare, & Alienatio. *num.* 23. *An in bigamia*, *verbo* Bigamus, & Bigamia. *num.* 5. 6. *&* 7. *An in irregularitate*, *quæ contrahitur ob infamiam*, *verbo* Infamia. *nu.* 17. 18. *&* 19. *An in alijs irregularitati-*

Digitized by Google

tatibus, verbo Irregularitas *per totum. A qua Clerici percussione absoluant, verbo* Clericus *à num.* 12. *An concedant Indulgentias, verbo* Indulgentia. *num.* 4. *Quem authoritatem habeant pro tempore interdicti, verbo* Interdictum *&c num.* 41.

Praxis Regularium, vide Regularium praxis.

Priuatiuè *dictio, quid importet, verbo* Dictio. *num.* 4.

Priuilegium Canonis quid importet, verbo Clericus. *nu.* 2 *Quid denotetur in illo per verbum* Si quis. *num.* 3. *Quid verbum* Suadere diabolo *num.* 4. *Quid per* Clericum. *num.* 5. *Quid per* Monachum. *num.* 6. *Quid per* Violentas manus. *num.* 7. *An hæc excõmunicatio Canonis extendatur ad mandantes consulentes &c. num.* 8. *Qui sint casus in quibus percussor Clerici excommunicationem non incurrit. num.* 9. *Qui Clerici priuentur hoc priuilegio. num.* 10. *Verba illa Canonis* Nullus Episcopus, *&c. qualiter intelligenda. num.* 11. *Triplex est percussio Clerici, leuis, mediocris, grauis, seu enormis. ibidem. A percussione leui quis absoluat. nu.* 12. *A percussione mediocri. num.* 13. *A graui, seu enormi. num.* 14. *Quid de illis, qui non possunt adire Summum Pontificem. num.* 15. *Maxima de Religiosis. num.* 16. *Quid quando Prælatus subditum percusserit. nu.* 17. *Quid si adinuicem se percusserint. ibidem. An aliqui Confessarij ab hoc casu absoluant. num.* 18.

Priuilegium fori Clericorum, verbo Clericus. *num.* 19. *Quid importet. ibidem. Quomodo intelligendum. ibidem. Quomodo abrogari possit. ibidem. Qui Clerici hoc preuilegio fruantur. n.* 20. *Qui non fruantur. ibidem. De aliis de quibus id asseritur. n.* 21. *Gaudet hoc priuilegio Religiosi. num.* 22. *An conuersi, oblati, seu donati. num.* 23.

Priuilegium Regularium quoad altarium consecrationem, verbo Altare. *num.* 4. *&* 5. *Quoad celebrandum cum solo altari portatili. ibidem num.* 13. *Quoad Calicis consecrationem, verbo* Calix. *nu.* 4. *Quoad non soluendum canonicam portionem, seu quartam funeralem, verbo* Canonica portio. *num.* 7. 8. *&* 9. *Pro tempore cessationis à diuinis, verbo* Cessatio à diuinis. *num.* 3. *&* 7. *Quando priuilegia Regularium censeantur derogata per posteriores Constitutiones Pontificias, verbo* Confessarius Regularis. *num.* 7. *De priuilegijs cõfessariorum Regularium. ibidem num.* 12. *&* sequentibus. *De priuilegijs Regularitũ quoad Decimis non soluendas, verbo* Decima *&c. num.* 2. 3. 4. *&* 5. *Quoad reconciliationem Ecclesiarum, verbo* Ecclesia. *num.* 15. *&* sequentibus. *Quoad ministrandam Extremam Vnctionẽ, verbo* Extrema Vnctio *num.* 3. *Pro diebus festis, verbo* Festi dies. *num.* 10. 11. *&* 12.

Digitized by Google

Pro diebus ieiunijs, verbo Ieiuniũ. *n.* 9. *&* 10. *Pro dispensatione illegitimorum, verbo* Illegitimus. *num.* 17. *&* 18. *Pro tempore Interdicti, verbo* Interdictum *&c. num.* 28. *& seqq. Quoad dispensandum in irregularitatibus, verbo* Irregularitas *per totum. Quoad conferendum gradus Religiosis, verbo* Gradus *&c. num.* 4. 5. *&* 6. *Priuilegia habitus Religiosi, verbo* Habitus *&c. per totum.*

Pro expressis *clausula, quid significet, verbo* Clausula. *num.* 51.

Pro potiori cautela *clausula, quid denotet, verbo* Clausula. *nu.* 52.

Prout conscientiæ tuæ *clausula, quid importet, verbo* Clausula. *num.* 53.

Prout de iure *clausula quam vim habeat, verbo* Clausula. *nu.* 54.

Protestatio quando pro accusatore requisita, verbo Accusare *&c. num.* 18. *& seqq.*

Pugnare in bello an liceat Religiosis, & alijs Ecclesiasticis, verbo Bellum. *num.* 5. *& sequentibus. An quando in nauibus, vel triremibus sunt. ibid. num.* 16.

Pyxidis benedictio, seu consecratio, verbo Benedictio. *num.* 11. *& verbo* Calix. *num.* 3.

Q

Qualitates eligentium, verbo Electio *&c. num.* 8. *Eligendorum. ibidem num.* 15. *Examinatorum Synodalium, verbo* Examen *&c. num.* 2. *Graduandorum, verbo* Gradus *&c. Abbatissarum, verbo* Abbatissa. *num.* 2. *Administratorum honorum Monasterij, verbo* Administratio *&c. num.* 6. *Beneficiatorum, verbo* Beneficium *&c. à num.* 4. *Imponentium censuras, verbo* Censura *&c. à num.* 2. *Dimissoriarum, verbo* Dimissoriæ. *num.* 5.

Qualitercumque *dictio comprehendit maiora expressis, verbo* Dictio. *num.* 34.

Quatenus sũt in vsu *clausula, quid denotet, verbo* Clausula. *nu,* 56.

Quarta funeralis. Vide Canonica portio.

Quomodolibet *dictio comprehendit omnia, verbo* Dictio. *n.* 35.

Quorum tenores *&c. clausula, quid denotet, verbo* Clausula. *num.* 57.

Quoties expediens *clausula, quam vim habeat, verbo* Clausula *num.* 58.

R

Ratihabitio, seu ratum habere quid importet, verbo Bulla Cœnæ. *num.* 33. Ratum, & firmum *clausula quid denotat, verbo* Clausula. *num.* 59.

Recusatio Iudicis Regularis quando liceat, uerbo Iudex *&c. n.* 12. *Ob quam causam. ibidem. Praxis talis recusationis. num.* 13.

Recusatione remota *clausula quã uim habeat, uerbo* Clausula. *num.* 60.

Recursus Regularium ad suos Superiores, quando liceat, uerbo Appellare, & Appellatio. *nu.* 3. *An etiam ad tribunalia extranea.*

Digitized by Google

nea . num. 7. An liceat ſub aliquo prætextu, uerbo Exemptio Regularium . *num.* 15. 16. *& ſeqq.*

Refectiuncula pro diebus ieiunij, qualis, uerbo Ieiunium. *num.* 4.

Regulæ obſeruandæ circa irregularitatem, propter homicidium caſuale, uerbo Irregularitas. *num.* 79. 80. & 81.

Regularium praxis quoad abſolutionem à peccatis, uel cenſuris, uerbo Abſolutio *per totum*. *Quoad appellandum à ſententia cum iniuſtè grauantur, uerbo* Appellare. *num.* 15. *Quoad bannitos uenientes ad eorum Monaſteria, uerbo* Bannitus. *Quoad baptizandum in caſu neceſſitatis, uerbo* Baptiſmus *à num.* 2. *Quoad applicandum bona ſpiritualia extraneis, uerbo* Bona *&c. à num.* 2. *Circa reſeruationem caſuum, uerbo* Caſus reſeruati *à nu.* 4. *Circa abſolutionem ab ipſis. ibidem à num.* 18. *Inferendis cenſuris, uerbo* Cenſura *&c. à num.* 6. *Circa abſolutionem moribundi qui loqui non poteſt, uerbo* Confeſſio *à nu.* 8. *Circa punitionem Religioſi extra clauſtra notoriè delinquentis, uerbo* Delinquens Regularis *à num.* 3. *Pro concedendis Dimiſſorijs ad Ordines ſuſcipiendos, uerbo* Dimiſſoriæ. *num.* 5. *Circa diſpenſationes dandas, uerbo* Diſpenſatio *&c. num.* 2. *Circa dotem Monialium, uerbo* Dos Monialium. *Circa electiones, uerbo* Electio *&c. Quando citantur ab Ordinarijs, uerbo* Exemptio *&c. num.* 14. *Pro adminiſtranda Extrema Vnctione, uerbo* Extrema Vnctio *&c. num.* 19. *Pro gratijs obtentis à Superioribus, uerbo* Gratia *&c. num.* 10. *Circa reos ad eorum Eccleſias confugientes, uerbo* Immunitas Eccleſiarum. *nu.* 22. *& ſequentibus. Pro tempore interdicti, uerbo* Interdictum *&c. num.* 32. *Quoad prohibita illis ſi fiunt irregulares, uerbo* Irregularitas. *num.* 6. *Quoad diſpenſationem in irregularitate. ibidem num.* 86.

Reliquiæ Sanctorum an alienari poſſint, uerbo Alienare *&c. n.* 14. *Quid de furantibus illas, uerbo* Furtum. *num,* 4. & 5.

Relinquo conſcientiæ tuæ *clauſula quid denotet, uerbo* Clauſula. *num.* 61.

Reus quomodo ſe gerere debeat in iudicio Regulari, uerbo Iudex *&c. num.* 9. *Vide* Iuramentum.

Ritus à Regularibus non mutandi ineonſulta Sac. Congregatione Rituum, uerbo Sac. Congregatio. *num.* 3.

Romam uenientes Religioſi ſine licentia quam pœnam incurrant, uerbo Apoſtata, & Apoſtaſia. *num.* 6. *An anno Sancto poſſint ſine licentia uenire, uerbo* Iubilæum. *num.* 4.

S

SAcerdotes non unguntur in palma manus in Extrema Vnctione, uerbo Extrema Vnctio. *num.* 4. *Cum portant Sanctiſs.*

Sacra-

Sacramentum an malefactores ad illos confugientes gaudeant immunitate, verbo Immunitas Eccleſiarum. *num.* 2.

Saluo aſſenſu Apoſtolico *clauſula, non excuſat à pœnis contra alienantes, verbo* Clauſula. *nu.*62.

Saluo iure Parochiali *clauſula, intelligitur de decimis, primitijs &c. verbo* Clauſula. *num.* 63.

Schiſma, & Schiſmatici quid importent, verbo Bulla Cœnæ. *num.* 9. *Schiſmaticorum pœnæ. ibidem.*

Scriptura an neceſſaria pro gratia, verbo Gratia *&c. num.* 13.

Scrutatorum pro electionibus munus, verbo Abbatiſſa. *num.*5.

Secretum pro electionibus requiſitum, verbo Electio. *num.* 11.

Sedes Apoſtolica quæ dicatur, verbo Bulla Cœnæ. *num.* 28.

Semper *dictio, vel ſimiles, ſumuntur ciuiliter, & humaniter, verbo* Dictio. *num.*33.

Sepultura Abbatis, quibus cæremonijs facienda, verbo Abbas. *num.*20. *Abbatiſſæ, verbo* Abbatiſſa. *num.*18. *Sæcularium in Eccleſijs* Regularium, *verbo* Defunctus *per totum. An liceat ingredi Monaſterium Monialium pro ſepultura, vel funeralis vnius, verbo* Clauſura. *num.* 29. *Sepultura priuatur in duello mortuus, verbo* Duellum. *num.*14. *Excommunicatus, verbo* Excommunicatio. *num.* 53.

Sicut accepimus *clauſula, quando eget iuſtificatione, verbo* Clauſula. *num.* 66.

Si & in quantum, *ſeu* Si & prout de iure *clauſula, quid ſignificet, verbo* Clauſula. *nu.*64. & 65.

Sola rei veritate perſpecta *clauſula, & ſimiles, quid importent, verbo* Clauſula. *num.*67.

Statim, illius, incontinenti, *& ſimiles dictiones, verificari ſolent cum aliquo temporis interuallo, verbo* Dictio. *num.*39.

Stationum indulgentiæ, verbo Indulgentia *&c. num.* 21. & 22.

Sublata facultate *&c. clauſula quid ſignificet, verbo* Clauſula. *num.* 68.

Superlatiuæ dictiones, quales ſunt ſæpiſsimè, plurimum *&c. ad minus debent verificari in tribus, verbo* Dictio. *num.* 37.

Super omnes, & ſingulos *clauſula importat ſpecificationem ſpecialem, verbo* Clauſula. *num.*69.

Supplentes defectus *clauſula, quos defectus ſuppleri denotet, verbo* Clauſula. *num.* 70.

Suſpecti de hæreſi, qui dicantur, verbo Hæreſis *&c. num.*3. & 4. *Denunciandi. ibid. num.*5.

Suſpenſio indulgentiarum, & priuilegiorum ad abſoluendum &c. pro anno Sancto quomodo accipienda, verbo Iubilæum. *nu.*5. & 6.

T

Tabellionis munus an exerceat excommunicatus, verbo Excommunicatio *&c. num.*39.

Temerè, *vel ſimiles dictiones, quales ſunt*, præſumptuosè, audaciter *&c. denotant audaciam, præſumptionem, & temeritatem*

in

in operante, & ita non comprehendunt ex ignorantia, etiam culpabili operantem, verbo Dictio. *num.*42.

Tempus decem annorum dicitur tempus longum, verbo Annus. *num.* 10 *Tempus infra decennium dicitur modicum. ibidem. Tempus immemorabile quod dicatur. ibidem.*

Terminus deſignatus in edictis pro denunciationibus faciendis quomodo accipiẽdus, verbo Denunciatio *&c. num.*8.

Tertiariorum indulgentiæ, verbo Indulgentia *&c. num.* 16.

Teſtis eſſe an poſſit excommunicatus, verbo Excõmunicatio *&c. num.* 38.

Tortùra an & quomodo applicanda Regularibus, verbo Iudex *&c. num.*14.

Translatio Monialium qualiter, aut quomodo facienda, verbo Clauſura *à num.* 14.

Tuo iudicio, *vel* Tuæ prudentiæ, *aut ſimiles clauſulæ quid importent, verbo* Clauſula. *num.*71.

V

VEcligal *quid ſit, verbo* Gabella *&c. num.*1. *Quomodo Regulares ab eo liberi eo verbo per totum.*

Venerandæ ſemper declarationes SS. Congregat. verbo S. Congregatio. *num.*14.

Verè pœnitentibus, & cõfeſſis *clauſula apponi ſolita in Iubilæis, vel indulgentijs, quomodo intelligenda, verbo* Iubilæum. *num.* 7.

Viſitatio Altarium, ſeu Eccleſiarum quomodo facienda pro conſequendis Iubilæis, vel indulgentijs, verbo Bulla Cruciatæ. *n.* 18. *& verbo* Iubilæum. *num.*11.

Viſitatores Regularium, vide Cõmiſſio, & Commiſſarius Regularium.

Vnctio in extrema vnctione, quomodo facienda, verbo Extrema Vnctio *&c.*

Vocatis vocandis *&c. clauſula quid importet, verbo* Clauſula. *num.* 72.

Vota in electionibus ſecreta, verbo Abbatiſſa. *num.* 3. *& verbo* Electio *&c. num.*4 *&* 11.

Votorum commutatio, verbo Bulla Cruciatæ. *nu.*34. *verbo* Confeſſarius *&c. num.*14. *verbo* Iubilæum. *num.*18. *Vota iurata, vide* Iuramentum.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google